1.2.8
8

Deel Collegio de la Compa de Jesus de Granada

R.11526

# IN HOSSEAM PROPHETAM COMMENTARIA

DOCTISSIMA, CHRISTIANÆ PHILOSOPHIÆ PRÆCEPTIS PIE ACCOMMODATA:

*Adiectis obſeruationibus Euangeliorum concionibus congruis, cum Parabolis elegantiſſimis.*

*AVTHORE*

R.P. HIERONYMO GVADALVPENSE Theologo Hieronymiano, primo Regij Collegij Diui Laurentij vulgò dicti *del Eſcorial* Profeſſore, & Conſultore S. Inquiſitionis Cæſarauguſtanæ.

*AD S.C.M. PHILIPPI II. REGIS HISPAN.*

Acceſſerunt Petri Matthæi Scholia & illuſtrationes.

*Tres locupletiſſimi Indices rerum & materiarum ſeriem demonſtrabunt.*

Romanæ Eccleſiæ iudicio ſubiecta ſunto omnia.




LVGDVNI,
EXPENSIS AMBROSII DV PORT.
M. D. LXXXVI.
CVM PRIVILEGIO.

Del aposento del M. de Gervin

colere decreuit, ſua magnificentia dignum dictis longè celebriorem, multóque mirabiliorem hortis Heſperidum, & penſilibus Semiramidis reginæ inter ſeptem mira narratis, in quo perfũctus negotiis tot prouinciarum, & regnorum, quorum immenſam molẽ ſolus Atlanticis humeris ſuſtines, animũ relaxares, & delitias quęreres nõ corporeas, quas cito hominis faſtidit animus, quippe qui à Deo Opt. Max ad multò meliores cõditus fuerit, ſęd ſpirituales, quib. ea vis ineſt, vt quãto ſępius ac preſsius inſpiciũtur, hoc magis ac magis placeãt, & ad maiorẽ auiditatẽ animi excitent appetentiam. Eſt autem hortus hic tuus, monaſterium diui Laurẽtij per totum orbem celeberrimum, quod à primis fundamentis, regiis ſumptibus, & Philippæa celſitudine dignis erexiſti. Philippæa dico celſitudine. Cuius enim, vel Chriſtianiſsimi regis, vel potentiſsimi, tã ardens eſſet in Deũ pietas? cuius principis, etiã ditiſſimi magnificẽtia adeo ſuarũ opum, ſuíque profuſa inueniri poſſet, vt tantũ opus aggredi auderet & aggreſſum nõ medio curſu ob immẽſitatem pelagi vela contraheret, ſed inexhauſto animo, ad ſumma vſque perducere contẽderet? preterquã Philippi regis, aut paribus fidei religionis, & affectus in diuinum cultum aliiſq; innumeratis dotibus cumulata? Quid dicam de

dicã de inaudita diligentia, & ardentiſsimo ſtudio, quibus, velut quibuſdã faculis diuini amoris ſuccenſus, hunc hortum ſatagis exornare? Quot ſanctorũ reliquias ex Italia, Gallia, Germania, aliiſq; remotiſsimis regionibus congeris, & congeſtis, piiſsimum impendis cultũ, quámque decebat, à Chriſtianiſsimo rege expectare, venerationẽ? Equidem quoties tot verendas ſanctorũ exuuias, & ſuſpicienda hæc monumenta intueor, raptus in ingentem admirationem, & pauorẽ, verba eximij patriarchæ Iacobi proferre cõpellor, *Verè Dominus eſt in loco iſto. Quam terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli.* Si enim ſanctus ille patriarcha, quoniã viderat ſcalam culmine cœlos tãgentem, per eamque angelos aſcendentes, & deſcendentes, ac Dominum eidem innixum, pauens, in hæc verba prorupit, cur & nos, videntes diuina hæc ſanctorũ pignora quam ornatiſsimè per quoſdam gradus ſcalæ diſtributa, non affirmabimus, ipſos cœlos, imo ipſum cœlorum regem attingere & multa cœleſtiũ heroũ agmina è ſupremo cœli faſtigio collabi, vt venerabundi crucẽ, clauum, & ſpinas ibi reconditas exoſculẽtur, quibus Aſſertor noſter inferorum principẽ, eiúſq; ſatellites deuincens, hominibus cœli ianuam reſerauit? Cur etiam non dicemus,

 ſpiritus

ſpiritus illos angelicos deſcendere conglobatos, vt duobus mille, & amplius hic repoſitis ſpoliis conciuium ſuorum, dignum impartiantur honorem, & gratulationem. Gratias immortales agant regna, prouinciæ, inſulę, & nationes, quotquot Philippi regis latiſsimo ſubiiciuntur imperio, Deo Opt. Max. ac maxime tu ô fœliciſsima Hiſpania, quod his calamitoſis, multiſque lachrymis deplorãdis temporibus, cum miſeri homines execranda hæreſum peſte infecti, ſacris ſeruorum eius reliquiis cultum denegant exhibẽdum, & quod vel dicere piaculum eſt, & audire exhorrent aures, cum illas maledictis inſectantur, & conculcare non verentur, adepta ſis, diuina clemẽtia, hũc Chriſtianiſsimum regem, cuius induſtria, & conſilio in te floret Chriſtianę fidei puritas, & in tantam Catholici regis potentiam, tam incorruptam fidem, tam candidam pietatem, tam ſinceram religionem, tam exactam animi integritatẽ contulit, tantamque erga te beneuolentiam vt regia munificentia cum ingenti ſolicitudine coniuncta, ſanctorum reliquias per totum orbem exquirat, & ad te importari ſtudeat. Agnouit enim Catholica tui regis Maieſtas, magnum illas tibi patrocinium allaturas, & Deorum tutelariũ munere functuras impoſterum, atque iis, velut quibuſdã ſplen-

didiſsimis,

didiſsimis, firmiſſimiſq; pręſidiis te illuſtriorẽ reddendam, & ſtabiliorem. Demum, vt huic horto nihil deeſſet ornatus, lectiſsimo, & clariſsimo martyri diuo Laurentio nuncupato, & te ô Hiſpania ad extremum honoris apicem eueheret, ſpiritualibúſque diuitiis collocupletaret, à ſummis pontificibus Pio IIII. Pio V. fœlicis recordationis, necnon à Gregorio XIII. quem nunc ſuperſtitem moderatorem habet Eccleſia digniſsimum, impetrauit innumeratas indulgẽtias, multáque Iubilæa quibuſuis in eius ampliſsimo tẽplo rem ſacram celebrantibus, vel audientibus, aut ſtatis anni temporibus illud viſitatũ adeuntibus. Reſtabat, hoc viridarium tot monumentis ſanctorum inſigne, tanto indulgentiarum theſauro conſpicuum, ac tam magnifica mole præclarum, arboribus etiã frondoſis & fructiferis exornari, quarum folia animi oculos ſuo virore oblectarẽt, & fructus animum etiã ipſum cœleſti ſuauitate replerent. Sunt arbores iſtæ viri religioſi, vitæ integritate, & morum candore præſtantes, qui aſpirantes ad meliora, Deo ſe vouerũt, & addixerũt religioni. Neque cuipiam mirum videatur, quod homines arbores appellauerim quãdo & profanæ, & ſacræ literæ illis hoc nomen indiderunt. Ariſtoteles namque hominem arborem inuerſam appellat, cuius ra-

dix eſt caput. Ioannes Baptiſta ad homines loquitur, Iam ſecuris ad radicem poſita eſt. Et Salomõ. Vbi ceciderit lignum, ibi manebit, Apoſtolus etiã fideles Eccleſiæ filios vocat oleaſtros inſertos in oliuam. Quid plura? Diuinus vates Ezechiel iuxtà fluuium de tẽplo egredientem multas arbores vidit, & fructu vberrimo, & virentibus frondibus decoratas. Quę arbores, iuxta communẽ ſanctorũ patrum explanationem, viros Chriſtiana pietate excultos adumbrant. Fructus vero candidas virtutum actiones, quibus proferendis pro virili dant operã. Folia autẽ, ex diui Hieronymi ſententia, ſunt verborũ monita, quibus ad cœleſtia conſcendimus. Et quamuis nemo ambigat, omnes religiones in Hiſpania eſſe hortos Dei pulcherrimos, conſitos multis arboribus id genus, nam ſi quæ languiſſe, & à primęuo vitæ ſplendore degeneraſſe videbantur, tuo ſtudio antiquæ patrum puritati ſunt reſtitutæ: religionem tamen diui Hieronymi prę cęteris elegiſti, & illi hunc amœniſsimum hortum excolẽdum tradidiſti, multiſque beneficiis, & ſingulari pietate es proſecutus, quoniam à teneris annis expertus fueras, præter regularẽ obſeruãtiam, & ſolitariã tranquilitatem, in ea vigere diuini officij cultũ, & quod in cœlis faciunt ſancti cũ Angelis, diuinis laudibus noctu, diuq; incum-

incumbere decantandis, erga quem diuinum cultum, tam ardens eſt tui Catholici animi pietas, vt grauiſsimis tuis curis ſolum hoc ſolatium interponas, horis intereſſe Canonicis, & pſallentium religioſorum chorũ audire, maximas iudices eſſe delitias. Quærenti nãq; quid agat Catholica regis Philippi Maieſtas, nõ aliud reſpondendũ inuenio, quã aut publicis, aut priuatis regnorũ negotiis diſcutiẽdis vacat, aut orationi. Sed vnde Catholico Regi tam vehemẽs in orationem Deo offerendã affectus? Paucis dicã, Quoniã quãti momenti ſint preces principis ad Deũ, pro regni incolumitate fuſæ, quantúmque ab immenſo diuinarum miſerationum pelago obtineant, ne nos funditus Deus euertat ob peccata populi, quę eius ſtomachũ quotidie mouent, & ad ſumẽdum de hominibus ſupplicium acerbiſsimum prouocant, agnouit. Dum princeps Moſes, bellum gerentibus Hebræis aduerſus Amalech, magna animi contentione orans, manus leuabat ad Deũ vincebant filij Iſrael, quando vero manus remittebat, ſuperior erat Amalech. Orat rex Ezechias pro populo cuſtodiente legẽ Dei, & illum exaudiuit Dominus, & placatus eſt. Orat & rex Salomon, ſapientia omnes mortales longe antecellens, flexis genibus in conſpectu totius cœtus Iſraelis, & palmis in

† 5 cœlum

cœlum leuatis deprecatur Dominum pro
regni ſtabilitate,pro ſalute populi, pro pec-
catis hominum,ac multa alia, quæ longum
eſſet recenſere, petiuit à Domino, & gratiſ-
ſimam ſibi fuiſſe hanc orationem oſtendit.
Nam vix Salomon finem orandi fecerat,&
ignis deſcendens de cœlo, deuorauit holo-
cauſta,& victimas,& Maieſtas Domini tem-
plum impleuit.Orat etiam& Catholicus Rex
Philippus, eius exercitu cum Turcis,& hæ-
reticis in mari,& in terra dimicāte &acerbio
ra hoſtibus Eccleſiæ vulnera oratio Catholi
ci Regis infligit, quam militum ſæuientium
arma,& magis cogit vnus rex,inimicos Chri
ſti dare terga orando, quam multæ copiæ
haſtis,& gladiis oppugnando. Et quemad-
modum Moſes manus fulciebat adminiculo
Aaronis,& Hur, vt orationem protraheret,
donec populus eius de Amalech reportaret
victoriam, In eundem modū tu inuictiſsime
rex, & acerrime Chriſtianæ fidei Aſſertor,
omnes religiones crebris epiſtolis excitas,vt
ſuas tuis ſupponentes orationes, Deum de-
precentur pro pace Eccleſiæ,pro concordia
principum Chriſtianorum,pro extirpatione
hæreſum,& vt tibi ſuum cœleſtem Spiritum
ſuggerere dignetur,cuius virtute munitus,
& ſplendore illuſtratus,tua regna valeas re-
ctè moderari.Sed ad id,vnde digreſſa eſt,re-
deat

deat oratio. Cùm arbores,quas in hoc horto
plantaueras,irrigatione indigere perſpexiſ-
ſes,ne vnquam areſcerēt,ſed indies vberio-
rem ferrent fructum, tua ampliſsima Maie-
ſtas imitata Salomonem, piſcinas aquarum
extruxit diuinæ ſapientiæ,vt eſſet hic hortus
irriguus.Collegium enim verè regium ædifi
caſti,in quo religioſi,à viris,& eruditione,&
ingenio pręſtantibus adaquati,ſcientię aquā
imbiberent,ac poſtea,velut fructiferæ arbo-
res,commendandos,& ſpectabiles virtutum
ederent fructus,ſuiſque verbis declamantes
ad populum,ceu vmbriferis frondibus, ho-
mines ab ęſtu vitiorum protegerent,eorum-
que ſpiritualibus morbis mederentur. Acci
tus & ego ſum,licet meritis longè inferior,
vt cultoris etiā huius horti fungens munere,
ex flumine diuinæ ſapiētię,ipſa nāq; ait,Ego,
quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio,exiui
de paradiſo,quam ſitella noſtri ingenij vale-
ret,haurirem aquam ad has arbores irrigan
das,hoc eſt,Scripturam ſacram profiterer.Et
inter cæteros prophetas,quos minores vo-
cant,vatem Hoſſeam primum explanandum
ſuſcepi,id efflagitantibus chariſsimis diſci-
pulis,quorū ingenia,inſtar feraciſsimi agri,
vberrimos reddere fructus,ſum expertus.Hi
& calcaria mihi crebrò ſubdiderūt, vt lucu-
brationes has in lucem emitterem. Quorū
piis

piis votis obtemperandum cenſui, quàm-
uis facinus vehementer audax, & periculo-
ſæ, (quod aiũt) aleę ob virulentas inuidorum
linguas, me aggredi conſpiciebam, qui Lyn-
ceis oculis in alienis ſcriptis anſam quærũt,
vt calumnientur, & detrahant. Hos tamen
Scyllæos canes obturata aure tranſibo, ne
eorum latratus ab inſtituto me auocet cur-
ſu. Cui ergo aptè primitias meorum ſtudio-
rum dicaturus eram niſi tuę Catholicæ Ma-
ieſtati? Cui, inquam aptius, quàm Domi-
no meo Regi de mea religione tam bene
merito? Cui dico aptiſsimè, niſi huius am-
pliſsimi horti, & Domino, & fundatori? Ve-
rebar tamen, ne noſtra tenuitas tuæ Ma-
ieſtati non ſatisfaceret. Verum cum in mu-
neribus, non rei oblatæ pretium, ſed offe-
rentis animus ſit ſpectandus, quod & Do-
minus ſignificauit apud Leuiticum dicens,
Si obtuleris munus primitiarum tuarum
Domino de ſpicis adhuc virentibus, torre-
bis eas igne, etſi hos noſtros labores, fru-
ctus immaturos eſſe video, ampliſsimo ta-
men animo, optimóque ac flãmis charitatis
ſuccenſos offerri, certo ſciens, non ani-
mum deieci, ſed tuæ Catholicæ Maieſtati
eos cõſecrare auſus ſum. De cuius patroci-
nio ſi ego homunculus, miſellus, qui mi-
nus ſum, quam nihil, & omni auxilio deſti-
tutus

tutus, diffiderem, animo ſuccumberem.
Longè enim experimento didici, quantum
morſibus inuidorum pateam, prætereà ad te
tanquam ad ſacrum aſylum confugiens, &
tuæ Maieſtatis pedibus prouolutus exo-
ro, vt his primitiis meorum ſtudiorum
tuæ amplitudini libatis, te benignum ex-
hibeas & ea ſuſcipias humanitate, qua lite-
rarum ſtudioſos proſequi ſolitus es. Quem-
admodum enim feræ in montibus Mela-
nis canes venaticos, ipſoſque venatores de-
ſpicientes, illis ſe offerunt intrepidæ, quo-
niam, canibus inſectantibus ad rupis cuiuſ-
dam cacumen, vt tradit Ariſtoteles, confu-
giunt, ad quam cum peruenerint perſequi
feras deſiſtunt, & ad venatores mœſti re-
deunt, In eundem modum me dentes Al-
pinorum canum nullo terrore afficiũt, quo-
niam eorum latratibus agitatus, ad te in ſu
premo, excelciſsimóque regiæ potentiæ
vertice collocatum confugio: vt ſub vmbra
alarum tuarum me protegas. Et certe ſi mi-
hi exploratum fuerit, hæc mea ſcripta tuæ
Maieſtati non ingrata contingere, ingentes
animos facies, vt vltra progrediar ad alia per-
ficienda, quæ iam ſum exorſus, tuæ quo-
que maieſtatis celſitudini dicanda. Sed tem
pus eſt, vt canam receptui. In publica enim
uorum regnorum commoda peccem, ſi lon
giorem

giorem texam orationem, Chriſtianiſsime rex. Quem aſſerendæ chriſtianæ religioni quam diutiſsime Deus ſeruet incolumem. Viue fœlix, quemadmodum ſupplices quotidie Dominum deprecamur, vt tua regna fœliciora viuant. Viue Neſtoreos annos, vt Hiſpania, imo totus Chriſtianorum orbis rectius gubernetur.

***

# DE HVIVS OPERIS ILLVSTRATIONE ET APPROBATIONE EPISTOLA PETRI MATTHÆI.

## *AD EXIMIVM ET ORNATISSIMVM VIRVM DOMINVM PETRVM LANDRY.*

IVre poſtliminij Hieronymus Guadalupenſis aliquot dies apud noſtras Muſas cõmoratus, tuos (Vir Clariſſime) lares repetit, fronte exporrecta & multò magis quá antea ſuſpiciẽdus. Nihil niſi magnũ, inſigne, nouũ & eruditũ pocuit, ſępiúſque me mirari fecit quomodo tottantęque Doctrinarum opes in vno homine deliciarentur. Ne autẽ indonatus à me recederet, vt penſum mihi traditũ tua liberalitate abſoluerem, ego illum variis præcinxi floribus in florentiſſimo Reipublicę literarię horto ſelectis, quibus ſplendidior et illuſtrior in publicam lucem prodiret.

Cum

Cũ enim ſua ſcripta omni quaſi diſciplinarum genere referta cõſpexiſſem, optimũ fore duxi, ſingula ſingulari ſuo honori referre, locóſque paſſim adductos ſuis authoribus & natiuis capitibus reddere, quò hac rerum varietate lectori beneuolo prouiſum eſſet. Arriſit multum mihi labor iſte meus, quod difficultati ſuauia quædam oblectamenta miſceret. Accinctus itaque operi omnia in proprias claſſes digeſſi, & vnicuique quod ſuum erat ex ęqui boníque profeſſo largior. Ecce ſummi Enciclopędiæ ordines, multũ ſibiipſis cõgratulãtur, quod Guadalupẽſi præconio præclariores illuceſcant, quódque huius ſancti Vatis Hoſſeæ nomine tueãtur, Theologi, Iuriſperiti, Medici, Oratores, Philoſophi, Hiſtorici, Poëtæ, Artium pręceptores, egregiã hic cõponunt harmoniam in publicum literarum decus & ornamentum. Morum & Virtutis conſpicua dogmata pandũt quod noxium eſt ibi damnatur, quod vtile ibi inuenitur. Nihil hic venabitur quod meliorem nõ reddat Lectorem. Ignorãtię velis captus eſt aliquis, obſeruet rutilos veræ ſapientię radios quę etiam ſe mirè demittit ad captum rudis & infirmi populi, quilibet enim ad tãta miſteria fidei gubernaculo & diuini numinis auſpiciis fit docilis. Torquetur quis Venereis facibus, videat populum adulterum tanto odio à viro ſuo proſequutũ derelictũ & merore tabeſcentẽ. Mœret aliquis, hic ſolamen doloris accipiat, Dolor eſt medecina doloris. Regum, Principum, Prælatorum, Magiſtratus, Subditorũ, tãquam in ſpeculo conſpicientur officia. Mentes cœcas caliginoſáſque illuſtrat, hæc omnia veſtigia tuta facit, nihil immaturũ incertũ, abortiuũ, præcóxue admittit. Non immerito huius præclari Doctoris eruditione gloriatur Hiſpania, neque enim vulgaris eſt ſpes de ſua pietate cõcepta

† †        neque

neq; vulgares fructus quos ipſũ paritu
rũ aliquãdo eſſe Deo fauẽte cõfidit, in
Regio illo Collegio Inuictiſſimi Monar
chę, quod varia pægmata, inſignia ſtru
cturæ theatra & aſarota, adeo nõ exor-
nãt vt Religioſi huius Viri Eruditio, cu
ius laudibus exarandis parcius progre-
dior, qui enim altius eũ laudare propo
neret is certatis ope Dædalea nititur
pẽnis (vt de Pindaro canebat Horatius)
vitreo daturus nomina põto. Illud vnũ
liberè fatebor me neſcio quo magnete
mirificè erga hũc authorẽ fuiſſe affectũ
ab eo fęlici die quo ſua reuoluẽda mi-
hi conceſſiſti opera, prima, vt reor, ſed
quę magni artificis ſpecimen ferunt,
in quę cum obiter inciderem ſingu-
larem eius ac diuinam prope ingenij
vim plurimum admirabar cui etſi ma-
gnam natura facultatem dedit illum
tamen in dicendo ſui cœli nunquam
non putabam Principẽ. Quamobrem
vt alacriùs amplecterentur à viris ſtu-
dioſis

dioſis, ego eximiarum ſententiarũ, &
locorum celebriorũ aliquot Chiliadas
rerumque ſibi inuicem adherentium
annotationes adſcripſi, quęquidẽ non
ingrata exiſtimo pio candidóque le-
ctori, tibiq; nec inſipida, cuius hortatu
qualiacunque ſunt tantũ Doctorẽ cõ-
mitantur cui malui tenuia hęc quam
nulla dare, & minime dubito quin hęc
mediocria animo lętiſſimo ſit acceptu
rus propenſi noſtri animi tũ in ipſum
tum in Literarum ſędulos cultores exi
mia teſtimonia. Etſi fortaſſis nõ deeſſe
cenſeã vitiligatores & parum ęqui cen-
ſores qui hũc laborem meum inanem
& fruſtraneum iudicabũt, illos omnes
attamen flocci faciam fructumque locu
pletiſſimum videbor percepiſſe ſi illis
minus placens viris ęquioris ſtaterę
grata omnia eſſe experiar. Attamen ne
ſalebroſo & huiuſmodi hominum iu-
dicio impingerẽ in hoc ſcribẽdi gene-
re ſtudiorum meorũ rationi inuſitato

neve nimium mihi Suffenius viderer, conſilio & nominis aut horitate R. P. ac Domini Petri de Bolo Theologi præſtantiſſimi & ſingulari beneuolentia literarum votis fauentiſſimi Doctoris, vſus ſum apud quem tantum gratiæ conſequutus eſt meus labor vt illum non modo approbare verũ etiam &commendare dignatus ſit. Cætera explicatius per ſe apparebunt. Bene Vale.

## APPROBATIO ADDITIONVM ET SHOLARIVM.

*Commentariorum liber* R.P.F.*Hieronymi Guadalupenſis in* HOSSEAE *Vaticinium orthodoxis annotationibus & ſcholiis Petri Matthæi Sequani valde illuſtratus & multiplici eruditione exornatus Catholicus eſt, ac Proinde dignus qui inpublicam totius Eccleſiæ vtilitatem euulgetur. 18. Auguſti. 1586.*

*F. Petrus de Bolo*
*Theologus Pariſienſis.*

# F. HIERONIMVS GVADALVPENSIS SCRIPTVRÆ SACRAE PROFESSOR CANDIDO LECTORI.

OPERÆ PRÆTIVM me facturum iudicaui, candide lector, ſi anteaquam explanando vati Hoſſeæ manum admoliar, oculis tuis ſubiiciam contemplandum ordinem, quem in hoc commentario ſeruauerim, & quid etiam operis impenderim. Primum genuinum literæ ſenſum pro noſtri ingenij mediocritate, omni qua licuit diligentia, quaque decuit, fide expendere curaui. Nam hunc maximè diſpungendum tradunt ſancti Patres, quorum nonnulla citare teſtimonia non grauabor, vt melius percipias, quanti ſit faciendus literalis ſenſus. Atqui D. Greg. ait, In verbis ſacrę Scripturę prius ſeruanda eſt veritas hiſtoriæ. Diuus Hieronymus, Sic excelſiora ſenſibus noſtris applicemus, vt tamen cuncta ſecundum veritatem hiſtoriæ cernamus. Ac rurſum in Abdiam inquit, In interpretatione prophetica morem hunc debemus ſequi, vt primum hiſtoriæ fundamenta iaciamus. Et apud Zachariam: Seruantes hiſtoriæ veritatem, poſſumus eum, qui per hiſtoriam Prophetatur, agnoſcere. Diuus etiam Auguſt. ait, In narratione rerũ geſtarum, res ipſæ prius intelligendæ ſunt, vt narrãtur. Demum, vt multos omittã, Magnus Baſilius, hanc ſententiam confirmat dicens. Vbique immixta eſt hiſtoria Theologiæ. Hinc egregiè, vt pleraque alia, decernit D. Thomas, ſenſum ſpiritualem

fundari ſuper literalem, eumque præſupponere. Cauendum ergo ne in Origenis labamur errorem, qui multis in locis ait, ſenſum literalem eſſe contemnendum. Neque proptetea myſticam intelligentiam reiiciendam cenſemus, cum omnes fere ſancti Patres, & Eccleſiæ proceres huic indulſerint, & in illis diſcutiendis non parum conſumpſerint olei. Vt autē hunc literalem ſiue hiſtoricū ſenſum penitus aſſequi poſſemus, Græcos Latinos, & Hebraicos, tum antiquos, tum recentiores expoſitores contulimus inter ſeſe. Nemo enim ambigit, quantum lucis, & adiumēti hęc collatio afferat, vt percipiatur, quis eorum magis ſcopum veritatis attigerit, quiſque ab eo magis aberrauerit. Difficilem ſane prouinciam ſuſcepiſſe fateor, neceſſariam tamen omnibus, qui Scripturæ ſanctæ enodandæ dant operam. Nam quemadmodum peritus nauclerus inſtituens nautas, ne ſe, cæteroſque nauigantes perdat docet, vbi Scylla, vbi Charybdis, vbi latentes cautes, vbi inexplicabiles voragines, vbi denique alia id genus ſint pericula, In eundem modum qui vaſtiſſimum Scripturæ ſacræ Oceanum ſulcans, profeſſoris theologi nomē accipit, ne ſuo muneri deeſſe, & emolumento audientium, & legētium proſpicere iudicetur, debet vela ſui pandens ingenij, cuncta rimari, ac poſtea, quid in doctoribus complectēdum, quid fugiendum quid periculoſum, quid verius quid rationi magis conſentaneum ſit, quaſi digito demonſtrare ne falſum pro vero, dubium pro certo, & obliquum pro recto habeatur, & dum ſe literarum ſtudioſi ſecundo vento in portum ſalutis penetrare credunt irruente errorum tempeſtate mediis inuoluantur fluctibus, & pereant. Hoc velut iacto fundamento, quod firmum & idoneum eſt operi perferendo, totum ædificium. molibus hinc inde congeſtis, vſque

vſque ad ſumma perducere contendo. Quæ enim ad inſtituendos mores mihi magis videbantur accommoda ſuper literalem ſenſum extruo. Quod ſtudium nō parū mihi negotij faceſſit, quamuis decē & octo retro annis in illud noctu, diuque incubuerim. Perſpexeram enim, diuum Chryſoſtomum, Origenem, Ambroſium, Auguſtinum, cæteroſque Eccleſiæ proceres in hac palęſtra maximè deſudaſſe. Literam autem ſic diſpungo, vt illam non torqueam, aut traham repugnantem, ſed ea ſolum apponam, quæ ſua ſponte ipſa dare, & vltro offerre videbatur, obtulit autem non pauca. Quemadmodum enim ex eodem caudice plures naſcuntur rami, quorum quiſque vberes profert fructus, & idem malum punicum multa continet grana, Sic eadem propoſitio, ſiue theſis Scripturæ, ne dicam vacua, quantumuis minima plures edit obſeruationes morum, quas alij appendices vocant, Hiſpani verò, nec ab re, conceptus appellant. Vt autem eas tibi redderemus venuſtiores, perlectis iterum, atque iterum multis expoſitoribus, tum priſcis, tum neotericis & quotquot inuenire potui, velut apicula per omnia circunuolitans, demeſſui ſelectiora, ex quibus alia ſum philoſophatus, poſtea excogitaui nonnulla, & de meo addidi: quæ ſpiritus ſupernus ſuggerere dignatus eſt. Ad quarum etiam obſeruationum ornatum, ne quis quæreretur, quod eas relinquerim nudas, verſicolores, theſſellas, non ſolum è ſanctis doctoribus verum & è profanis hiſtoricis, & Ethnicis philoſophis legi, vt veluti muſaicum opus contexerem. Aliam etiam operam huic nō imparem tibi præſtare ſtudeo quibus enim Euāgeliis totius anni obſeruationes: quas excogitauerimus, ſint accommodandæ, oſtendo. Opus certe mihi improbum, etſi alicui ſuperuacaneum, aut ſaltem

†† 4 paucio

paucioribus proſequēdum verbis, viſum fuerit, meminerit is, nos hac in parte tyrones ſuſcepiſſe inſtituendos qui hoc labore maximè indigent, & à nobis illud magnopere efflagitarunt: non milites veteranos, qui hæc ſuis viribus aſſequi poſſunt: & ad altiora aſpirantes, velut infima deſpiciunt, quamuis ſi legerint nonnihil, & iucunditatis, & commodi illis hunc laborem allaturum ſpero. Iure igitur humanitatis à te poſtulamus mi lector, vt ſedulitatem noſtram, & laborem boni conſulas & iactantiæ non vertas, ſi quando grauiſſimorum virorum ſententiam: à nobis videris refelli. Non enim refellimus vt cenſoris munus inter viros ſingulari ſapientia conſpicuos, & de literis benemeritos nobis arrogemus, hoc Deus auertat. Abſit hinc procul arrogantia, abſit inuidia, abſit contemptus, fateor me omnibus inferiorem, & indignum, vt tantorum virorum exoſculer veſtigia ſed cum Dominus apud Leuiticum præceperit, Cum meſſeris ſegetes terræ tuę, non tundebis vſque adſolum ſuperficium terræ, nec remanentes ſpicas colliges, nec in vinea tua racemos, & grana decidentia cōgregabis, ſed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes, & ager iſte, & vinea hæc adumbrant Scripturas ſacras, meſſores autem, & vinitores Eccleſiæ doctores, qui quamuis feracisſimum hunc agrum acutisſimis ſuorum ingeniorum falcibus demetunt, manipulos tamen colligendos mihi paupermimo relinquerunt, & aliquam agri partem, & metendam & repurgandam. Inimicus enim homo aliqua ſuperſeminauit zizania, & reſperſit purum triticum lolio, quæ eradicare, & foras eiicere, ad munus ſpectat Theologi profeſsoris: Dignetur ſpiritus cœlectis noſtræ illabi menti quando noſtris humeris hāc prouinciā impoſuit obedientia reuglaris, vt eius munere munitus & ſplēdore illuſtratus, agnoſcamus quæ metenda ſunt, & quæ purganda, quæ etiam in faſciculos ad comburendum, quoniam zizania ſunt, ſublegenda. Hoc enim mihi tantum in votis eſt, non cuiuſpiam honori, & gloriæ notam inurere. Deum ſcrutatorem cordium teſtem adduco. Vnde quicquid in hoc commentario dixero, correctioni ſubiicio ſanctæ Romanę, & vniuerſalis Eccleſię, quę vnica Sponſa Chriſti eſt: & piorum virorum iudicio. Bene valeas: quiſquis es, qui hæc legis. Ex monaſterio regio diui Laurētij martyris: Anno Domini. 1578. Septimo Calendas Auguſti.

***

†† 5 FACVL-

# FACVLTAS REVERENDISSIMI PATRIS, FRATRIS CHRISTOPHORI DE ALCALA

dignißimi Generalis ordinis Diui Hieronymi conceſſa auctori vt hæc commentaria typis mandentur.

*NOS Frater Chriſtophorus de Alcala, Prior monaſterij Sancti Bartholomæi Regij apud Lupianam generalis ordinis Sancti Hieronymi reuerendo Fratri Hieronymo à Guadalupe. S. Ad nos peruenit, te quandã elaboraſſe expoſitionem in Hoſſeam prophetam, quæ quidem vt teſtimonio fide digno accepimus, ſi in lucem ederetur, plurimum emolumenti Chriſtianæ Reipublicæ eſſet allatura. Quare nos, qui in huiuſmodi ſpiritualibus incrementis inſudare debemus, id eſt plurimum in votis habentes, vt noſtris temporibus Religione noſtra diuinarum propagetur literarum ſtudium, tibi facultatem damus, quatenus noſtra intereſt, vt prædictum opus in lucem prodeat. Et quantò citius fiat, tantò gratius nobis futurum intelligas. Vale, è Cœnobio Diui Bartholomæi Regij apud Lupianã, decimo Kalendas Iunij, Anno à natali Domini. 1580.*

*Fr. Chriſtophorus Alcala, Prior Generalis ordinis Diui Hieronimi.*

*De mandato Reuerendißimi Patris noſtri Generalis.*

*Fr. Ioannes à Cruce Secretarius.*

APPRO-

# APPROBATIO ADMODVM REVERENDI PATRIS, FRATRIS IOANNIS DE TRVGILLO, VIRI DOCTISſimi, & prioris monaſterij Diui Hieronymi Regij apud Madritum.

IVSSIS tuis obtemperans, Pater ampliſsime, totius noſtri ordinis moderator & columen, legi fragmenta quedam in Hoſſeam admodum reuerendi patris, fratris Hieronymi Guadalupenſis, meo quidem iudicio, erudita, & elaborata, in ſenſu literæ eruendo dexteritas, in morali, vt vocant, cœpto operi culmen imponens, ingenij fœlicitas ſatis lucent. Opus equidem dignum lectu, & quod typis iure optimo poſsit excudi. Facile enim deprehendas ex his paucis, velut ex vnguibus, vt aiunt, leonem. Mantuæ die. 28. Anno à Chriſto nato. 1580.

Fr. Ioannes à Ttrugilo prior monaſterij diu Hieronymi Regij apud Madritum.

FACVL-

# FACVLTAS DATA AVCTORI AB ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO D. DOMINO ANDREA SANCTOS Archiepiſcopo digniſsimo Cæſaraugustano, vt hæc commentaria typis excudantur.

ANdreas Sanctos Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus, Regiúſque conſiliarius, &c. Viſa cenſura, & approbatione admodum Reuerendi domini Doctoris Petri Cerbuna, noſtrę metropolitanæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ Prioris, damus licentiã imprimendi in tota noſtra diœceſi Reuerendi patris fratris Hieronymi Guadalupenſis, ordinis diui Hieronymi cõmentaria in Hoſſeam prophetã. Dat. in villa de Caſpe die dicima menſis Februarij, Anno Domini Milleſimo, quingentiſsimo, octuageſimo primo.

*A. Archiepiſcopus Cæſarauguſtauus.*

Mandato Illuſtriſsimi Domini mei Archiepiſcpi.

*Ioannes Creſpo Secretarius.*

APPROBA-

# APPROBATIO DOMINI PETRI A CERBVNA, VIRI DOCTISSIMI, ET INTEGERRIMI LIBEralium artium magiſtri, & ſacrę Theologię doctoris, Metropolitanæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ digniſſimi prioris, & quondam ſacrę Thæologię primarij profeſſoris, primum in Ilerdenſi, poſtea Hoſcenſi Academiis.

***

*COmmentaria in Hoſſeam Prophetam religioſiſſimi patris, fratris Hieronymi Gualupenſis meæ cenſuræ concredita ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo. D. D. Andrea Sanctos, huius ſanctæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ Archiepiſcopo, ſyncera circunſpectione & accurata conſideratione, vt muneri iniuncto fido, & tuto iudicio ſatisfacerem, perlegi. In quibus multa præclara certe, pia, orthodoxa, atque eruditionis plena continere arbitror. Doctiſſimus ſiquidem auctor, ſtylo facili, et, quoad res patitur, pura, ornataque verborum proprietate, vna cum diui Prophetæ copioſa, & abſoluta interpretatione, varia etiam, ac difficilia vtriuſque teſtamenti teſtimonia, eorumque myſteria recondita, vero, & germano ſenſu iuxtà ſacrorum Conciliorum, & ſummorum Pontificum dogmata, & ſanctiones ſanctorumque patrum, & doctorum tam antiquorum, quàm recentiorum ſanam doctrinam, & receptam ſententiam, pluribus hæreticorum erroribus refutatis, elucidat, ac diligenter explicat. Ad hominum autem vitam Chriſtianè, & Catholice inſtituen*

*dam*

*dam plurima fructuoſæ, & iucundæ lectionis ex ſacra Scriptura, & ſcriptoribus Eccleſiaſticis tradit, interpoſitis ex authoribus externis exemplis, ſententiis, dictis, & factis ſelectiſsimis, quæ fidelibus, & bonis moribus appoſitè accōmodantur. Ea verò omnia vtiliſsima planè erunt diuini verbi prædicatoribus ad conciones concionandas, quas feſtis diebus, & aliis ad populum habere conſueuerunt Cum igitur hæc ita ſint, nihilque aduerſum fidei, & religioni noſtræ ſanctæ Romane Eccleſiæ in hoc opere viderim: dignum iudico, vt excuſum in lucem per orbem prodeat Quo author diuinis, & humanis diſciplinis apprimè eruditus, ad maiora edenda, quæ nos ab eo expectare poſſe noui, alliciatur. Cæſarauguſtæ. 18. Ianuarij. 1581.*

*Doctor Petrus Cerbuna.*

MICHAEL

# MICHAEL DE ANINYON CAESARAVGVSTANVS, DECRETORVM DOCTOR, ET SANCTI OFFICII CONSVLTOR

in laudem, & commendationem Commentariorum Reuerendi admodum, atque Doctiſſimi Patris, F. Hier. à Guadalupe, Ordinis Hieronymiani, ſuper Hoſſeæ vatem.

## EPIGRAMMA.

*Nomine in Hoſſeæ, ac cunctis ſermonibus eius*
*Significata fuit Spes, & amanda ſalus.*
*Fornicia vxoris notat hoc copulatio, proles,*
*Parabolæ, & reliquæ, ſunt vbi mille nodi.*
*Quos ita diſſoluit liber hic, vt dona ſalutis,*
*Quiſquis, eo lecto, diſcat, & omne bonum.*
*Gloria ſit Chriſto, Guadalupo gratia patri*
*Hieronymo authori: qui reſerauit ea*
*Moribus, exemplis, literis, virtute ſequutus*
*Hieronymum, & propria Religione patrem.*
*Qui ſaluari igitur ſperas, & ſcandere cœlos,*
*Alter vt Hoſſeas, hunc lege (crede) librum.*

FRATER

## F. FRANC. MVNOZ, MONASTERII DIVI BARTHOLOMÆI, REGII DELVPIANA HIERONYMIANI PROFESSVS, IN LAVdem, & commendationem Commentariorum Reuerendi admodum, atque Doctiſſimi Patris, F. Hieron. à Guadalupe, Ordinis Hieronymiani, ſuper Hoſſeæ, Epigramma.

*PErcuſſit Moſes virga duriſſima ſaxa,*
*E quibus eduxit, Nectaris inſtar, aquas.*
*Pectora tunc populi ingrati ſitibunda repleuit.*
*Vtque ſitim placat, nulla querela fuit.*
*Aegyptum miſeram, currus Pharaonis, & Arma.*
*Vnda tumens voluit fluctibus in mediis,*
*Mox tamen, vt virga acceſſit, Moſeſq; profunda*
*Increpuit fidus cœrula, ſicca patet.*
*Sic liber Hoſſeæ multos terrere videtur,*
*Nec poſſe euolui dicere turba ſolet*
*Difficilem fateor, facilem ſed virga reducet,*
*Qua tu ſi tangas, cuncta patere puta.*
*Hæc Commenta voco virgam, qua obſcura fugantur,*
*Qua nec vexabit quæſtio difficilis.*
*Non Aenigmaticus ſermo, non nubila quæque*
*Terrorem incutient, ſi hæc tibi virga fauet.*
*Ergo age tu, quicunque velis, ſublimia noſſe,*
*Et fixis oculis cernere ſacra cupis.*
*Accipe Hieronymi noſtri certiſſima fila,*
*Corruet & prorſus Dædalus arte ſua.*

F. FRAN-

## F. FRANCISCVS FERNANDEZ HIERONYMIANVS, ET MONASTERII SANCTÆ ENGRATIÆ PROFESSVS IN LAVDEM HVIVS OPERIS.

*Cynthius adueniens radiis illuſtrat Apollo,*
*Aethera, quæ noctu luce carere vides.*
*Heſperiæ noſtræ, quo clarior illa maneret,*
*Hoc dedit egregium Guadalupenſis opus.*

*Sydereos fontes optans haurire Mineruæ,*
*Crimina qui cordis ſæpe lauare ſolent.*
*Declamatoris cupiens attingere munus,*
*Hunc pete, nec longo tempore magnus eris.*

*Heſperus, vt noctis venientibus emicat vmbris,*
*Et veluti fulget lucifer ante diem,*
*Sic ſuperat omnes doctos grauitate docendi,*
*Culmina qui ſophiæ, iam tetigiſſe putant.*

*Effulget, veluti inter cœli ſydera Phœbus*
*Excelſum cuius nomen ad aſtra volat.*
*Hunc legat, admoneo quicunque fauentibus Euris,*
*Appetit æthereas ſumere corde dapes.*

††† F. Fra

## Fratris Franciſci A Meſſana Hieronymiani, & profeſſi monaſterij ſancti Bartholomæi Regij de Lupiana Hendecaſyllabum Phaleucium in laudem Authoris.

*LAVDES aggrediar? fauere præſtat*
*Linguis, ingenium ruit, Minerua*
*Et inuita, monet Silere prorſus*
*Heus dulces Helicone, vos Sorores,*
*Vos ſcruo properate, campus ingens*
*Vernans ecce datur, colore florum*
*Ornatus vario: magis nec vnquam*
*Vos vidi per amœna rura feſtas*
*Ducentes choreas, adeſte, grates*
*Soluetis mihi noſtra ſingularem*
*H unc ætas habet, hoc nec, ô vetuſtas,*
*I lluſtres tibi diues vnudemus.*
*E xpromens Sacra Spiritus Tonantis*
*R eſtaurat, ſimul ebibiſſe iam iam*
*O bumbrata Dei videtur, hauſto*
*N imbo, quo fuerant patres locuti,*
*I llomet, vel opus legatis iſtud.*
*M irandum quid erit, quid intueri*
*V rgentem populos, leuique duros*
*M utantem ſcopulos labore, nectar*
*E ffundentem, animaſque pertrahentem?*
*G audet Religio patriſque cernit*
*V erum prototypum. Quid intonantem,*
*A ſtantemque ſcholis, erit videre?*
*D iuinum redolet loquens odorem.*
*A d nos è ſuperis, datum, putamus,*
*L ætemur, nimis atra cum procella*
*V oluat tempora, Græca cum Latinis*
*P ermutans, miſeris leuament affert,*
*E n cunctis opus hoc loquatur vnum.*
*Nomen grande refers, polis celebre,*
*Hoc eſt lex Sacra, iura noſtra vincit:*
*Nos ſerpemus humi iuuat tacere.*



# INDEX EVANGELICVS

IN GRATIAM PIORVM DOCTISSImorúmque diuini verbi declamatorum facili ordine digeſtus, quo oſtenditur quibuſnam Euangeliorum locis qui per anni curriculum tractari poſſunt, quadrent obſeruationes ſpectantes adinſtituendos mores in his commentariis contentæ, ex quibus conciones ornare & amplificare valebunt, non ſolum Prædicatores verum etiam omnes qui ad ſedandos hominum affectus, componendam vitam. Chriſtóque mentes venandas plebem hortari & paſcere datum eſt, quales ſunt Parrochi quique animarum curam ex profeſſo adepti ſunt. Porrò nullum ferè in ſacroſanctæ Miſſæ, ſacrificio legitur Euangelium cui vberrimam dicendi copiam non ſuppetat vel more oratorio fusè & copiosè vel ſcholaſtico breuiter & acutè, ita vt ſufficienter animum explere liceat.

## ADVENTVS.

### *Pro Dominica prima. Lucæ 21.*


EST obſeruatio in hæc verba, Erunt ſigna in Sole & Luna rurſum. 52.399.563.
2 In hæc verba. Areſcentibus hominibus. 531.518.642.564.
3 In hæc verba, Tunc videbunt filium hominis. 205.454.475.475.700.
4 In hæc verba, videbunt filium hominis venientem cum poteſtate. 808.
5 In hæc verba, His autem fieri incipientibus. 45.132.417.855.


### *Pro ſecunda Dominica. Matth. 11.*


1 In hæc verba, Cum audiſſet Ioannes. 772.

3 In hæc verba, Ite & renunciate Ioanni, quæ vidiſtis. 878.
4 In hæc verba, Quid exiſtis in deſertum videre 698.
2 In hæc verba, Ecce qui mollibus veſtiuntur. 249.

*Pro tertia. Matth. 11.*

1 In hæc verba, Ego vox clamãtis in deſerto. 262.249.248

*Pro quarta Lucæ 3.*

1 In hæc verba, Anno quinto decimo imperij. 285.
2 In hæc verba, procurante Pontio Pilato. 592.845.
3 In hæc verba, ſub principibus Anna, & Caipha 288.
4 In hęc verba, factum eſt verbum domini ſuper Ioannem filium Zachariæ. 800 26.29.903.
5 In hæc verba, prædicans Baptiſmum pœnitentiæ. 89.633.
6 In hæc verba, parate viam domino. 458.
7 In hæc verba, videns enim à Pilato extero. 118.

*Pro Natiuitate Domini Lucæ 2.*

1 In hæc verba, aſcendit Ioſeph in Bethlehem. 563. 174. 288.
2 In hæc verba, eo quod eſſet Ioſeph de domo & familia Dauid. 902.
3 In hæc verba, Maria peperit filium. 686.
4 In hæc verba, pannis eum inuoluit. 144.
5 In hæc verba, non erat ei locus in diuerſorio. 562.
6 In hæc verba, erant paſtores in regione eadem. 488.

*In die S. Stephani. Matth. 23.*

1 In hæc verba, veniet ſuper vos omnis ſanguis. 481.
2 In hæc verba, Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis prophetas. 655.

*Pro Circunciſione Domini Lucæ. 2.*

1 In hæc verba, poſtquam conſumati ſunt dies octo. 361. 744.559.94.
2 In hæc verba, venerunt circuncidere puerum. 187.
3 In hæc verba, vocatum eſt nomen eius Ieſus. 104.

*Pro Epiphania Domini. Matth. 2.*

In hæc verba, ſic enim ſcriptum eſt, In Bethlehem Iudæ. 18.

In hæc

1 In hæc verba Ecce Magi ab oriente. 774.
2 In hæc verba, cũ nat[us] eſſet Ieſus in diebus Herodis. 43.
3 In hæc verba, venimus cum muneribus. 646.
4 In hæc verba, turbatus eſt Rex Herodes. 863.563.585. 421.198.
5 In hæc verba, congregans omnes principes. 424.115.
6 In hæc verba, videntes ſtellam. 788.
7 In hæc verba inuenerunt puerum. 144.
8 In hæc verba, per aliam viam reuerſi ſunt. 458.862. 455.

*Dominica infra octauas Epiphaniæ. Luc. 2.*

In hæc verba, inuenerunt illum in templo in medio, &c. 485. 566.636.

*Dominica in octaua Epiphaniæ.*

In hæc verba, venit Ieſus à Galilea. 210.b.

*Dominica prima poſt octauas Epiphaniæ. Ioan. 2.*

In hæc verba, deficiente vino. 501.

*Dominica quarta poſt octauas Epiphaniæ. Math. 13.*

In hæc verba, cùm autem dormirent omnes. 43.
In hæc verba, vis, imus & colligamus zizania. 714.886.

*Dominica in Septuageſima. Matth. 20.*

1 In hæc verba, exiit primo mane, &c. 556.872.
2 In hæc verba, conducere operarios. 553.
3 In hæc verba, ite in vineam meam. &c. 558.559.287.
4 In hæc verba, cum veniſſent ergo, qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios. 837. 165.
5 In hæc verba multi ſunt vocati, &c. 889.159.

*Dominica in Sexageſima. Luc. 8.*

1 In hæc verba, exiit ſeminare ſemen ſuum. 335.292.337.
2 In hæc verba, aliud cecidit ſecus viam. 254.567.692.
3 In hæc verba, ſpinæ ſimul exortæ. 737.

 Dominica

*Dominica in Quinquageſima. Luc. 18.*

1 In hæc verba, ait illis ſecreto. 22.
1 In hæc verba, ecce aſcendimus, &c. 565.
3 In hæc verba, tradetur enim gentibus. 644.737.b.

*Feria quarta cinerum, Matth. 6.*

1 In hæc verba, nolite fieri ſicut hypocrytę. 197.771.
2 In hæc verba, vnge caput tuum, &c. 625.798.
3 In hæc verba, nolite theſaurizare, 615.

*Feria ſexta in capite ieiunij. Matth. 3.*

1 In hæc verba, diliges amicum tuum. 221.848.
2 In hæc verba, diligite inimicos veſtros. 78.
3 In hæc verba, ſi offers munus ad altare, &c. 179.

*Dominica prima in Quadrageſima. Matth. 4.*

1 In hæc verba, ductus eſt Ieſus à ſpiritu. 485.
2 In hæc verba, accedens tentator dixit ei, &c. 614.
3 In hæc verba, dic vt lapides iſti panes fiant. 455.601.
4 In hæc verba, ſtatuit eum ſuper pinnaculum. 782.601.
5 In hæc verba, tunc reliquit eum diabolus. 625.

*Feria quinta. Matth. 15.*

1 In hæc verba, Miſerere mei domine, &c. 559.333.77.237.
2 In hæc verba, quæ non reſpondit ei. 278.311.279.
3 In hæc verba, dimitte eam, &c. 515.
4 In hæc verba, non ſum miſſus. 172.158.47.

*Feria ſexta Ioan. 5.*

1 In hæc verba, ecce ſanus factus es. 232.
2 In hæc verba, noli amplius peccare. 210.
3 In hæc verba, ne deterius tibi contingat. 262.

*Dominica ſecunda in Quadrageſima. Matth. 17.*

1 In hæc verba, Aſſumpſit Petrum, & Iacobum. 836.333.23.
2 In hæc verba, duxit eos in montem. 158.

3 In

3 In hæc verba, Domine bonum eſt nos hic eſſe. 455. 84.
4 In hæc verba, adhuc eo loquente. 232.710.846
5 In hæc verba, audientes diſcipuli ceciderunt. 854.

*Feria tertia. Matth. 23.*

In hæc verba, ſuper cathedram Moyſi. 59.

*Feria quarta Lucæ. 16.*

In hæc verba, homo quidam erat diues. 758751.210. 108.
In hæc verba, induebatur purpura, &c. 288 251.
In hæc verba, ſtulte hac nocte, &c. 465.317.133.
In hæc verba, cupiebat Lazarus ſaturari de micis. 886.

*Fria ſexta Matt. 21.*

1 In hæc verba, accurrens cecidit ſuper collum eius. 143. 108. 134.
2 In hæc verba, adoleſcentior filius. 522.
In hæc verba, pater da mihi portionem, &c. 167.168.
3 In hæc verba, gaudium eſt angelis, &c. 181.276.
4 In hæc verba, in ſe autem reuerſus. 493.
5 In hæc verba, cupiebat filius ille. 476.557.
6 In hæc verba, quanti mercenarij, &c. 236.
7 In hæc verba, ſurgam, & ibo ad patrem. 740.203.
8 In hæc verba, ego hic fame pereo. 679.
90 In hæc verba ibo ad patrem meum. 890.
11 In hæc verba, cum adhuc longe eſſet. 221.288.

*Dominica tertia in Quadrageſima. Luc. 11.*

1 In hæc verba, cum eieciſſet dæmonium. 16.
2 In hæc verba, Ieſus autem vt vidit cogitationes eorum. 459.
3 In hæc verba, Si in digito dei eiicio demonia. 109.
4 In hæc verba, omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. 174.130.
5 In hæc verba, cum immundus exierit ſpiritus. 519.
6 In hæc verba, tunc vadit, & aſſumit. 777.
7 In hæc verba, erunt nouiſſima hominis iſtius. 791.
8 In hæc verba, extollens vocem quædam mulier. 80

*Feria tertia Matth. 18.*

††† 4 In hæc

In hæc verba, ſi peccauerit in te frater tuus. 409.190.589

*Feria quarta. Math. 15.*

In hæc verba, quare diſcipuli tui tranſgrediuntur. 811.

*Feria ſexta. Ioan. 4.*

1 In hæc verba, Ieſus autem fatigatus ex itinere. 331
2 In hæc verba, fiet in eo fons aquæ ſalientis. 837.549

*Sabbatho. Ioan. 7.*

1 In hæc verba, adducunt ſcribæ & Phariſæi mulierem in adulterio. 541.
2 In hęc verba, vnus poſt vnum exibant. 125.564.
3 In hæc verba, vade & iam noli amplius peccare. 230.
In hæc verba, inclinans ſe ſcribebat. 700.

*Dominica quarta in Quadrageſima. Ioan. 6.*

1 In hæc verba, aſcendit Ieſus in montem. 835.
2 In hæc verba, ſubiit Ieſus & ſedebat. 836.
3 In hæc verba, cum ſubleuaſſet Ieſus oculos. 347.197.
4 In hęc verba, vnde ememus panes. 826.515.
4 In hęc verba, facite homines diſcumbere. 595.
5 In hæc verba, eſt puer vnus hic. 501
6 In hæc verba, accepit Ieſus panes. 735.
7 In hæc verba, ſuſpiciens in cœlum. 221.
8 In hæc verba, diſtribuit Ieſus diſcũbentibus. 478.577.
9 In hæc verba, hic eſt vere propheta. 242.

*Feria quarta. Ioan. 9.*

In hæc verba, præteriens Ieſus. 239
In hæc verba, fecit lutum ex ſputo. 645.

*Feria ſexta. Ioan. 11.*

In hæc verba, erat quidam languens Lazarus. 269.

*Dominica in Paſſione. Ioan. 8.*

1 In

1 In hæc verba, qui ex deo eſt, verba Dei audit. 38.
2 In hæc verba, ſi filij Abrahæ eſtis. 29.
3 In hæc verba, ſi quis ſermonem meum ſeruabit. 181. 74.
4 In hæc verba, nunquid tu maior es patre noſtro. 49.
5 In hæc verba, vos inhonoraſtis me. 74.

*Dominica in ramis palmarum. Math. 21.*

In hæc verba, ſedens ſuper aſinam & pullum. 399.

*Feria quinta. Ioan. 13.*

1 In hæc verba, ſciens Ieſus quia venit. 418.389.
2 In hæc verba, cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo. 304.303.151.404.692.
2 In hæc verba, in finem dilexit eos. 881.
3 In hæc verba, linteo præcinxit ſe. 598.
4 In hæc verba, cœpit lauare pedes. 46.621.
5 In hæc verba, venit itaque ad Simonem Petrum. 172. 334. 595.
6 In hæc verba, non lauabis in æternum. 299.
7 In hæc verba, ſi non lauero te. 10.808.52.208.218.
8 Item, quod ſtuduerit multis modis & viis reuocare Iudam â peccato. 691.
9 In hæc verba, & cum intinxiſſet panem dedit ei. 726.

*Feria ſexta in Paraſceue. Ioan. 18. & 19.*

1 In hæc verba egreſſus eſt Ieſus. 562.
2 In hæc verba, Simon dormis 317.
3 In hæc verba venerunt in locum, qui dicitur Golgota. 169.
4 In hæc verba, Iudas autem quærebat opportunitatem. 94.
5 In hæc verba, Relicto eo omnes fugerunt. 7.772.254.
6 In hæc verba facti ſunt amici Herodes & Pilatus. 175.
7 In hæc verba, Statim gallus cantauit. 231.
8 In hæc verba, ſtabat populus ſpectans. 613.
9 In hęc verba, ſi hunc dimittis, nõ es amicus Cęſaris. 738.
10 In hæc verba, Amen, Amen dico vobis. 781.

*In die Paſcha. Mar. 16.*

In hęc verba viderunt iuuenem ſedẽtem, &c. 174.178.177 558.

*Feria ſecunda. Luc. 24.*

In hæc hæc verba, Et ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. 74.
In hæc verba, qui ſunt hi ſermones. 257.
In hæc verba, tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem. 385.
In hęc verba, de Ieſu Nazareno qui fuit vir propheta. 18.253.
In hæc verba, ô ſtulti & tardi corde, &c. 698.à
In hæc verba, Nonne oportebat Chriſtum pati. 554
In hæc verba, oportebat pati Chriſtum. 291.303.
In hæc verba, incipiens à Moſe. 682. 704.
In hæc verba, accepit panem, &c. 618.
In hæc verba, nónne cor noſtrum ardens erat. 97.23.

*Dominica prima poſt Paſcha. Ioan. 10.*

In verba, & poſt dies octo. 364.

*Dominica ſecunda. Ioan. 10.*

In hæc verba, Ego ſum paſtor bonus. 646.
In hæc verba, bonus paſtor animam ſuam. 592.
In hæc verba, qui non intrat per hoſtium. 462.

*Dominica tertia. Ioan. 16.*

In hæc verba, modicum & non videbitis me. 417.

*Feria ſecunda in rogationibus. Luc. 11.*

In hæc verba, ſi quid petieritis patrem in nomine meo. 153

*In die Aſcenſionis. Mar. 16.*

In hæc verba, euntes in mundum vniuerſum. 759.47. 599.

*In die Pentecoſtes. Ioan. 14.*

In hæc verba, ſi quis diligit me ſermonem, &c. 26.36. 778.
In hæc verba, repleti ſunt ſpiritu ſancto. 121.

*In die Trinitatis. Luc. 6.*

In hæc verba, baptizantes eos in nomine patris & filij, &c. 89.393

In Die

*In die Sacramenti. Ioan. 6.*

In hæc verba, caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus. 905.

*Dominica prima poſt Corpus Chriſti. Luc. 14.*

In hæc verba, exi cito in plateas. 575.

*Dominica tertia poſt Pentecoſten. Luc. 15.*

In hæc verba, gaudium eſt coram angelis ſuper. 89. 278.108. 634.326.614.

*Dominica octaua poſt Pentecoſten. Luc. 16.*

1 In hæc verba, habebat villicum. 791.
2 In hæc verba, quid faciam quia Dominus meus. 291.
3 In hæc verba, accipe cautionem tuam. 110.
4 In hæc verba, redde rationem villicationis tuæ. 489.
5 In hęc verba, laudauit dominus villicum iniquitatis. 614.

*Dominica non poſt Pentecoſten.*

1 In hæc verba, cum appropinquaſſet Ieſus Ieruſalem. 297.
2 In hæc verba, videns ciuitatem fleuit ſuper illam. 893. 846.426.348.210. 296.798.

*Dominica decima poſt Pentecoſten. Luc. 18.*

1 In verba, duo homines aſcendebant in templum. 725.
2 In hæc verba, non ſum ſicut cęteri hominum. 49.811.524.
3 In hæc verba, ieiuno bis in ſabbatho. 262. 773.
4 In hæc verba, non ſum velut hic publicanus.
5 In hæc verba, nolebat nec oculos leuare ad cœlum. 219.
6 In hæc verba, hic iuſtificatus deſcendit. 827.

*Pro duodecima. Luc. 10.*

2 In hæc verba, accidit autem vt ſacerdos.
3 In hæc verba, Samaritanus autem quidam iter faciens. 701.
4 In hæc verba, infundens vinum & oleum ſuper vulnera eius. 721.
In hæc verba, alligauit vulnera eius. 827.

*Pro Dominica decima tertia poſt Pentecoſten. Luc. 17.*

1 In hæc verba, occurrerunt ei decem viri leproſi. 771.
2 In hæc verba, vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt magnificans, &c. 242.

*Pro Dominica decima quarta. Matth. 6.*

In

In hæc verba, primum quærite regnum dei. 438.232.

*Pro Dominica decimaquinta. Luc.7.*

1 In hæc verba, ecce, defunctus efferebatur. 332.96.806.
2 Quam cum vidiſſet dominus, miſericordia motus. 296.

*Pro Dominica decima nona. Matth.22.*

In hæc verba, ligatis manibus, &c. 578.
In hæc verba, amice quomodo huc intraſti. 620.716.

*Pro Dominica vigeſima prima poſt Pentecoſten. Matth.18.*

In hæc verba, iuſſit rex venundari vxorem & filios eius. 576.
In hæc verba, procidens autem ſeruus ille. 125.
In hæc verba, ſerue nequam. 828.298.
In hæc verba, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtis. 601.602.460.
In hæc verba, nonne oportuit te miſereri conſerui tui. 389.
In hæc verba, ſic & pater me. 633.
In hæc verba, iratus eſt dominus. 642.

*Pro Dominica vigeſima ſecunda poſt Pentecoſten. Matt.22.*

1 In hæc verba, abeuntes Phariſæi. 614. 313.
2 Magiſter ſcimus quia verax es. 421.

*Pro Dominica vigeſima quarta poſt Pentecoſten. Matth.6.*

1 In hæc verba, cum videritis abominationem. 139.565.
2 In hæc verba, nõ relinquetur hic lapis ſuper lapidẽ. 231.
3 In hæc verba, væ autem prægnantibus. 894.

*In die ſancti Andreæ. Math.*

In hæc verba, venite poſt me, & faciam vos. 162.

*In die ſancti Thomæ. Ioan.20.*

In hæc verba, ſtetit in medio diſcipulorum. 174.

*In die Purificationis beatæ Mariæ Luc.2.*

In hæc verba, vt darent hoſtiam. 757.246.
In hæc verba, Simeon venit in ſpiritu. 782.
In hæc verba, Ecce, homo erat in Ieruſalem. 743.267.
In hæc verba, homo iſte iuſtus, ac timoratus. 854.

*Pro Annunciatione beatæ Mariæ. Luc.1.*

1 In hæc verba, Miſſus eſt angelus in ciuitatem. 720.
2 In hæc verba, Aue gratia plena 327.
3 In hæc verba, concipies & paries filium. 96.
4 In hæc verba, cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, 16.
5 In hæc verba, quomodo fiet iſtud. 90. 541. 498. 145. 652.
6 In hæc verba, quæ cum audiſſet turbata eſt. 557.
7 In hæc verba, ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. 751.

*Pro Martyribus tempore Paſchali.*

In hæc verba, ſi quis in me non manſerit. 808.
In hæc verba, omnem palmitem in me non ferentem fructum. 587.

*In die ſanctorum Apoſtolorum. Philippi & Iacobi Ioan.41.*

In hæc verba, in domo patris mei manſiones multæ ſunt. 853.

*In exaltatione ſanctæ Crucis. Ioan.12.*

In hæc verba, Amen, Amen dico vobis. 219.
In hæc verba, exaltari oportet filium hominis. 896.

*In die ſancti Ioannis Baptiſtæ. Luc.1.*

In hæc verba, vxor tua Elizabeth pariet tibi filium. 98.
In hæc verba, congratulabantur ei. 653.
In hæc verba, vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. 104. 569.
In hæc verba, nequaquam ſed vocabitur Ioannes. 653.
In hæc verba, quiſputas puer iſte erit. 506.

*In die*

*In die Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli. Matth. 16.*

1 In hæc verba, beatus es ſimon Bariona. 569.253.

*In die viſitationis beatæ Mariæ. Luc. 2.*

1 In hæc verba, exurgens Maria abiit. 67.451.
2 In hæc verba, depoſuit porentes de ſede. 805.

*In die beatæ Mariæ Magdalenæ. Luc. 7.*

1 In hæc verba, mulier quæ erat inciuitate peccatrix. 170. 630.165.176.
2 In hæc verba Attulit alab aſtrum. 777.710.
3 In hæc verba, ſtans retro ſecus pedes eius. 570.
4 In hæc verba, lachrymis cœpit rigare. 519. 276.
5 In hæc verba, hic ſi eſſet propheta. 586. 219.
6 In hæc verba, remittuntur ei peccata. 271.173.276.

*In die ſancti Iacobi Apoſtoli. Matth. 20.*

1 In hæc verba, neſcitis quid petatis. 910.
2 In hæc verba, poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? 26.443.

*In Aſſumptione beatæ Mariæ. Luc. 10.*

In hæc verba, ſedens ſecus pedes domini. 428.

*In die ſancti Bartholomæi.*

In hæc verba, Et cum dies factus eſſet. 55.172.764.

*In die decollatiois ſancti Ioannis Baptiſtæ.*

In hæc verba, vinxit Herodes Ioannem. 418.
In hæc verba, non licet tibi habere vxorem. 728.
In hæc verba, Herodias autem inſidiabatur illi. 587.

*In Natiuitate beatæ Mariæ Matth. 18.*

In hæc verba, liber generationis Ieſu Chriſti fili Dauid. 49. 504.

In hæc

In hæc verba, iudas genuit Phares & Zaram de Thamar. 29. 159.556.545.

*In die ſancti Matth. 9.*

1 In hæc verba, Sequere me, 173. 740.
2 In hæc verba, Et ſurgens ſecutus eſt eum. 86.
3 In hæc verba, Et factum eſt diſcumbente eo. 627. 734.
4 In hæc verba, non opus eſt valentibus Medicus. 586.
5 In hæc verba, euntes autem diſcite. 698.

*In die ſancti Michaelis. Matth. 10.*

In hæc verba, aduocans Ieſus paruulum. 26.

*In die ſancti Lucæ. Luc. 10.*

In hæc verba, in quamcunque domum intraueritis. 562.

*In die S. Simonis & Iudæ Ioan. 15.*

In hæc verba, hæc mando vobis. 150.

*In die omnium ſanctorum. Matth. 5.*

1 In hæc verba, aperiens os ſuum. 16.
2 In hæc verba, beati pauperes ſpiritu. 225.775.208.564. 243.357.
3 In hæc verba, beati qui lugent quoniam. 277.297.
4 In hæc verba, beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. 329.
5 In hæc verba, beati miſericordes. 828. 706.
6 In hæc verba, beati qui perſecutionem, &c. 303.554.644.
7 In hæc verba, beati eritis cum maledixerint vobis. 150. 230.310.291.
8 In hæc verba, gaudete & exultate. 372.

*Pro communi Apoſtolorum. Ioan. 15. & Matth. 10.*

In hæc verba ecce nos relinquimus omnia. 345.
2 In hæc verba, ecce ego mitto vos. 264.315.333.
In hæc verba, hoc eſt præceptum meum. 304.345.

In hæc

In hæc verba, cauete ab hominibus. 253.

*Pro confeſſoribus.*

In hæc verba, ecce nos reliquimus omnia. 260.234.372.
In hæc verba, ſi ſciret pater familias. 317.
In hæc verba, ſint lumbi veſtri, &c. 392.
In hæc verba, beati illi ſerui, quos cum venerit dominus. 803.

*Pro Doctoribus.*

1 In hæc verba, vos eſtis ſal terræ. 48.199.392.
2 In hæc verba, quod ſi ſal euanuerit. 637.
3 In hæc verba, vos eſtis lux mundi. 392.424.

*In Dedicatione Eccleſiæ. Luc. 19.*

In hæc verba, Zachæe feſtinans deſcende. 86.

*SVNT & aliæ multæ id genus obſeruationes ad componendos mores in hoc libro dictus non inferiores, quas peculiaribus anni concionibus non aptauit auctor, ſed aptandas reliquit Marti benigni lectoris, tum quia ex locorum communium ratione, & rerum occurrentium materia, quiſque facile eas aptare poterit, tum ne prolixitas voluminis tædium pareret.*

*F. FRA.*



# F. HIERONYMI GVADALVPENSIS THEOLOGI PROFESSORIS, ET ORDINIS DIVI HIERONYMI IN HOSSEAM PROPHETAM commentaria.

## ARGVMENTVM Vaticinij Hoſſeç.

ANTEA *quam explanationem aggrediamur argumentum huius Vaticinij præjicere ſtatui, vt perpaucis complectamur, quæ fuſius in his oraculis expendit Hoſſeas, deinde quo vtatur dicendi, & elocutionis genere etiam aperiemus. Quoniã hæc duo non parum conducunt ad arcana huius Vatis per-*
*cipienda. Eſt autem hoc argumentum, Facta diuiſione popu* 1. Re. 12.
*li Iudæorum ſub Roboam filio Salomonis, vt Hiſtoria Regum refert, decem Tribubus impius Hieroboam filius Nabath imperauit, is cum metueret, ne, aſcendente populo in templum Ieroſolymitanum, vt Deum coleret, tribus dictæ deficerent, & ad Dauidicum redirent regnum, grauiſſimè impius in Deum eſſe cœpit. Nam duos vitulos aureos fabricauit, quorum alterũ in Dan, alterum in Bethel collocauit. Hinc impietas idololatriæ in decẽ Tribus irrepſit: & idolis finitimarum gentium ſeruire docuit, atque in extremam iniquitatem prolapſæ, omnibus criminum actionibus permiſerunt habenas, quamobrem varijs ſubijciuntur & acer*

*biſſimis calamitatibus. Diuina namque prouidentia, & regno ſpoliantur, & facultatibus. Primus eos debellauit Syrorum Rex, deinde Phoa Aſſyriorum Rex maximum tributum exegit poſt hunc, Theglaphalaſar, cum multas vrbes, euertiſſet, partem incolarum interfecit, partémque in captiuitatem redigit, poſtea Salmanaſar paribus affecit incommodis vrbes, quæ prius vaſtatæ non fuerant, atque exercitu in obſidionem explicato, vna cum habitatoribus Samariam cepit, decemq; Tribuum reliquias in Aſſyriorum terram abduxit poſtremus vero Rex Sennacherib, cum bellum contra Iudæam mouiſſet, & vrbes quaſdam ſubiugaßet, Ieruſalemq; obſidere tentaſſet, plaga diuinitus illata, exercitum perdidit. Hæc ſunt quæ diuinus vates Hoſſeas in munus Propheticum accitus, mentis oculis longe proſpiciens, prædicere iubetur populo Iudæorum, vt prædictionum metu ad meliorem frugem ſe conuerterent. Ad poſtremum, præcinit Iudæorum populum poſt tot labores, atque tam diutina exilia in patriam rediturum, templumq; ſibi reſtituendum, & hanc templi, & Ieruſalem reſtitutionem integram, atque ſtabilem futuram, ita vt nuſquam rurſus in diuerſa regna, aut diuerſas factiones diſſoluantur, ſed firmiſſimo concordiæ vinculo copulati, vni Regi, & populorum Paſtori parentes, eiuſque legibus colla ſubmittentes, æternæ fœlicitatis compotes euadant.*

Quo



## *Quo vſus fuerit dicendi genere, & elocutionis forma Hoſſeas.*

QVOD autem ſpectat ad dicendi genus, & elocutionis formam, mira breuitate, elgantiſſimè tamen explicuit D. Hieronymus, dum hunc Vatem vocat commaticum, & quaſi per ſententias loquentem. Ac ſi apertius dicat, Vario vtitur, ac multiplici dicendi genere, nam breuibus chartis multas, atque maximas res complectitur, & innumeris affectibus plenus eloquitur. Quæ omnia illum reddunt obſcuriorem. Agit enim hominem grauiſſimis affectibus concitatum, tantámque præ ſe fert animi affectionem: vt ea nulla in humanis mentibus excogitari poſſit concitatior. Perſonam quippe ſuſtinet viri, vxoris amantiſſimi, quæ tanti amoris oblita, illum deteſtanda adulterij iniuria afficiat, cuius dolori tanta eſt acerbitas, vt ei nullum humanæ leges modum inuenire potuerint, neque ipſa diuina lex vllum impoſuerit modum, quo minus animus vindictæ cupidus expleatur. Ergo ſi quis propriam vxorem, quam ſemper ſummo amore eſt proſecutus, maximíſque beneficiis cumulauit, in adulterio palam deprehenderit, quo dolore vir ingratiſſimæ, & impudicæ fœminæ iſtius matrimonio copulatus afficietur? quanta ſcandeſcet ira? quis tantæ acerbitatis, & cruciatus vaſtitatem poterit animo metiri, nedum verbis expendere? Verum, cum maximus, atque vehementiſſimus amoris nexus, quo huic iniquæ eſt coniunctus, vltionis impetum retardet, quis valebit explicare, quibus perturbationibus, ac moleſtiſſimis cogitationibus vir agitetur? Cum ergo hanc agat amantis perſonam, Vates Hoſſeas, vario atque conſciſo genere dicendi vtitur, quamobrem & illum venuſtiſſimè Diuus Hieronymus commaticum appellat, & quaſi per ſententias loquentem. Sed hæc melius percipientur in ipſa Vatis explanatione.

## CAPVT I.

VERBVM *Domini quod factum eſt ad* Hoſſee *filium Beeri.* In dubium vertitur apud Hebræos, an præfationem iſtam ſiue exordium vaticinij præfecit Vates Hoſſeas, an vero Eſdras, Quidam exiſtimant hanc, omnéſque præfationes

Prophetarum ab Eſdra fuiſſe appoſitas, alij autem ſecus opinantur, nempe ab ipſis Vatibus fuiſſe confectas. Ita refert diuus Hieronymus, quid tamen veriùs iudicauerit, non explicuit, ſed ſub dubio reliquit. Quæſtio ſanè eſt, vt exiſtimo, non omnino inutilis, & ſuperuacanea; imò apprimè neceſſaria, vt quis cuiuſque ſcripturæ partis fuerit author, agnoſcamus, quamobrem eam in vtramque partem diſcutiemus: ac deinde quid verius ſit iudicandum, pro noſtri ingenij mediocritate ſtatuemus. Et certè ſi Doctores grauiſſimos, & Eccleſiæ proceres conſultat quis ab Eſdra titulos Prophetarum fuiſſe factos facilè credet. Nam cùm dicti ſancti Patres conueniant, Scripturæ ſacræ libros, poſt eorundem combuſtionem, in templo Ieroſolymitano per Babylonios ab Eſdra fuiſſe, diuino ſpiritu ſuggerente, reſcriptos, non videbitur à veritate alienum aſſerere, præfationes Prophetarum ab eodem Eſdra eſſe confectas: & antea oracula Prophetarum titulis, & inſcriptionibus caruiſſe. Primò, diuus Hieronymus, in Prologo Galeato, ſi eius eſt, inquit, Certum eſt, Eſdram ſcribam, legiſque Doctorem, poſt captam Ieroſolymam, & inſtaurationem templi ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe, quibus nunc vtimur, cum ad illud vſque tempus iidem Samaritanorum, & Hebræorum characteres fuerint. Igitur ex hac Hieronymiana ſententia Eſdras diuinam legem nouis literis reſcripſit, quoniam antiquæ Hebræorum in vſu non erant. Eandem ſententiam amplectitur diuus Auguſtinus lib. ſecundo de Mirabilibus ſacræ Scripturæ. c. 33. in hunc modum dicens, Eſdras, Dei ſacerdos combuſtam à Chaldæis in archiuis templi, reſtituit legem, nempe qui eodem ſpiritu, quo ante ſcripta fuerat, plenus fuit. Item Ambroſius lib. 10. Epiſtolarum, Epiſto. 82. Eſdræ mentionem faciens, inquit, Qui memoria ſcripturas reddidit. Diuus Chriſoſtomus etiam in c. 5. Epiſtolæ ad Hebræos, expendens hæc verba, Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, ait, Incenſi ſunt libri, inſpirauit iterum alium virum, vt mirabiles illas ſcripturas repararet, Eſdram dico. Conſentit etiam cum Chriſoſt. Theodoretus, in Præfatione Cantici Canticorum. In eadem ſententia eſt Abulenſis. Deuteron. c. 3. q. 3. Accedit his authoritas hiſtoriographorũ. Euſebius enim, & Nicephorus referunt, ab Eſdra ſcripturæ ſacræ libros fuiſſe reparatos. Igitur ſi Scriptura ſacra per Eſdram reſtituta eſt, non erit ab re fateri titulos Prophetarum ab eodem fuiſſe adhibitos. Præterea, tituli Pſalmorum, vt

inquit



inquit Diuus Thomas in Pſal. 6. facti ſunt ab Eſdra, quem & multi alij ſequuntur, ergo & tituli aliorum Prophetarũ. Eadem enim ſententia de vtriſque ferenda eſt, neque facilè cauſam inueniemus, ob quam titulos Pſalmis adhibuerit Eſdras, vaticiniis autem aliorum Prophetarum non item. Videtur hanc ſententiam ſequi multa Hebræorum Rabinorum turba, vti in principio diximus, qui Prophetas omnes ab Eſdra titulatos indubitanter aſſeuerant. Non tamen oppoſitæ ſententiæ deſunt defenſores, atque, vt inter ipſos Rabinos diſſenſionem eſſe agnoſcamus, citare non grauabor verba Iacobi Benhaiim de regno Thuncti, quæ in hunc modum habent, Sententia illorum longè eſt à me, nec enim adduci poſſum, vt credam, & labiis confitear, Eſdram, ſcribam, legis diuinæ librum, atque libros Prophetarum dubios, corruptos, & confuſos inueniſſe, quin, magis ſententia mea hæc eſt, quòd Eſdras, & collegæ eius inuenerint Biblia ſacra integra, & illæſa, quodque Eſdras iudicio ſuo cognouerit, qui libri ſcripti eſſent, per ſapientiam illam excellentem, & quare quædam literæ ſcriberentur, quædam verò non, quare etiam dictiones quædam extraneæ ſcriptæ eſſent, dimiſitque eas in ipſo textu, vt ſcriptæ erant, adiiciens in margine veluti gloſſam, quæ naturam vocabuli extranei explicarent. Hæc R. Iacob. Ex cuius ſententia certum eſt, Eſdram nec verbum minimum textui ſacræ legis addidiſſe, igitur neque titulos Prophetarum. Vrget, & non parum pro hac ſententia, huiuſmodi titulos, perinde ac ſi textus eſſent, conſertos, & ſine aliqua diuiſione inueniri in Bibliis, quod non eſſet, ſi ab alio eſſent compoſiti. Hæc ſunt argumenta, quæ vtrique ſententiæ ad fidem conciliandam videntur fortiora. Verum ſi rem mentis oculis inſpiciamus, nequaquam ab Eſdra titulos Prophetarum eſſe compoſitos iudicabimus, ſed indubitanter aſſeremus, ab ipſis authoribus vaticiniorum, etiam præfationes eſſe appoſitas. Quam ſententiam, tùm rationibus, tùm grauiſſimorum patrum teſtimonio fulciemus. Et prima ratio ſit, Non vnus, atque idẽ inuenitur, ſed varius præfationis, ſeu tituli modus, interdũ enim exordiuntur Vates ab hac voce, Viſio, interdum ab hac, Onus, interdum ab hac, verba, in numero multitudinis. Viſio Iſaiæ, filij Amos, exordium eſt Iſaiæ. Naum vero, & Abacuc, Onus Niniue, Onus quod vidit Abacuc, Ieremias, Verba Ieremiæ. Hæc titulorum, & inſcriptionum varietas myſterium tangit. Non enim dicendum eſt temere, &

 ſine

ſine cauſa, varios eſſe diuinos vates in titulis, imò cœleſti numine ducti, ſua variarunt exordia, & alius ab hac voce, viſio, incæpit, alius ab hac, onus, vt ſtatim dicturi ſumus, dum explanandis his vocibus, viſio, onus, *Verbum*, nauabimus operam. Dicemus igitur, ipſi vates agnoſcentes ſuorum oraculorum conditionem, illis titulos præfecerunt. Quis enim melius potuit cognoſcere, an eius prophetia eſſet viſio, quàm ipſe Iſaias? an prophetia Abacuc eſſet onus, quam ipſe Abacuc? Præſertim cum huiuſcemodi varietas ad commouendos hominum animos, ad quos oracula Dominus deſtinabat, vt iam dicturi ſumus, multum habeat momenti. Præterea, omnibus compertum eſt, ante Eſdram ſacros vates ſua edidiſſe oracula, cum illi tempore præceſſerint. Quæram ergo, an tunc prophetiæ titulis caruerint, necne? caruiſſe non eſt dicendum, alioquin iam Deus Opt. Max. in re maxime neceſſaria defeciſſe videretur, qualis eſt Scripturæ ſacræ complementum. Quis enim non videat, quantum ornamenti, & perfectionis tituli addant vaticiniis prophetarum? Igitur, ſi titulos habuerunt ante Eſdram, non Eſdras primus illos compoſuit, ſed ipſi vates præfeſerunt, & appoſuerunt. Comperiemus etiam, veram eſſe hanc ſententiam, ſi animaduertamus ab omnibus expoſitoribus vatum, titulos exponi, perinde ac ſi verba ſint ipſorum prophetarum. Teſtis eſt Diuus Chryſoſtomus multis in locis, ac maximè Homil. 5. de Ozia. Et Homil. 3. de Pœnitentia, vbi ait, Omnibus prophetis mos eſt, regum tempora exprimere. Prophetis dixit, non Eſdræ. Ac rurſum Homil. 3. de Pœnitenti, inquit, Dic Iſaia, viſionẽ quam vidiſti? Alia præmiſiſti, alia dicis. Incipiens enim dicis, Viſio ſuper Iudæam. Non ergo incœpit Eſdras ex mẽte D. Chryſoſtomi, ſed ipſe Iſaias. Amplectuntur etiam hanc ſententiam Theophylactus, & Theodorotus Naum. c. 1. qui exponentes hanc vocem lemma, licet perperam, vt poſtea dicemus, in hunc modum habent, Theodoretus, Aſſumptionem vocat Propheta mentis raptum, & à rebus humanis traductionem. Rapta, inquit, mens mea à Deo, quæ Niniue eſſent ventura, præuidit. Et Theophylactus, Repentinam mentis detentionem, lemma vocauit Naum. Igitur ipſe Naum ex horum Doctorum ſententia titulum fecit, non alius. D. quoque Auguſtinus non ab hac opinione diſſentire videtur, quando lib. 18. de Ciuitate Dei. c. 3 in hunc modum ait, Tres prophetæ de minoribus, Abdias, Naum, & Abacuc nec ſua tempora dicunt ipſi nec

*Chryſoſt.* *Theophi.* *Theodor.* *Auguſt.*



nec in Chronicis Euſebij, & Hieronymi, quando prophetauerint, inuenitur. Quaſi peculiare obſeruat Diuus Auguſtinus, hos tres Vates ſua tempora non dixiſſe. Alij ergo, ô Auguſtine, tempora in titulis, quos ſuis oraculis præpoſuerunt, dixerunt. Demum, vt multos omittam, lege Diuum Hieronymum, & inuenies titulos à vigilantiſſimo Doctore explicari in prophetis, tanquam rem ipſorum prophetarum, non Eſdræ, quem etiam explicandi modum ſeruat magnus Baſilius apud Iſaiam. Non ergo eſt, cur Eſdram authorem titulorum prophetarum eſſe dicamus, ſed quòd ipſorum oraculorum authores, ſuos etiam titulos condiderunt. Reſtat ad rationes oppoſitas reſpondere. Ad primam, quæ multorum Sanctorum Patrum congerit teſtimonia, fatemur ingenuè, legem diuinam per Eſdram cæleſti numine afflatum eſſe reſtitutam poſt illius combuſtionem, vt tradit tanta authorum turba, cui non aſſentire, impium ducimus, non tamen inde ſequitur, prius oracula prophetarum titulis caruiſſe, imò oppoſitum conſequi videtur, nempe quòd Eſdras diuinitus eoſdem titulos, quos ipſi vates fecerant, poſtea appoſuerit. Vnde ſi apud aliquem doctorem inueniatur, ab Eſdra præfatos titulos eſſe compoſitos, ſic eſt exponendus, quòd Eſdras reſtituerit, non illos primus compoſuerit. Videtur apertè huic expoſitioni fauere Diuus Auguſtinus. Nam citato loco de Mirabilibus ſacræ Scripturæ, ait, Eſdram legem eodem ſpiritu reſtituiſſe, quo antea ſcripta fuerat. Ex his verbis ſic ſumo argumentum, Eodem ſpiritu, quo lex fuerat ſcripta per Eſdram, eſt reſtituta. Igitur, neque latum vnguem à priori Scriptura diſceſſit, ſed omnia, ſicut prius erant ſcripta, reſcripſit. Ad ſecundam rationem, quæ authoritati grauiſſimi Doctoris ſancti Thomæ nititur, licet negari poſſet ab Eſdra compoſitos titulos Pſalmorum, & dici, non ex propria ſententia id aſſeueraſſe ſanctum Doctorem, ſed aliorum opinionem tetuliſſe, fateamur titulos Pſalmorum compoſitos ab Eſdra, quamuis Diuus Chryſoſtomus dubitare videatur. Nam in prooemio ſecundo Pſalmorum, ait, Pſalmos ab Eſdra, vel Ezechia fuiſſe congregatos. Ecce, quaſi dubitans ſub diſiunctione loquitur, ab Eſdra, vel Ezechia. Cum deducis, Ergo etiam Eſdras compoſuit titulos prophetarum, eadem enim, de vtriſque videtur ratio. Negamus, & conſecutionem, & paritatem. Non enim pari pede currunt tituli Pſalmorum, & aliorum prophetarum. Nam tituli Pſalmorum ſeiuncti ſunt ab ipſis Pſalmis,

*Hierony.* *Baſilius.*

tituli vero prophetarum aliorum, ita textui concatenari, & inſerti, vt extra textum eſſe non ſit dicendum. Vnde doctiſſimi viri obſeruant, titulis Pſalmorum non eſſe temerè fidendum, quippe qui, & apud Latinos, & apud Græcos vitiatiſſimi ſint, quod in titulis aliorum prophetarum non inuenies, quamobrem & illis indubitata adhibenda fides. Ad tertiam rationem, deſumptam ex teſtimoniis Rabbinorum reſpondemus contemnendam eſſe eorum ſententiam, Gens enim eſt multis oppleta erroribus, & Eccleſiæ, & Chriſti hoſtes atrociſſimi. Vnde & ſententia Rabini Iacobi Benhaiim reiicienda eſt, & velut temeraria damnanda, qua affirmat librum ſacræ legis non fuiſſe combuſtum, nec per Eſdram reſtitutum, ſed integrum & illæſum ab Eſdra, & eius collegis inuentum. Reclamat enim hoc eſſe falſum tanta à nobis ſanctorum Patrum citatorum authoritas. Sed quoniam crebro inter zizania triticum inuenitur, fatemur, quod aſſerit Rabbi Iacobus Benhaiim, nempe non Biblia ſacra corrupta, dubia, atque confuſa fuiſſe inuenta ab Eſdra, eaque repurgaſſe, ſed ſicut aiunt Diui, Hieronymus, Chryſoſtomus, & cæteri, combuſta fuerunt, ac poſtea per Eſdram reſtitura. Nam ſi, vt inquit Diuus Auguſtinus, eodem ſpiritu, quo prophetæ ſcripſerunt, plenus fuit Eſdras, ergo omnia, quæ illi ediderunt, potuit, & valuit, diuino numine eius intellectum illuſtrante reſcribere. Non igitur eguit mendoſis codicibus, ad reſtandam legem. Si enim, Plinio teſte, fons Bœotiæ memoriam homini ex eo bibenti affert, cur non & idem potuit naturæ author, & conditor, qui fons eſt aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam Eſdræ præſtare, in eiuſque memoria reponere, quidquid antea ſcripſere prophetæ? Verum de his ſatis.

VERBVM *Domini, quod factum eſt ad* Hoſee, *filium* Beeri. His verbis attentionem captat audientium, & docilitatem, & fidem noſter vates. Attentos reddit auditores, dum ait, Dominum verbum facere. Nunquam enim accidit, vt Deus temerè, aut iocoſe, aut otioſe loquatur, ſed eius ſermo rei magni momenti eſt. Hinc diuinus Moſes, cæterique prophetæ, vt humanos animos attentos reddant, ſermonem Dei relaturi, hac vtuntur loquendi forma, Locutus eſt Dominus ad me, dicens, Hæc dicit Deus, Et dixit Dominus, Verbum Domini. Obſeruat hoc multis in locis Diuus Hieronymus, ac maxime apud Ieremiam, in hunc modum dicens, Hæc dicit Dominus, Propterea ſemper infertur in prophetis, ne contemnantur, quia verba prophetarum: ſed admoneantur, iugiter Dei eſſe ſermones, quos loquuntur. Redditque nos attentiores illa vox, *Domini*, pro qua Hebræi habent nomen tetragrammatō ineffabile, Iehouah quod nomen omnipotenti Deo, & ei, qui vere Deus eſt, ſemper tribuitur, & non alteri. De quo nomine, cum tàm multa paſſim à grauibus autoribus ſint edita, ſilentio ea præterire decreui. Qui tamen animum explere voluerit, adeat Ioannem Rauclinum Forcenſem, autorem certe non pœnitendum, libro. 2. de Verbo mirifico, cap. 19. & 20. & Petrum Galatinū, lib. 2. de Arcanis Scripturæ ſacræ, cap. 10. Fidem etiam dicendis conciliat hoc Vatis exordium. Eſt enim Deus verax, vt inquit Apoſtolus. Obſeruandum etiam eſt, Vatem noſtrū non dicere, Viſio Hoſſeæ, in quem modum exorditur Iſaias & Abdias. Neque inquit, Onus, quod vidit Hoſſeas, in quem modum Abacuc, & alij exordiuntur. Neque cenſendum eſt, nullum diſcrimen inter hæc varia vatum exordia verſari. Opinantur nonnulli, prophetiam viſionem vocari, tum ob eius certitudinem, tum ob eius excellentiam. Inter ea quippe, quæ ſentiendi facultate percipiuntur, nulla iudicamus certiora, quàm quæ oculis ſunt ſubiecta fidelibus. Cùm ergo prophetia cognitio certiſſima ſit, viſio merito nuncupatur. Præterea, cum inter ſentiendi facultates, ſpiritualior ſit videndi facultas quamobrem & cæteris excellētior, prophetia viſionis ſibi vendicat nomen, vt intelligamus, eam eſſe cognitionem ſpiritualem, atque quàm præſtātiſſimam. Magnus tamen Baſilius ſecus opinatur. Nam cap. 2. Iſaiæ hoc aſſignat diſcrimen inter viſionem, & *Verbum Domini*. Tunc, inquit, prophetæ viſionem appellant, cùm de rebus præſentibus illis eſt ſermo, tunc autem *Verbum Domini*, cum de rebus futuris ſunt habituri ſermonem. Diſplicet nōnullis hæc Baſilij ſentētia, & ſalua pace tanti viri, nec ab re, cum prophetæ verbum Domini appellent de rebus præſentibus agentes, & viſiones etiam Dei dicant, cum de rebus futuris vaticinantur. Alij inter hæc tria, viſionem, *Verbum Domini*, onus aliam conſtituunt differentiam. Nam cum prophetia referri poſſit, vel in illius autorem, vel in recipientem, vel in eos, ad quos deſtinantur oracula, ſi in autorem referatur, qui Deus eſt, *Verbum Domini* appellatur, quocunque modo vati fuerit ſuggeſta, ſiue imaginibus, ſpectriſque obiectis, ſiue verbis expreſſe dictatis, aut quauis alia reuelatione interna ſuſcipiatur. Præceptum enim, ſiue manda-

*Hiero. in cap. 18. Ierem.*

*Ioā. Rauclin.*

*Galatinus.*

*Rom. 15.*

tum vati iniunctum, *Verbum Domini* nuncupatur. Si ad perſonam diuina oracula ſuſcipientem, prophetia referatur, nẽpe ad vatem, cui arcanum Dei conſilium creditur, ſiue ſit futuri temporis, ſiue præſentis, cum diuino dono illud proſpiciat, iure optimo videns appellatur vates, prophetiáque viſio dicitur, quoquo mȍdo ſuggeſta ſit, ſiue imaginibus, ſiue verbis. Vtcunque enim res demonſtretur, videri, & perſpici à vate dicitur, quando diuini concilij conſcius eſt. At vero quo prophetia ſpectat ad eam perſonam, aduerſus quam edita eſt, ſiue publicum, ſiue priuatus homo ſit, ſiue ciuitas, aut regnum, Onus dicitur. Nõ diſplicet hæc diſtinctio, & fatemur ita eſſe, quod prophetia relata ad Deum ipſius autorem, *Verbum Domini* dicitur, ad prophetam viſio, ad eum in quem condita eſt, onus. Nodus tamen adhuc inſolutus eſt. Nam cum in omni prophetia, tria hæc inueniantur, Deus ſugerens, vates ſuſcipiens, is in quem mittitur. cur propheræ varij ſint in titulis, quærimus, & cur alius exordiatur ab hac voce viſio, alius ab hac, *Verbum Domini*. D. Hieronymus quæſtionem videtur dirimere. c 23. Ieremiæ, & c. 1. Iſaiæ, in hunc modum dicens. Vbicunque Dominus proſpera pollicetur, ſiue poſt comminationẽ meliora promittit, vbi viſio dicitur, at certe *Verbum Domini*. Verum ruſus ab eo quæram, cur magis Iſaias hoc vtatur loquendi tropo viſio, quàm *Verbum Domini*. Id enim temere contigiſſe, nequaquã dicendum eſt. Mihi crebro huius rei cauſam indaganti occurrit, ſacros vates, mores eorum hominum attendiſſe, in quos ſua oracula deſtinabant, quos ſi rebelles & incredulos eſſe perſpiciebant, ad conciliandam dicendis fidem. & emoliendam duritiem cordi eorum, teſtabantur ſe vidiſſe, quæ referebant. Vnum ex Ezechiele adducam in huius rei confirmationem teſtimonium. Exorſus eſt hic diuinus vates à viſione. Aperti ſunt, inquit, cœli, & vidi viſiones Dei. Ac deinde cap. 2. Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini, & vidi. Conſidera autem, quid ſtatim ſubiungat Dominus, Fili hominis, mitto ego te ad filios Iſrael, ad gentes apoſtatrices, filij dura facie, & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te, increduli. & ſubuerſores ſunt tecum. Ecce quo pacto, ob incredulitatem, & duritiam populi tonat Ezechiel, Vidi viſiones Dei. In quem modum etiam ob eandem rationem exorſus eſt Iſaias. Cum vero vates acturi erãt cum hominibus ad faciliorib⁹ adhibendã fidẽ vaticiniis, ſatis eſſe iudicabãt, ſic exordiri, *Verbum Domini*. De hac autem voce, onus, ſiue

pondus



pondus, opinor, veram eſſe Diui Hieronymi ſententiam, quam multis in locis inculcat, nempe verbum Hebraicum maca, vel onus, vel pondus intelligi poteſt, & vbicunque præpoſitum fuerit, minarum plena ſunt, quæ dicuntur, & graue eſt, quod Dominus comminatur, & plenum ponderis, & laboris, & importabile. Adhibẽt Theophylactus & Theodoretus, & alij huic voci onus, & pondus, alias expoſitiones, legentes, pro onere, & põdere lemma, id eſt, aſſumptionem, quod Spiritusſancti gratia, prophetas aprehendebat, eoſque detinens & ab humanis ſeparans, per ipſos loquebatur futura. Vnde lemma, repentina mentis detentio eſt, & à rebus humanis traductio, ſiue captio. Et vocatur ſic prophetia, vel quòd à Deo accipiatur, vel quia à rebus humanis traducat vatem ad diuinas reuelationes. Hæc Theophilactus, & Theodoretus, quos alij etiam recentiores ſequuntur, reiicienda tamen ſunt, & Hieronymiana amplectenda ſententia, vox enim Hebraica maca pondus ſignificat, non aſſumptionem. Eſt etiam obſeruandum ex eodem Diuo Hieronymo, multum differre apud vates, Pondus ſit ad aliquem, & pondus contra aliquem. Cum dicitur pondus fieri ad aliquem, verbi gratia ad Iſrael, non contra aliquem, graue quidem eſt, quia pondus appellatur, ſed conſolationis aliquid habet, vt abud Malachiam. Onus Domini ad Iſrael in manu Malachię. Aliud eſt enim quando ad illum, vel illum ſcribimus, aliud quando contra illum, vel illum ſcribimus, quia in altero pars amicitiæ in altero inimicitiarũ aperta cõfeſſio eſt. Præterea obſeruãdũ eſt, nõ ſolũ dici, *Verbũ Domini ad Hoſeam*, ſed in hunc modũ, *Quod factũ eſt ad Hoſſeã*. Aliqui exiſtimant hic latere myſterium, & ſub hoc verbo, *Quod factum eſt*, duo eſſe implicata, alterum eſt, Vatem ſuis dictis maximam autoritatem conciliaſſe, alterum vero, detegi, hunc Vatem eſſe commendabilem, Aliud eſt enim ad aliquem Deũ fuiſſe locutum, & aliud, factum fuiſſe verbum Domini ad aliquem. Nuſquam inueniemus, factum eſſe verbum Domini ad Moſem, aut Aaronem, ſed in hunc modum, Locutus eſt Dominus ad Moſem, aut, dixit Dominus ad Aaronem, vel dixit Moſi, ſiue Aaroni. Qua loquendi forma oſtendebat Dominus legem Moſaicam ſub conditione eſſe latam, ſi audiſſent nempe Dominum, & præcepta eius cuſtodiſſent. futurum eſſe populum eius. Detegebat enim hic loquendi modus, cæremonias, & ſactificia veteris legis finem habitura, ac reuocanda in aliud longe dignius. Hinc non decebat, vt cũ

*In proœmio Abacuc, & Iſaiæ 13. & Iere. 13*

*Theophilacti, & Theodoreti ſentẽtia* Nañ *I. reiicitur*

*Naũ, & Aba. c. I.*

*Hierony. Mal. I.*

illa

illa aſſerebatur, diceretur, Factum eſt verbum Domini ad
Gen. 15. Moſem. Nam cum hoc apponitur, fieri nequit, vt mutetur,
aut reuocetur. Cum itaque audimus, *Verbum Domini quod factum eſt*, ſic certe eſt intelligendum, ac ſi iam factum eſſet.
Et quoniam huiuſmodi erant, quæ à prophetis prædicabantur frequenter, ſæpius apud illos legimus, *Verbum quod factũ eſt* ad hunc, vel illum prophetam. Igitur vt intelligerent hi,
Gen. 4. ad quos diuina oracula deſtinabantur, eſſe certo complenda, & nullo modo mutanda quæ præcinebantur, atque non
eſſe ſolum comminationes, ſed vt ita loquar, aſſertiuas prophetias, ac ſi iam facta eſſent, vtuntur vates hoc loquendi
Num. 23. modo, *Factum eſt*. Ad hæc commendatur vates Hoſſeas hoc
verbo. Nam ſi Scripturas omnes diligenter euoluamus, nũſquam reperiemus, verbum Domini factum eſſe, niſi ad
viros pietate, & ſanctitate inſignes. Primum, Abrahamo dictum eſt, cũ expoſtularet, quód vernaculus hæres eius eſſet
futurus, Factus, eſt ſermo Domini ad Abraham, Non erit hic
hæres tuus De Ioanne etiam Baptiſta legimus. *Factum eſt*
Lucæ 3. *verbum Domini* ſuper Ioannem. Ad malos etiam & iniquos
homines inueniemus, quod locutus Dominus fuerit, vt ad
Cain, & ad Balaam. Erit itaque germanus ſenſus huius loci,
*Factum eſt verbum Domini*. Sermo Domini, ſiue prophetia, ſic
enim vertit Paraphraſtes Chaldæus, nam *verbum*, hic pro ſermone accipitur & prophetia. Nec diſplicet, ſi iuxta Domini
Caietani ſententiam hunc locum diſpungamus, qui hæc eadem verba apud Lucam, *Factum eſt verbum Domini* ſuper Ioannem, ita diſpungit, dicens, Appellatur diuina inſpiratio, inſtructio, atque miſſio, *Verbum Domini*. Poſſumus ergo ſic explanare, *Verbum Domini Factum eſt ad Hoſſee*, Inſpiratus, ſiue
Iſa. 6. miſſus eſt à Domino Hoſſeas. Legimus enim in Scriptura,
prophetas à Domino mitti. Iſaiæ ait Dominus, Quem mittam? Et dixit, Vade. & dices populo huic. Ieremiæ etiam inquit, Ad omnia quæ mittam te ibis. Denique crebro inuenie
mus in oraculis prophetarum hunc loquendi modum, Vnde
Iere. 1. apud Ezechielem de iniquis prophetis dicitur, Vidẽt vana,
& diuinant mendatium, & dicunt, Ait Dominus, cum Dominus non miſerit eos. Sed iam audiamus, quem Dominus
Ezech. 3. mittat, ſiue inſtruat, vel ad quem verbum fecerit. *Ad Hoſſee, filium Beeri*. Conſueuit Scriptura, cum aliqui nomine conueniunt, non nihil addere ad adimendam dubitationem, & vt
certo cognoſcamus perſonam de qua ſermo eſt, nihilque
hoc magis aperit, quam patris nomen ſimul attexere. Eſt

hoc



hoc nimis frequens in Scriptura, non immoremur in citandis teſtimoniis. Ne igitur quis decipiatur nominis multiplicitate, & æquiuocatione, & certo cognoſcamus, quis ſit
hic Hoſſeas, additur cuiuſnam filius ſit nempe *Beeri*. Fuit enim alius Hoſſeas, vltimus rex Iſraelitarum, cuius pater vo
cabatur Hela quem tempore præceſſit noſter vates Hoſſeas 4. Re. 16.
Nam hic incœpit ſuum edere vaticinium, ſub regibus Ioa- & 17.
tham, & Ozia, & Achaz. Rex autem Hoſſeas cœpit regnare
ſuper Iſrael ſeptimo anno regis Achaz, qui regnabat ſuper
Iudam, vt Regum tradit hiſtoria. *Filium Beeri*. Ac ſi apertius
dicat, Nõ attendit Spiritus cœleſtis, vt ſua impartiatur dona, quæ homines attendunt, puta nobilitatem, generiſque
amplitudinem, non potentiam, & diuitias, infirma mundi
ſolet eligere, & ignobilia, vt inquit Apoſtolus. Hinc relicto Hier.
rege Hoſſea, verbum fecit ad Hoſſee filium Beeri. Eſt & a- 1. Soph.
liud hic obſeruandum ex Diuo Hieronymo cap. 1. Sophoniæ, Cuiuſcunque Prophetæ pater, aut auus ponuntur in titulo, illos quoque fuiſſe prophetas. Vnde Amos, qui dixerat
non ſum propheta, neque filius prophetæ, ſed paſtor caprarum patris nomen in titulo non habet, quamuis Burgenſis
ſuper hunc locum, & Ieremiæ 1. negat hanc obſeruationem
in vllo probato ſcriptore inueniri. Sed quantum ipſe à veritatis ſcopo aberrauerit, Diui Hieronymi docet teſtimonium, cum quo etiam conſentit Dauid Rabbi Chanchi ſuper hunc locum, autor certe inter Hebræos probatiſſimus.
Obſeruandum etiam eſt ex Diuo Hieronymo, cuius vatis
certa patria non explicatur, aut vrbs, illum fuiſſe Ieroſolymitanum, niſi apertè ex tribus, vel generis ratione aliud intelligi poſſit. Reuocatur in dubium de quanam tribu fuerit
Hoſſeas. Et variæ ſunt ſententiæ. Diuus Hieronymus, Hiſtoria Scolaſtica, Epiphanius Hiſtoriographus, Iſidorus vna
cum Gloſſa, tradunt illum fuiſſe de tribu Iſachar, & Bethlehemitem. Hæbræi tamen, & Nicolaus Lyranus colligunt ex 1. Par. 1.
nomine patris Beeri, fuiſſe de tribu Ruben, Legitur enim vir
nomine Beera tempore regum hic poſitorum, Nec obſtat
varia nominis cadentia, quod alter Beeri, alter Beera ſit appellatus. Quia nomina propria Hebraica, quamuis eundem
ſignificent, variari ſolent interdum in fine, vt Iethro, idem
eſt, quod Iether, ſic Beeri, & Beera, eundem hominem ſignificant. Quod ſi quis verum eſſe iudicauerit, apertum eſt
Hoſſeam fuiſſe verum maiorum ſplendore conſpicuum,
& nobilitatis genere decoratum. Erat enim Beera princeps

tribus

tribus Ruben.

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem.*

V*Erbum Domini quod factum.* Multa hic habes implicata. Primũ, admonet locus iſte, talia decere eſſe verba noſtra, vt audientium captent attentionem, dandamq́ue nobis pro virili operam, vt cum loquimur, verba noſtra digna ſint quòd ab aliis audiantur, non autem contemnantur, ſiue reprehendantur, Propterea namq́ue ponitur in exordio cuiuſnam hoc verbum ſit, videlicet *Domini*, qui non garrulus eſt, nec temere loquitur, aut otioſè, ſed cum oportet, cum decet cum ratio poſtulat, cum neceſſum eſt, &cæt. Vtinam & nos Deum noſtrum in hoc imitaremur. Nulla enim ex re magis cognoſcitur homo, quam ex oratione. Quemadmodum numus aureus ex pondere, & tinnitu exploratur, ita homo maximè cognoſcitur ex grauitate verborum. *Simile.* Hinc optimè Democritus Philoſophus apud Laertium ait, orationem eſſe vitæ ſimulacrum, quandamq́ue velut hominis vmbram. Quid hac ſententia dici potuit verius? in quo enim ſpeculo, melius, expreſſiuſq́ue relucet figura corporis, quam in oratione animi repręſentatur imago: Stultus fatua loquetur, inquit Iſaias. Sapiens apud Eccleſiaſticum ait, Sapiens in verbis producet ſeipſum. Quid his verbis ſignificatur, niſi ſermonem degere, quis homo ſit, an ſtultus, an ſapiens? Vide quo pacto Sanctus Iob priuſquam loqueretur, verba ſtatera ponderabat, & quæ virum decebat fari iuſtum, & ſapientem è pectore hauriebat, Qui me audiebant, inquit, expectabant ſententiam meam, intenti tacebant ad conſilium meum, verbis meis addere, nihil audebant, ſi quando ridebam ad eos, non credebant. Singula verba expendamus. Qui te audiebãt ſancte Iob, quid expectabant? Num verba detrahentia? Abſit. Num ocioſa? Nequaquam. Quid ergo? Sententiam, inquit & conſilium. Sententiam vtique non reiiciendam, ſed commendandam, conſilium, non iniquum, ſed bonum, & candidum, & ita verba metiebatur, vt ſuperfluum non proferet. Agnouit quippe veram eſſe ſententiam Heſiodi dicentis, Orationem non aliter, quam pretioſiſſimum theſaurum eſſe parciſſimè depromendam. Et quod rurſus docet Paulus Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis

bonu



bonus ad ædificationem fidei: vt det gratiam audientibus. Vnde optimè ſubiungit, Si quando ridebam, nõn credebant. Nunquam enim in me, neque in actione, neque in ſermone quid riſu dignum inuenerunt homines. *Cant. 4.* O modeſtiam ſingularem, & omnibus Chriſtianis imitandam, vt Sponſæ Chriſti nomine digna ſit. Labia enim, inquit Sponſus, tua, ſicut vitta coccinea, & eloquium tuum dulce. Quid per labia intelligit, quæ inſtrumenta ſunt vocis, niſi verba? vnde & Regius Pſaltes ait, Pone Domine oſtium circunſtantiæ in labiis meis, ne declinet cor meum in verba malitiæ. *Pſa. 140.* Hæc labia componit cum vitta: quia quemmadmodum vitta conſtringit crines, ne incompoſiti defluant, ita pius homo labia ſua ligat, & cohibet, ne quid iniquum, aut ſordidum, aut inutile loquatur, & in perniciem propriam, vel aliorum defluat, & diſſoluatur. Bene etiam non cum omni vitta confert, ſed cum coccinea, qui color charitatis vmbra, & ſimbolum eſt. Multos enim inuenies, prohdolor, qui verba conſtringunt vitta inuidiæ, nolunt enim proximum commendare, licet ob merita & virtutem cum commendandum inſpiciant. Alij, cum cuipiam poſſint cõſulere, lucernam ſub modio abſcondunt, & conſulere negligunt. Vtique horum labia ſicut vitta ſunt, non tamen coccinea, non enim rubent charitate, cum linguam frenant, hinc & iniqua, & execranda vitta hæc, Tacere vis frater? vide quæ taceas. Nam ſi eloquium tuum dulce eſſe poteſt, & non amarum, cur tacebis? cur ſilentium tuum non reprehẽdam, ſi verbis prodeſſe poteris? tacendum, & loquendum admonet cœlſtis Sponſus, vittam coniungens cum eloquio dulci. Caue, ne extendas linguam tuam arcum, rem amaram: *Pſa. 73.* vt quempiam ſagittes, ſed da, operam, vt lingua proſis, & loquere. Audis ſiquidẽ Dominum Deum tuum eſſe loqutum, *Verbum*, inquit, *Domini factum eſt.* Laudo, ſi cum Philoſopho dicas locuturus, anteaquam verba proferas, Lingua quo vadis, verum ſi eam non infectam veneno inſpicias, & vulnus inflicturam, ſed potius medicinam allaturam, tacere impium eſt. Videbat Vates Ezechiel in littore fluminis multa ligna conſita, *Eze. 47.* quorum folia erant in medicinam, nullumq́ue folium defluebat ex eis. Quid arbores iſtæ adumbrant, niſi viros pietate excultos: qui aquis baptiſmi irrigati, folia debent proferre pulcherrima, id eſt, verba loqui, quæ mederi poſſint, non vulnus inferre? Et ſi talia ſint, producant folia, loquantur, non enim illis loqui prohibet Deus. Caueant autem, ne defluat folium aliquod ex eis, hoc eſt,

verbum

verbum loquantur in terram decidens, comedendum, quod
iniquum ſit, porcis inferni, pendeant ab ipſa arbore, nec ter
ram tangant, ſed auolantes Philomelæ cœleſtes, in ramiſque
in ſedentes, dicant, Conuerſatio huius hominis in cœlis eſt.
O quam pulchra iſta folia ſunt, nullus defluit folium ex eo.
*2. Reg. 3.* Talis arbor fuit ſanctus Samuel, de quo inquit Scriptura,
Non cecidit ex omnibus verbis eius in terram, id eſt, nullum
verbum protulit Samuel, quod eſſet vanum, & inane. In eun
dem modum, & Deum tuum arborem eſſe comperies, quam
*Apo. 22.* Ioannes in Apocalypſi depingit, folia ferentem in ſanitatem
gentium, Si enim modo audis illum verba facere, quid quę-
rit his foliis lignum vitæ, niſi mederi vulneribus ſui populi?
*Pro feſto* Quadrat obſeruatio hæc in Euangelium de Annuntiatione,
*Annun-* in ea verba, Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius,
*tiationis.* & cogitabat, qualis eſſet angelica ſalutatio. Cur non loque-
ris, ſed cogitas, qualis fuerit ſalutatio iſta ô integerrima vir
go: certe quia noſtri, verba non eſſe temere proferenda,
priúſque in corde cogitandum, quid loquendum ſit. Qua-
*Pro Domi* drat etiam in Euangelium Dominicæ. 3. Quadrageſimæ, in
*nica. 3.* in ea verba, Cum eieciſſet demonium locutus eſt mutus.
*quadrage* Quid hic docet Chriſtus, niſi tunc nobis loquendum, quan-
*ſimæ.* do diabolus non latet in pectore? Si enim is ſuggerat verba,
quæ loquemur, niſi obſcena, turpia, praua? &c. Quę homines
ne audiant, aures occludent, & fugient. Item in hæc verba,
Alij dicebãt, In Beelzebub Principe demoniorum eiicit dę-
monia. Per ſubiectionem aptanda eſt obſeruatio, in hunc
modum, O perfidi Phariſæi cur tam faciles eſtis, & proni, ad
proferenda verba? An ignoratis ea ſolum dicenda, quæ iuſta
ſunt, nihilque magis pectoris penetrale aperire, vt cogno-
*Pro feſto* ſcatur homo, quam ſermonem? Quadrat etiam in Euange-
*omnium* lium de Omnibus Sanctis in ea verba, Aperiens os ſuum, do
*ſanctorũ.* cebat eos, Ac ſi apertius dicat. Digito comprimẽda ſunt la-
bia, claudendum os, tuncque aperiendum, cum quid boni ſu
*Num. 19.* mus dicturi, aut docturi, aliàs ſilendum. Vas enim, quod
caret operculo, & ligatura de ſuper, immundum eſt, & om-
nia effutiens, & temere ianuam oris aperiens, ingratus
*Iacob. 1.* eſt Domino. Vnde Iacobus inquit, Si quis putat ſe religio-
ſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, huius vana eſt reli-
*Pſal. 139.* gio. Et regius Pſaltes, Vir linguoſus non dirigetur in terra.

¶Secundò docet hic locus, ea, quæ ore proferimus, eſſe o-
pere complenda. Inuenies multorum verba inania, quæ di-
cta ſunt, nunquam tamen facta ſunt. Audis de Deo ſecus





nempe verbum Domini non quod ſolum dictũ eſt, ſed quod
factum eſt. Sic & apud Eſaiam, rurſus inquit Dominus, Ver- *Eſa. 55.*
bum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me va-
cuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his,
ad quæ miſi illud. Et quomodo proſperabitur Domine? At-
tende venuſtiſſimam ſimilitudinem, Quomodo, inquit, de-
ſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur,
ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinate eam facit,
& dat ſemen ſerenti, & panẽ comedenti, Sic erit verbũ meũ.
Solent homines, cũ loquuntur cũ Magnatib. & Principibus,
ſtudere, vt adimpleãt quod dixerunt, timẽt. n. ne infidi, & mẽ
daces habeantur. Horũ verba: ſimilia ſunt igni qui alta petit,
ſurſum acẽdit, ad homines videlicet, in vertice honoris collo
catos non eſt verbũ eorũ ſimile pluuię quę ima quęrit: & irri
gat, terrã nempe, quàm pedibus calcamus: & elementorũ in-
fimũ eſt. Sic enim ad homines infirmos locuti fuerint, pro ni
hilo ducunt non facere, quæ dixerunt, non deſcendit ad hos
verbũ, vt faciant quæ loquũtur. Secus audis de Deo tuo ô ho
mo: age illi gratias, ꝙ verbũ eius pluuia ſit: quamuis n. extre-
mę fęcis ſis, quãuis omnium deiectiſſimus: & velut terra cal-
catus, ſi quid pollicetur, non diffidas, audis ſi quidem verbum
Domini, non ſolum dictum: ſed etiam factum. Tu etiam ſi
quid dixeris, da operã, vt fiat ne tibi obiiciatur, quod de ho-
minibus dicentibus, & non facientibus dixit Phocion, eſſe vi
delicet ſimiles cupreſſis, quæ cum ſint ſublimes, ac pulchræ
nullum edunt fructum. Quemadmodum flumina non retro
redeunt, aut refluunt, Sic homo, cum quid dixit, & facere fas
eſt, non debet retrocedere, ſed ſicut de Deo legimus, Ipſe di-
xit: & facta ſunt, ita de eo dicatur, Dixit & factum eſt: Et *Iudi. 14.*
quemadmodum in ore leonis inuenit Sanſon fauum mellis:
ita in ore tuo non ſolus inueniatur aër vocis, ſed fauus ſua-
uis operis, vt tibi dicere poſſit cœleſtis Sponſus, Fauus diſtil *Cant. 4.*
lans labia tua Sicut Domini propitiatorium duos habebat
Cherubinos: illud, & ſe mutuo reſpicientes, ſic homo & dice *Exo. 37.*
re & facere: mutuo ſe reſpiciẽtia: & ſe, & eum ad quem verba
fecit, debet habere, quorum alis eius fama protegatur: ne ob
mendacium vilis iudicetur. Oſtendit Iudas certe adimplen- *Gene. 38.*
da, quæ dicuntur: quando non inuenta Thamar: vt illi pro- *Mat. 2.*
miſſum redderet hœdum, dicebat, Sibi habeat, certe men- *Obſerua-*
dacij arguere nos non poteſt, ego miſi hœdum quem pro- *tio in Euã*
miſeram, & tu non inueniſti eam. Quadrat obſeruatio in *gelium E*
Euangelium Epiphaniæ in hæc verba, In Bethleem Iudæ *pipha*

Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam, Et tu Bethleem, &c. Cur? quia ſcriptum eſt, ita fiet ô Scribæ & Sacerdotes? quia fidelis dominus in omnibus verbis ſuis, ſi dixit, faciet. Hinc & oracula Prophetarum verba dicuntur facta, & non ſolum dicta. Quadrat & in Feriam ſecundam Dominicæ reſurrectionis, in ea verba, De Ieſu Nazareno qui fuit vir Propheta, potens in opere & ſermone. Cur fuit potens in opere, & ſermone? quia eius verba, dicta & facta ſunt.

*Infériã ſecundã Reſurrectionis.*

¶Tertio docet iudices aduerſus peccatores: ne ſolùm verbis comminatoriis agant: adhibenda ſupplicia ſunt, fiant verba, exigant pœnas iuxta leges ſancitas. Ne Iudæi ſibi perſuaderent comminationes tantum eſſe, quæ profert Vates, ſubiungit, *Verbum quod factum eſt.* Peccant primi paréres, & poſtquam eiecti ſunt de paradiſo, legis à Deo collocatos Cherubinos ante eum habentes enſes flammeos: atque verſatiles ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Quid hic docet Deus, niſi legibus adiungendos eſſe miniſtros, qui puniant tranſgreſſores? Non ſolum poſuit angelos, qui vociferarentur, gladios verſatiles, hoc eſt, vt nonnulli exponunt, vertentes ſe ad cuſtodiendum lignum vitæ poſuit in manibus eorũ: quia ciem gladij debet vertere ęquus iudex in malefactores: vt trucidet, & iugulet: ſi lex propoſcerit. Et obſerua non à Deo poſitos homines cum gladiis in cuſtodiam, ſed angelos, vt diſcas non contemnere iudices, cum puniunt, aut eos crudeles voces, quando primos legum executores audis angelos fuiſſe. Magis ergo putate angelum videre: quem hominem, cum vides iudicem ferre ſententiam mortis in latronem, homicidam, adulterum: &c. Conſecraſtis manus veſtras Domino: dixit Moſes filiis Leui, cum occidiſſent triginta tria millia peccatorum. Legis etiam apud Numeros conceſſum à Domino Phinees pactum ſacerdotij ſempiternum: quia perfodit peccatorem. Hinc Apoſtolus inquit de iudice, Non ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt vindex in iram ei, qui malum agit. Non ait Apoſtolus: Loquax, aut comminans, ſed Vindex in iram. Quemadmodum mare corpora mortua à ſe reiicit, & ad littus propellit, Ita Reſpublica recte gubernata homines delinquentes, qui mortui in Scriptura appellantur, Sinite mortuos ſepellire mortuos ſuos. Ac rurſum, nomen habes, quòd viuas, & mortuus es, debet à ſe expellere, & pœnis coercere, vt cœteri timeant ſimilia peccata committere, ſi homines mare huius ſeculi nauigantes, & vela criminibus pandentes ſolum

*Geneſ 3.* *Exod. 32.* *Num. 25.* *Rom. 13.* *Matt. 8.* *Apoc. 3.*



ſolùm vento vocis, & minarum aëre, è peccati pelago ſubducerentur. De iis enim ait Dominus, impij, quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, fortaſſis ſatis eſſet agere cum illis verbis comminatoriis. Verum cum pœnis vix à malo reuocentur, cur verbis facta non ſunt iungenda? Cur ſi homines contra præceptum Apoſtoli faciunt dicentis, Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe dicto obedire, non apponentur ſupplicia: vt qui minas contẽpſerunt: experiantur & pœnam? Vtique ciuitas non ſubiicitur bellatoribus, ſi agnouerit ſe oppugnari tormẽtis vacuis, & ſolùm tonitrua edentibus. Adiungendi ferrei globi ſunt, & intra machinas includendi, quorum impetu, & ictu ruant turres, quique demoliantur muros. Comminationes, tormẽta bellica ſunt, verum ſi illis non apponas pœnas, nunquam ſubiicies iniquos homines virtuti, & à peſſimis viis reuocabis. Dolendum eſt ipſas feras obedire voci hominum, homines tamen non obedire voci Dei, & legum eius. Quoties mecum reputo, delphinos voci hominis paruiſſe, imo pueri. Nam teſte Plinio ad vocem pueri nomine Puteolos: quocunque diei tempore fuiſſet ab eo inclamatus, quamuis occultus, atque abditus, ex imo aduolabat Delphinus, paſtúſque è manu, præbebat aſcenſuro deorſum, receptúmque per magnum æquor ferebat, ſimili modo reuehens pluribus annis, & hominum ſaxea corda contemplor: qui ad vocem Dei aures obturant, neque parere, niſi plagis inflictis: volũt, in lacherimas ſolutus dico: O ferea pectora, ô de ſilice ſciſa præcordia hominũ, ô duritiem execrãdam, cur quod ferę præſtant hominibus: & pueris, non pręſtabunt homines Deo ſuo, cum multo præſtantiora beneficia ſint ab eo accepturi, quam puer Puteolos accepit à Dephino? Ille enim ſolùm per mare vexit: vbi periculum corporis imminebat, & ad littus reducebat in quo nec meliorem, nec beatiorem vitãm inueniebat: quam antea habuerat. At ſi Deus te vocat, & aſcendere cupit ſuper animum tuum, quid quærit, niſi te ducere per pelagus huius ſeculi, ne mediis inuoluaris fluctibus peccatorum, donec portũ attingas cœleſtis gloriæ, vbi Deo fruẽs angelicam agas vitam? Cur ergo voci Dei non parebis? Sed vt obedias, obſerua: oracula prophetarum non eſſe ſolùm verba dicta: ſed verba facta, & poſt verba comminatoria, ſequenda ſupplicia, ſi verbis non obtẽperaueris, eaq; acerbiſſima, & attrociſſima. Hinc Scriptura obdurata hominũ corda adamantina vocat. Aures ſuas aggrauauerũt, ne audirent:

*Iſa. 17.* *Tit. 3.* *Simile.* *Lib. 9. c. 8.*

dirent,& cor ſuum poſuerunt,vt adamantem, ait Dominus apud Zachariã. Quid eſt eſſe corda adamantina? Reſpondeat ipſa adamantis natura, Adamas ſolum ſanguine hircino rũpitur, nec aliter quàm recẽti, calidoque maceratur. Tu ergo peccator, qui, inſtar hirci fœdiſſimi, vitam agis, quamobrem & cum hœdis ad ſiniſtrã conſtituendus, ſi obdurato ſis corde: attende quod ſolet Deus ſanguinem peccatoris haurire, id eſt, acerba adhibere ſupplicia, vt cor illius emolliant, & ipſe reſipiſcat. In huius etiam rei typum apud Leuiticũ præcipit Dominus, offerri duos hircos pro peccato: quorum alter viuus mittebatur in ſolitudinem, poſtquam poſita vtraque manu ſacerdotis ſuper caput eius, confeſſus fuerat ſacerdos omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta, atque peccata, alter vero mactabatur pro peccato populi, & eius ſanguis inferebatur intra velum. Quid enim hircus adumbrat, niſi peccatorem, vti diximus? qui tũc viuus euadit, cum auditis comminationibus Domini à ſacerdote, vel in auriculari confeſſione: vel in concionib. ad deſertũ pœnitentiæ fertur, vt patrata defleat peccata, & pro illis ſatisfaciat. Quòd ſi hæc facere peccator contempſerit: timeat audiens, quòd hircus non petens ſolitudinem, occidebatur, ideſt, peccator non ſe ad meliorem frugem conuertens, poſt comminatoria verba, acerbiſſimas pœnas daturus eſt. Cuius etiam ſanguis merito infertur intra velũ, vt aſpergat oraculum, quia adamantina hominũ corda æquum eſt, mollia reddantur, vt in eorũ tabulis diuina exarentur præcepta, effuſionem ſanguinis ante oculos habentia, quam Deus è peccatoribus ſolet haurire, illos pœnis afficiens. Quadret obſeruatio in Euangeliũ pro mandato in ea verba, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et reſpondit Petrus, Domine non tantũ pedes meos: ſed & manus, & caput. Cur Petrus ſtatim poſt comminationem Domini: quãuis prius dixerat, Non lauabis in æternum, obtẽperauit? Certe quia agnouerat verba Domini ita eſſe cõminatoria: vt illis pœnam iungat, ſi homo in inobedientia perſiſtat. Quadrat & in Euangeliũ Dominicę vigeſimę ſecundæ poſt Trinitatem, in hæc verba: Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Vides enim quo pacto non ſolùm verba dixerit, ſed ſupplicia adhibuerit. Quadrat etiã in Euangeliũ Dñicę primę Aduẽtus, in ea verba: Tũc videbunt filiũ hominis venientẽ cũ poteſtate magna. Magna proculdubio poteſtas eſt comminationibus, quas peccatores contẽpſerunt, facta attexere: & cruciatus coniungere. Diſcant

*Zach. 7. Pl. li. 28. cap. 4. Leui. 16. Pro mandato. Matt. 22. Luc. 21. Pro Dominica. 1. Aduẽtus.*



homines non contemnere diuinas cominationes.

¶ Quartò, docet hic locus non eandem cum omnibus eſſe ſeruandam locutionis formam, non eundem conuerſationis modum ſine diſcrimine exhibendum cunctis. Audis, ſiquidem Deum optimum maximum, peculiarem impartiri ſuis famulis, & amicis loquendi modum. Ad eos enim ſolũ legimus ſic eſſe locutum, Factus eſt ſermo Domini, vel, verbum Domini, quod factum eſt, ad iniquos autem, & prauos homines inuenimus Deum eſſe locutum, vt ad Cain, & Balaam, ſicuti literam diſpungentes diximus. Certe optime inquit Regius Pſaltes, Nimis honorati ſunt amici tui Deus. Nã ſi familiares regis terræ iure optimo magnifacerent, ſi rex cum illis acturus, non communi, ſed peculiari, cæteriſq; incognito vteretur loquendi tropo, dic ſodes, quanti eſt ęſtimanda Domini Dei tui regis angelorũ ſingularis confabulatio, quã cæteris denegans ſuis ſolũ familiaribus impartitur? Docuit egregiè Diuus Gregorius Deum vti ad amicos ſuos peculiari ſermone dicẽs, Per ſe quidẽ omnipotẽs Deus, ſummus videlicet, & in circumſcriptus ſpiritus magnis viris & ſpiritualibus ſpiritualiter loquitur, cum ſpirituali locutione eorũ mentibus indicat & agenda, quę agant, & loquẽda, quę ſciãt. Sic proculdubio loquebatur ad Moſem. Ait enim Scriptura, Loquebatur Dñs ad Moſem facie ad faciem, hoc eſt, familiariſſimè. Vnde ſequitur, Sicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. Audi & rurſum, quod dicat Dominus locuturus cum Moſe amico ſuo, Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te: conſtitueſque terminos populo per circuitum, & dices ad eos, Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Cur Domine interdicis populo ſermonẽ quẽ habiturus es ad Moſem? Vt opinor duo ſemper hominibus ante oculos mentis habenda in hac prohibitione incluſiſti, primum, pretioſam eſſe tuam cõuerſationem & minimè concedendam, ſequentibus cõmunem vulgi vitam, tantùmq; elargiendam iis, qui cæteros vitæ integritate antecellunt. Cur peccatores quæruntur, quod non experiuntur, nec inueniunt, dulcedinem illam, de qua inquit Regius Pſaltes, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo? An ignorant, non dari conuerſationem diuinam admittentibus mundi, & diaboli conuerſationem? Quis aquam roſaceam, aut quamuis aliam odoriferam fundet, aut reponet in vaſis cœnoſis, aut immundis?

*Gen. 4. Nu. 22. Gre. l. 2. Exod. 19. Pſal. 118.*

Quid diuina cõuerſatio eſt:niſi pretioſiſſimum odoramen-
tum:quam qui vel ſummis labiis deguſtat:ſtatim inquit:Ani
*Can.5.c.* ma mea liquefacta eſt:vt Dilectus locutus eſt; Cur ergo
Deus illam hominibus inquinatis fœtidis peccatorum ſor-
dibus cõmunem faciet?Pretioſa eſt inquit Diuus Bernar-
dus:conſolatio diuina:& non datur admittentibus alienam
*Pſal.80.* Hinc & Regius Pſaltes ait de famulo Dei:ſub typo Ioſeph:
Cum exiret de terra Ægypti:linguam quam non nouerat:
audiuit.Quid terra Ægypti eſt?Dicant Diuus Auguſtinus:
*Auguſt.* Remigius,& alij,Terra Ægypti tenebræ:poteſtas diaboli:&
*Remigius* peccata ſunt.Exeamus de hac terra:relinquamus peccata:&
abiiciamus opera tenebrarum:mundemus corda noſtra: &
abluamus ſordes animi aquis maris:pœnitentiam videlicet
agẽtes,hanc enim mare rubrũ adumbrat:& poſt hæc linguã
Dei:qua ſe ſuis exhibet amicis familiarem:audiemus.Alio-
quin meminerimus à Domino præceptum: Homo ſiue iu-
mentum tangens montem: in quo confabulor cum amico
meo Moſe:lapidibus opprimetur:& confodietur iaculis.Ho
mo videlicet qui veteris hominis inſequitur veſtigia: quiq;
cõputret:vt iumentũ in ſtercore ſuorum vitiorum:is non au
*Exod.29* diet Deum loquentem:ac amicum:& familiarem. Quinpo-
tius ſi audire contendat:crepitus lapidum deſideriorum ſuo
rum irrationabiliũ erunt impedimento:ne quã diuinæ lo-
quelæ dulcedinẽ percipiat.Alterum in hac peculiari locu-
*2.Conſi-* tione Domini implicatum:eſt quo pacto diuina bonitas om
*deratio.* nem lapidem moueat:vt homines ad ſuam familiaritatem
alliciat.Nunquã enim Dominus lætiorem vultũ iuſtis oſtẽ
dit:ac pluribus fauoribus proſequitur quã cum viderit alios
peccatores à ſe recedere.Solet autem hoc facere: vt ſic ſaltẽ
eos ad inuidiã prouocet.Cum enim Deus peccatorem ca-
ſtigare decernit:coram eo extollit iuſtum.Quia enim noue
rat diabolum inuidũ:commendat iuſtitiam Iob coram eo:
ꝙ nõ ſit ei ſimilis in terra:Iuſtus inquit:ac timẽs Deũ.Solẽt
principes tunc maximè fideles milites diligere:& extollere:
cum omnes alios viderint infideles.Vos:ait Chriſtus Apo-
ſtolis:eſtis:qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis:
ideo in regeneratione ſedebitis ſuper ſedes,&c.Communis
*Pro Qui-* eſt hæc obſeruatio multis Euangeliis. Quadrat primò: in
*quageſi.* Euangelium Quinquageſimę:in ea verba:Aſſumpſit duode-
cim diſcipulos Ieſus:& ait illis ſecreto:Ecce aſcendimus Ie
roſolymam:&c.Cur ſecreto alloquitur Apoſtolos?Vt doceat
non eſſe iniquum:habere familiares amicos: cum quibus
peculiari



peculiari agas loquendi forma. Sic agebat Chriſtus cum
Apoſtolis reſerans ſacramenta agonis ſui.Sed illi quia for-
taſſis tunc non peruenerant ad perfectam familiaritatem
Chriſti:ait Sanctus Lucas:Ipſe nõ intelligebãtur:quę dicebã
tur & erat verbũ iſtud abſconditũ:&c. Quadrat & in Euan- *Pro Tranſ*
geliũ de Trãsfiguratione.Vides enim:quo pacto à cæteris ſe *figuratio.*
gregatis tribus Apoſtolis Petro: Iacobo: & Ioanni transfi-
guratus multa oſtendit beneuolentiæ ſingularis ſigna.Item
aptari poteſt feriæ ſecundæ Reſurrectionis:his nempe ver-
bis:Nonne cor noſtrum ardens erat:dum nobis loqueretur
in via?Cur ardens erat cor veſtrum o Apoſtoli Chriſti con- *Pro fer.2.*
uerſatione?Certe credo:quia vſus tunc fuit ea loquendi for *Reſurre-*
ma,qua vti ſolet acturus cum amicis:& familiaribus: Quis *ctionis.*
enim dubitat eam eſſe vehementer ignitam: & ardentiſſi-
mam.

¶ Quintò obſerua cum multa verba:& non vnum tantũ
ſint oracula vatis Hoſſeæ:ac ſi vnum tantum eſſet:appellari
verbum,*Verbum* inquit:*quod factum eſt ad Hoſſeam.* Cur non
ait Verba quæ facta ſunt?Reſpondes verbum ſumi in preſen
tiarum pro prophetia.Ita eſt.Id veruntamen quærimus:cur
propheria vocetur verbum quando multa verba complecti
tur Myſterium latet:vt opinor. Conſueuit amor leuiora fa-
cere onera præceptorum:ſicut contra defectus amoris: ſiue *Gen.29.*
timor ea reddit multò grauiora:quàm ſint.Audi quid dicat
Scriptura de Iacob:Seruiuit pro Rachel ſeptẽ annis: & vi-
debantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.Quemad- *Simile.*
modum tenuis:ventus vela impetens nauis: licet ferro ſit
onuſta:facile mouet:& velociſſimè fert:& grandia ſaxa ma-
chinis ædificationum quocunque volumus: torquemus:
& leuamus:In eundem modum amor machina eſt: & vela:
quæ reddunt mandata nobis iniuncta: quàm facillima. Ita *Aug.li.11*
corpus pondere:ſicut animus amore fertur: quocunque *de Ciuit.*
fertur inquit Diuus Auguſtinus.Ac rurſum:Ad omne opus *Dei.c.28.*
bonum ducit amor Dei.Contra timor: & defectus amoris *Simile.*
parua & leuia reddit magna: & grauia: Quemadmodum
Echenei paruus admodum piſcis cum ſit: ſi carinis
adhæreat, naues à curſu retardat, & ſeggnius ire facit,
quamuis exigua ferat, & exonerata ſit: Sic qui non
amat: & timet licet minima imponas ei præcepta: gra-
uia iudicat præ timore:& quod vnum eſt:multiplicat. Præ-
cepit Deus primis parẽtibus ſolũ comederẽt de ligno ſciẽtię
boni & mali.Vide autẽ vt fœmina vnũ præceptũ multiplex

 faciat

Gen. 3. faciat, dicens ſerpenti, Præcepit nobis Deus, ne comedere-
mus, & ne tangeremus illud. Quãdo. dic fœmina, Deus iuſ-
ſit, ne tangeretis lignum ſcientiæ? Solum comedere interdi-
xit, non tangere. Certè quia non amore, ſed timore potius
mortis legem ſeruandam iudicaſti, ex vno duo mandata fe-
ciſti. Vtinam dilexiſſes Deum magis, quam timuiſſes, tunc
enim dilectio, & ſi multa præcepiſſet, & grauia, leuia, & pau-
ca indicare impuliſſet. Ignoraſti mulier, quid petat Spiritus
ille ſupernus ab Sponſa ſua? nempe labia velut vitta cocci-
nea? Ita enim poſtea dixit in Canticis, Sicut vitta coccinea
labia tua. Quod eſt munus vitæ? Ligare, & cingere, vt pau-
Cant. 3. ciora, & tolerabiliora videãtur, quæ cingimus. Faſcem enim
lignorũ anteaquã cingulo, vel funiculo connexa ſint, & plu-
Simile. ra videntur eſſe, & grauiora, quàm quis ferre queat. Quid di
lectio eſt? Reſpondeat Apoſtolus, Super omnia charitatem
habere, quod eſt vinculum perfectionis. Igitur ſi vinculum
Col. 3. charitatis eſt hoc vinculũ in labiis noſtris ſit. Vnde & meri-
to vittã coccineã labia ſuę ſpõſę Deus appellat, quia illa ver
bis colligit, & conſtringit, quæ ſibi præcipiuntur, nõ autem
laxat, & explicat. Vide an labia Regis Pſaltis vitta fuerint
coccinea. Quomodo, inquit, dilexi legem tuam Domine. Nũ
Pſal: 118. quid non ſexcentæ tredecim leges erant, quas ſeruare tene
baris bone rex? Cur ergo legẽ vocas. 613 pręcepta? Quoniam
dilexi legẽ tuã Domine. Ac ſi apertius dicat: Dilectione ve-
lut vitta coccinea præcepta alligo: vt facilius feram, & pau-
ciora iudicem. Amor eſt machina: qua ſine magno labore,
quæ alias grauia eſſent: leuo ad extruendum ſpirituale ædi-
ficium. Charitas pro velis mihi eſt: vt non tardo curſu: & ſe-
gniter applicem ad portum. Vide etiam quo pacto vates
Hoſſeas multa, quæ in toto hoc vaticinio pręcipit Dominus
quaſi vnum ſit, verbum appellat: non verba. Quadrat hæc
obſeruatio in Euangelium Pentecoſtes: in ea verba. Si quis
Pro Pen- diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & qui non diligit: ſer-
thecoſte. mones meos non ſeruat. Ac ſi explicatius dixiſſet. Sermones
Io. c. 14. ſunt: & leges his, qui non diligunt me, qui vero diligit: ſer-
monem meum ſeruabit, id eſt, multos ſermones: vnicum ſer-
monem: & leuem reputabit. Quadrat & in feſtum ſancti Ia-
Pro feſto copi: & Diui Ioannis ante portam Latinam: in ea verba Aſ-
S. Iacobi. ſertoris noſtri: Poteſtis bibere Calicem: quem ego bibiturus
ſum? Quid hoc Domine? Calicem vocas grauiſſimum: & a-
cerbiſſimum tuæ Crucis: & mortis agonem? O quam ma-
gnus eſſet Calix: qui hauriri: & potari non poſſet vigint
horis



horis. Quid ſi interuallo triginta trium annorum ſemper
eſſet ori bibentis appoſitus. vt totus hauriretur? Pientiſſime
Ieſu, quid tota vita tua fuit, niſi attrociſſima Crux? Quot cõ
tumelias: quot iniusias: quot egeſtatis: & laboris incom-
moda pertuliſti? Ad hæc, quis expendere queat immenſita-
tem cruciatuum, & tormentorum tuorum quam in patibu-
lo Crucis paſſus es? Et hæc omnia calicem vocas? Non ſic Pſal. 68.
Regius Pſaltes, ſed ſpiritu longe ante præuidens: vaſtiſſimũ:
& ſæuiſſimũ mare appellat: Veni in altitudinẽ maris: & tem-
peſtas demerſit me: infixus ſum in limo profundi: &c. Cur er
go tu modo mare vocas calicem? Certe docuiſti nunc nos:
quid efficiat dilectio, quantáque ſit vis amoris. Hic te com-
pulit, vt quaſi parũ pro hominibus ſit paſſurus: vocare, quod
mare eſt: calicem, & ſatis occultè: & acutè ſignificaſti: quid
leue: & facilè reddit quicquid præceperis: etiam mortem ex-
quiſitis tormentis inflictam ferre: amor videlicet. Inſere igi-
tur noſtris pectoribus amorem tui ſancti nominis: vt quic-
quid pro te tulerimus: & quicquid præceperis: calicem voce-
mus, cuius potus hauſtu facilius eſt.

¶ Sextò: *Ad Hoſſeam: filium Beeri.* Non temerè: & ſine cauſa
explicat ſpiritus ille cœleſtis: quiſnam fuerit pater vatis
Hoſſeæ: nempe *Beeri.* Multa hic inuenies implicata: Primum
vt probe cognoſcas, quis fuerit hic vates. Si enim non ap-
poſuiſſet patrem eius: fortaſſis quis ſuſpicaretur potentia
deceptus: ac nobilitate: generiſque amplitudine: hunc Hoſ-
ſeam eſſe: qui rex fuit vltimus in Iſrael. Potentia enim maio 1. Cor. 1.
rum: ſplendor: diuitiæ: atque alia id genus mortalium ho-
minum oculos rapere ſolent: vt in aliquem conferant bene
ficia. Secus autem Deus optimus maximus: pauperes: & de-
ſpectos ſuis dotibus ſolet cumulare. Hinc: relicto rege: ho-
minem inferioris ſortis ad donum euehit prophetiæ. Vide-
te fratres: ait Apoſtolus, vocationem veſtram: quia non mul
ti potentes: non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi:
elegit Deus: vt fortia quæque confundat: vt non glorietur
omnis caro. Carnem igitur ſequuntur: qui ad dona viros e-
ligunt diuitiis inſignes: & maiorum geſtis conſpicuos. Ne i-
gitur glorietur caro: ſed ſpiritus: Deum imitantes: ad repo-
nenda dona deſpectos homines eligamus. Cæci Phariſæi à
Deo nobilitatem eſſe præferendam iudicabant: humileſq;
cõtẽnendos. Fallebantur tamẽ: dicentes: Nunquid aliquis ex
principibus credidit in eum? ſed turba hæc: quæ non nouit
legem. O cæcitatẽ Phariſæorũ deplorandã. Erratis o ſtulti:

ſi præponendã à Dño nobilitatem ſanguinis creditis. Ecce relinquitur rex Hoſſeas:& priuatus homo creatur vates. Nõne in paruiſſimis conchis inueniuntur pretioſa margarita: non autem in Cete grãdibus? Nonne balſamum protioſiſſimũ exigua reddunt arbuſta: non autem cedri libani? Nõne in conuiuio Ioſeph: ferculum minimi Beniamin auctum eſt quintuplo: præ omnium maiorum fratrum ferculis? Margarita ergo pretioſa: hoc eſt: diuina dona quæramus crebro in hominibus extremæ claſſis iuxta vulgi opinionem. Hi enim cum Beniamin ſolent: à Deo accipere multo plura: & digniora: quam illi: quos mũdus indicat eſſe maiores. Sed quo tendunt hæc omnia fratres mihi? Ne infirmos: & minores deſpiciamus. Quadrat hæc obſeruatio in Euangelium Sancti Michaelis: in ea verba Math. 18. *A duocãs Ieſus paruulũ: ſtatuit in medio eorum*. Locus medius dignior eſt: & præſtãtior: atque hunc ſolet Deus deferre minimis iuxta mundi iudicia. non autem maximis.

*Simile.* *Gen. 53.* *Pro feſto S. Michaelis.*

¶ Septimò. A*d Hoſſeam filiũ Beeri*. Obſerua: crebro inueniri in Scriptura attexta nomina patrũ cum nominibus filiorũ: cauſã adhibuimus: ne nominis multiplicitate deciperemur vti nuper diximus de Hoſſea vate Hoſſea rege Iſrael. Rẽ tamẽ hãc altius mihi cõſiderãti: nõnulla vltra hoc ſe offerũt obſeruatione digniſſima. Primũ: probi parẽtes: & iuſti attexũtur cum nominibus filiorũ: vt alliciãtur filij exẽplo ſuorũ maiorũ ad imitandã eorum probitatem, patrioſq; cõmendandos referant mores. Sic dum apud Lucã Ioãnis meminit Scriptura: apponit: filiũ eſſe Zachariæ, qui iuſtus fuerat corã Dño: id eſt ſanctiſſimus. Placet enim viris doctis: hũc loquẽdi tropũ eſſe Hebraiſmũ, ſicut apud Geneſim Nẽbrot dicitur robuſtus venator corã Dño: id eſt: maximus venator: cum enim careant Hebræi ſuperlatiuis: hoc Ablatiuo, *Coram Domino*: explicant Superlatiui ſignificationẽ. In eundẽ modũ dicitur Zacharias iuſtus ante Deũ: id eſt: iuſtiſſimus. Sed ad obſeruationẽ redeamus. Rationi conſentaneũ eſt: filios ſemper eſſe præcinctos ad inſequenda veſtigia integritatis ſuorum maiorum. Et quemadmodum Iacob oues duxit ad ſolitudinẽ: & virgas decorticatas poſuit in canalibus aquæ: vt virgarum varietate conſpecta fœtus ederent colore varios, & maculoſos: In eundem modũ debẽt filij: ſuorũ maiorum egregia geſta, decorticare: eorũque contẽplatione accendi: vt eorumfacta ad paternam imitationem variis virtutibus ſplendeant. Audite me inquit Iſaias: qui ſequimini: quod iuſtum

*Pro. 5. dominica aduentus* *Gen. 10.* *Gen. 30.*



iuſtum eſt, & quæritis Dominum, Attendite ad petram vnde ſciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraam patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos, &c. Quid aliud intendit his verbis vates ſacer Iſaias, quam exhortari filios Iſrael ad imitandam fidem patris ſui Abraham, & puritatem matris Saræ? Vnde egregia, & venuſtiſſima ſimilitudine vocat Abrahamum petram, propter fidei firmitatem, & obediẽtiam ſtupendam. Nullo enim vento filialis amoris, aut patriæ, aut cognationis motus eſt, vt non obediret Deo dicenti, Egredere de terra tua, & cognatione tua, &c. Ac rurſum, Tolle filium tuum vnigenitum, & offeres eum in holocauſtum, &c. Ait igitur. Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis. Quæ nam eſt hæc petra? Smaragdus pretioſus, vel inæſtimabile margaritum, quo cœlum eſt exornandum, ſic enim in Apoc. ait D. Ioannes. Cœlum his lapidibus pretioſis eſſe decoratum. Ac ſi apertiùs dixiſſet Iſaias, Cauete, ne vos ſitis lateres viles, ſanguine peccatorum madentes, de quibus ait Dominus Ezechieli, Sume tibi laterẽ, & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem, & ordinabis aduerſus eam obſidionem, &c. Quid hic later adumbrat, niſi filios Iſrael? quibus probro vertit, non eſſe ſmaragdum exciſum ab Abrahamo, dignum cœleſti ædificio, ſed laterem perpetuò bello in inferno deuaſtandum, & conterendum? Dedecet enim filios à probitate degenerare parentum. Non ſic vates Hoſſeas, non ſic, ſed ſtetit inſequendis ſui patris veſtigiis. Si enim Beeri, quia Deo gratus exiſtit, dono eſt honoratus prophetiæ, etiam filius Hoſſeas idem à Domino obtinuit donum, & fortaſſis multo locupletiùs, & exuberantius. Boni enim filij eſt, non ſolum maiorum æmulari candorem, verùm & eorum virtutes propria vincere virtute. Beeri enim non extant oracula, ſicut Hoſſeæ. Nec huius rei aliam poſſum inuenire cauſam, quàm quod fortaſſis digniora erant hominum memoria, & luculentiora vaticinia Hoſſeæ vaticiniis Beeri. Quod ſi rurſum quæras: Cur digniora vaticinia Hoſſeæ? Reſpondeo, quia fortaſſis eius merita maiora. Quod ſi obiicias dona gratiarum non dari à Deo pro meritis, quia gratia omne debitum excludit, vt inquit D. Thomas, & eſt concors ſententia omnium ſanctorum patrum, vnde & Aſſertor noſter inquit, peccatores damnatos in gehẽnam dicturos, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus? Reſpondemus ex eodem D. Thoma per paucis, vt multa, quæ hic dici poterant, miſſa faciamus, bona opera non

*1. 2. q. 111. ar. 1. ad 2. Matth. 7. 2. 2. quæ. 177. ar. 1. ad 3.*

non mereri gratiam aliquam directè, nihil tamen obſtat, ꝙ indirectè ſint adiumento ad gratiam obtinendam. Hinc & 

*2.2.q. ar.4.*

rurſus D. Thom. eiuſque fidelis commentator Caietanus, quærentes, Vtrùm bonitas morum requiratur ad prophetiam, licet dicant hominem peccato mortali irretitum poſſe donum habere prophetiæ, non omnino reiiciunt quaſi ſuper uacaneam morum puritatem, imò aſſerunt, ſi conſideremus morum candorem ſecundum paſſiones animæ, & actiones exteriores, impediri hominem à dono prophetiæ; per morum malitiam. Sed de his ſatis, & ad lapidem à nobis motum 

*Simile.*

redeamus. Quemadmodum flumina quamuis in principio parua ſint, & piſces non producant, quia tamen acceſſu gurgitum, & aquarum creſcunt, poſtea quo longius labuntur, pluribus piſcibus abundant, In eundem modum homines, qui quaſi aqua dilabuntur, vt inquit Scriptura, quo plura 

*Simile*

imbibunt, & præclariora maiorum facta, debent magis ſplendere virtutibus. Et quemadmodum inuictiſſimus Carolus eius nominis quintus imperator hunc titulum præfecit ſuis ſtemmatibus, Plus Vltra, quia vltra valuas Herculeas, plus quàm ſui progenitores, Indos debellans, ditionem, & imperium ſuum extendit, Sic & nos vltra parentum noſtrorum probitatem progrediamur, dicentes cum illo eloquentiæ 

*Cic. in oratio. contra Catilinã.*

fonte, Cicerone, Ego meis maioribus virtute mea præluxi, vt ſi prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ ſuæ, pudeatque, nos tenebras criminum obfundere ſplendori progenitorum noſtrorum. Dent etiam pro virili operam parentes, vt poſteris ſint virtutibus exemplum, non vitiorum, alioquin eos comprehendet imprecatio Regij Pſal-

*Pſal. 108.*

tis, In memoriam redeat iniquitas patrum eius, & peccatum matris eius non deleatur. Nouerintque progenitores, acta ſua non parum habere momenti, vt ad ſui imitationem poſteros alliciant. Hinc de Zacharia rege filio Ieroboam dici-

*4. Re. 15.*

tur, Fecit Zacharias, quod malum eſt coram Domino, ſicut fecerant patres eius, non receſſit à peccatis Ieroboam. O lamentandam hominum ſortem, quàm faciles ſunt ad amplectenda paternæ iniquitatis exempla, contra vero quàm deſides: vt in eorũ geſta illuſtria incũbant. Non ſic viuamus fratres mei, ſed ſi prauos mores paternos nouerimus, auertamus oculos, ne imitemur, ſciẽtes, ꝙ ſi eos imitari fuerimus, vltra noſtram damnationem, maiorum in inferno; ſi iam deceſſerunt, fore cruciatus acerbiores, ob iniquitatis exemplum, quod poſteris dederunt. Quis hoc audiens quamuis
ſilicea



ſilicea habeat præcordia non ſe abſtinebit ab imitatione paterni peccati, dicens: Nolo progenitoribus meis pœnas inferorum augere? Contra vero, ſi recte vixerunt maiores noſtri, eos nobis proponamus ante oculos mentis imitandos, vt nonnihil voluptatis, & gloriæ, ſi in cœleſti regno ſunt: percipiant. Certum enim eſt, huiuſmodi imitatione augeri gloriam eorum. Quis namque maiores natu geſtis: & virtutibus inſignes: vt ſe illis gratum ſaltem exhibeat: non ſtudebit: quoquo valeat modo: maiori eos perfundere alacritate? Quadrat hæc obſeruatio in Euangelia attexentia nomina

*Pro Dominica. 4. Aduentus.*

filiorum cum nominibus maiorum, vt Euangelium Dominicæ quartæ Aduentus, in ea verba, Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem filium Zachariæ. Cur filius Zachariæ eſſe perhibetur Ioannes? Proculdubio, vt patrios retuliſſe mores agnoſcamus: imò & multò ſanctiorem fuiſſe Ioannẽ patre. Nam Zacharias propheta: Ioannes plusquàm propheta. Zacharias homo iuſtus, Ioannes autem angelus vocatur. Hic enim eſt: de quo ſcriptum eſt, Ecce mitto angelum meum: &c. Quadrat etiam in Euangelia Annuntiationis: &

*Pro Annũciatione, Natiuitate Virginis almæ, & Chriſti.*

Natiuitatis Diuæ Virginis, & Ieſu Chriſti. Ibi enim ponitur: Ioſeph fuiſſe de domo Dauid. Ac rurſum, filij Dauid, filij Abraham. Cur patres cum filiis ſcribuntur? Inter alia: vt agnoſcas, an filij tales extiterint: quales patres. Ad hæc: venuſte aptari potes Dominicæ quintæ Quadrageſimæ. Si filij: inquit Aſſertor noſter: Abrahæ eſtis, opera Abrahę facite. Decet enim filios, puros hæreditare maiorum mores.

*Pro Dominica de paſſione.*

¶ Octauò, *Filium Beeri.* Docet: honorandos eſſe homines nominibus ſuorum maiorum, ſi rebus geſtis extiterint præclari. Si quem nominamus aut eius mentio fit, & progenitores illius bonum de ſe ſpecimen præbuerunt: non pigeat eos in memoriam hominum reuocare. Sic apud Tobiam Raguel reuocabat, dicens: Benedictio ſit tibi fili mi, quia boni,

*Tob. 7.*

& optimi viri filius es. Nam ſi homines guſtantes fructum

*Simile*

dulcem: & palato ſuauem: ſtatim arborem commendant: & terram: quæ illum profert: & ſcire cupiunt eius nomen: quantò magis debent homines, deſiderare ſcire nomina parentum: ex quibus viri aliqua virtute præſtantes orti ſunt: quando parentes non aliud ſunt: quam arbor nobiliſſima: & Dei agricultoris plantatio pretioſiſſima: duobus conſtans ramis: viro ſcilicet, & fœmina ferentibus fructum Deo, & hominibus ſuauiſſimum, filios nempe integritate morum

*1. Re. 17.*

fulgentes. Viderat Saul, Dauid ingenti animi fortitudine
viciſſe

Philiſtæum,& ſtatim quæſiuit ab Abner, an cognoſceret eius progenitores,nec quieuit donec ab ipſo Dauide de certamine reuertente quæſiuit, De qua ſtirpe es ô Adoleſcens? Qui continuò & patrem,& patriam pandit, dicens, Filius ſerui tui Iſai Betlehemitæ ego ſum. Sed dolendum eſt,& ſine multis lachrymis dicere non poſſum, nonnullos inuenies, vtinam autem & multi non eſſent,qui dedecus, & ignominiam parentum:licet abditiſſima ſit,ex ipſis viſceribus hauriunt terræ, ſi eorum filium audiunt commendari, vt eius honori notam inurant. Hi ſimiles ſunt ceruis:qui ſuo ſpiritu è terræ cauernis ſerpentes,& viperas extrahunt,laniunt: & mandunt. Spiritu enim diabolico crimina iamdudum ſopita, & ab hominum memoria abolita ſuis comedunt dentibus: & linguis. Sed quid dico hos maledicos conferens cum ceruis? Multò peiores ſunt. Nam ceruis hauſtum viperinum venenum non nocet:ſed confert ad ſalutem: detractores autem crebro veneno alieni dedecoris ſuas animas interficiunt. Quis enim non videat,grauius offendere Deū optimum maximum:& animos auditorum: eos: qui aliena flagitia apertè dicunt,quàm eos,qui commiſerunt? Vtinam iſti homines effrenes ſecum reputarent, quid Dominus voluerit apud Deuteronomium ſignificare præcipiens, Quando obſederis ciuitatem,vt expugnes eam,nō ſuccides arbores:de quibus veſci poteſt:nec ſecuribus per circuitū debes vaſtare regionem: quoniam lignum eſt, & non homo: nec poteſt bellantium contra te augere numerum. Quid arbores iſtæ fructiferæ adumbrant, niſi homines coniugij legibus addictos? Matrimonium enim:vti diximus, arbor nobiliſſima eſt, & ita matrimonium vocat Guillermus Pariſienſis,agens de hoc ſacramento. Has arbores, ſi prolem commendabilem protulerunt:is enim eſt arborum fructus: nequaquam decet ſecuribus linguarum vaſtare, denudareque earum obſcura facta, quando fructus veſci poteſt: hoc eſt: fili imitandi,quòd probi ſunt. Atque vt Dominus ad huius rei obſeruationem animo noſtros inducat: attende: quam ſubiungat rationem: Quoniam huiuſcemodi arbores non pugnant contra te. Certe iniuſtum eſt: aduerſus eum hominem bellum gerere: qui tibi non nocet. Maiores alicuius iam deceſſerunt:cur mortuos lancea tuæ linguæ impetes? An ignoras homines detegentes mortuorum crimina crudeliores feris iudicari? Crebro enim feræ mortuis parcunt:quoniam ſibi nihil damni inferre poſſunt. Cur igitur

*Simile.* *Pli. li. 28. c. 9. fine.* *Deut. 20.* *Guilielm. Pariſieſis.*

tu



tu,feris immanior:in eum:qui te lædere non poteſt: rabido ore deſæuis? O immanitatem vincentem ſæuitiam Hyrcanę tigridis. Lege Scripturæ ſacræ volumina: & diſces quando alicuius parentes ſunt in memoriam reuocandi,nempe cum dote aliqua eximia ſunt exornati. Quære à Diuo Hieronymo:quando parentes:aut aui ponuntur in titulis prophetarum? Et reſpondet:Quando prophetiæ dono ſplenduerunt: ſin autem, ſilentio præmittuntur. Quorſum hoc? Vt diſcas homines honorare ſuorum maiorum dotibus:&c. Quadrat obſeruatio in Euangelia præcedentis obſeruationis: nos aptare omittimus, quoniam quiſque facilè aptare poteſt.

*Pro Euangelus præcedentis obſeruationis.*

*In diebus Oziæ, Iohatam, Acha, Ezechiam regū Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael.*

¶Vt optime inquit Cyrillus multis in locis, quando locum aliquem in Scripturis recte intelligere volumus, tria diligenter ſunt conſideranda. Tempus quando ſcriptum eſt:quod dicitur:perſona,quæ dicit:vel per quam:vel de qua dicitur:& res propter quam,aut de qua ſcribitur. Sic enim abſque errore ſenſum verum poterimus inueſtigare. Ob ignorantiam temporis Hymenæus:& Alexander putauerunt iam factam eſſe reſurrectionem: vt tradit Apoſtolus in ea: quæ extat ad Timotheum Epiſtola. Perſonam eſſe cognoſcendam:de qua ſermo eſt:optimè ſignificauit eunuchus reginæ Candacis:dicens Philippo, Quæſo Domine, de quo propheta loquitur de ſe,an de alio? Diuus etiam Paulus volens perſonam Saluatoris intelligi,inquit, In quem dicuntur hæc:de alia tribu eſt:manifeſtum eſt,quòd de Iuda ortus eſt Dominus. Quod autem rei notitia neceſſario requiratur, inde diſcemus:quòd res:quæ de Saluatore ſcribuntur: verbi cauſa,Ecce virgo concipiet. Et ſicut ouis ductus eſt ad occiſionem, ad neminem ſanctorum referri poſſunt: quare ad Chriſtum propriè referuntur. Hanc etiam ob cauſam egregiè inquit Diuus Chyſoſtomus Homi. 5. de Ozia, omnibus prophetis mos eſt:regum tempora exprimere. Atque Diuus Hieronymus Iſai. 1. ait, In titulis prophetarum commemorantur Perſona,verbi gratia Iſaias,aut Ieremias. Cauſa, vt Hebræorum vitia reſecet, aut aliquid prænuntiet, aut vt mœrentem populum conſoletur. Tempus,ſub quibus regibus prophetiam ediderit:vt, Viſio Iſaiæ filij Amos:quam vidit ſuper Iudam,& Ieruſalem:in diebus Oziæ,Ioatham, Achaz,Ezechiæ,regum Iuda. Demum: vt multos alios Doctores ingenio,& literis præſtantes miſſos faciam, Chriſtianus

*Cyrillus li. 8. Theſauri c. 2. & li. 9. c. 4. 10. & 3.* *2. Thi. 3.* *Acto. 8.* *Ad Heb.* *Iſai. 7. & 53.* *Chryſo.* *Hierony.*

Dru-

*Chriſtian. Druthmerus.* Druthmerus apud Matthæum, in Procemio ait: In omnium librorum principiis tria quærenda ſunt. Tempus: Locus: Perſona. Hinc & vates Hoſſeas in hoc titulo hæc tria complectitur, Tempus, locum, & Perſonas: ad quas ſcribitur Prophetia, dicens. *In diebus Oziæ, Ioatham, Achaz &c.*

¶Non eſt præterea ſilentio prætermittendum: cur vates Hoſſeas hac vtatur loquendi forma: Fuit in diebus: ſiue tempore horum, aut illorum regum: qua & alij vtuntur vates: non autem hac, Hoc, vel illo anno egreſſionis filiorum Iſrael de Ægypto, Hoc, vel illo anno ab orbe condito: in quẽ modum Hebræi ſupputare conſueuerunt. Legimus vtique.
*Num. 1.* Numer. 1. Tempus ſupputari ab egreſſione filiorum Iſrael
*3. Reg. 6.* de terra Ægypti. Anno altero, inquit Scriptura, egreſſionis filiorum Iſrael de Ægypto. Atque 3. Regum cap. 6. referens Scriptura, quo tempore cœpit Salomon ædificare templum, in hunc modum inquit: Quadrigenteſimo, & octogeſimo anno egreſſionis filiorum Iſrael de terra Ægypti: in anno quarto menſe Zio: ipſe eſt menſis ſecundus regni Salomonis ſuper Iſrael, ædificare cœpit domum Domino. Atqui ſi diuini vates in hoc maximè ſtudium incumbunt: vt ædificent Deo viuenti templum ſpirituale: quale homines eſſe debent: iuxta verbum Apoſtoli: Templum Dei ſanctum eſt: quod eſtis vos: cur, hoc ſupputandi ordine relicto: regia ſolum attexuntur tempora? Reſpondemus: Deum optimum maximum voluiſſe; nos eſſe admonitos hac locutionis forma: oracula prophetarum eſſe maximè memoriæ commendanda: ac frequenti commemoratione repetenda; ne vnquam memoria excidant. Omnibus enim perſpicuum eſt: regum memoriam, & communis, & diutius conſtare; atque in ore hominum magis verſari, quàm aliam temporis ſupputationem: cum reges eorúmque geſta frequentiſſimè in ore hominum verſentur. Etenim promptiùs eſt, quo rege: quàm quo anno: quouè tempore quid acciderit. Si quæram. Quis rex expugnauit Toletum? Statim reſpondebis. Illefonſus. Quis Hiſpalim? Ferdinandus. Qui reges primum obtinuerunt Indos occidentales? Nullus Hiſpaniæ incola ignorat fuiſſe Catholicos reges Ferdinandum, & Eliſabeth. Verùm ſi quæram: Quonā anno à natiuitate Aſſertoris noſtri? Dices: Non memini. Ad hæc vaticiniis regum tempora attexuntur, vt eorum rationes ad reges ipſos: atque ad regnorum negotia præcipuè pertinere cognoſcamus.

Item obſeruandum eſt: quo loquendi tropo hic vſus eſt noſter



noſter vates, nempè: *In diebus Oziæ, Ioatham, &cæt.* Non ait, In tempore, ſiue temporibus Oziæ: Ioatham. Quorſum potius ait: *In diebus* quàm in tempore? Reſpondebit aliquis ſciolus, vulgare eſſe in ſacris Bibliis diem ſumi pro tempore. Teſtes ſunt Diuus Hieronymus, capit. 19. Iſaiæ, expendens *D. Hiero.* hæc verba, In die illa erit altare Domini in medio terræ. Vbi ait, Diem autem pro tempore accipe. Et Diuus Augusti- *D. Aug.* nus libro ſecundo contra Manichæos, capite 3. de 1. capite Geneſeos. Et qui linguam Hæbraicam, vel ſummis labiis degustauerit, quaſi alta myſteria, nimiumque retruſa referans dicet, nos ſupervacaneam excitaſſe quæſtionem ob ignorantiam ſignifiactionis vnius voculæ Iom, quæ Hebraica eſt, & Latine ſonat diem: interdum naturalem viginti quatuor horarum, vt Geneſeos. cap. 1. Factum eſt veſpere: & ma- *Gen. 1.* ne dies vnus. Interdum lationem ſolis ſuper terram ſecundum quod aliud eſt dies, aliud nox: in quem modum eodem ca. 1. Geneſeos dicitur, Vocauitque Deus lucem diem. Quòd ſi in numero multitudinis dicas: iomim, hoc eſt, dies, tunc ſignificat annos etiam: & tempus: vt docet Paginus in ſuo theſauro linguæ ſanctæ. Hic ergo iuxta dictam ſignificationem: idem eſt dicere, *In diebus*: ac ſi dicas, In tempore, ſiue tẽporibus Oziæ, Ioatham. Sunt qui propius ſcopum attigiſſe videntur, dicentes, hoc loco dies pro temporibus vſurpari, ea figura, quam Græci metonimiam vocant. Conſtant namque tempora diebus potiſſimum, ex diebus enim menſes, atque anni conficiuntur. Verum his omnibus non videtur nodus explicatus. Quærimus enim, cur, cum dicere potuiſſet: In temporibus, metonymico tropo vtens dixerit, *In diebus*? Dicere enim id temere & inconſulto accidiſſe, alienum proculdubio à ratione eſt. Habent namque in ſacris literis figuratæ locutiones præter ſuos ſales nonnihil ſemper myſterij. Sed hoc in obſeruationibus ad mores ſpectantibus diſcutiemus.

¶*In diebus Oziæ Ioatham.* Quoniā verbum Domini egimus *D. Chryſ.* ſolùm factum eſſe in tempore Oziæ, Ioatham, conſequitur *Gregor.* veram eſſe ſententiam Sanctorum Patrum aſſerentium: Pro- *Hierony.* phetas ſacros non ſemper diuino numine eſſe afflatos, ne- *In 35. cæ. Ezechie.* que ſine intermiſſione temporis ſua oracula edidiſſe, ſed aliquando prophetiæ donū habebant, aliquando eo carebant. Ita Chryſoſtomus in c. 2. Iſaiæ: & D. Greg. Homil. 1. in Ezechielem: cuius verba ſunt, Spiritus propheticus neque ſemper, neq; eodem modo animum tangit. D. etiam Hieron. ait:

In prophetis ſubinde additur, Factus eſt ſermo domini: quia ob humanã fragilitatem, & vitę huius neceſſitates interdum
Ioan. I. prophetiæ ſpiritus recedebat ab eis. Propterea Ioannes Baptiſta loquitur: Super quem videris Spiritum ſanctũ in ſpecie columbæ deſcendentem, & manentẽ in eo, ipſe eſt. Nunquam enim eſſet propriũ Chriſto, quòd additur: & manentẽ in eo, niſi ab aliis nonnunquam recederet. Hæc Diuus Hieronymus. *In diebus Oziæ Ioatham:* Si tempora quibus reges iſti regni ſunt potiti, diſquiramus eos centum & tredecim an-
4. Reg. 15 nis regnaſſe. Nam iuxta Regum hiſtoriam Ozias qui & A-
4. Reg. 19 zarias dicitur regnauit ſuper Iudam annis. 52. poſt hunc fi-
4. Re. 18. lius eius Ioatham annis. 16. poſt quem Achaz etiam annis. 16. Deinde Ezechias filius Achaz annis. 29. qui anni ſi coniugantur: ſunt. 113. Videtur autem difficile creditu vixiſſe Hoſſeam tot annis: atque tot regum tempore prophetaſſe.
Rupertus Tutienſis Reſpondent nonnulli, vatem Hoſſeam ſolum attigiſſe extremos annos Ieroboam: filij Ioas regis Iſrael, qui regnãte Ozia in Iuda: iam regnauerat. 27. annis, & primos annos regni Ezechiæ. Sic enim exorditur eius prophetia, Voca, enim exorditur eius prophetia: Voca nomẽ eius Iezrael, quoniam adhuc modicũ: & viſitabo ſanguinem Iezrael ſuper domum Hoc autem fere continuo poſt mortem eiuſdem Ieroboam completum eſt: quia ſuccedens illi filius eius Zacharias regnauit tantum ſex menſibus: & percuſſit atque interfecit eũ Sellum, regnauitque pro eo. In quem modum ſi horum regum tempora computes, nõdum quinquaginta annis Hoſſeam prophetaſſe comperies. Hebræi tamen non negant tanto tempore Hoſſeam vixiſſe, quinimo arbitrantur longiſſimam attigiſſe ſenectam. Quam Hebræorum ſententiam videtur amplecti Diuus Hieronymus. Ait quippe, Hoſſeam prophetam, & ante captiuitatem Iſraël: & poſt captiuitatem ius vaticinatum, & tam vicinam: quam præſentem: & præteritam vidiſſe, & denuntiaſſe venturam & luxiſſe ingruentem: & in emendationem Iudæ retexuiſſe præterita, *In diebus Oziæ.* Quis qualiſque fuit hic rex: & cæteri, qui ſequuntur, reſpondeat tibi Scriptura: Sedecim, inquit, annorum e-
2. Par. 26. rat Ozias, cùm regnare cœpiſſet, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ieruſalem. Fecitque quod erat rectum in oculis Domini iuxta omnia: quę fecerat Amaſias pater eius & exquiſiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deũ, cũq; requireret Dñm, direxit eũ in omnibus,
2. Par. 27. &c. *Ioatham* filius Oziæ fecit ẽt quod rectũ erat coram Dño, iuxta



iuxta omnia quæ fecerãt Ozias pater ſuus, corroboratusq; eſt, eo ꝙ direxiſſet vias ſuas corã Dño Deo ſuo. *Achaz.* Viginti annorũ erat: cũ regnare cœpiſſet: & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem. Non fecit rectum in conſpectu Domini ſicut Dauid pater eius, ſed ambulauit in viis regum Iſraël,
inſuper & ſtatuas fudit Baalim, &c. Perlege totum caput. 28. 2. Par. 28
2. lib. Paralip. & inuenies *Achaz* iſtum multis fuiſſe peccatis irretitum, ac propterea non ſolum ipſum: verum & eius populum fuiſſe punitum. Nam vndecimo anno regni eius decẽ tribus, quæ appellabantur Iſraël, captæ ſunt à Salmanaſar rege Caldæorum, & in Medorum montibus collocatæ. *Ezechias* quoque fecit, inquit Scriptura: quod erat placitum coram Domino iuxta omnia, quæ fecerat Dauid pater eius. *Et in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael.* Aſſignatur pater regis Ieroboam, nempe Ioſias, ne quis decipiatur credens fuiſſe hunc Ieroboam, qui fecit vitulos aureos. Is enim filius fuit
Nabath, vt Regum tradit hiſtoria, hic autem filius Ioas, ini- 4. Re. 13.
quus veruntamen, & quemadmodum nomine conuenit cum altero Ieroboam execrando, ita & moribus non diſſimilis. Vnde de eo inquit Scriptura, Fecit Ierobam filius Ioas, quod malum eſt coram Domino, non receſſit ab omnibus pecca-
tis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael. Demum 4. Re. 14.
perſpicuum eſt, ſi Hoſſeas tempore dictorum regum prophe- F.
tauit, fuiſſe eius contemporaneos Iſaiam, Iohelem, Amos, Abdiam, Ionam, & Micheam. Quod obſeruandum duximus vt agnoſcas quantum optauerit Deus huius gentis conuerſionem, quando non vnum, aut alterum, ſed plures ad eam miſit prophetas, & diſcas execrabiles eſſe reges iſtos eorumque populum, & ſatis commeritas ſuſtinuiſſe pœnas, ſi quidem tot comminationibus non reſipuerunt.

## *Obſeruationes ad inſtituendos mores,*

IN *diebus Oziæ: Ioatham, &c.* Innumerata ad morum compoſitionem ſub his verbis latent. Nos non omnia ſed aliqua enodemus: ne faſtidium prolixitas pariat. Primò, hac locutionis forma: *In diebus Oziæ. Ioatham, &c* vti literam diſpungentes diximus, voluit Deus nos admonitos: diuina oracula eſſe maximè memoriæ commendanda, ac frequenti commemoratione repetenda: ne vnquam memoria excidant. Continent enim prophetiæ diuina mandata: quidque Deo gratum ſit, & quid ingratum: ac propterea: vt illi placeamus, debe-

 mus

mus ſemper illas ante oculos mentis habere. Quemadmo-
*Simile.* dum qui ſortiti ſunt aciem oculorum obtuſam, ſemper ſe-
cum afferunt ſpecilla, vt oculis ſuperponentes clarius cer-
nant, & exactius res cognoſcant. Sic & nos, ne nos pręcipites
demus in voragines inexplicabiles peccatorum, & in acer-
biſſima ſupplicia: quæ Deus per prophetas ſuos comminatur
debemus ante oculos mentis oracula prophetarum geſtare.
Et ſicut ſpecilla quæcunque oculis obiiciunt conſpicienda,
ſui reddunt coloris, ſi enim illa fuerint rubea, aut viridia, quę
intuemur apparent etiam rubea aut viridia & ad hæc, maio
ra, quã ſint eſſe videntur: ita vt minuta creuiſſe, conſpecta ſpe
cillis iudicemus. Sic quidquid facturi ſumus, aut deſideraturi
medio diuinorum præceptorũ faciamus, & deſideremus, &
nequaquam exiguas pœnas nos daturos cogitemus, ſi pręce
pta Dñica tranſgreſſi fuerimur, fallimur enim. Videbis mul-
tos, proh dolor, paruifacere, commitere peccata venialia, vti
nam autem & nõ parui faciant crimina mortifera & lethalia,
dicentes: Quid hoc eſt? veniale eſt. Si oculis ſuis apponerent
legem Dei, & pœnarum incõmoda, quę pro peccatis per ſuos
vates comminatur Deus: & tandem paſſuri ſunt, ſi nõ reſipiſ-
cant, non exigua iudicarẽt, ſed maxima ſibi viderentur. Vide,
an Deus optim. Maxim. hoc voluerit ſignificare apud
*Deut. 6.* Deuteronomium dicens. Erunt verba hæc quæ ego præcipio
*B.* tibi hodie, in corde tuo, eruntq; & mouebuntur inter oculos
tuos. Quid enim eſt, erũt inter oculos tuos, niſi nihil facies,
nihil concupiſces, niſi prius per ſpecilla legis meæ illud
conſpexeris? Vnde & alij pro erunt inter oculos tuos, ver-
tunt Erunt monimenta inter oculos tuos. Audi, & Regium
*Pſal. 118.* Pſaltem hæc ſpecilla ante oculos habentem. Tunc non cõ-
*A.* fundar, inquit, cum perſpexero in omnib. mãdatis tuis. Hoc
eſt diuina mandata mihi ſunt pro ſpecillis: vt quid bonum
ſit: cognoſcam ad apperendum, & quid malum ad fugien-
dũ. Ea ſolum iudico bona, quę mandata Dei bona iudicant.
Non pœnas debitas peccatoribus pro delictis extenuo, ſed
perſpicio per mandata tua Dñe, vt earũ magnitudinem per-
*Pro Dominica de Paßione.* cipiam, & committere perhorreſcã peccata. Quadrat obſer-
uatio in Euangelium Dñicæ de Paſſione, in ea verba: Qui ex
Deo eſt: verba Dei audit. Quo pacto ſunt audienda? Certè
vt nihil faciamus, quin prius ante oculos noſtros appona-
*Pro feſto Penteco.* mus, velut quædam ſpecilla pretioſa legem Dei. Item in E-
uangeliũ Pẽtecoſtes in hæc verba: Si qs diligit me, ſermonẽ
meum ſeruabit. Quomodo ſermonem tuum ſeruaturi ſunt:
qui



qui te diligunt? Vtique vtentes eo pro ſpecillis, &c.

Secundo tempora regum diuinis vaticiniis attexuntur,
quoniam illa maxime ad reges ſpectant, regibuſque incum-
bit, vt, quæ per ſuos vates loquitur Deus, compleantur. v. g.
comminatur Deus ſe vindictam ſumpturum per vatem a-
liquem ob peccata populi, vel regis? Procul dubio regis eſt,
dare operã, vt homines conuertantur à viis ſuis peſſimis, le-
gemq; Dei cuſtodiant, ne digna factis rependat. Hinc quo-
ties reges creabantur apud Hæbręos in eorũ vnctione po-
nebãt librum legis in manu eorum. Sic legimus poſitum li-
brum legis in manu Ioas regis, Iuda. Eduxerunt filium re- *4. Paralip. 23.*
gis, inquit Scriptura & impoſuerunt ei diadema, dederũtq;
in manu eius tenendam legem, & conſtituerunt eum re-
gem. Audi etiã qui rex Niniue fecerit prophetãte Iona, Per- *Ionæ. 3.*
uenit verbum ad regem Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo, &
abiecit veſtimentum ſuum à ſe & indutus eſt ſacco, & ſedit
in cinere, & clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis, & prin
cipum eius dicens, Homines, & iumẽta, & boues, & pecora
non guſtent quicquam, nec paſcãtur, &c. & clament ad Do-
minum in fortitudine, & conuertatur vir à via ſua mala, ab
iniquitate quæ eſt in manibus eorũ exemplo etiam eſt rex *2. Paralip.*
Ioſaphat mittens doctores, & ſacerdotes qui circunmeuntes
cunctas vrbes, Iuda docerent populum legem Dei. Vtinam
& hac noſtra tẽpeſtate videremus reges & principes in hoc
maximè ſtudium incumbere, vt lex Domini cuſtodiretur: &
quoties diuini verbi precones, hi enim prophetatum fungũ-
tur munere in publicis declamationibus peccata reprehen
dunt, imitantes regem Niniue, primum ipſi conuerterentur
ad meliorem frugem, ac deinde ſtuderent, vt populus ſibi
ſubiectus etiam conuerteretur ad Dominum. Nihil enim hac
cura eſt præſtantius ad ſtabiliendum firmandũmq; regnum.
Vnde poſteaquã hunc laborẽ ſuo populo impẽdit Ioſaphat,
vide, quid ſubiungat Scriptura. Factus eſt pauor Domini ſu
per omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iuda nec au
debant bellare cõtra Ioſaphat. Sed & Philiſtæi Ioſaphat mu
nera deferebant & vectigal argenti. Arabes quoq; adduce-
bant pecora arietũ ſeptem millia ſeptingentos, & hircos to- *Simile*
tidẽ. Creuit ergo Ioſaphat, & magnificatus eſt vſq; in ſu-
blime. Quemadmodum quò terra feracior eſt, & vberior,
maiori indiget aquarum abundantia ad ferendum fructum
etſi irrigatio deſit, & cultus, noxiores herbas producit, atq;

acriores tribulos,contra vero ſi irrigua ſit,meliores profert
fructus. In eundem modum reges & principes ;magis indi-
gent imbre diuini verbi,& cultura,vt fructuoſi ſint, valeant
que fructus edere bonorum operum alioquin timendum eſt
quoniam nocentiores ſunt,& ſibi, & reipublicæ. Nam cùm
diuitiæ ſuppetant,& potentia non deſit, effrænatiores ſunt,
& licentiores ad explendam omnem animi libidinem. Sed
dolendum eſt,cum principes,& reges auidius debeant au-
dire concionatores perferentes verbum Dei,illi eos ægrius
ferunt,& ſi quando ad ſe declamaturi ſunt,prius ora occlu-
dunt, & minis deterrēt,ne libere diuina verba loquantur.
Nō facimus copiam fandi concionatoribus quicquid in
buccam venerit aduerſus reges,verum ſi modeſte, & ea qua
decet reuerentia verba faciant,cur concionatores non ſunt
æquo animo ferendi? Quid concionatores ſunt , niſi medici
ſpirituales? Quid diuina verba,niſi cœleſtia pharmaca? Quid
principes & reges,niſi caput reipublicæ? Quid niſi cor? Quid
niſi oculi? Igitur ſi caput pharmaco eget,quoniam eius mor
bus periculoſior eſt,illi prius ſubueniendum eſt , ne vna cũ
capite totũ corpus pereat. Si oculus aliquo puluere excæca
tur,ne totum corpus tenebroſum reddatur , primum mun-
dandum eſt, Si ad cor peccati venenum tendit,illi præ cæte-
ris membris theriacha verbi Dei porrigēda eſt Sanato enim
*Eze.46.* corde facile alia mēbra ad amiſſam redeunt ſanitatem. Hinc
præcipit Dñs apud Ezechielem ad offerenda in tēplo ſacri-
ficia,& audiendos ſacerdotes, Princeps in medio erit aliorũ,
*Simile* cum ingredientibus ingredietur,& cũ egredientibus egre-
dietur. Cur in medio iubet Dñs eſſe principē,niſi vt cogno
ſcat ſe eſſe cor populi,quod medium obtinet locum,& ideo
magis egere ſalute animi,quã,tum verbis ſacerdotis , tum
*Geneſ.27.* ſacrificiis oblatis adipiſcitur princeps? Quemadmodum ille
peritior ſagittarius eſt,qui cor impetit,& transfigit feræ ſa-
gitta; Sic & ille concionator Domino gratior eſt,qui cor po
puli,nempe regem,& principē ſagitta diuini verbi attingit,
& vulnerat,vt moriatur mundo,& diabolo,& viuat Deo. Me
minerint concionatores,dici ſibi à Deo opt.max. quod Iſa-
ac dixit Eſau, Sume arma tua,pharetram,& arcum , & egre
dere foras. Cúmq; venatu aliquid apprehenderis , fac mihi
inde pulmentum ſicut velle me noſti,& affer, vt comedam,
& benedicat tibi anima mea. Nam quid Eſau adumbrat a-
liud,quam concionatorem? Huic præcipit Dominus, ſume-
re arma,pharetram,& arcum. Non inquit haſtam, & gladi-
dium



dium,& pugionem,ſed pharetram , & arcum. Sagittis enim
vult transfigi venationem, quoniam longe debent eſſe ve-
natores Euangelici,non prope feras, quas venari deſiderant
hoc eſt, longe debent eſſe à moribus hominum,non iiſdem
criminibus irretiti,quibus ſunt implicati,homines , quibus
verba faciunt. Quomodo enim concionator auarus reprehē- *Rom.1.*
det auaritiam? Quomodo libidini venereæ deditus, damna-
bit carnis voluptatem? Nonne iſtos obiurgans Apoſtolus in
quit, Qui prædicas non mœchandum,mœcharis,non furan
dum furaris? Sumat ergo pharetram concionator, & arcum
quia ſagitis hæc venatio exercenda eſt,id eſt , longe abſit à
vitiis in ſuis concionibus obiurgandis , ſi homines ferinis
moribus imbutos capere cupit Ad hæc,arcu ,& ſagittis hæc
venatio fit,quæ diſtantes feras percutiunt,non iuxta ſe ex-
iſtentes,quia concionatores non debent eſſe nimium fami-
liares iis,quos apprehendere ſtudent ſagittis ſuarum con-
cionum. Vnde & merito ſubiungit, Egredere foras. Ac ſi aper
tius dicat non velut cum domeſticis tibi agendum eſt. Egre-
dere foras. Et cuiuſnam rei gratia egreſſurus eſt? Procul du
bio nō ad texēdas confabulationes,nō ad conuiuia, ſed ſo-
lum venationis cauſa. Subditur, Cumque venatu aliquid tu-
leris Vt feram apprehendat venator , quam partem corpo-
ris ſagitta figere intendit? Certê dexter ſagittarius cor impe
tere conatur,non pedes. Sic cocionator maxime ad cor po-
puli debet verba dirigere,hoc eſt,ad principes. Non dicimus
pedes eſſe desſpiciendos,homines videlicet infimæ claſſis,
ſed primum impetendum cor,ſiue caput, quo ſaucio facile
capiũtur & pedes. Nonne inquit Ieremias, maximè ductos *Ierem.27.*
in captiuitatem à Nabuchodonoſor rege Babylonis Ieco-
niam regem Iuda,& omnes optimates eius? Cur ergo ſi dia-
bolus,cuius eſt vmbra Nabuchodonoſor , principes victos
habet cathenis delictorum,non dabit pro virili operam con
cionator,vt hos venetur, & ad Dominum adducat , & pro
tanta venatione benedictionem à Domino accipiat? Meri-
to igitur explicat noſter vates Hoſeas in diebus Oziæ, Ioa-
tham, Achaz, Ezechiæ regũ &c. ſe fuiſſe vaticinatũ. Quoniã
reges terra feracior,caput & cor populi ſunt, hinc & magis
colendi & ſeminandi,prius ſanandi,prius ſagitta verbi Dei
figendi , vt ad Deum adducantur. Non enim , vt egre- *Plutarchus.*
gie dixit Plutarchus , aliud debet eſſe rex , & prin-
ceps , quam imago Dei cuncta adminiſtrantis. Quadrat
obſer

*Pro quarta Dominica Aduentus.* obſeruatio in Euangelium Dominicæ 4. Aduentus, in ea verba, Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Herode &c. Quorſum dicturus Euangeliſta, factum eſſe verbũ Domini ſuper Ioannem, eũmq; prædicaturum baptiſmum pœnitentiæ, & clamaturum, Parate viam Domini, &c. tot reges & principes attexit? Vt reges & principes arrigãt aures, & intelligãt ad ſe præcipuè ſermonem dirigi. Hinc etiã & diuini vates conſueuerunt, in ipſo ſtatim veſtibulo oraculorũ ſuorum attexere regum tempora, in quibus prophetarunt.

¶ Tertio, *In diebus Oziæ: Ioatham, &c.* Non ab re quæritur, cur præ temporibus aliorum hominum, regum tempora dies vocentur? Et certè hic loquendi tropus multa implicauit. *6.Topic. 3.f.* Primo, ſi, teſte Ariſtotele, dies eſt Solis latio ſuper terram, & Dominus omnium rerum artifex in creatione mundi diuiſit lucem à tenebris, & appellauit lucem diem, & tenebras noctem, ſignificat ſpiritus ille cœleſtis, dum regum tempora dies vocat, docere regum geſta eſſe clara, & ſplendore lucis ornata eoſque quos ad culmen regni Deus euexit nihil agere obſcurum, & tenebroſum. Ad hæc ſi reges in diebus ſunt & præcipuum lucis diurnæ munus eſt, fugare tenebras, munus regium quod erit, niſi abigere à Republica tenebras peccatorum, & dare operam, vt ſplendore coruſcet virtutum? *Rom.13. b.* Debent reges ſemper dicere cum Apoſtolo Dies appropinquauit, abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſte ambulemus. Quid eſt, dies appropinquauit, niſi ſtatus gratiæ hominibus illuxit? Ortus eſt enim Sol iuſtitię Chriſtus, qui ait, Quãdiu in mũdo ſum lux ſum mũdi. *Ioan.9.* Cur ergo homines inuoluũtur tenebris peccatorũ? Nõne qui male agit, odit lucem? Induamur igitur arma lucis, id eſt, virtutes, quæ arma dicuntur, quoniam hominem muniunt, lucis vero quoniam lumine rationis decorant. Sicut in die honeſte ambulemus, hoc eſt, quemadmodum exigit dies, in qua homo ſtudet, ita ſe componere, vt coram aliis honeſtus appareat. In nocte autem non ſic, quæ licentiam tribuit, vt verbis vtar Caietani expendentis hunc locũ, qualitercunq; eundi. Sed quæres, Cur magis regum tempora debent eſſe dies, quã aliorum hominũ? Paucis reſpõdeo, *Simile.* quoniam omnes ad reges ora conuertunt. Et quemadmodũ faces in portu ſublatæ, magna flamma paucis cremiis excitata, nauibus per mare errabundis multum auxilij ferunt, Sic & reges aliis periclitantibus ob tenebras vitiorum lumen

ſunt.



ſunt, vt ad portum applicent ſalutis. Si autem reges in tenebris ſint, quo pacto alios illuminabũt? Item regum tempora dies vocantur, vt oſtendat ſpiritus ille cœleſtis, vitam regum plenam eſſe curis, & ſolicitudinibus, quæ illis ſomnum interdicunt nam ſi tempus vitæ regum appellandum dies eſt, igitur regibus vigilandum eſt, non dormiendum. Qui enim dormiunt, vt inquit Apoſtolus, nocte dormiunt, non in die. *1. Theſſa 5.b.* poſſunt certè fortaſſis alijquorum humeris non eſt impoſitum onus gerendi rempublicam, in vtramq; aurem dormire, ſed reges, qui tot negocia ſuſtinent quomodo capere ſomnum, quomodo in lecto quieſcere poſſunt; Oſtendit hoc venuſtiſſime Parmenio, famulus regis Philippi Macedo, qui dormiente interdiu rege, dum Græci ad hoſtium regium cõueniſſent & indigne ferrent, ac regem incuſarent, quòd ob illius ſomnolentiam, non ſtatim admiterentur ad colloquium, regem excuſans dixit, Ne miremini, ſi nunc dormit Philippus, nam cum vos dormiretis, hic vigilabat. *Simile.* Apud inſulam Theſſalios vinum fit, referente Plinio, quo hauſto ſomnus fugatur. In eundem modum a regibus poculum multarum curarum ſomnum excutere debet Hinc egregie *Plin.lib. 14.c.18.* Plato inquit, Magiſtratus profecto nocte in vrbibus vigilãtes malis hominibus, tum hoſtibus, tum ciuibus terrori *Plato. de legi.c.7.* ſunt, amandi, honorandique iuſtis, & temperatis. Vides quo pacto prohibuerit diuinus ille Plato creari magiſtratus homines ſomno deditos? Quemadmodũ ſi nauicularius vigilat, quamuis cæteri in naui dormiant, non eſt periculum, cõtra vero, eo dormiente, licet cæteri vigilent, nauis in magno periculo eſt conſtituta, *Simile.* In eundem modum dormiente rege regnum corruit. Exierat noctu Sponſa per ciuitatem, & vide quid ait, inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem. Qui ſunt iſti vigiles? Certe principes, & præſules, qui velut in die agentes, ſemper inuigilare debent, & quamuis oculi *Cant. 5.* corporis ſomnum capiant, cor eorum vigilare æquum eſt, vt Sponſæ Chriſti nomine digni ſint, quæ apud Cantica ait, Ego dormio, & cor meum vigilat. Animo intuere, an ſic vigilauerit rex ille Pharao, quamuis oculi eius ſomno preſſi eſſent, quando in ſomnio famem regni ſui prę uidit ſub vm- *Cant.5.* bra ſeptem bouum & ſpicarum. Quorſum putas ſolum regi prænunciari, idque in ſomno futuram cibi indigentiam? *Gen.41.* Quoniam ſic debent reges proſpicere commodis regni ſui, vt ex nimia ſolicitudine, qua hæc in corde reuoluunt, oriatur, vt etiam in ſomniis cernant, quod ad regni attinet

vtilitatem. Non enim ſolent homines ſomniare, niſi quæ vi-
gilantes animo verſarunt. Hoc & Deus ſignificauit interro-
*Iob.28.d.* gãs Iob, Quis dedit gallo intelligentiam? Nam quid gallus
adũbrat niſi principes, & reges, ac præſules? Queadmodum
*Simile.* enim gallus gallinaceus inuigilat, & nocturni temporis ho-
ras diſcutit, vnde & vigilantiæ ſymbolũ, vt tradidit antiqui
tas gallus eſt, quod cæteris auibus dormientibus ex eius no-
cturno cãtu eum vigilare deprehendimus, ac ſi diuina pro-
videntia excitandis mortalibus in opera genuerit illũ, Ita &
principes eandem ſolicitudinem præſtent, par eſt, ſibi ſubie-
ctis. Sunt enim galli in honore, diuitiis, potentia, &c. Hiſpa-
ne dicimus, El Rey es el gallo. Oportet ergo eum eſſe vigi-
lem. Neque ſolũ reges vigilare debẽt, ſed etiã ij oẽs, quorũ
humeris impoſita eſt prouincia gubernãdi alios. Hinc & eos
Scriptura crebro vocat vigiles, & ſpeculatores. Tu vero vi-
*2. Timot. 4.* gila, ait Apoſtolus, Timotheo, & Epiſcopo Sardis. Eſto vi-
gilans, & cõfirma cætera, quæ moritura erant, id eſt, ſubdi-
tos ad lapſum faciles & ad mortẽ animæ. Ac ſi apertius di-
cat. Quomodo reges: & præſules dormire ſecuri poſſunt gu
bernãtes homines pronos ad culpam? Timeant, ne ipſis dor-
mientibus: & nõ vigilantibus, inimicus ſuperſeminet zizan-
*Matth.13* nia. Inter omnia animantia duo inueniemus contrariæ natu-
ræ: leonem nempe & leporẽ, nã leo intrepidus eſt. Vnde &
Scriptura, inquit: Iuſtus requieſcit, ſicut leo, lepus vero timi
*Simile* dus. Vnde: & adagiũ, Lepore timidior. Et Demoſthenes in
Aſchinẽ Leporis vitam viuebas, timens ac tremẽs. At hæc
duo animalia, cũ alterũ impauidum ſit, ſcilicet leo, alterũ ti
*Plin.li.11. cap.37.* midiſſimũ puta lepus, vtrũq; apertis oculis dormit. Hãc eſſe
leporis naturã docuit Plinius. Leoni etiam & hoc ab eadẽ na
tura inditũ eſſe certum eſt. Vnde quia leo ſemper habet o-
culos patentes, multi exiſtimarunt illum nũquam dormire,
*Manethõ* vt refert Manethon Ægyptius in libro quem Herodoto di
dicauit. Hac ratione ducti veteres ſapientes per leonem re-
gem ſignificabant, vnde & leo rex animalium nuncupatur
Igitur ex leone, rege animantiũ expertium rationis diſcant
reges animalium participũ rationis, velut ipſa natura decẽ-
te, vigilanter attẽdere cuſtodiendis gregibus ſuis. Nõ enim
natura nocte claudere oculos dedit leoni, ſed aperuit, vt &
reges oculos aperiẽdos ſolicitudine, nõ claudendos ignauia
agnoſcãt, intrepideq;, nõ ſecus, ac leonina fortitudine o-
ues ſibi cõmiſſas defendẽdas. Impẽdẽt autẽ exacti⁹ illis hãc
curã, ſi ad imitationẽ leporis oculos ſẽper habeãt apertos
ob



ob timorẽ quaſi mẽtes quod pro illis aliquãdo Deo ſunt red
dituri rationẽ. Itáq; perfectũ regiæ ſolicitudinis ſymbolum
erit leo, & lepus vigilantes, leo ob animi fortitudinẽ ad pro
tegendum gregem, lepus ob timorem, ne ſua culpa aliquis
pereat ex grege. Videtur mihi hoc implicaſſe diuus Paulus. *Hebr. 13.*
Obedite, inquit, præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim
peruigilant: quaſi rationem, pro animabus veſtris reddituri.
Nam quid eſt: peruigilant, niſi quaſi leones, & lepores ocu-
los non claudunt: vt fortitudine cum tremore coniuncta
vos cuſtodiant? Vnde bene ſubiungitur, Quaſi rationem pro
animabus veſtris reddituri. Quadrat obſeruatio primo in
Euangelium Epiphaniæ in hæc verba: Cum natus eſſet Ie- *Pro Epi-*
ſus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis. Cur in die- *phaniæ*
bus inquit? Quia regum tempora dies eſſe decet. Item: Ecce *Domini.*
quando Chriſtus in populo naſci dignatur, nempe quando
tempus regis illum gubernantis dies eſt: non nox. Secundo,
quadrat in Euangelium Dominicæ. 4. poſt Epiphaniam, in *Pro Do-*
hæc verba. Cum autem dormirent homines, venit inimicus *minica. 4.*
eius, &c. Per apoſtrophem. Quid facitis ô homines? cur dor- *poſt Epi-*
mitis, & non vigilatis: vt bene cuſtodiatis agrum ſemina- *phaniã.*
tum? Deus eſt, non nox: vigilate ergo, &c. Tertio aptari po-
teſt Euangelio pro Virginibus: his verbis, Dormitauerunt *Pro Virgi-*
omnes: & dormierunt. Excutite ô virgines ſomnolen- *nibus.*
tiam, &c.

¶ Quarto: *In diebus Oziæ, Ioatham, &c.* Si ordinem horum
regum attendamus: prior tempore fuit Ieroboam aliis re-
gibus hic attextis. Nam viceſimo ſeptimo anno regni regis
Ieroboam cœpit regnare rex Ozias: qui & Azarias dicitur: *4. li. Reg.*
vt Regum tradidit hiſtoria. Cauſam ergo merito quærimus, *c. 5.*
ob quam iuniores illi præferuntur. Nam ordo rerum, & ra-
tio ipſa poſcere videtur: præferendum eſſe ſeniorem tempo-
re. Ad hæc, ſi Potentiam, & amplitudinem regni inſpiciamus,
longe potentior, & amplior fuit Ieroboam: ſiquidem decem
tribus illi obtigerant: aliis vero vna tantum viribus Iuda: vt
propheta Abias Silonites prædixerat: ac decem ſciſſuris pal- *3. li. Reg.*
lij ſui demonſtrauerat. Cum igitur Ieroboam & ætate ma- *c. 11. f.*
ior, & maieſtate potentior extiterit, cur in poſtremo loco po *Rupertus*
ſitus eſt? Exiſtimant nonnulli propterea præfigi reges Iuda *Tuitiẽſis.*
regibus Iſrael, quia regnum Iudæ, quod Dauid eſt: legitime
extitit: regnum autem Iſrael ſciſſum à domo Dauid rapina
erat, idololatriæ cultus: non templo Domini, ſed vitulis au-
reis ſeruiens. Idcirco reges Iſrael indigni iudicantur, quod
in

in titulo ſanctarum Scripturarum, licet ampliores fuerint, præponantur illis regibus: qui non adeo nocentes fuerant, & peccatorum ſordibus inquinati. Non diſplicet ratio. Sed quid hoc ad morum inſtitutionem? Multum ſanè. Diſces enim ex hoc loco viros innocentiores eſſe præferendos nocentioribus: quamuis ætate, opibus: & potentia præcellant. Præponderat enim iis vita incorruptior. Nam ſi teſte Ari-

*4. Ethico. 3. c.* ſtotele, honorare re vera ſolus bonus dignus eſt: igitur & boni iniquis præponendi. Dixit Philoſophus Antiphanes, Iuſti mores peculium ſunt pretioſiſſimum. Cognouit & hoc vates Hoſſeas: ac propterea non ſecus ac rem pretioſiſſimam prætulit innocentiam regum Iuda: regibus Iſrael. Tradit diuus

*5. li. de ciuit. Dei. c. 12.* Auguſtinus olim populum Romanum coluiſſe ſicut duos deos: virtutem, & honorem, quibus duo templa conſtituerunt: eaque coniunctiſſima, ad templum tamen honoris non patebat aditus niſi iis: qui prius virtutis templum fuerant ingreſſi, quo ſignificabant ſolum virtutem præbere aſcenſum ad honorem. Cum ergo Ieroboam templum virtutis neque à limine ſalutaſſet, alios reges virtutis ſtudioſos illi

*Pſal. 18.* prætulit Hoſſeas. Audi etiam & quos maxime honorabat rex Dauid, Mihi, inquit, nimis honorati ſunt amici tui Deus. Non ait ſeniores non: potentiores, non ditiores, ſed, qui? Amici tui Deus, qui virtutibus ſunt decorati. Nemo enim ignorat hos eſſe Dei amicos. Dicat & Diuus Paulus, qui

*Ro. 2. b.* ſunt honore afficiendi, Honor & pax omni operanti bonū. Igitur ſi Ieroboam non operabatur bonum, & alij reges in ſtudium virtutum incumbebant, cur non erant præferendi? Nec mihi obiicias, inter reges Iuda etiam eſſe Achaz qui iniquus fuit. Is enim vnus eſt, alij autem omnes, Ozias nēpe, Ioathā, & Ezechias virtutem complexi ſunt. Agnouit certe hic ſacer vates veram eſſe ſententiam philoſophi Antiſthenis, qui interrogatus: quæ res portenderet ciuitatibus exitium? reſpondit, Cum in his nullum eſſe poteſt bonorū, ac malorum diſcrimen, ſentiens eam Rempub. non poſſe conſiſtere, vbi nec eſſet honos virtuti, nec pœna ſceleroſis.

*Simile.* Hinc & ipſe virtuti honorem tribuit vates. Quemadmodū exiguus ſmaragdus, ſiue adamas pluris æſtimatur quam

*Pro Dominica infra octa. Epiphan.* rupes, & ſaxum magnum. Sic & vir virtute inſignitus pluris eſt habendus: licet pauperior ſit, & iunior, quam ditior, & ſenior, ſi is eſt peccatorum ſordibus contaminatus. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ infra octauas Epiphaniæ, in hæc verba. Inuenerunt illum in templo ſedentem

in



in medio doctorum. Quid facitis ô doctores: & ſeniores? vbi eſt ſcientia veſtra? vbi canicies & ætas? Nonne hæc ſunt præferenda pueritiæ? Cur ergo medium locum puero datis? Docent hoc facto anteponendam virtutem: quam agnouerunt eſſe in puero Ieſu, ac ideo illi medium locum deferunt, qui dignior eſt; honoratiórque.

Præterea diſces ex hac eadem ratione, prius eſſe corripiendos meliores: quam qui effrænes ſunt ad peccata, pluribúſque implicati criminibus. Exemplo aperiam mentem meam. Sunt duo homines, aut tres plures, egent omnes pariter correctione, qui nam primò ſunt corripiendi, aut cuius vulnus prius reſecandum ferro obiurgationis & correctionis? Certè qui melior eſt. Nam ſi, vt Scholaſtici tradunt, & *D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 1. c.* ita proculdubio verum eſt, correctio eſt quædam eleemoſyna ſpiritualis, & actus charitatis, ſi meliores prius ſunt nobis diligendi, igitur & prius corripiendi. Quod tu intelligere: debes dū modo cętera ſint paria, ne labamur in quęſtiones inextricabiles, & minutas argutias ſophiſtarum: verbi gratia ſi ſit prælatus: vel ſubditus: qui corripiendus eſt, &c. Sed probemus dictam concluſionem ex dictis: & geſtis per vatē Hoſſeam. Quid ſunt oracula prophetarum: niſi comminationes diuinæ, correctiones, & obiurgationes à cœleſti numine dilapſæ: vt hominis male actorum pœniteat, & ad meliorem frugem conuertantur? Has autem minas, quibus primum indixit Hoſſea? Certum eſt: regibus Iuda, qui non pari pede ad malum currebant cum Ieroboam rege Iſrael. Igitur exemplum nobis dedit Scriptura, vt quemadmodum ipſa corripit, & nos corripiamus. Sicut aureum ornamentum: ac margaritis intextum conamur magis mundare, ſi aliqua ſor- *Simil.* de ſit infectum, quam ſaccum cilicium. In eundem modum viris lapſis: quo ſunt meliores, illis magis eſt ſubueniendū. Quis non videat lapides eccleſiæ pretioſos, ſi ſordes contrahant: prius eſſe purgandos: quam viles lateres, qui colorem, & odorem retinēt carnis: & ſanguinis; Quadrat obſeruatio in Euangelium pro mandato & lotione pedum: in hæc verba, Cœpit lauare pedes diſcipulorum. Quærunt enim ſancti Patres: cuiuſnam Apoſtoli cœperit lauare pedes primo. Et *Pro mandato & lotione pedum.* reſpondet Diuus Auguſtinus, Petrum fuiſſe cæteris in hoc miniſterio præpoſitum, dicens: Quis enim neſciat primum Apoſtolorum eſſe beatiſſimum Petrum? Nos ergo inferamus ex verbis diui Auguſtini: Igitur Petro quia melior, & dignior, & primus Apoſtolorum erat, primo impēdit Chriſtus

lotionis

lotionis miniſterium. Non nos latet, multos eccleſiæ proce-
res non eſſe in hac ſententia: vt Origenem, Chryſoſt. Theo-
phylact. Euthymium, & alios: quibus videtur Aſſertorem no-
ſtrum à Iuda incepiſſe. Verum ſimilitudo, qua id contendũt
probare Chryſoſtomũs, & Origenes, nempe quod inſtar op-
timi medici ab infirmioribus decuit exordiri curationem:
qualis erat Iudas, non conſinceret Auguſtinum, qui indubi-
tanter aſſeuerat ſumptum à Petro exordium, quod erat pri-
mus omnium meritis : ac propterea in primo loco collo-
candus.

¶ Sexto, eſt alia ratio, ob quam primo regibus Iuda eſt
vaticinatus Hoſſeas, nempe quia hic vates Ieroſolymitanus
erat: decuit ergo primo ad ſuos, quales erant reges Iuda, ſua
deſtinare oracula : deinde ad exterum regem, Iſrael vide-
licet. Vnde diſces ex hoc loco, ſemper eſſe ſeruandum cha-
ritatis ordinem: in noſtróſque prius eſſe officia conferenda:
nec ſolum in noſtros, ſed deinde in alios, ſi valemus: ſicut
*Cant. 2.* nobis eſt exemplo vates iſte. Significauit hoc apud Canti
ca Sponſa dicens: cœleſtem Sponſum ordinaſſe in ea chari-
tatem. Nam quid eſt: Ordinauit in me charitatem, niſi alios
aliis in dilectione eſſe præferẽdos? Vnde egregie diuus Ber-
nardus expendens hunc locum, inquit, Etenim in bene affe-
*Bernard.* ctata mente: non dubium, quin dilectioni hominis dilectio
*ſermo 50.* Dei præponatur, & in hominibus ipſis perfectiores infir-
*in Cantic.* mioribus: parentes autem germanius propter naturam, &
Sic Deus opt. max. poſteaquam crebro commendarat cha-
ritatem in parentes, fratres, & patrios apud Deuteronomiũ,
*Deut. 14.* docet deinde pereginos, & aduenas non eſſe à charitate ex-
*& c. 15.* cludendos. Hinc nec ab re quærunt Scholaſtici, An ſit ordo
in charitate, & vtrum ſit magis diligendus ille qui nobis eſt
*D. Tho.* magis coniunctus. Et merito ad vtrúmque affirmatiue re-
*2.2.q.26.* ſpondent. Inuenies duplex genus hominum: qui in charita-
*ar.1.&8.* te deficiunt. Quidam ſuorum obliuiſcuntur, & in exteros
tantum conferunt officia. Hi ſimiles ſunt oculis: qui ſibi con
*Simil.* iuncta non valent intueri, ſed quæ ab ipſis ſunt ſeparata.
Violant iſti dilectionis leges: nam intenſio dilectionis eſt ex
coniunctione dilecti ad diligentem. Cum ergo ad ſuos ſit
coniunctio, vel naturalis originis, quæ conſanguineos re-
ſpicit, vel communicationis ciuilis: aut patriæ: quæ conciues
& patrios complectitur, perperam agunt, qui ſuos diligere
negligunt, cum ſibi coniuncti ſint. Non ſic ſuos deſpiciebat
Apoſtolus, ſed ardenter diligebat, quando inquit ægre ferens
quod



quod ſui non receperant Chriſtum, Triſtitia mihi magna
eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe *Roma. 9.*
anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cogna-
ti mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ. Ex dictis perci-
pies: quam venuſte explicuerit Scriptura conditionem, &
vim amoris, dum illum ignem vocat. Ignem veni mittere in
terram, ait Aſſertor noſter, & quid volo, niſi vt ardeat? Certũ
eſt per ignem intellexiſſe charitatem. Sed cur charitas ignis
appellatur? Quia ſicut idem ignis in propinquiora fortius a- *Luc. 12. a.*
git, quàm in remotiora, ita etiam charitas feruentius diligit
aliqua ratione propinquos, quam remotos. Inuenies quoque
nõnullos, qui, relictis exteris, tantum ſuis beneficos ſe exhi-
bent. Hi etiam à recto charitatis tramite deuij ſunt. Nam ſi
poſſunt, etiã alienis benefaciẽdũ eſt. Vnde Apoſtolus, Opere *Gal. vlt.*
mur bonum ad omnes. Non vtiq; ait ſolum ad propinquos,
ſed ad omnes, ne exteros excludas : ſi illis prodeſſe potes.
Nonne audis Hoſſeam vaticinatum ad reges Iuda, & ad re-
gem Iſrael, hoc eſt, ad ſibi cõiunctos, & etiam ad extraneos:
Cur ergo tu extraneos deſpicies ? Inſequere etiam ſancti
Iob veſtigia: qui & exteros fouere curabat. Foris, inquit, nõ *Iob. 31. d.*
manſit peregrinus, oſtiũ meum viatori patuit. Non ait, Foris
nõ manſit cognatus, ſed peregrinus. Neq; inquit, Oſtiũ meũ
conſanguineo patuit, ſed viatori, quoniam exteros etiã offi
ciis proſequebatur. Competit obſeruatio in Euangeliũ pro
muliere Chananæa, in hæc verba Aſſertoris noſtri, Non ſum *Euangel.*
miſſus niſi ad oues, quæ perierũt domus Iſrael. Id eſt, primũ *pro Ca-*
miſſus ſum ad oues Iſrael, vt optime exponit diuus Hieron. *nanea.*
De qua re vide diuum Tho. 3. p. q. 42. ar. 1. in corp. Verum
nec propter hoc exteram gẽtem contempſit, ſiquidem Mat. *Pro Aſcẽ-*
vlt. dixit diſcipulis: Euntes in mundum vniuerſum, prædica- *ſione Do-*
re Euangelium omni creaturæ. Quo facto exteros in officiis *mini.*
non eſſe contemnendos demonſtrauit.

¶ Septimo, *In diebus Oziæ, Ioatham.* Certè, vti diſpungentes
literam diximus: omnes iſti reges Iuda, vno dempto Achaz,
Domino ſeruierunt. Igitur ſi prophetarum oracula com-
minationes ſunt diuinæ in peccatores, cur ad bonos reges
iſte vates mittitur: Opinor, vt hinc arrigant aures, qui po-
pulum ſuſcipiunt gubernandum, oculóſque mentis aperiãt.
Non enim ſatis eſt, gubernatorem penes ſe recte viuere, ſed
ei iniunctum munus eſt: vt quos regit, recte viuant. Populus
his regibus ſubiectus, peccatis erat irretitus, & ob populi
peccata arguuntur reges à Prophetia. Audiant præſules,
&

& principes,quid Deus dicit ſeruo ſuo Moſi,Vade, deſcen-
Exod.28. b. de:peccauit populus tuus. Quid hoc Domine mi? Nonne lo
quebaris ad Moſem,ſicut ſolet loqui amicus ad amicum?Ip-
ſe tecum eſt in monte, non peccauit. Cur ergo illum tuo
priuas colloquio diuino,quo nihil eſt iocũdius? Vt timeant
gubernatores,& agnoſcant,ob populi peccatum reiiciendos
à facie,& conſpectu Dei.Si enim Moſes qui nullam habuit
culpam,dum peccauit populus,relegatur à facie Dei, quid
erit de gubernatoribus, quorum negligentia populus pec-
cat?Audi etiam quid ipſe Moſes dicat Aaroni,cum populus
Exod.32. 6. peccauit, Quid tibi fecit populus iſte, vt induceres ſuper
eum peccatum grande; Cur ô Moſes omne peccati pondus
reiicis in Aaronem? Nonne populus Aaronem commouit
petens deos: qui præcederent eos? Ita eſt verum Aaronem
dure obiurgat,vt diſcant populi moderatores, ab eis omnia
peccata plebis eſſe exigenda. Quis hoc audiens, non toto
corpore,inſtar argenti viui,contremiſcit? Vtinam hæc infi-
*Pro Euangel. Vos eſtis ſal terræ.* geretur cordibus eorum,qui ampliores gubernationes am-
biunt, vt ſuam cupidinem frænarent. Competit obſeruatio
in Euangelium Vos eſtis ſal terræ.

¶Octauo, *In diebus Oziæ,Ioatham, &c.* Dum audis ad re-
ges,qui rectum fecerant coram Domino Deo ſuo:mitti pro
phetas,qui illos reprehenderent,noli tu ſuperbire,quaſi ni-
hil facias reprehenſione dignum.Nam tunc maxime repre-
Iob.4. hendendus eſt homo,cum audet dicere, Recte viuo, iuſtus
ſum?Nonne in Angelis Deus reperit prauitatem? Quanto
magis in te reperiet:qui habitas domum luteam, qui terre-
num habes fundamentum,conſumeris,velut à tinea: Egre-
gie Eliphas Themanites ait Iob,non eſſe liberos & immu-
nes à prauitate homines, quòd habitent domos luteas.Nã
quid à luto poteſt expectari,niſi ſordes,fœtor,puluis excæ-
cans:Quid niſi hinc & inde ruinæ ab hoſtibus inuiſibilibus
factæ? Quid enim fragilius luto? Quid contemptibilius,
quandoquidem pedibus conculcatur? Si igitur homo intra
domum luteam eſt,timeat,ne ſordibus carnis ſit inquinatus,
ne fœtorem exhalet libidinis, ne puluere inanis iactantiæ
cæcus fiat,ne diabolus aliquid iniquis ſuggeſtionibus,velut
quibuſdam machinis bellicis deſtruxerit.Quòd ſi adhuc ni-
hil in ſe inuenit reprehenſione dignum, quod creditu diffi-
cile eſt,iterum dico,timeat,audiens hæc verba,conſumetur,
velut à tinea.Tinea námque niſi veſtis explicetur, non in-
uenitur,& occulta damnum facit.Explicet homo cordis la-
tebras



bras,rimetur abdita conſcientiæ,& ſe deiiciet,criſtáſq; depo
net:nã inueniet quid reprehendendũ ſit. Diuus Paulus: ſan- *1.Cor. 4.*
ctitatis exemplar,cuius animũ gratiæ cœleſtis auxilio Deus
præmunierat,ait. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc
iuſtificatus ſum. Sanctus Iob clamat,Si iuſtificare me volue- *Iob.9.C.*
ro,os meum condemnabit me, ſi innocentem me oſtende-
ro,prauum me comprobabit. Quid plura? Ecce reges Oziam *Hominis iuſti conſideratio.*
Ioatham,Ezechias commendat hic Scriptura,& adhuc pro-
phetam ad eos mittit Dñs:qui reprehendat,obiurget,& mi-
netur,& homo inuenietur,qui in ſua ſanctitate confidat? O
cecitatem ingentem! ô amentiam deplorandam! Quadrat
obſeruatio in Euangelium Dominicæ decimæ poſt Pente-
coſtem,in ea verba Phariſæi, Non ſum, ſicut cæteri homi-
num,raptores,iniuſti,adulteri,&c. O Phariſæe ſuperbe,ſi cõ
ſideraſſes,quo pacto Deus ad reges iuſtos,Oziam,Ioatham,
& Ezechiam prophetam miſit:qui illos reprehẽderet,aliquid
in te reprehenſione dignum inueniſſes:& non ſuperbires.

¶ Nono, *In diebus Ioatham & Achaz.* Bonus pater Ioathã,
iniquus tamen filius eius Achaz. Vide quantum ſit diſcri-
minis inter patrem:& filium. Non ergo miremur,ſi ex probis
parentibus iniqui oriantur filij. Sic ex Noë Can,ex Adamo
Cain:ex Iſaac Eſau:ex Dauide Abſalon:& Amnon. Quemad
modum enim ex eadem terra oritur triticum,& tribulus:Sic *Varius naturæ effectus in parẽtũ prole.*
ex eodem patre boni,maliq; filij naſcuntur. Quadrat in E-
uangelium Dominicæ de Paſſione in hæc verba: Nunquid
tu maior es patre noſtro Abrahã? Quid gloriamini:ô perfidi
Iudæi de patre veſtro Abrahamo:cum ex bonis parentibus
ſoleant oriri iniqui filij? Rex namque Ioatham commenda-
tur in Scriptura ob probitatem:filius tamen eius peſſimus
fuit,Achaz videlicet.

¶Decimo, *Achaz. Ezechiæ.* Obſerua,quis fuerit Achaz. V- *2.Par.28*
ti diximus,multa patrauit peccata,eaque deteſtanda. Vnde
de eo dicit Scriptura,poſtquam ingentia crimina eius con-
numerarat. Ad iracundiam prouocauit Dominum Deum pa
trum ſuorum. Intuere etiam:quis Ezechias extiterit. Certe *2.Par.29*
non eſt inſecutus veſtigia iniquitatis patriæ:ſed fecit quod
erat placitum in conſpectu Domini:iuxta omnia,quæ fece-
rat Dauid pater eius. O commedandum virum quem ad ſui
imitationem non potuit allicere impietas paterna. Quid hic
te docet frater mihi ſpiritus ille cœleſtis? Duo proculdubio
memoriæ commendanda. Alterum eſt,nequaquã eſſe ab ho-
mine referendos iniquos patrios mores, ſed amplectandam

eſſe virtutem, oculóſque conuertendos ad maiores, vt ſi
*Imitanda virtutis auitæ gloria* quem virtutibus inſignem inuenerit: illum ſibi proponat i-
mitandum. Hinc probro vertitur Achaz, qnod non fecerit re
ctum coram Domino, ſicut Dauid pater eius contra ve-
ro laudatur Ezechias, quòd in ſequendis veſtigiis, qui vir
fuit omni virtutum ſuppellectile exornatus ſteterit. Vides
quem poſteris proponat ante oculos ex maioribus: vt eos i-
mitentur? Vtique Ezechiæ oculis non ſubiicitur pater A-
chaz, ſed Dauid, qui vitæ integritate fulgebat. Alterum hic
implicatum eſt, nequaquam filiis dedecori dandum, quod pa
rentes, aut maiores eorum non probe vixerint, ſi ipſi probi
*Simile.* ſint, & candidos imbibant mores. Quemadmodum non de-
ſpicies fructum arboris, ſi ſuauis, & dulcis ſit, quamuis om-
nes arboris rami ſint ſpinoſi: vti contingit in pyris, neque ve
ſtes ſericas contemnis: licet vermes, quos bombyces appel-
*Simile.* lant, eas texant. In eundem modum: quamuis parentes ali-
cuius ſint pleni ſpinis criminum: & vermibus laniantibus
conſcientiam, ſi eorum fructus bonus eſt: & ob ſuam pulchri
tudinem laudandus, nempe filij, cur, dic ſodes: eſt deſpicien-
dus? Collige tu fructum: & relinque aculeos pungentes. Ho
nora holoſerica: & vermes non afficias honore. Num ſpre-
uit Deus Ezechiam ob peccata Achaz patris eius? Quare er-
go tu hominem deſpicies ob peccata maiorum ſuorum qua
drat obſeruatio in Euangeliũ pro Natiuitate diuæ Virginis
mariæ, Iudas genuit Phares, & Zaram de Thamar. Quid hoc
eſt? Quo pacto paſſus eſt Chriſtus, trahere originem ex mu-
*Regium prælucere maioribus* liere impudica Thamar? Vt oſtendat, quod maiorum pecca-
ta non ſunt impedimento filiis quominus afficiantur hono-
re: ſi virtutũ dotibus fuerint cumulati, quando Chriſtus pro
genitores habuit ſecundum carnem peccatores.

¶ Vndecimo, *In diebus Oziæ Ioatham, Achaz, Ezechiæ.*
Obſerua longanimitatem & patientiam Dei tui: qui non
quam primum peccant homines: vindictam ſumit de il-
lis, ſed multo prius tempore comminatur per prophetã ſuũ:
vt reuocent gradum à viis ſuis peſſimis: & ne inducat ſuper
*Pſal. 59.* eos malum. O quam vera eſt ſententia Regij Pſaltis, Dedi-
ſti ſignificationem timentibus nomen tuum: vt fugiant à fa
cie arcus. Prius enim p vates ſuos ſignificat: & aperit pœnas,
quas paſſuri ſunt peccatores. Et quorſum? Vt fugiamus. Nõ
enim deſiderat mortẽ peccatorum, ſed quod conuertantur, &
viuant. Ideo extendit arcum, non tamẽ ſtatim punit ſagittis
potentiæ ſuæ nos impetens. Hinc rurſum dicitur, Deus iu-
dex



dex iudex iuſtus, fortis, & patiens, nunquid iraſcitur per
ſingulos dies? Ac ſi apertius dicat, Magna eſt patientia Dei. *Pſal. 7.*
Qui cum iudex ſit: & iuſte ob peccata hominum eos perdere
poſſit, non ſtatim perdit: ſed patienter eos expectat, vt con-
uertantur. Inuenies multos iudices, qui fortes non ſunt ad
ſumendam vindictam de peccatoribus: intercedit enim ap- *Tarda*
pellario, non deſunt fautores reo: quos repellere non audet *Dei vindi-*
iudex. Hic patiens iudex eſt: nõ tamẽ fortis: ſed imbecillus. *cta.*
Secus autẽ de Deo legis. Iuſtus, inquit, eſt fortis: quia poſſet
ſtatim punire, differt tamen: quia patiens. Quis enim ſaluus
eſſet: ſi peccatores patienter non expectaret ad pœnitentiã?
Non Paulus qui Chriſtũ perſequebatur Petrus: qui Chriſtũ
negauit, &c. Hinc merito ſubiungitur: Nũquid iraſcitur per
ſingulos dies: vt ſcilicet eodem die quo peccant homines:
illos puniat? Nequaquam: ſed diu expectat. Vide autem, quid
addat Pſaltes: Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit,
arcum ſuum tetẽdit, & parauit illum. O patientiam Dei cõ-
mendandam: & admirandam. Non ait: Iam gladio ſuo iugu-
lat, ſed vibrauit, neque inquit: Iã ſagittas eiaculatur, ſed Ar-
cũ tetendit: & parauit. Quemadmodũ pater ſimulat ſe iratũ *Simile.*
aduerſus delinquentem filium, flagellum arripit, expoliari iu
bet, quaſi flagellaturus: & hæc omnia facit: vt timorem in-
cutiat filio: In eundem modum Deus crebro comminatur, &
ſe exhibet peccatoribus veluti præcinctum ad animaduer-
ſionem: expectat tamen, & differt vltionem ſumere. Vide
quod regum tempora tranſeunt: Oziæ: Ioatham, Achaz,
Ezechiæ, priuſquam plectantur peccatores. Audi etiam, quã
to tẽpore expectauit, antea quã mundũ ob peccata hominũ *Geneſ. 7.*
diluuio perderet. Cùm quingentorum eſſet annorũ Noë, iuſ-
ſus eſt fabricare arcam, & centum annis expectauit Do-
minus. Nam inquit Scriptura, Erat Noë ſexcentorum an-
norum, quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terrã. Cur
Domine tanto tempore diſſimulas? Certè vt nos doceas len
te feſtinandũ ad vindictã. Inuenies multos homines ſimiles *Simile.*
catapultis, quæ ſimul videntur & tonitruũ edere: & hominẽ
iactis globis ferreis interficere, vna enim cùm commina- *Aduerſus*
tionibus ſeueriſſimas adhibent pœnas: & quam primum ho- *iudices*
mo peccat, acerbiſſime plectunt. Hiſpanę, *No ſe la an hecho,* *impetus.*
*quãdo ya ſe an pagado* Audiant iſti pręter ea, quę dixim⁹ q̃d di
cat Spõſa apud Cãtica de cœleſti ſpõſo, Crura eius columnę
marmoreę, quę fundatę ſũt ſup baſes aureas Ac ſi dicat, pedes
ei⁹ nõ eſſe faciles ad motũ, ſed graues, imò grauiſſimos. Nihil

enim grauius auro. Quo loquendi tropo ſignificatur, lento gradu tendere non celeri ad inferendum ſupplicium delinquentibus, quamobrem & maximè amabilis cœleſtis dilectus. Competit obſeruatio in Euangelium Dominicæ primæ Aduentus in hæc verba, Erunt ſigna in Sole & Luna. quorſum Domine tanto antea tempore iudicium futurum prædicis, & ſigna præcedentia? Quia lentiſſime tendit ad irrogandam pœnam. Timeant tamen peccatores: quia ſi non conuertantur: grauius puniuntur. Illa enim peccata ſunt grauiora: & arctiori pœna plectenda, quæ diutius animam detinent alligatam, vt habetur extra de Conſue. c. Cùm tanto Aptari etiam poteſt Euangelio pro Mandato: his verbis: Si non lauero te, nō habebis partem mecum. Cur prius Domine minaris: quam punias? Quia ad puniendum: lente eundum eſt non celeriter.

*Ext. de cō ſue. c. cum tanto.*

¶ Duodecimo. Docet hæc longa Domini patiētia, & tanto tempore expectans conuerſionem huius gentis, quanta fuerit eius malitia, ſi quidem longanimitate Dei ſui abuſi ſunt, & toties tamque diu admoniti, non reſipuerūt. Vtinam & nos non eos ſimus imitati, qui crebro per concionatores vocamur, admonemur, corripimur, & aures obturamus. Con ſolatur etiam hic locus concionatores: ne animum deiiciāt: ſi ipſis declamantibus, non conuertantur homines ad melio rem frugem quando legunt hunc Vatem in hac paleſtra ma ximè deſudaſſe: & ſurdis cecinisse: vt dicitur.

## *Principium loquendi Dominum in Hoſſea.*

PEculiarem exordiendi modum: à cæteriſque vatibus longe diuerſum ſibi vendicat Hoſſeas nam apud neminem vatum ſimile inueniemus exordium, neque ob aliud ita exordiri existimo: niſi vt maiorem à nobis captet attentionem. quæ enim inuſitata ſunt, quam primum à viro ſpectatæ authoritatis dicuntur, attentius ab hominibus audiuntur. Obſeruant etiam nonnulli: neque ab re: hac loquēdi forma, *Dominus loquitur*, vel, *Dominus locutus eſt in aliquo* ſignificari, tunc ſermonem fieri de vaticinio, atque ſpiritu prophetico: vt ille: Nunquid in Moſe, aut per Moſem ſolum locutus eſt Dominus? Nonne & in nobis ſimiliter locutus eſt? Ac ille: Spiritus Dñi locutus eſt in me. Vnde in hæc verba Pſal. 84. Audiā q loquatur in me Dñs. Caſſiodor. ait, Vides ꝓphetiæ potentiam hoc dicto fuiſſe declaratam? Intus enim loquitur Dominus, id eſt: Spiritus ſanctus, vt Pſalmiſta foris fari poſſe videatur. Neque tantum hoc loquendi tropo ſignificatur ſermonem eſſe propheticum, verum etiam eſſe internum, quòd loquatur Dominus intus in corde, non forinſecus. Hinc antiqui patres, Remigius, Caſſiodorus, Euthymius, & diuus Hieronymus explanantes citata verba Pſalmi. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus, dicunt de interna locutione, quæ fit in corde, ibi eſſe ſermonem. Neque piget, omiſſis cæteris, referre verba diui Hieronymi. Multi putant inquit, quando loquitur Moſes, & dicit, Hæc dicit Dominus & Iſaias, & cæteri, & cùm dicitur, Factum eſt verbum Domini ad Iſaiam, ſiue ad Ezechielem prophetam, quoniam forinſecus ſermo fiat, & per iſtas aures audiat propheta, quòd loquitur à Domino. Non eſt ita. Denique & Dominus quid loquitur ad Iudæos & Phariſæos? Qui habet aures audiendi audiat & Iſaias ait, Dominus addidit mihi auriculam, quoniam non habebam illam auriculam, quæ in corde eſt, addidit mihi, vt Dei poſſim audire ſermones, & quodcunque propheta audit, audit in corde. Hæc ex commentario in Pſal. 84. tituli diui Hieronymi. Sed eſto in his verbis, *Principium loquendi Dominum*, ſiue Domino ſiue Domini, quod idem eſt, quamuis magis placet eſſe in genetiuo, in quem modum habet tranſlatio diui Hieronymi, de interna locutione eſt ſermo: adhuc tamen multifatiam exponitur. Primo ſic, Dominus inter omnes prophetas primum locutus eſt in Hoſſee, & poſtea ad cæteros vates. Hæc tamen explanatio non videtur veritati conſentanea. Quoniam Abdias, vnus de ſequentibus vatibus, multo tempore præceſſit Hoſſeam nam fuit tempore regis Achab, eiuſque domus diſpenſator, ſi Hieronymo fides eſt adhibenda, ſecus enim ſentit Epiphanius, qui Quinquagenarij dignitatem geſſiſſe ait apud regem Iſrael Ochoziam. Ab Achab autem vſque ad Oziam, ſub quo vaticinatus eſt Hoſſeas, centum & duo fluxerunt anni, vt facile quiſque colligere poterit ex Regum hiſtoria. Ad hæc multi alij prophætæ extiterunt, in quibus ſine dubio locutus eſt Dominus, quorum notiſſimi ſunt Samuel, & Dauid, Helias, & Heliſæus, qui Hoſſeam non paucis præceſſere diebus. Igitur dicta expoſitio non videtur attingere veritatis ſcopum. Propterea Hebræi ſecus diſpungunt, quos multi etiam ex Latinis, & Græcis ſequuntur, nec non quidam ex recētioribus. Diſpungunt autē in hunc modum

*Num. 12.*

*Pſal. 84.*

*3. Re. 18.*

*Theodo. Hierony. Lyranus.*

dum. *Principium loquẽdi: &c*, id eſt, quæ ſequuntur, primũ ad
Hoſſeam Dñs locutus eſt vel: vt egregiè Theodoretus ex-
*Rupertus* ponit, Nihil ante hoc ipſum mihi præcepit Dñs. Non diſ-
*& D. Hie-* plicet hæc explanatio, quãuis, & aliorũ mihi magis arrideat
*ronimus.* ſic diſpungentiũ. Primum locutus eſt Dñs in Hoſſea, eorum
videlicet vatũ, qui ſub prædictis regibus prophetarũt. Nã &
Iſaias, & Iohel: & Amos, & Ionas, & Michæas, ſub eiſdem re
gibus vaticinati ſunt. Non eſt deinde ſilentio prætermitten-
da obſeruatio Diui Hieronymi, nempe quòd non legimus,
*Principium loquendi Domini ad Hoſſeã*, ſed, *in Hoſſea*. Aliud eſt e-
nim *loqui Dominũ in Hoſſea*, aliud *ad Hoſſeam*. In Hoſſeam, nõ
ipſi loquitur Hoſſeæ, ſed per Hoſſeam ad alios. Ad Hoſſeam
vero loquẽs, ad ipſum ſignificatur conferre ſermonẽ. Anno-
tat etiam Rupertus aliud diſcrimẽ inter loqui in Hoſſea. Lo
quitur Dominus ad Hoſſeam, vel ad alium quempiã, cùm
verba ſua mittit per angelicã, ſiue per quamlibet aliam ſpe-
ciẽ. Loquitur in aliquo: cùm ſine aliqua ſpecie extrinſecus
apparente loquitur in corde eius, per occultam ſuæ virtutis
inſpirationem.

## *Obſeruationes ad morum compoſitionem ſpectantes.*

PRincipium loquendi Domini in Hoſſea.* Non deſ-
picit vates Hoſſeas, quòd primus inter cæte
ros vates fuerit electus, imò quaſi peculia-
re munus ſibi contulerit Dominus tonat:
*Principium loquẽdi Domini ad reges Oziam, Ioa-
tam. &c.* in me fuit. Et meritò primatum i-
*Iudic. 10.* ſtum magnifacit, & oculis noſtris ſubiicit contemplandum.
Nam ſacris Bibliis, qui primum aliqua in te Deo inſeruire
incipiunt maximè annotantur. Si enim principes Galaad
*1. Par. 10.* ſanxerunt, vt qui primus cœpiſſet dimicare, magis honora-
retur, futurusque eſſet populi dux. Et in eundem modũ rex
Dauid creauit ducẽ ſui exercitus. Dixit enim, Omnis qui in
primis percuſſerit Iebuzæum, erit princeps, & dux. Et quia
Ioab primus aſcendit, factus eſt dux. Quanto melius Deus
optimus maximus eos, qui primi ſunt ad amplectendam vir
*Henoch* tutem, præ cæteris afficiet honore? Si Plinius cæterique rerũ
*nomini* hiſtorias texentes primos rerum inuentores laudibus pro
*diuini pri-* ſequuntur: quanto pulchrius eſt commendare viros, qui pri-
*mus c 1 o.* mi viam alicuius arripuerunt virtutis? Hinc apud Geneſim
*Gen. 4.* celebratur Enos, quod cœperit inuocare nomẽ Dñi. Et certè
non



non ob aliud, niſi vt in memoriam noſtram reuocet, quanti
æſtimet Deus primos executores earum rerum, quæ ad cul-
tum ſuum ſpectant. Quemadmodum enim arietem ducem
gregis quem aggregarium appellant, cæteri ſequuntur, In *Similia.*
eundem modũ multi mirantur primarium in aliqua virtute
quaſi ducem. Hic eſt diuinus magnes alios ad commẽdabiles
actiones attrahens: eſt vela quibus nauis multos homines *Simile.*
ducit per æquor huius ſeculi ad portũ optatum regni cœle-
ſtis. Quid plura Iſti viri primarij ſunt prçcoces fructus, qui
gratiores, pulchriores, & dulciores ſunt palato diuino, *Es la
fruta temprana que viene de la Vera de Plaſencia*: in qua regione ar *Simile.*
dentiores radij Solis terram reddunt præ aliis temperatio-
rem. Sic & viros primum à Domino excitatos ad virtutis ac
ctionem feruentioribus ſuæ charitatis radiis impetit, vt ar-
dentius ſe offerãt ad ſeruiendum Deo ſuo, cæterosq; ante-
cellant. Hinc apud Michæam ait Deus, Præcoces ficus, id eſt, *Miche. 7.*
primarias, & quæ alias ficus maturitate præueniant, deſide-
rauit anima mea. Nam quid aliud hac ſignificat ſimilitudine,
quam optare, vt ſint homines, qui primos ſe exhibeant ad
adimplenda, quæ virtutis, & diuini cultus ſunt? Adumbrant *Ioſue. c. 1.*
hos eximios viros, & ante alios ad virtutem præcinctos Ru *& Nũ.*
beniti, & Gaddati, quibus dixit Ioſue, Vos tranſite fratres ve *32.*
ſtros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis donec det Do-
minus requiem fratribus veſtris trans Iordanem. Sunt e-
nim qui ingenti animi fortitudine muniti vexilla portan- *Simile*
tes anteeũt, ne alij animũ deiiciant, & terga vertant. Et quẽ-
admodũ patriarcha Iacobi miſit Iudã ante ſe in Ægyptum, *Gen. 46.*
vt nuntiaret Ioſeph, quod manebat, & expectabat eũ apud
Ieſſen, ita & Deus hos viros primarios mittit, vt referant, v-
bi ipſe ipſe eſt, nempe apud virtutis oppidum. Hinc Aſſertor
noſter noluit ſilentio præterire, dum Apoſtolorum nomina *Matth. 10*
texuntur, quis primus ſecutus illum fuerit, Ait enim apud *& Luc. 6*
Mattheũ, Primus Symõ, qui dicitur Petrus. Et apud Ioãnem
meminit Scriptura, quod Ioannes venerit primus ad monu-
mentũ. Poteſt etiam aptari Euãgelio Dominicæ Septuageſi
mæ, his verbis, Exiit primo mane cõducere operarios. Fœ-
lices enim, qui ante alios ſunt primi operarij vineæ Domi-
ni, quæ iuxta Chyſoſtomi expoſitionem virtus eſt.

§ Secundò, *Loquendi Domini in Hoſſea*. Obſerua bone vir, *Conciona-*
ac maxime tu, qui concionatoris munere fungeris, quale *torum*
ſit vatum, & concionatorum munus, nempe eſſe vaſa in *dignitas.*
quibus reponit Deus aquã ſapiẽtiæ diuinæ, vt aliis porrigãt

 ad

ad extinguendã animi ſitim,& abluendas peccatorum ſordes, eſſe horrea in quibus triticum reconditur ad alendos hominum animos:eſſe fercula,in quibus deferuntur ſpirituales dapes. Propterea dicitur *in Hoſſea*,nõ ad Hoſſeam, vt egregiè obſeruauit Diuus Hieronymus. Ne igitur mireris, ſi concionator,qui ciphus, & vas eſt cũ aliis propinet aquã & cibum diuinum,ipſe nõ bibat,neq; abſumat cibum. Quẽ-

*Simile.*

admodum enim vaſa non bibunt,& fercula non comedunt, quãuis aliis potũ offerant,& dapes, Sic multi concionatores corripiunt reprehendunt,admonent, docẽt alios, ſe autem non corripiunt,neq; docent. Sed quid tua frater mi? Conſidera eos eſſe vaſa,bibe tu,& comede quæ apponuntur tibi. Num cũ eſca corporis,& aqua proponitur, expectas & comedas,quod prius fercula ipſa comedant:& bibant? Nõ ſane Quare ergo delicatior eris ad eſcas ſpirituales? Num quia animi cibus vilior eſt? O amentiã deplorãdã. Fateor fratres mei æquũ eſſe concionatores, qui fercula ſunt,prius biberent,& comederent,quæ aliis tradunt bibenda, & comeda:

*Lucæ.15.e*

vt vel ſic ſaltem agnoſceretis vobis non porrigi venena,ſed lautatiſſimas cœli dapes. Verũ ſi ipſi indigni ſunt,licet ſiti & fame pereant,tu nõ pereas,ſed pota,& mãduca. Aqua procul

*Aggæi.1.*

dubio ex illo cœleſtis ſapientiæ fonte hauritur, cibus tam dulcis,& ſuauis eſt,vt angeli etiã magnifaciant. Te ergo exoro refice animum tuum,ſed ad vos conuertatur oratio, o diuini verbi declamatores. Dicite per viſcera Chriſti,cur

*Tantalus inter aquas ſitiens.*

cum in domo patris veſtri multi mercenarij abundent panibus,vos fame peritis? Decet ne vobis obiicere, Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras,ſeminaſtis multũ,aliis videlicet, & vobis intuliſtis parũ,comediſtis,& non eſtis ſatiati, aliis enim deferebatis cibos,bibiſtis,tanquam vaſa & non eſtis inebriati,&c. Nonne hoc tormento Tantali torqueri, eſt:fame,& ſiti pereuntis inter ipſas aquas,& dapes? O ſpectaculum miſerandum. Verum cauſas quæramus tanti damni. Inter alias hanc principem locum obtinere iudico. Nõ cogitant iſti concionatores,ſi qui ſunt,vtinam autẽ non multi eſſent,ſe eſſe morti obnoxios, & poſtea reddituros rationem. Non animaduertunt ſe eſſe vaſa terrea, & fictilia, &

*Simile*

qua hora non putant conterenda. Fortaſſis ſi hoc ante oculos haberent,aqua,quam aliis porrigũt in concionibus, ſe transfunderet,corpusq; totum,& animũ eorum penetraret prius,ita vt facerẽt, quæ docẽt. Quemadmodũ aqua fontis apud oppidũ Hiſpaniæ nomine Autequera,in vaſis terreis, & ficti-



& fictilibus recõdita, quod ſubtiliſſima ſit:totam ſe transfundit,ipſaq; vaſa penetrat,quãobrẽ,vt ſeruetur, in vaſis æneis reponitur, Ita & Euangelici declamatores mores quos prædicãt,imbiberent,ſi animo reuoluerent, eſſe cõminuendos, ſicut conteritur lagena figuli contritione perualida.

*Iſai. 30.c*

Quia cum fercula fuerint diuinarũ eſcarũ,alios inuitarũt ad epulas ipſi vero ieiuni manſerunt. Vtinã vt comederent, attenderent,quale vas,& patina fuerit ille Ioãnes Baptiſta,qui vt homines alliceret ad abſumẽdos cibos ad bibendam aquam dictã,cum eſſet prius in eius pectore,ita tota ſe trãſfundebat,ita totum corpus,& animum eius penetrarat, vt

*Pro Dominica.3. aduentus.*

veluti per quaſdam ſubtiliſſimas rimas,per omnes artus eius erumperet. Vnde interrogatus,quis eſſet,reſpõdit, Ego vox clamãtis in deſerto. Nõ ait, Ego vociferor, ego clamo, ſed ego vox. Non enim ſolo ore prædicabat, ſed quicquid in ipſo erat,vox erat,oculi vox,manus vox,veſtis vox,totus denique vox erat:quia totus pœnitentiam, & ſanctitatem exhalabat,transfundebat ſe aqua,quæ erat in pectore, & penetrabat omnia mẽbra,vt aliis porrigeret ſine rubore. Oculi lachrymas fundebant:os loquebatur ad ædificationem: veſtis oſtendebat luxum eſſe fugiendum:&c, Æquum eſt,o concionatores oculi animi contemplemini vocationem veſtram. Vaſa enim eſtis diuinæ ſapientiæ, ac propterea non decet vos eſſe ieiunos,deinde ſi vaſa Dei, decet etiam vos mundos eſſe ab omni inquinamento peccati,vt vos audientes non aquam per vos ablatam contemnant. Intuemini, quòd in vobis loquitur Deus dum arcana Scripturæ reſeratis vtinam & loquatur ad vos,vt mundi ſitis, & digna Deo vos vaſa exhibeatis,ne cibos populus faſtidiat. Verũ ſi ſordida ſint vaſa,quid ad bibẽtes? Si fercula ciborum immunda

*Simile.*

quid ad comedentes? Non vrget fames,non cruciat ſitis,nã ſi iſta eſſet,comederent,& biberent. Quemadmodum delicatus eſſet homo ad puteum:ſiue fontem ſitibundus accedens ſi bibere nollet quoniam in imo & profuncto lutum cernit,

*Mores nihil doctrinæ detrahunt.*

& ſpurcitiam,atque ille multis obiurgationibus inſectandus qui ſordes in ſolo fontis iacentes cieret,ne alij biberẽt, In eundẽ modum reprehẽdendi ſunt qui oculos coniiciunt in ſordes animi concionatorum,vt ad implere contemnant, quæ docent,& qui peccata prædicatoris voluũt,& cõmouẽt, ne eorum dictis pareant auditores. Summa igitur ſit, Obſeruent concionatores,vt vaſa munda ſint, quod in eis loquitur Dominus. Et populus,ne dicta per eos contemnant,

ſi ſordidi fuerint, quod per eos quaſi per quædam fercula ad ſe defertur cibus, Competit in Euangelium, Vos eſtis ſal terræ, Non inquit Aſſertor noſter: Vos eſtis vaſa ſalis, ſed ſal; vt diſcant prius ſeipſos docere. Quadrat etiā in feriam tertiam poſt Dominicam ſecundam Quadrageſimæ, in hæc verba, Super cathedram Moyſi ſederunt principes, & Phariſæi: omnia erquæ dixerint vobis, ſeruate: & facite: verū ſecundū opera eorum nolite facere. Meminiſſe quippe debetis: doctores: & cōcionatores eſſe inſtrumenta dapifera. Hinc legitis Dominum locutum in vatibus, vt in Hoſſea, non ad Hoſſeam, ne ob impuram concionatoris vitam, puram contemnatis doctrinam.

*Pro doctoribus.*

¶ Tertiò, *Domini in Hoſſea*. Demus hoc Ruperti animaduerſioni: loquitur Dn̄s in aliquo vti audis in Hoſſea: cum loquitur in corde eius per ſe, occulta ſuæ virtutis inſpiratione. Vide ergo quanti faciat Deus ſalutem animarum noſtrarum, quando per ſeipſum, & non per interpoſitam perſonā quamuis angelicam vates ſuos alloquitur, ſugerens, quæ illis dicenda ſunt. Vtique ſolent reges, famulos non per ſe viſitare, ſi in morbum inciderint, ſed alios conſeruos ad hoc mittunt, ſecus audis de Deo tuo, qui per ſe ipſum ægrotos inuiſit, vt tibi oſtendat, quanti debeas æſtimare ſalutem tuā & fratrum tuorum. Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris: ait apud Ieremiam. Diſces etiam ex hoc loco nō reſpicere tot honoris puncta, quot homines reſpicere ſolēt, ſiquidem Deus tuus, qui poſſet per Angelos loqui ad homines, illis relictis, per ſe ipſum loqui dignatur ad eos. Audiāt etiam iſti ſuperbi homunculi: regem cœli Chriſtum adiiſſe Ioannem Baptiſtam: vt ab eo baptizaretur in Iordane, nè ad ignobiliores ſe: & pauperiores ire dedignentur.

*Iere. 15. d*

¶ *Et dixit Dominus ad Hoſſee, Vade: ſume tibi vxorem fornicationum: & fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino.*

¶ Anteaquam locum iſtum explanemus, obſeruandæ ſunt tres voces hic appoſitæ: coniunctio nēpe *Et*, verbum *Vade*: atque pronomen. *Tib*: vt illum exactius valeamus intelligere. Tradunt ſancti: & antiqui patres vernaculum eſſe linguæ Hebraicæ: vti frequenter coniunctione *et*, ita vt interdum abundet; & in non neceſſariis: vt in noſtra apparet lingua: videatur inſerta. Ita Origenes Homil. 9. Num. Et Auguſtinus Pſalmus 4. ait: Familiare eſt Scripturis in quibus prophetæ locuti ſunt: *et* ſuperfluere: Nam ſæpe inuenies ita cœptum, Et



Et dixit Dominus ad illum. Et factum eſt verbum Domini ad Ezechiel. Et in Pſal. 4. Et ſcitote, quoniam mirificauit Dominus. Quæ iunctura coniunctionis, cum ſententia non præceſſerit: & ſequens annectatur, mirabiliter fortaſſe inſinuat prolationem veritatis in voce cum ea viſione, quæ fit in corde, eſſe coniunctam. Hæc Auguſtinus. Sed apertiùs lib. 2. loquutus eſt in Exod. vbi inquit, Et coniunctio ita ponitur, vt detracta plenam faciat intelligentiam. Vt in Exodo, Si acceperis computationem filiorum Iſrael in viſitatione eorum, & dabunt ſinguli redemptionem animæ ſuæ Domino, & non erit eis in ruina. Bis coniunctio & redundat in hac etiam ſententia eſt Euthy. multis in locis, ſed præcipuè apud Ioannem. cap. 7. ait, Coniunctio &, in Hebraico idiomate frequenter abundat, vt Ioan. 5. Vos putatis, in ipſis vitam æternam habere, & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. Et Pſal. 24. Propter nomen tuum Domine, & propitiare peccato meo, multum eſt enim. Demum idē ſentit Oecume. ad Rom. 2. Verum hæc tantorum patrum ſententia cautè accipienda eſt. Habet enim vnaquæque lingua ſuos peculiares loquendi tropos, qui apud alias linguas vitioſi videntur. Igitur coniunctio & hic poſita, vel abundat cum nihil præceſſerit, & ab illa exordiatur vates, vel iuxta ſententiam Diui Auguſtini citatam, mirabiliter inſinuat prolationem veritatis in voce, cum ea viſione, quæ fit in corde, eſſe coniunctam. Conſentit cum hac Expoſitione Diuus Gregorius Homil. 2 in Ezechielem, dicens; Non raro prophetæ per coniunctionem & ſermonem exordiuntur, & ſcimus, quòd ſermo coniunctionalis non iungitur ſermoni ſequenti, ſed præcedenti. Qua in re intuendum eſt: quia ſicut nos corporalia, ſic & prophetæ ſenſu ſpiritualia aſpiciunt; eiſque & illa ſunt præſentia, quæ noſtræ ignorantiæ abſentia videntur. Vnde fit, vt in mente prophetarum: ita coniūcta ſint exterioribus interiora, quatenus ſimul vtraque videant; ſimúlque in eis fiat, & intus verbum, quod audiunt, & foras quod dicunt. Hac ratione inchoauit Ezechiel, dicens, Et factum eſt in triceſimo anno. Hæc Diuus Gregorius. Poſſumus etiam in hoc loco coniunctionem &, ſumere pro coniunctione illatiua igitur. In quem modum non raro ſumitur in ſacris Bibliis, vt apud Geneſim c. 15. Et leuauit Abraham oculos ſuos: Et ponitur pro igitur. Secundò quoque Reg. c. 4. Et acceperunt farinam, coniecerúntque in ollam: & accepit pro igitur. Sic etiam Rom. 8. Si filij, & id eſt: ergo hæredes,

*Cautela in prophet. interpret.*

*Ezech. 1.*

hæredes, Atque Acto. 10. Eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in conſpectu Dei,& id eſt, igitur, mitte viros. Sic etiam in præſenti loco, *Et dixit Dominus*, id eſt, igitur dixit Dominus. Altera dictio hic appoſita,& maxime obſeruianda, eſt verbum, *Vade*, quæ aliæque ſimiles non tam corporis,& pedum motum, inceſſúmque imperant,& ſignificant in Scriptura ſecundum aliquos: quàm animi promptitudinem,& attentionem, atque ad ea quæ ſubſequuntur præparationem, vt: Vade ad
Prou. 6. formicam ô piger, hoc eſt, formicæ ſedulitatem attente contemplare,& imitare. Et in Pſal. Venite, diſperdamus eos de
Pſal. 82. terra. Atque apud Iſaiam: Venite,& ambulebus in luce Do-
Iſai. 23. mini. Sic & hic: *Vade*, id eſt, eſto promptus,& præcinctus, præpara te. Non diſplicet hæc diſpunctio. Magis tamen arridet mihi ſententia dicentium hac Hebraiſmo, ſeu loquendi forma exprimi celeritatem ad aliquid faciendum, vt apud Geneſim, Venite faciamus ciuitatem,& turrim. Venite, id eſt,
Gene. 11. celeres ſimus, non trahamus moras. Sic & hic, *Vade*, hoc eſt: ne differas: incunctanter:& celeriter, ſine mora. Alia dictio hic obſeruanda eſt pronomen *Tibi*. Satis enim eſſet dicere, *Sume vxorem fornicariam*: quorſum ergo additur: *Tibi*? Ac rurſum paulo poſt ſubiunget: Fac tibi filios fornicationum: cũ ſatis eſſet dicere, Fac filios fornicationum. Video nonnullos philoſophari ex hoc pronomine tibi, dicentes eſſe appoſitũ: tum ad exprimendum amorem: quo Hoſſeas erat proſecuturus vxorem,& filios fornicarios: tum vt intelligamus de ipſo vate Hoſſea, non de alio eſſe ſermonem. Verum in hunc modum diſpungere, eſt citra germanum literæ ſenſum verba facere:& fortaſſis illam maxime torquere. Vt igitur hunc locum, alióſque Scripturæ ſimiles intelligere valeamus: obſeruandum eſt: hunc loquendi tropum iuxta aliquorum Expoſitionem. Accipe tibi, ſume tibi, fac tibi,& alios id genus eſſe Hebraiſmos: idémque ſignificare: ac ſi non eſſent appoſita huiuſcemodi pronomina, Mihi, Tibi, vt apud Geneſim,
Gene. 6. Fac tibi arcam de lignis leuigatis, idem eſt, ac ſi dicas ſine pronomine *tibi*: Fac arcam de lignis leuigatis. In eundem
Iſai. 8. a. modum apud Iſaiam: Sume tibi librum grande,& apud E-
Ezec. 4. zechie. Sume tibi laterem. Sic & hic, *Accipe tibi vxorem*. explanandus eſt locus, ac ſi careat pronomine, *Tibi*, vnde & quidam ſine pronomine vertunt in hunc modum, vade,& duc vxorem fornicariam. Inueniemus etiam huiuſcemodi pronomina redũdare in Hiſpano idiomate, vt cum dicimus, *Yo lo me lo ſe* idem eſt ac ſi dicamus *Yo lo ſe*. Sic etiam expenunt d



dunt Hebræi illũ locũ Canticorum, Si ignoras te ô pulcherrima mulierum. Hebraice enim magis videtur ſonare tibi, quàm te,& ſic quidã vertunt: Si ignoras tibi. Nos verumtamen æditionẽ vulgatã exoſculantes,& ſequentes: ſi iuxta ſententiam dictã Hebræorum enodemus, idem eſt dicere, ſi ignoras te ac ſi: dicamus Hiſpane: *Si no te lo ſabes*, quod eſt dicere, *ſi no lo ſabes*. Non me latet: multos hic philoſophari de ignoratione ſuimet, aſſerentes à cœleſti Sponſo traditã hic eſſe normã, qua quis ſe ipſum poſſit agnoſcere. Quã expoſitionem licet Hebræi,& Hebraizantes carpant,& irrideant: acclamantes torqueri literam: nam cum Sponſa quæreret domicilium Sponſi dicens: Indica mihi, vbi cubas, vbi paſcas: nihil ad hoc cognoſcendum ignoratio ſui facere videtur. Parcius tamen laxare debuiſſent fræna ſuis venenatis linguis in Sanctorum Patrum dicta, non enim tam longe à veritate deuiant: vt ipſi ſomniant. Sed de his ſatis,& ad lapidem motum redeamus. Cũ huiuſcemodi pronomina, Mihi, Tibi, Sibi,& alia inculcant Scripturæ, non eſt dicendum ſuperfluè vnquam poni, ſemper enim coniunguntur ad maiorem rei vehementiam,& exaggerationem. Vnde maiorem Emphaſin habet: *Accipe tibi vxorem*, quàm accipe vxorem, atque illud: *Fac tibi arcam*, quàm fac arcam: ſicuti ſi Hiſpane dicas, *Yo me lo ſe*, vehementioris eſt affectus,& amplioris energiæ, quàm ſi dicas, *Yo lo ſe Sume tibi vxorem fornicationum*. Obſeruauit egregiè Diuus Hieronymus, vocem Hebraicam Zenunim, numeri eſſe multitudinis: non ſingularis, hoc eſt, fornicationum: non fornicationis, in quem modum vertunt ſeptuaginta. Multo tamen melius in numero multitudinis. Significatur enim, hanc fœminam, non vtcunque fuiſſe fornicariam: aut vno tantum fornicationis ſcelere contaminatam, ſed multis ſtuprorum notis: ac variæ turpitudinis labe affectam, quæ cum multis coierit: videlicet publicam meretricem. Dubium tamen maximum eſt: an ita res ſe habuerit, quod vxorem fornicationibus implicatam duxerit hic vates: an vero ſolum id viſione acceperit prophetica, vel aliquo ſpectro, ſiue imagine. De hac re variæ ſunt ſententię. Chaldæus paraphraſtes exiſtimat, hoc ſolum contigiſſe parabolicè,& in viſione prophetica, quem ſequuntur doctiſſimi Hebræorum, vt Moſes Ægyptius,& Rabbi Moſes. Tradunt enim iſti regulam ad intelligenda arcana Scripturæ ſacræ in hunc modum, Si quid durius,& à perſonarum decore, atque dignitate abhorrens in ſacris offendatur libris, id non re ipſa,

Cant. 1.

ſa:atque actu factum fuiſſe, ſed aut ſomnio, aut viſione, atq; mentis elatione fuiſſe repreſentatum, vt quod Iſaias ad v-

*Iſa.* 64.

xorem vatem accedere iuſſus ſit, & procreato ex illo comple xu filio nomen Sclal fuerit impoſitum. Ac rurſum, Nudum,

*Iſai.* 20.

& diſcalciatum incediſſe. Illud etiã Ieremiæ, lora ac neruos paraſſe, & collo ſuo aptaſſe. Ezechielem quoque vxoris chariſſimæ mortem vidiſſe, cum illi dixit Dominus: Ecce ego auferam à te deſiderium oculorum tuorum Et quod 350. dies

*Iere.* 27.
*Ezec.* 4.

ſiniſtro latere incubuerit. Lyranus credit Diuum Hierony. in ea fuiſſe ſententia: vt mulier hæc non fuerit fornicaria fornicatione corporis, ſed mentis: quia fuit idololatra. & gẽtilis. Occaſionem fortaſſis ſumpſit ex expoſitione eius ſuper hunc locum. Nam poſtquam adductis exemplis ethnicorũ reuocantium homines libidini deditos ad ſtudium ſcientiæ, vt Xenocratis, qui Polemonem luxurioſiſſimum iuuenem, & inter pſaltrias, atque tibicines, & impudicas mulieres ebrium, & hædera coronatum fecit obedire ſapientiæ, & Socratis: qui Phædonem de lupanari ob crudelitatem, & auaritiam Domini multorum libidini ſeruientem: in academiam tranſtulit, probauerat non eſſe mirum, quod Hoſſeas meretricem in vxorem acceperit, vt ex mala bonam faceret, præſertim cum non ob cauſam luxuriæ, neque propria fecerit voluntate, ſed Dei paruerit imperio. Ait idem Diuus Hieronymus, Hæc aduerſum Ethnicos, & eos, qui Ethnicorum ſunt ſimiles, dixerimus. Cæterum noſtris, tamen volunt ſuſcipere veritatem, illud breuiter oſtendamus, ex eo quod dicitur, Quia *Fornicans fornicabitur, &c.* non tàm prophetam iunctum eſſe meretrici: quam omne hominum genus à ſocietate Domini receſſiſſe. Hæc Diuus Hieronymus. verum apud Ezechielem in calce capitis. 4. aperit ſuam mentem clarius, dicens, hoc figuram fuiſſe Synagogæ, vel Eccleſiæ: & non vere iuxta literam perpetratum. Addit autem, ne hanc eſſe eius ſententiam dubitemus, hæc verba, Quod ipſum exponentes prophetam plenius diſſeruimus. Vides ergo, quàm aperte Hieronymus teneat: hoc de vxore fornicaria tantum parabolicè eſſe intelligendum. Inuenio tamen, ſecus decreuiſſe in prologo huius vatis Hoſſeæ, vbi ait, fornicariam appellaria non è locatione corporis meretricem, ſed gentilem Deum ignorantem. Ex quo loco ſumpſiſſe videtur Lyranus, quod diximus. Brito in expoſitione citati prologi Hieronymiani opinatur Hieronymum, hanc fœminã non ſolum eſſe gentilem, ſed etiam vere eſſe



eſſe meretricem. Vnde cum inquit Hieronymus in dicto Prologo, Fornicariam itaque non elocati corporis meretricem, ſubintelligendum eſſe ait, tantũ, vt vtraque, & corporis, & animæ fornicatione turpẽ extitiſſe intelligemus. Colligit autem hoc ſentire D. Hieronymum, ex his: quæ expendens hunc vatis Hoſſeæ locũ dicit, & à nobis adducta ſunt. Ego vero qui non ſolũ modò, verum & multis retro annis percipiendæ doctrinæ admirabili Diui Hieronymi operam nauo, & à Lyrano, & à Britone diſſentire ſanctũ Doctorem cõperio: ac ſalua pace tantorum virorum, vtrumque impoſtorem eſſe inuenio, aut quid ſenſerit, non perceperunt. Nam & hic, & in prologo ſubobſcure locutus eſt, in fine autem capitis. 4. Ezechielis apertiſſime inquit, hoc de vxore fornicaria non fuiſſe iuxta literam perpetratum. Rupertus vtramque quaſi probabilem attexit ſententiam: vel quod res ita ſe habuit, vel quod ſpiritualiter, id eſt, per viſum, ſiue per exceſſum hoc geſtum eſt. Conſentiunt Diuus Auguſtinus, &

*Aug. lib. 22. contra Fauſtum Manich. c. 80.*

Diuus Thomas, vere ab Hoſſe ductam fuiſſe meretricem in vxorem, atque Theodoretus grauiter inuehitur in eos, qui non ita re contigiſſe dicunt, ſed ſolum ſpiritualiter. Fateor, quæſtionem iſtam diu male habuiſſe animum meum eumque fluctuaſſe, ob varias tantorum patrum ſententias, & neque modo quid verius iudicauerim, ſtatuere audeo. Contentus eſto mi lector frui opera noſtra: quæ & collegit antiquorum, recentiorumque ſententias, & oculis tuis ſubiicit, vt eligas: quod malueris, vtrumque enim probabile eſſe non dubito: quamuis alterum tanquam probabilius animus meus amplectitur: homo ſum, fortaſſis & fallor. Sed eſto ita ſit, quòd Hoſſeas meretricem duxerit vxorem, duo hinc dubia alia oriuntur. Alterum eſt: an peccauerit Hoſſeas accedens ad hanc meretricem. Alterum vero, an diſpenſauerit Deus cum Hoſſea in præcepto de non mœchando. Certum eſt, ſi Deus iuſſit, Hoſſeam non peccaſſe. Deus enim, vt ait Iacobus: intentator malorum eſt, & ita tenet Diuus Thomas

*Eſt in 6. tomo. D. Th. 2. 2. q. 10. 4. arti. 4. ad 2. & in 1. 2. q. 100. arti. 8. ad 3.*

multis in locis. Ad alterum de diſpenſatione reſpondemus nullo modo fuiſſe diſpenſatum cum Hoſſea, in præcepto de non mœchando, quoniam prius contraxit matrimonium cum meretrice, quàm cum illa coierit. Vnde non dixit Dominus Hoſſeæ, habe rem veneream cum fornicaria, ſed *Sume tibi vxorem.* Igitur rem habuit cum propria vxore, & non commiſit fornicationem. Ita Diuus Auguſtinus, Et Abulenſis apud Exodum merito reiicit opinionem, & ſolutionem

tionem Diui Thomæ. 1. 2. q. 100. att. 8. ad 3. qui ibi exquirit
*q. 35. & ſuper prologum Geme. cap. 7.* modum, quo liberet à peccato Hoſſeam, & hunc excogita-
uit, quòd Deus tanquam Dominus huius mulieris tradidit
illam Hoſſeæ citra matrimonium fœcundandam. Multo e-
nim melius eſt, dicere meretricem Hoſſeæ copulatam matri
monio, *Fac tibi filios fornicatorum*. Non eſt ſenſus, quòd fornica
ta ſit poſt matrimonium hæc mulier, ſed bifariam poſſumus
diſpungere, vt egregiè obſeruat Diuus Hieronymus, Primò,
quod fornicariæ priores de fornicatione ſuſceptos recipiat
filios. Deinde quòd ex meretrice generet filios. Qui idcircò
fornicationis appellantur filij, quòd ſint de meretrice gene-
rati. *Quia fornicans fornicabitur terra à Domino.* Rationem reddit
Deus Opt Max ob quam tam acerbam rem iuſſerit ſuo va-
ti, nempe ducere vxorem fornicariam, non quia contempſe-
rit honorem eius, & bonæ opinionis candorem, ſed ad ſigni-
ficandum, Iudæos receſſiſſe à cultu Dei ſui, & adoraſſe deos
alienos. Et cum prophetæ vti ſoleant verbis, & ſignis, nunc
ſignis agitur: quia efficaciora ſunt, & vehementiora ad com-
mouendos hominum animos. Propheta Hoſſeas refert Deũ,
vxor fornicaria Synagogam, filij fornicarij Iudæos, quos ge-
nuit Synagoga. Sed literam diſpungamus. Non inquit, *For-
nicata eſt terra à Domino*, ſed *Fornicans fornicabitur*, vt grauitatem
peccati detegat, quam ſolent vates ob oculos noſtros pone-
re ad maiorem terrorem. Obſeruandum enim eſt, hunc lo-
quendi tropum per verborum repetitionem frequentiſſimũ
eſſe apud Hebræos, vt Expectans expectaui Dominũ, Exul-
tatione exultabunt, Benedicens benedicam, Eũtes ibãt, atq;
hic, *Fornicans fornicabitur*. Et ſignificat, vt egregiè obſeruat Eu
thy. intẽſionẽ quandã, & validiorẽ ſentẽtiæ cõfirmationẽ, vt
*Euthym.* Videns vidi, id eſt, optimè vidi, Cognoſcẽdo cognoui, id eſt,
*Pſal. 39.* exquiſitè cognoui: Benedicens benedicã: id eſt, præſtabo ma
*& Pſ. 131.* gna abundantia, vel cumulatiſſimè benedicã. Sic & apud Ge-
neſim pro multiplicabo ærũnas tuas, Hebraice eſt, multipli-
*Gene. 3.* cando multiplicabo, id eſt, cumulatiſſimè multiplicabo. Et
apud Exodum, vidi afflictionem populi mei, Hebraice eſt,
*Exod. 3.* videndo vidi, id eſt, omnino vidi: Sic, *Fornicans fornicabitur*, id
eſt, fœtidiſſimè, ſeu multum eſt fornicata, vel valde ſcortata.
Obſeruauit & hoc Diuus Hieronymus in c. 16. Ezechielis,
dicens: Duplicatio pondus facit orationis: vt Decora facta
es vehementer nimis: eo quod ad pulchritudinis magnitu-
dinem, addi vltra nihil poſſit. Præterea animaduertendum
eſt; Dominum vſum eſſe futuro tempore, non præſenti. Non
enim



enim ait: *Fornicans fornicatur*, ſed *Fornicans fornicabitur*, quod nõ
tàm temporis, quàm aſſeuerationis, & certitudinis rationem
habet. Nam cum quid, aut certiſſimum eſſe, aut perpetuum,
aut in cõmuni vſu, & conſuetudine poſitũ ſignificare volunt
Hebræi: id futuri temporis verbo annuntiant. Ad hæc, ob-
ſeruandum eſt, non dici, *Fornicans fornicabitur homo*, ſed *terra*.
Non eſt dubium, quin per terram homines intelligat Scri-
ptura ea figura: quam Græci metonymiam appellant, tum
quia homines terram incolunt, tum quia ex terra ſunt fabri
cati. Sic Pſal. 63. Omnis terra adoret te Deus, id eſt, omnis *Pſal. 63.*
homo. Et apud Iſaiam: Auribus percipe terra, id eſt, homo. *Iſa. 1.*
Cauſam tamen ob quam hic Scriptura, & multis aliis locis
homines terram vocet, non erit ab re querere. Opinor au-
tem, homines terram appellari ad augendam criminis ma-
gnitudinem, & fœditatem: atque hominum ingratitudinem.
Ac ſi ante oculos noſtros poſuerit contemplandos, quinam
ſint: qui fornicantur: non vtique creatura cœleſtis, ſed terre-
na: quæ omnium infima eſt. Conſidera etiam à quo fornica- *Fidei for-*
tur, nempe à Deo: qui excelſiſſimus eſt, & terra ſcabellum *nicatio.*
pedum eius. Neque inquit, Omnis terra, ſed terra. Demus
hoc Hieronymianæ expoſitioni. Poteſt, inquit, ex eo; quòd *Iſa. 66. a.*
non eſt additum, omnis terra, nunc Iudæa accipi: vel propriè
Samaria, & Iſrael, id eſt, decem tribus: quæ eo tempore, quo
hæc dicebantur: à Domino receſſerant. Gloſſa tamen ordin,
ſolum decem tribus intelligit per terram, non autem Iu-
dæam. Parum refert, ſatis eſt, intelligamus non omnem ter-
ram fuiſſe fornicatam, ſed aliquam, quod obſeruatione di-
gnum eſt ad componendos mores: vt poſtea dicemus. *Forni-
cationem* vero hic vocat idololatriam. In quem modum cre-
bro ſumitur in ſacris Bibliis, vt apud Ezechielem; Tu autem *Ezec. 16.*
fornicata es in nomine tuo, id eſt, coluiſti idola: Idem apud
Ieremiam, Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. *Ierem. 3.*
Atque apud Numeros ob vitulum aureum à populo adora- *Nu. 4. f.*
tum inquit Moſes, Filij veſtri portabunt fornicationem ve-
ſtram, id eſt idololatriam. Obſeruant etiam Hebræi non ſo-
lum idolorum cultum appellari fornicationem, verume-
tiam omnem à Deo receſſum, & rebellionem. Sed perſpi-
cuum eſt: hic ſumi fornicationem pro idololatria, quod &
ſequentia demonſtrabunt.

*Obſeruationes ad mores.*

Vade,id eſt,celeriter,& ſine mora. Bone Deus,
cur tantam celeritatem poſtulas à vate tuo?
Quid quæſo magis eget moroſo cõſilio,quàm
ſtatus electio?Quod ſi in omni ſtatu:anteaquã
homo deliberet,præcedere debet conſultatio:
& animo reuoluendum prius eſt,quod eligere vult: quanto-
maius cum de matrimonio agitur,quod onus grauiſſimum,
ne dicam,importabile eſt?Audi quid Socrates reſponderit,
interrogatus à quodam adoleſcente,vtrum melius cenſeret,
*Coniugij* vxorem ducere,an non ducere? Vtrũque feceris, pœnitebit:
*comites.* indicans coniugium magnas ſecum ferre moleſtias, ad
quas perferendas prius eſt animus præparandus. Matri-
monium nãque comitatur perpetua ſollicitudo, iuges vxo-
ris quærelæ, dotis exprobratio,affinium graue ſupercilium,
garrula ſocrus,incertus liberorum euẽtus,aliaque innume-
*Gene. 4.* ra incommoda. Teſtes huius rei ſunt Lamech ab vxori-
*Gen.16.b.* bus obiurgatus:Abraham reprehenſus à Sara ob Agar,& du
*& c.21.b.* re accipiens,quod vxor Sara eiiciat è domo ſua Iſmaelem:
*Iob.2.c.* Iob audiens à coniuge,Adhuc permanes in ſimplicitate tua
*2.Re.6.d* benedic Deo & morere.Demum Dauid:vt multos prætereã,
*1.Cor.7.e* deſpectus à Michol. quid plura?Propterea inquit Apoſtolus:
Tribulationẽ carnis habebunt huiuſmodi.Solutus es ab vxo
re, noli quęrere vxorem.Reddit autem grauius hoc pręceptũ
optime Deus eſſe primũ quod iubes.Cur Domine tam durũ
*Simile.* primum imponis iugum?Precipe quid mitius:vt poſtea æquo
animo ferat maiora.Nã quẽadmodũ exiguus ignis extingui
tur magna ſuperpoſita ſtrue lignorum:ſic ſpiritus hominis
ſuffocatur,ſi in principio grauia iniungantur præcepta:vnde
adoleſcenti quærenti:Quid faciendo vitam æternam poſſi-
debo?nõ primum dixiſſe: vende quæ habes,ſed quod leuius
erat:Serua mandata.Hinc & apud Iſaiam de Meſſia dicitur.
*Iſai. 42.* Linum fumigans non extinguet,hoc eſt,imbecillitatem: &
fragilitatem conſiderabit,atque infirmitatem hominis attẽ-
det,ne ſcintilla ſpiritus,quæ ardere inceperat,ingenti conge
rie lignorum iniecta,pereat, paulatim ſufflabit: & minuta
imponet donec ignis vires ſumpſerit,& potis ſit maiora cõ-
burere. *Principium loquendi* ais: & quaſi non ſit difficile fa-
ctu, in principio præcipis. *Vade ſume vxorem fornicariam.*
Quid acerbius iniungi poterat, quàm alienos eoſque ex
fornicaria natos,in proprios recipere filios? Quid durius,
quam ducere in vxorem meretricem? Et quod amplius
demiramur,eſt,ad tantum onus ferendum celeritatem po-
ſtulare



ſtulare. Cur tantam celeritatem poſtulas ad exequenda
tua mandata? Duo hic inuenio implicata: Alterum eſt,
voluiſſe Deum noſtram, hoc facto reprehendere ſegni-
tiem,& torporem noſtrum qui nimium deſides ſumus ad
adimplenda eius mandata, quantumuis leuia ſint. Sub-
iiciamus oculis noſtris grauitatem iſtius præcepti, & ce-
leritatem exquiſitam à Domino: vt excutiamus omnem
torporem,& promptitudinem Hoſſeæ imitemur. Vidiſti vi-
rum velocem in opere ſuo? inquit Sapiens: coram regi-
bus ſtabit, neque erit ante ignobiles. Exhibe igitur te
velocem ad faciendum, quod tibi præcepit Deus rex cœ-
leſtis, vt dignus ſis quod ſtes coram eo,& non ante ignobi
les dæmones videlicet. Cur præcor non eandem præſtabi-
mus Deo agilitatem ad ſua iuſſa complenda: quam diabo-
lo præſtitimus? Conſcientia noſtra teſtis eſt,quam agiles,
& præcincti ſumus ad patranda peccata. Nondum ira fo-
res animi pulſat & iam illi damus manus,pedes,enſem,lin-
guam,& alia bellica inſtrumenta. Ad primum luxuriæ mo-
tum, fœminam ad explendam libidinem inquirimus. Non
remoramur gulam:ſed quam primum os appetit cibum, tri-
buimus,&c. Cur ergo non eandem Domino aliquid præci-
pienti diligentiam reddemus? Summa igitur ſit. Cùm au-
dis dictum vati: *Vade*, id eſt, celeriter obtempera, dictum
etiam à Deo tibi puta: Exequere ſine mora & feſtinanter
præcepta mea. Competit in Euangelium de Viſitatione Di-
uæ Virginis: in hæc verba; Exurgens Maria: abiit cum
feſtinatione. Cur feſtina abis ô ſacerrima virgo? Cognoui-
ſti certe à Deo poſtulari celeritatem. Vnde Hoſſeæ ait, *Va-
de, &c.* Cæterum, quoniam lapidem mouimus de diffi-
cultate huius primi præcepti impoſiti vati, ne quis ad diui-
nam imitationem acerba in principio conuerſionis homi-
nis ei imponat,quòd maximè ſpectat ad inſtitutos nouitio-
rum in religionibus,qui maiora viribus,incipientibus,& nu-
per conuerſis ſolent imponere. Animaduertant, ſe non eſſe *Indulgen-*
deos:vt poſſint ad ſupportanda onera cõferre peculiare gra- *dum ali-*
tiæ auxilium,ne grauitate oneris ſuccũbant nouitij, ſicut *quando*
Deus proculdubio contulit vati Hoſſeæ. Si id præſtare poſ- *ætati.*
ſent:dicerem illis, quòd Auguſtinus inquit Deo, Da quod
iubes: & iube quod vis. Si autem homines ſunt: & gra-
tiam donare non poſſunt,non vltra vires homines onerent.
Video:paruulis nõnũquã tã grauia imponi,vt ſub eorũ one-
re gemerent fortaſſis gigantes. Conſpicio à plantis denuo

tranſlatis ex de deſerto ſeculi ad hortum religionis : & ab
his, quæ multa irrogatione indigent: ne areſcant , & radices
mittant, perfectiſſimos exquiri fructus. O execrandam cæci
tatem: Bone Deus, quis à tenera ſtirpe, recenſque ſata matu
riſſimos poſtulat fructus? Nonne extremæ dementiæ eſt , id
petere, antequam adoleſcat ? De huiuſmodi hominibus ait
cœleſtis ſponſus: Soror noſtra parua eſt: & vbera non habet.
Quare ergo acſi iam grandæua eſſet : & vbera haberet ad
alios lactandos: illi difficillima præcipimus? Sic cum illis agi-
te, ô fratres mei: vos autem alloquor, qui nouitios inſtituen
dos ſuſcepiſtis in religione : vt Apoſtolus ait. Tanquam
paruulis in Chriſto : ait , Lac vobis potum dedi , non e-
ſcam , nondum enim poteratis. Nec quia in principio rem
grandem : & nimis difficilem præcepit Deus, vati : vobis
relinquit exemplum : vt in hoc ſequamini veſtigia eius,
quando præcipere veſtrum eſt : gratiam autem dare, non
veſtrum, ſed Dei eſt, ad ſuffurendum. *Vade*. Præterea hac vo-
ce inculcat Deus quam diligentiam: & ſolicitudinem adhi-
bere debeamus ad extrahendos proximos de miſerando ſta-
tu peccati. In quo negotio nũquã procraſtinandum eſt, ſed
cum ingenti celeritate illis ſubueniendum eſt : quando in
*Deut. 9.* magno periculo verſantur. Audi, quid dicat Moſes ſibi à Do
*B.* mino præceptum: Surge, deſcende cito : quia populus tuus:
quem eduxiſti de Ægypto , deſeruerunt viam , quam de-
mõſtraſti eis. Non ait Deus deſcende lente, aut pedetim, ſed
cito : quia quam celerrimè danda eſt opera , vt vulnus pec-
*Iſai. 8.* cati ſanetur. Hinc apud Iſaiam dicitur: Meſſiæ nomen eſſe,
*A.* Accelera, ſpolia detrahere: feſtina prædari. Quæ ſunt hęc ſpõ-
ſalia , niſi homines vincti ſub diaboli poteſtate ? Quis præ-
dandus, niſi dæmon? At hæc ſpolia non cunctatur detrahet
Meſſias, ſed cum ingẽti acceleratione, & feſtinatione. Quor-
ſum cum acceleratione? Quia talis eſt peccati ſtatus : vt ti-
mendum ſit, in eo permanere. Agnouit hoc Apoſtolus : ac
propterea ait , Deus paucis conteret ſatanam ſub pedibus
veſtris velociter. Cur velociter ô Apoſtole? Quia cito adero,
vt opem feram ad conterendum Satanam. Non enim decet,
*S. Tho. 2.* moras trahere ad illum conterẽdum. Hinc & D. Tho. ait, nec
*2. q. 62.* per modicũ tẽpus licere in peccato morari: & quẽlibet teneri
*art. 8.* peccatũ ſtatim deſerere, iuxta illud. Quaſi à facie colubri fu-
*Eccle. 3.* ge peccatum. Venuſtiſſima certe ſimilitudine explicat Sapi
ens, q̃ celeriter exeũdũ ſit hominib. de horrẽdo peccati ſtatu.
Quẽadmodũ. n. ſi quis à vipera mordeatur, ſtatim ne p eat, re
me: li



media quæruntur, & ſi differantur, actum eſt de percuſſo, In
eũdẽ modum, quã primum ſerpens antiquus vulnus inflixit *Immorari*
animæ quęrẽda eſt medicina, ne miſer homo incurrat mortẽ *peccatis im*
gehẽnæ. Hinc diſces, quorſum in ſacris Bibliis diabolus vo- *medicabi-*
cetur ſcorpio, vipera, regulus volãs, aſpis draco, &c. nempe *le vulnus.*
quia non ſecus, vt inflicto vuneri ab his venenatis ſerpenti-
bus ſtatim mederi conaris ob ingens periculum mortis im-
minens: Sic homo ne intereat morſibus diaboli qui peccata
ſunt debet ſedulo, & ſine mora adhibere medicinã. Hinc gra
uiſſimi doctores vltra periculũ decedendi in lethali crimine
ac conſequenter æternæ dãnationis, quærunt, vtrũ quotieſ-
cunq; peccatũ memoriæ occurrerit: homo illud deteſtari, ſi *Aſſidua*
non fuerit contritione dilutũ, & reſpondent Alexander de *peccati cõ-*
Ales. 4. p. q. 68. memb. 2. art. 2. & Richardus in. 4. diſt. 14. art. *tritio.*
9. q. 1. Gabriel eadem diſt. ac multi alij , quod quotieſcun-
que peccatum cõmiſſum memoriæ ſe practicè offerat, tene
tur homo de illo dolere etiam ſi remiſſum fuerit, & à fortio-
ri ſi non fuerit remiſſum. Tunc autem practicè peccatum
memoriæ occurrit, quando aut tanquam opere exequendum
aut tanquã delectatione in eius cognitione ſiſtendo occur-
rit. Quam ſententiam videtur etiam amplecti Diuus Tho-
mas in. 4. diſt. 17. q. 3. art. 3. quæſtiunc. 4. Ait enim quod ho-
mo tenetur ad contritionem, quando peccata memoriæ oc-
currunt, præcipuè: dum in periculo mortis exiſtit. Scio Caie
tanũ Quolib. 2. q. 3. diſtinctionẽ adducere quod præceptũ de
cõtritione partim eſt affirmatiuũ, partim negatiuũ, ac dicere
quòd quatenus affirmatiuũ obligat ad actũ ſcilicet ad do-
lorẽ ſemper, ſed nõ ad ſemper, ſicut & cætera præcepta affir-
matiua nempe in caſu neceſſitatis, vt cum quis adminiſtrat
vel recipit ſacramentum, vel in articulo mortis. Quatenus
autem eſt negatiuum, obligat ad non manendum in inimi-
citia Dei ſemper, & ad ſemper, & ad ſtatim, ſicut & alia præ
cepta negatiua. Video etiam: fratrem Dominicum de Soto,
virũ non minori pietate quam doctrina inſignem, negare, eſ-
ſe præceptum peculiare de contritione, in. 4. diſt. 17. q. 2. ar.
6. atq; in hac ſententia ſecutum eſſe ſaltem ex parte doctiſ- *F. F. Vi-*
ſimum magiſtrum ſuum fratrem Franciſcum de Victoria, *ctoria. cõ-*
qui præ cæteris doctoribus ſcholaſticis noſtri ſeculi bene- *mendatio.*
meritus eſt de doctrina ſcholaſtica. Is enim quaſi conſepul-
tam iam grauiſſimi , ac piiſſimi doctoris Diui Thomæ do-
ctrinam iterum ſuſcitauit, & laruas illas barbaricas meritò
e 3 diſpiciendas

deſpiciendas longe ab ſchola relegauit, quamuis non de-
fuerint eiuſdem magiſtri de Victoria diſcipuli tanto magi-
ſtro digni, qui ab eius opinione diſſenſerint, & fuerint ſecu-
ti aliquo pacto Alexandrum, Richardum Gabrielem, ac cæ-
teros contrariæ factionis à nobis citatos. Imo inter Victoria
& Soto vti tetigimus diſcrimen eſt. Victoria enim omnino
negat eſſe aliquod præceptum de contritione. Vnde ex eius
ſententia, qui nunquam pœnituerit patrati criminis letha-
lis, damnabitur quidem ob illius commiſſionem, ſed non
quia non pœnituit. Soto vero incluſam, & implicatam eſſe
ait contritionem ſub præcepto de confitendo ſemel in an-
no, & in articulo mortis. Cæterum nos de contritione quæ-
rimus à totogenere, & in communi, non arctando illam pro
tẽpore legis Euangelicæ, ſed abſolutè loquendo, in quolibet
tempore, etiam legis naturæ quærimus, an fuerit præceptum
de contritione, & quando obligabat? Et media via nobis in-
cedendum eſſe iudico. Dicere enim cum Alexandro, & eius
ſequacibus teneri hominẽ ad contritionem peccati etiam ſi

*Refutatur ſententia Victoris de contritione*

fuerit dimiſſum, rigidum eſſe opinor. Aſſerere autem nullũ
de contritione eſſe præceptũ, vt aſſerit Victoria, cum bona
venia tanti viri, cuius pedibus humiliter me proſterno, à ra-
tione alienũ duco. Dicendum igitur eſt, ſemper fuiſſe pecu-
liare præceptum de cõtritione. Hæc quidem ſententia mihi
magis arridet, quã & vnica ſolum ratione probabo, ne lon-
gius diuager. Pœnitentia, vt ipſe frater Dominicus de Soto
multis in locis fatetur, virtus eſt ſupernaturalis, quatenus de-
teſtatio eſt offenſæ Dei non ſolum in lege Euangelica, ve-
rum etiam in lege veteri, imo in lege naturæ neceſſaria, quã-

*Iob. 22. a. Ierem. 8. & 18. Ezech. 18*

do illa oſtendebat, Deũ aliquibus ſacrificiis eſſe colendũ, ac
humanis ſceleribus offendi quãobrẽ & de eius offenſis dolẽ-
dum, & pœnitendum. Et lex ſcripta toties inculcat, Agite
pœnitentiam, vt apud Iob, Ieremiam: Ezechielem, reliquos-
q; vates. igitur aliquod tempus aſſignandũ eſt in lege natu-
ræ: & in lege veteri, in quo virtus hæc in ſuos exeat actus, &
operationes. Quæro ergo à doctiſſimis viris Victoria, & Soto
in lege naturæ, & ſcripta quando obligabat? Certe non eſt
recurrendum ad auricularem confeſſionem, quæ ſemel in
anno eſt ſub præcepto tantũ in lege Euangelica: non autem
in lege naturæ, & ſcripta. Dicere quod obligabat tunc, immi-
nente articulo mortis, aut caſu neceſſitatis, neſcio, quis tam
cæcus ſit, vt non videat hoc eſſe ſubterfugere non ſoluere
argumentũ. Demus hominẽ eſſe, qui non incurrat caſum ne-
ceſſitatis



ceſſitatis, quod maxime poſſibile eſt, mirum eſſet ne dicam
riſu dignum, hunc hominem non eſſe obnoxium pœniten-
tiæ, vſq; ad extremam vitæ lineam, ac dari in homine virtu-
tẽ, quæ ſolum in articulo mortis in ſuos prodeat actus, cum
in lege Euãgelica fateantur, præceptum eſſe ſemel in anno
& in articulo mortis de pœnitentia. Cur quæſo ſemel in an-
no, in lege gratiæ magis eſt ſingulare præceptum, de con-
tritione, quam in lege veteri? Num quia hoc tempore magis
ſunt obliuioſi, & minus pollent homines memoria? aut quia
hoc tempore Euãgelij grauiora committuntur peccata,
quam in lege ſcripta, ac ideo celeriori egent remedio?
Certè ſicut ſemel in anno dicunt præceptum de contritione
obligare, idque iuſtiſſime, ita in lege ſcripta differre illud
vſque ad mortem, iniuſtiſſimum iudico. Ante igitur mortem
aſſignandum eſt tempus peculiare præcepto de pœnitentia
congruum.

Hæc ratio me compellit vna cum conſuetudine Scriptu-
ræ ſacræ: tenere, ſemper fuiſſe præceptum peculiare ab aliis
diſtinctum de contritione. Sed quæres, Quando ergo obli-
gabat? Reſpõdeo quando memoriæ occurrebant peccata nõ
dimiſſa. Atq; ne homines omnino ſua obliuioni traderent
crimina, benignitas Dei, vel per ſe ſolum ob oculos illa ho-
minibus obiiciebat contemplanda, vt illa deteſtaretur, vel
vates mitebat, qui in memoriam reuocarent. Quis dubitat

*Peccati memoria renouatio doloris.*

dicente Nathã Dauidi peccatum, quod patrarat aduerſus V-
riam, ſi rex non pœnituiſſet, ac doluiſſet, reſpondens: Pecca-
ui Dño, nouum de impœnitentia commiſiſſe peccatum, ac
illum punitione dignũ. Quis non videat, cum Dominus ait

*2. Reg. 12*

apud Ieremiam, Nullus eſt, qui agat pœnitentiã ſuper pec-
cat ſuo dicens quid peccati impœniteniæ arguere Iu-
dæos? Si enim ad poſtremum vitæ diem poſſent reſer-
uare contritionem, non quæreretur Dominus antea
de hominum impœnitentia. Vnde diuus Hierony-

*Ierem. 8.*

mus hunc locum explanans ait, Nec ſufficit eis contra
Dominũ dereliquiſſe, & locutos eſſe blaſphemiam, ſed om-
nes inſtar equorum, & feruido curſu ad prælium ruentium,
nõ recogitant ſuper peccato ſuo. Igitur quotieſcunque Do-
minus per ſe: aut per ſuos vates peccata hominum comme-
morabat, propterea commemorabat: vt illis inſpectis, dole-
rent, quod ſi facere neglexiſſent, nouum contraxiſſe pecca-
tum omiſſionis de non pœnitendo, certo credo.

Accedit his:feſtum Expiationis ſemel in anno celebrari: vt ex cap.16.& 23.Leuitici conſtat,in quo peccata vniuerſa & omnes iniquitates filiorum Iſrael confitebatur ſacerdos imponens ſuper caput hirci emiſſarij:à Dominóq; præcipi filiis Iſrael,Affligetis animas veſtras.Ac rurſum ſacerdotibus:Erit vobis hoc legitimum ſempiternum vt oretis pro filiis Iſrael,& pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno.Quę omnia non ſolum Hebræi,verum etiam & noſtri expendentes hunc locum,referunt eò tendere,vt male actorum Iudæos pœniteret,& pro cõmiſſis veniam impetrarent. Vnde Abulenſis optime ait feſtum expiationis eſſe ob expiationem verorũ peccatorũ quãtum ad culpam,& quantum ad pœnã: eo quòd ſecundum leges huius diei inducebantur homines ad dolendum de peccatis ſuis cum deberent omnes affligi in illa die,vt habetur in litera,& etiam quia in illa die homines orabãt pro remiſſione peccatorum ſuorum.Hæc Abulenſis,cui & Lyranus conſentit dicens, Confiteatur ſacerdos omnes iniquitates filiorum Iſrael,nõ explicando omnia in particulari,quia impoſſibile erat tunc fieri,tum propter breuitatẽ tẽporis,tum quia ſacerdos non omnia peccata populi ſciebat:ſed in generali,ſicut facimus in cõfeſſione facta in principio Miſſæ.Diuus etiam Auguſtinus libro de Speculo peccatoris explanans hæc verba Leuit.23. Omnis anima quæ nõ fuerit afflicta die hac, ait: Notanda ſunt attentius verba iſta diuina.Anima inquit,quæ non fuerit afflicta,ſubaudi,per diſciplinam:per morum correctionem:per pœnitẽtiæ ſatisfactionem,per cordis contritionem,per conſcientiæ purificationem.Ecce quã apertè Auguſtinus locũ Leuitici citatum explicat de pœnitentia.Demũ & D.Tho.1.2.q.102 ar.4.ad 9.ait,Per feſtum expiationis, ſignificatur emundatio à peccatis populi Chriſtiani.Igitur in ea vmbra, ſiue figura aliquid erat cõtritionẽ implicãs,cum inter rem,& figuram debeat ſeruari proportio,& ſimilitudo.Hæc fuſius quã inſtitueram,ſum proſecutus,quoniam frater Dominicus de Soto nagat,citatis capitibus Leuitici.16.&.23.eſſe incluſam peccatorum contritionem,cum omnes expoſitores eorum & ipſe textus reclament.Neq; quod adducit doctus vir,per afflictionem ſignificari,nõ peccatorum contritionem,ſed ieiunium,& corporis macerationem,eſt ad rem:cum ieiunium & corporis maceratio ſint opera pœnalia, ac conſequenter ſatisfactoria pro peccatis.Ieiunium ergo, & maceratio aperte detegunt contritionem. Vno itaque verbo, In feſto expiationis

*Leuit.c.16. & 23.*

*Auguſti. tom.9.li. de ſpeculo peccatoris.*



expiationis præceptum erat de contritione.

Sed,eſto:non ſit peculiare præceptum de contritione,quis queſo:diu audet tam crudelem hoſpitem, quantum eſt peccatum,intra cordis penetrale retinere?Quis mentis compos ſaltem cõtritione non diluet peccatũ,iam quod differat cõfiteri vſque ad tempus præfixum ab Eccleſia? Audiant iſti homines qui adeo ſunt vecordes,& ſuæ ſalutis immemores Dominum dicere,Vates hoc eſt celeriter , vt periculum,in quo peccator eſt detegat,Quadrat obſeruatio in Euangeliũ feriæ.6.poſt Dominicam 3 Quadrageſimæ in hæc verba,Ieſus autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem. Cur pientiſſime Ieſu fatigaris itinere? Cur concito gradu properas ad mulierẽ peccatricem Samaritanã? Certe vt doceas adhibendam celeritatem vt peccatores à peccati via reuocemus.Sic etiam properabat ad diſcipulos ſuos euntes Emaus,dicitur enim,Appropinquabat autem illis,cum iam deſperauerant.

*Peccatum animæ crudelis hoſpes.*

¶*Sume tibi vxorem fornicationem.*Scriptum,eſt Nimis honorificati ſunt amici tui Deus,quare ergo ſic deſpicis tui vatis honorem,vt ei iubeas ducere meretricem vxorem?Quid præcipere poteras,quod maiorem notam honori tui vatis inureret?Decet ne,ſeruos tuos tantũ deiici? Decet,vt hinc diſcant homines,quanti Deus faciat ſalutem animæ proximorum ſuorum,ſiquidem illi poſt habet honorem famulorum ſuorum.O fœlices homines,qui æquo animo ferunt iacturã ſui honoris,vt proximos ad meliora conuertant.Sic Apoſtolus patitur ſtultum vocari,purgamenta huius mũdi fieri omniũ peripſema,vt proximos ſuos ad Chriſtum alliceret. Sic & ſanctus Moſes proprium cõtempſit honorẽ.Nam promittẽti Deo cumulatius honoris culmen,dicentiq;,Dimitte me:vt iraſcatur furor meus contra eos,& deleã eos, faciam que in gentem magnam,deſpecto tanto honoris apice,dixit orans,Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum: &c.Hæca duertant,qui pro minimo puncto, honoris cuncta ſubuertunt,clamãtes, O honoris mei iacturam,Summa igitur ſit.Docet hoc facto Deus ſalutem proximi præponẽdã eſſe proprio honori.Sic & ipſe Chriſtus ante poſuit, Vocatus námque Samaritanus non ad hoc reſpondit, referens cõuitium,quinimo blande alloquitur,Si quis ſermonem meũ ſeruauerit,nõ videbit mortem in æternum,quærebat enim ſalutem Iudæorum.

*Pſal.*

*1.Cor.4.c Peripſema id. e.recrementũ.*

*Exodi.32.*

*Pro Dominica in Paſſione.*

*Quia fornicans fornicabitur terr* .aRationem reddit , cur eam

probroſam rem iuſſerit. Non ergo temere, & ſine cauſa præ-
cipit. Redarguit eos homines, qui non ratione, ſed ſola vo-
luntate ducuntur, dicentes, Sit pro ratione voluntas, à qui-
bus ſi quæras, quare aliquid præceperint, non erubeſcũt reſ-
*5. Ethic.* pondere, Quia ſic volo, ſic iubeo, O reſponſionẽ indignã ho-
*6.3. de ani* mine rationis participe, cum, teſte Ariſtoſtele, ratio debeat
*ma tex.* in homine dominari. Vnde egregie rurſum ait hic philoſo-
*57.* phorũ princeps, rationem moueri ab appetitu, atque ab ipſo
vinci, motum eſſe contra naturam. Erubeãt ergo, qui ſine
ratione mouentur, agere quicquam contra naturam, & au-
diãt? Deum, qui nihil ſine ratione agere poteſt, rationẽ red-
dere ſui facti, ſiue præcepti. Admonet preterea hæc rationis
redditio, non eſſe omnino & ſine cauſa honorẽ profunden-
*2.2.q.103* dũ, & deſpiciendum. Eſt enim honor, vt inquit diuus Tho-
*ar.1.ad 2* mas maximum bonum inter bona externa, quem nõ ſolum
*8. Ethi. c.* omnes appetunt: verum & inter iucundiſſima cenſent, ſi A-
*8.* riſtoteli fides eſt adhibenda. Quod & Aſſertor noſter docuit
*1. Retho.* quando inhonoratus conquæſtus eſt. Vos inhonoraſtis me.
*11.* Certè ſi nihil pendendus eſſet honor, Chriſtus non protu-
*Ioan. 8.* liſſet, Vos inhonoraſtis me.

¶ *Fornicans fornicabitur.* Conſueuit Deus Opt. Max. vindi-
ctam ab hominibus ob eorum peccata ſumpturus, prius ſuã
iuſtificare cauſam, atque patientiam, & longanimitatem ſuã
ob oculos noſtros ponenere, tum vt iuſte punire cognoſca-
mus, tum vt frænet hominum pronitatẽ, qui nimiũ faciles
ſunt, ne dicã, præcipites ad puniendũ delinquentes. Hinc
multitudinẽ peccatorum huius populi recenſet, eoſq; diu ex
*Gen. 6.* pectaſſe cõmemorat, dicens: *Fornicans fornicabitur*, hoc eſt non
ſemel aut iterum eſt fornicata, ſed multum creuit eorũ for-
nicatio, iam inundauit eorum peccatum. Sic apud Geneſim
mundum aquis euerſurus, quid pertulerit, patefacit Scriptu-
ra, Vidẽs, inquit, Deus, quod multa malitia hominum eſſet in
terra, & cũcta cognitio cordis intenta eſſet ad malum omni
tempore, pœnituit eum, &c. Non inquit, videns quod mali-
tia, ſed: quod multa. Neq; inquit aliqua cogitatio, ſed cun-
cta, neque aliquo tempore ſed omni Ac ſi apertius dicat, Si
*Iſai. 42. c.* non tanta eſſet malitia ac tantũ inueterata, diſſimularem,
amplius expectarẽ. Sed quid vltra ferã, & diſſimulẽ: Sic & a-
pud Iſaiã magnitudinę ſuę patiẽtię demõſtrat, Dñs ſicut for-
tis egredietᷣ, ſicut vir pręliator ſuſcitabit zelũ, vociferabitur
& clamabit ſupᷣ inimicos ſuos & cõfortabitur. Tacui ſẽp ini-
micos



micos patiẽs fui, ſicut parturiens loquar. Ac ſi dicat, Nullus
miretur, ſi iã ſæuire incipiam, & gladiũ meæ ſeueritatis exi-
mam nam longam patientiam, æquum eſt, ſequatur & ſeue-
ritas. Inuenies multos: qui vix vnam, aut alteram contume-
liam ferunt, dicentes cum Eſau, En ſupplantauit me altera
vice: *Ya me à hecho dos: no me hara la tercera*, hi nimium vitrei *Bis me of-*
ſunt: quando nõ valent ſuſtinere tertiam iniuriam. Iſti non *fendit nõ*
loquuntur, vt parturientes, in quem modum audis, loqui *teriabit.*
Deum, ſicut parturiens: inquit, loquar. Et quid eſt, loqui ſicut
parturientem? Duo hoc verbo implicauit, dolorẽ videlicet, &
longam patientiã. Nam parturientes, & acerbiſſimo crucian-
tur dolore, & pariunt quod multo antea intus ſeruauerant.
Sic Deus non alacritate perfuſus punit: vt multi faciunt: qui
punitione gaudent: contra quos rurſum ait Deus, dolore cor-
dis tactus intrinſecus, nõ gaudio affectus, Delebo hominem
quẽ formaui: Parit etiam: quia poſt longam patientiam oſtẽ- *Gene. 6.*
det iniquis: quantæ animaduerſionis ſententiam intus in a-
nimo ſeruauerit. Sed quãuis tarditatẽ vltionis pœnarũ gra-
uitate compenſet, non quã primum homines delinquunt,
eos punit, ſed diu expectat, vt conuertantur. Hinc & diuus
Iacobus ait: Sit autem omnis homo tardus ad iram, debet *Iacobi. 1.*
homo ad puniendũ imitari teſtudinis pigritiã, quæ lentiſſi- *Frangat*
me graditur. Eſt namque vera illa ſententia Pittaci philoſo- *Clementia*
phi: Venia vltione melior eſt: quia illa mitis eſt ingenij: hæc *pœnam.*
autem ferini. Hinc etiã & Scriptura cõmẽdat Moſem, quod *Num. 12.*
fuerit mitiſſimus, atque Aſſertor noſter inquit, Si peccauerit
in te frater tuus ſepties dimitte illi Caue autem ô peccator *Luc. 17.*
obſtinate, & time, longanimitate & patientia Dei tui abuti.
Audis enim, poſt longam diſſimulationem eum ad ſumen-
dum ſupplicium eſſe præcinctum. Quod & elegãter ſanctus *Iob 13.*
Iob in his verbis ſignificauit: Deridetur iuſti ſimplicitas,
lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tẽ-
pus ſtatutum. Quid enim hic vocat ſimplicitatem niſi pa-
tientiam? Et quis hic iuſtus præcæteris eſt, niſi Chriſtus? De
eo ait enim Zacharias, Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus. Qui *Zac. 9. c.*
bene: vt inquit Gregorius, lampas dicitur: eſt enim lux vera, *Lib. 11.*
quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mun- *Mor. 17.*
dum. Contempta vero eſſe perhibetur apud cogitationes di- *Ioan. 1.*
uitũ: id eſt, ſuperborũ peccatorum: quoniam ad temperatam
huius lãpadis lucem, & radios, quibus illuminare quærit: vt
viam veritatis agnoſcant, & teneant, non comburere, ocu-
los

los claudunt,& duriores fiunt. Audiant tamen iſti, vt con-
tremiſcant:quod ſequitur, Parata ad tempus ſtatutum. Quod
*Pſal. 74.* ſit hoc tempus, dicat ipſe per Pſalmiſtam: Cum accepero
tempus,ego iuſtitias iudicabo. Lampas ergo quæ nunc con-
temnitur,ad ſtatutum tempus ventura pæparatur:quia ipſe
peccata aliquando iudicabit, qui nunc peccantium deriſio-
nes portat,& tanto tunc durius diſtrictionem exerit,quanto
nunc vocandis peccatoribus ſuam lenius patientiam ſter-
nit. Nemo igitur hanc lampadem, cum latet, deſpiciat,ne
contēptores ſuos,cum de cœlo fulſerit, exhoraret. Cui enim
nunc ardet ad veniam,tunc proculdubio ardebit ad pœnam.
Competit obſeruatio in Euangelium pro feſto conuerſio-
nis Magdalenæ,in hæc verba, Mulier quæ erat in ciuitate
peccatrix. Peccatrix,inquit,id eſt, multis peccatis irretita.
*Conuertā-* Non ergo quamprimum peccauerat,puniuit, ſed diu expe-
*tur & vi-* ctauit,vt ad meliorem frugem ſe conuerteret,*fornicans forni-*
*uant.* *cabitur*. Non ait, *Fornicans* fornicatur,aut fornicata eſt,ſed *for-*
*nicabitur*, quo verbo explicat, non ſolum diu peccaſſe, ſed
adhuc permanere in propoſito iniquo peccandi. Ecce quid
maxime Deus reſpiciat,& quærat in peccatore,nempe quod
ponat finem peccatis, non quòd progrediatur vltra. Hinc
*Gen. 11. a.* aduerſus ædificatores turris Babylonicæ exaggerat propo-
ſitum permanendi in peccato. Cœperunt,inquit, hoc facere,
nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere com-
pleant. Et Sanctus Samuel admonet Iudæos, ne in peccato
*1. Reg. 12.* perſiſtant,dicens, Si perſeuerauiritis in malitia,& vos,& rex
*d.* veſter pariter peribitis. Ac rurſum Deus comminatur: Erunt
in vaſtitatem & in rapinam cunctis aduerſariis ſuis,eo quod
*4. Re. 21.* fecerint malum coram me, & perſeuerauerint irritantes
me. Demum obſerua:quid dicat apud Ezechielem, Ego vias
tuas in capite tuo dedi,& non feci, iuxta ſcelera tua in om-
*Eze. 16. e.* nibus abominationibus tuis:hoc eſt, puniui te, ſed adhuc
maiora ſupplicia merebaris, non tamen pro meritis pœnas
reddidi?ſolum enim quærebam:vt reſpiceres. Vnde pro his
*Dei miſe-* verbis, Non feci iuxta ſcelera tua in omnibus abominatio-
*ricordia* nibus tuis,ex Hebræo ſic vertere poſſemus: Ne perficeres ne
*mitius de-* farium cogitatum tuum omnibus abominationibus tuis.
*lictis pu-* Quemadmodum quamdiu nauis mare ſulcat,& per æquora
*nit.* ferrur,à ventis impetitur:& procellis iactatur: donec in por
*Simile.* tum penetret, vbi ſecura eſt,& ab omni periculo immunis:
Sic homines,dum vlterius nauigant mare criminum ama-
riſſimum,à Deo concutiuntur tempeſtate calamitatum, vt
peccare



peccare deſinant. Hinc Iſaias ait, Cor impij quaſi mare fer-
uens,quod quieſcere non poteſt. Et diuus Gregorius: Dum
adhuc licentia ſupereſt, eius iram,qui vbique eſt, mores in *Lib. 10.*
melius commutando fugiamus,ſolum quippe animaduerſio *Moral. c.*
illa non inueniet,quem correctio abſcondit. Sic mulier Cha- *17.*
nanæa à finibus tyri,& Sidonis prius egreditur,quam adeat
Chriſtum, pro filia miſericordiam conſecututa, vt nos
diſcamus à peccatis ceſſandum, ſi veniam conſequi volu-
mus.

¶*Fornicabitur terra à Domino*. Metonymicos hominem ter-
ram vocat:vnde idem eſt dicere, *Fornicabitur terra*, quod For-
nicabitur homo. Emphaſim tamen habet vocare hominem
terram. Nam hoc verbo,& exaggeratur Dei patientia,& de-
tegitur contumeliæ Deo irrogatæ magnitudo. Solent homi-
nes:cum afficiuntur iniuria,coniicere oculos in contumeliæ
illatorem:atque ex eius abiectione iniuriam ſibi illatam ex-
tollere,& magnifacere,ne dimittant,aut condonent. Et quē- *Simile.*
admodum libra quo alteram lancem habet magis deiectam,
eo altera magis ſurſum effertur, Sic quo perſona contume-
liam inferens eſt inferioris conditionis, eo iniuria cenſetur
grauior:hominémque reddit difficiliorem ad indulgendum,
& promptiorem ad vindicandum ſe. Audiant iſti; qui adeo
ſunt delicati:quis Deo contumeliam ingerat, terra videli-
cet,quæ omnium creaturarum infima eſt,quæ indigna etiam
eſt ob tam latum diſcrimen perſonarum connubio tanti Do *Terra a-*
mini exercituum. Hæc fidem non ſeruat Deo ſuo. Nec ſe- *dultera.*
mel aut iterum diſimulauit adulterium, ſed millies iſtius
impudicæ meretricis indignæ tot ac tantis beneficiis: quot
in illam contulerat. Nullus ergo nobilitatem ſuorum maio-
rum obiiciat,ne ignoſcat,non diuitias opponat, vt ſe vindi-
cet, &c. Ecce Deus nobilior,potentior,ditior,&c.& diu per-
tulit contumelias,eaſque grauiſſimas,quod vt cognoſcas, eas
vocat fornicationes. Occludat etiam aures ſuggerenti ge-
neris amplitudinem:opes perſonæ conditionem:,vt ad vin-
dictam excitet,proponens ſibi etiam præter Deum ſuum, i-
mitandum regium Pſaltem, cui cum Abiſai conferens am- *2. Re. 16.*
plitudinem regiam cum abiectione Semei conuiciantis Da-
uid,diceret vt ad vindictam alliceret, Quare maledicit ca-
nis hic moriturus domino meo regi? Vadam,& amputabo
caput eius. Reſpondit Rex, Quid mihi & vobis eſt filij Sar-
uie? Dimitte eum,vt maledicat:&c. Docuit etiam non com-
mouendum hominem ad vindictam,potentia,& diuitiis, &
generis

*Plin. lib. 11. c. 16. & 17.*
*Princeps duvo caveat incliٙtus uestro.*

generis ſplendore, ipſa natura: dum regem apum præ cæteris apibus edidit forma egregia, duplo maiore, ac multum nitore differentem, non aculeo, ſed ſola armatum maieſtate. Cur quæſo, apum imperatori natura aculeum negauit, cum pluribus dotibus, quam cæteras apes illum ornauerit? Certè vt doceat, quo quis eſt potentior, & maior, eo ad vindictam decere eſſe magis inermem. Quadrat in Euangelium feriæ ſextæ ante primam Dominicam Quadrag. in hæc verba, Diligite inimicos veſtros. Quid ſi multas arrogauerit contumelias? Quamuis millibus affecerit iniuriis: ſiquidem audis Deum multas pertuliſſe. Quid ſi iniuriarum illator ſit multo inferioris claſſis? Etiam ſi ſit tam vilis, quantum eſt terra, quando legis terram fornicatam à Domino, *Fornicabitur terra à Domino.* Terram vocat peccatores, iniqua peccandi cōſuetudine irretitos, non homines, cum homines ſint: quia indigni ſunt: quod homines vocentur, qui non ſecundum rationem hominis viuunt. Hinc crebro peccatores terram appellat Scriptura. Cumq; videlicet Deus terram eſſe corruptā, ait apud Geneſim. Et explicans de homine peccatore eſſe ſermonem, ſubdit: Omnis quippe caro corruperat viam ſuā, Sic & apud Iſaiam, Auribus percipe terra. Præterea peccatores terram vocat, vt hinc diſcas, cui ſupplicio ſint obnoxij, nempe quòd deuorandi ſunt à ſerpente inferni iuxta ſententiam latam apud Geneſim: Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Per terram enim diuus Ambr. & Chryſoſt. peccatores intelligunt: quos deuorat diabolus. Tertio Terram vocat peccatores obſtinatos: vt hinc cognoſcamus eos, velut viles deſpiciendos: conculcandos, & floccipendendos. Quid enim vilius terra, quam pedibus calcamus? Hinc apud Ieremiam dicitur, Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Quadrat in Euangelium de Purificatione diuæ Virginis, in hæc verba: Ecce homo erat in Hieruſalem; & homo iſte. Cur bis repetit Simeonem eſſe hominem? Vt ſcias non vocandum terram, perinde ac peccatores indignos nomine hominis, non eſſe cibum ſerpentis antiqui, ſed dignum angelorum conſortio: non contemnendum, ſed maxime honorandum.

*Temer. homimis nomen ſibi vendicat qui non ſecundū rationem viuit.*
*Geneſ. 6.*
*Iſai. 1. a.*
*Geneſ. 3.*
*Iere. 2. g.*

¶ *Fornicabitur terra.* Non ait, omnis terra, vt obſeruat diuus Hieronymus, quia tribus Iuda non colebat idola, ſed verum Deum adorabat. Duo hinc hauriuntur ad morum cōpoſitionem, primum, hinc ſplēdet miſericordia Dei: qui arcano ſuo conſilio cum homines ſe ingurgitant peccatis, ſemper aliquos

aliquos



*A peccatorū vorgine ſeruati.*
*Iob. 1.*
*3. Re. 1*
*Philip. 2.*

aliquos viros iuſtos, & ſanctitate fulgentes conſueuit inter iniquos ſeruare, ob quos non funditus peccatores euertit. Sic Noe ſeruatur inter homines multis peccatis implicatos, Loth inter nefandos Sodomæ habitatores, Iob in terra Hus Chaldæorum, Helias cum ſeptem millibus viris, qui non curuauerūt genua ſua ante Baal. Hinc Apoſtolus ait Philippenſibus: Omnia facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus: vt ſitis ſine quærela: & ſimplices filij Dei, ſine reprehenſione in medio nationis prauæ, & peruerſæ: inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, verbū vitæ continētes. Quēadmodū, orta tēpeſtate in mari, aut ob denſiſſimas noctis tenebras, ne homines nauigantes, aut iter facientes pereāt, boni ciuitatis rectores in aliqua excelſa turri ponunt luminaria, ad quorū lucem agnoſcant, qui in periculo ſunt, qua ſibi eundū eſt, & tandē euadant pericula: In eundē modū bonus rector vniuerſi in viris iuſtis, velut in eminentibus turribus verbū vitæ collocat: quod lucerna eſt ſplēdidiſſima. Lucerna pedibus meis verbū tuum, & lumen ſemitis meis, ait Dauid, ad cuius radios oculos conuertentes peccatores degentes in tenebris vitiorū, agnoſcant in quanto periculo ſunt cōſtituti, & qua tendere poſſint in ciuitatē ſupernam Ieruſalem. Atq; huiuſmodi munus præſtare Philippenſes mundo, ait Apoſtolus: hinc etiā in Canticis cœleſtis Sponſus inquit: Sicut liliū inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Aptiſſima ſimilitudine ſignificat: quo pacto ſint viri ſanctitate conſpicui inter iniquos, quēadmddū roſa ſiue lilium inter ſpinas. Quid enim peccatores ſunt: niſi ſpinæ dignæ flāmis, & cōbuſtione? Quid niſi ſpinæ pungentes, & laccrantes viros iuſtos? Cur igitur Deus eas nō vaſtat, & perdit? Quia iuſti ſunt inter eos, velut lilia, & ob lilia diſſimulat aliquando cū ſpinis. Et quēadmodū ſuauis odor roſarū & liliorū abigit fœtorem: ſuáque vincit virtute. Sic candidæ actiones iuſtorum, & orationes ſua fragrātia ſuperant graueolentiā, & putorē peccatorū. Sic de iuſtis inquit apud Ezechielem: In odorē ſuauitatis ſuſcipiā vos. Et in Apocalyp. viginti quatuor ſeniores phialas aureas habent plenas odoramentorū, quæ ſunt orationes Sanctorum. Cur orationes Sanctorum dicuntur odoramenta? Vt intelligas, quid emolumenti conferant peccatoribus: videlicet à conſpectu Domini propellere malum odorem actionū eorū, ne iratus de eis vindictam ſumat. In huius rei typum Rex Salomon in templo fabricauit candelabra aurea: ornata floribus liliorum. Quid enim templum illud adumbrat

*Simile.*
*Nauigantium pharus.*
*Pſal.*
*Cant. 2.*
*Eze. 20. g.*
*Apoc. 5. c.*

niſi

niſi Eccleſiam?Et Salomonem quis dubitat vmbram fuiſſe
Chriſti?In hoc igitur Chriſti templo viri pij,qui candelabra
ſunt lucentia bonis operibus,lilia etiam ſunt quorum odor
ſuauiſſimus fugat fœtorem iniquitatum peccatorũ, ne quis
credat inter iniquos à Domino non ſeruari aliquos viros iu
ſtos.Competit obſeruatio in Euangelium Dominicæ 3.Qua
drageſimæ.in hæc verba,Extollens vocem quædam mulier,
dixit,Beatus venter qui te portauit.Vides enim inter calum
niantes Phariſæos,qui ſpinæ erant aduerſum Chriſtum: ve-
lut lilium pulcherrimum & odoriferum:fœminam prorum-
pere in laudem Chriſti. Deinde hoc verbo,*terra* & non *omnis*
*terra*,implicat Dominus deſpectionem: & contemptum ex-
empli commendabilis.Nam cum terra eſſet,quæ Deum ve-
rum ſolùm coleret:& adoraret vt terra Iuda,adhuc erãt for-
nicantes à Domino Ac ſi dicat Deus:Quis æquo animo fe-
rat terram fornicantem,cum videat illã oculis ſuis terram
non fornicantem,cuius bonum exemplum imitari debuiſ-
ſet?Timeamus fratres mei non amplecti ſanctorum,& pio-
rum hominum exempla: Deo enim rationem redditurі ſu-
mus,cur non probos homines imitemur.

*Flos virtu n vnquã marceſcit: inter vitia*

*¶Et abijt,& accepit Gomer filiam Diblaim,*
*& concepit,& peperit ei filium.*

VErbum *abijt*,diuino dicto ſedulo paruiſſe Pro-
phetam , ſignificat , igentique diligentia Dei
præcepto obediſſe. G*omer* nomen eſt accepto
vxoris: *Diblaim* vero patris eſt nomen,vt anno
tauit Lyranus:vel nomẽ loci:in quo nata fuit:
ſic enim in ſcriptura dicuntur filiæ Ieruſalem , filiæ Sion
mulieres inde natæ, exiſtimo tamen verius , eſſe nomen
patris. Et quoniam in Biblijs Sacris crebræ ſunt pro-
priorum nominum alluſiones ad verba : à quibus illa no-
mina deducuntur , vt Cain interpretatur : poſſeſſio : quia
poſſedi,inquit Eua,hominem per Deum,hoc eſt, cum auxi-
lio Domini:nam cana poſſedit ſignificat:Iudas laudans: quia
te laudabunt fratres tui. Iada enim eſt:laudauit,Eua chaua,
id eſt,vita:quia mater fuit cunctorum viuentium,Iacob,de-
ceptor,ſiue ſupplantatur:quia apprehenſo calcaneo Eſau ip
ſum decepit. Quæ nomina ideo interpretatione adhibita
ſunt poſita quia maximè myſtica ſunt , & huiuſmodi viri
præcipuè

*Antiquorum patrũ nomina plena mi- ſterii.*



præcipuè ſuſtinent typum futurorum. Quæritur,an hæc no
mina *Gomer & Diblaim*,ob aliquod ſignum:& portentum po
ſita ſint,philoſophãtur enim in illis multi ex expoſitoribus.
Et quamuis contendant aliqui , nomina ab hominibus im-
poſita crebro imponi ob recordationem aut præteritarum,
aut præſentium rerum : vt Benoni impoſuit filio recens na-
to mater nomen ob vehementem,ac læthalem dolorẽ, quo
in eius partu angebatur,ob futurum tamen aut rerum , aut
perſonarum euentum dicunt nulla ab hominibus nomina-
imponi,cum ſolus Deus futurorum habeat cognitionem. Vn
de hæc nomina *Gomer & Diblaim*,non ob aliquod ſignum po
ſita fuerunt , nam euentum huius rei ignorarunt parentes,
aut qui eis nomina impoſuerunt.Nihil tamen abſurdi inue-
nio,ſi dicamus dicta nomina,diuino ſuggerente ſpiritu:tum
vxori futuræ Hoſſeæ:tum eius patri,ac nepotibus indita fuiſ-
ſe,licet tunc latuerit arcanum myſterij.Solet enim plerum-
que Deus multa facere:quorum cauſa,cùm fiunt homines la
tet:vt in lotione pedum diſcipulorum contigiſſe videmus,
Vnde petro dixit Chriſtus.Quod ego facio tu neſcis modo:
ſcies autem poſtea. Cæterùm Chaldæus Paraphraſtes facile
ab hoc quæſtione ſe eximit.Nam totum hoc negotium trã-
ſtulit ad allegoriam,& non ita re contigiſſe arbitratur , ſed
hæc nomina *Gomer & Diblaim* , eſſe fictitia,quem ſequuntur
multi etiam ex doctiſſimis Hebræorum:vt iam diximus.*Go-*
*mer* autem dicunt ſignificare conſumptionẽ, & *Diblaim* duas
palatas , id eſt , duas maſſas caricarum. Et obſeruat Diuus
Hieronymus,hanc maſſam caricarum in hunc modum effi-
ci in Paleſtina.Eam in morem laterum figurantes calcant,at
que compingunt vt diu illæſa permaneat, in quem modum
ex Vandalia,ac maximè Corduba afferunt hę ficorum pala-
tæ.In expoſitione vero, & ſignificatione harum rerum non
conueniunt expoſitores.Quidam exiſtimant,his duabus pa
latis adumbrari voluptates corporis & animæ , quæ gene-
nerant: & pariunt Gomer,id eſt: conſumptionem , & interi-
tũ.Ac ſi apertius oſtendat Deus,quid voluptatũ multitudo,
quib.filij Iſrael laxarunt habenas,illis peperit:nẽpe conſum-
ptionem eorum D.Hieron.quẽ ſequitur Rupertus: videtur
intelligere per Gomer Iſraelem conſumatam infornicatione
eſſe,atque perfectam filiam voluptatis,quæ fructibus ſuauis
videtur:& dulcis.Quãobrẽ & filiã *Diblaim* appellatur,id eſt:
caricarum, quæ dulces in guſtu ſunt.Sunt qui in aliud allu-
luſionis genus hanc vocem *Diblaim* detorqueant. Dicunt
f enim

enim ſignificare duas ficus aridas, atque his adumbrari vtrumque regnum Iſraelitarũ, & Iudæorum debile, & viribus exhauſtum, atque ob ſua peccata eſſe arens, & Gomer certum pœnarum genus imminere, ac tandem perficienda ſupplicia, quæ Dominus fuerat comminatus, Gomer namque conſumptionem ſiue perfectionem rei ſignificat. Hęc iam à nobis in vtramquẽ partem diſputata ſunt, quantum attinet ad hiſtoriam, & nullam reiiciamus explanationem, quoniam omnia myſteriis plena ſunt, vt in obſeruationibus dicemus.

¶ *Et concepit, & peperit ei filium.* Certum eſt, non potuiſſe parere, ſi prius conceptio non præceſſiſſet. Quorſum ergo dicitur, *Et concepit?* Quis vnquam vidit partum ſine conceptione præcedente? Significauit Deus, & conceptum, & partum attexens huius fœminæ, ingentem fuiſſe obſtinationem, & duritiem huius populi. Nam cum videret ventrẽ mulieris intumeſcere, atque clamante propheta, ob eius conuerſionem id geri, ductámq; fornicariã, non reſipuerunt. Detegitur etiam hic Dei optimi patientia, qui tam longas eis inducias dedit, vt ad ſe conuerterentur. *Et peperit ei filium*, non filiam, quo innuitur, ſupplicia non leuia, ſed grauiſſima, & longiſſima eſſe huic populo irroganda à Deo. Nam mas ſymbolum eſt fortitudinis, & roboris, ſiquidem maſculorum corpus in omni animantium genere, cum calidius, ac ſiccius ſit natura, plenũ eſt, & quaſi pallium denſum, tum ad viſum, tum ad tactum, & ad quãcunque rem fortius, vt Hippocrates docet. Atque Ariſtoteles tradit: omnem maſculum ſecundum naturam longioris eſſe vitæ quàm fœminam: fortioremque atque maiorem. Explicat etiam, vt hoc demus Lyrano: quo perit: nempe ex Hoſſea, non ex alio: propterea enim inquit: *Peperit ei*, licet non in omni tranſlatione additur ille datiuus ei. Nam & Diuus Hieronymus & Septuaginta vertunt ſine datiuo, *Concepit & peperit filium*, Conſtat igitur eſſe Hebraiſmum, atque exponendam: quemadmodum expoſuimus hanc ſuperius, *Sume tibi vxorem*, Verum quoniam, & Lyranus, & recentiores ſic diſpungunt, *Peperit ei*, id eſt ex eo propheta, Et non nihil implicat obſeruatione ad mores dignum, vt dicturi ſumus, non contemnamus explanationem.

*Mas fortitudinis ſymbolũ.*

*Li. de glãdibus & dieta Hippoc.*

*Ariſt. de longit. & breuit. vitæ. ca. 3. d. & lib. de Phyſiognom. d.*

## *Obſeruationes ad mores.*

A*Biit.* Non ſe excuſauit vates, non moras traxit, non diſtulit, nec grauitatem præcepti oculis Dei obie-



cit: ſed tacens abiit & ſedulo quod ei iuſſum eſt, compleuit. Legimus crebro in ſacris Bibliis pios etiam homines voluiſſe, iugum obedientiæ diuinæ excutere. Moſes ait Domino, Obſecro Domine, mitte quem miſſurus es. Ieremias, An ah, ah Domine Deus, Ecce neſcio loqui. Vates Ezechiel excuſationes affert, ne comedat panem pollutum & coctum ſtercore humano. Ananias, ne adiret Paulum, Domine audiui à multis de viro, hoc quanta mala fecerit ſanctis tuis in Ieruſalem: & hic poteſtatem habet à principibus ſacerdotum alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. Quid plura? Ipſe princeps Apoſtolorum, cum ei præcepiſſet Dominus, ex viſis quadrupedibus, & ſerpentibus comedere: & occidere, Reſpondit: Abſit Domine: quia nunquam manducaui omne commune, & immundum noſter autem vates neque verbum protulit, quòd inobedientiam ſaperet: neque ſolùm eſt executus opere iniunctum præceptum, ſed etiam neque exequi diſtulit. Duo enim ſunt hoc verbo, *Abiit*, implicata, obedientia nempe, & ſedulitas ad complendum, quòd iniungitur. Vnde non ait, *Et habiit*, vt ſit locutio præſentis temporis, ſed præteriti, *abiit*, quæ diligentiam inuoluit, quando non diſtulit, aut in aliud tempus tranſtulit adimplendum. Docet igitur Hoſſeas ſuo exemplo iuſſis Dei eſſe parendum, neque in aliud tempus eſſe differendam obedientiæ executionem: fortaſſis enim ſi differamus, cùm voluerimus: implere non poterimus. Locus eſt communiſſimus, propterea non multis extendemus: ſed paucis tranſcurramus. Cauendum eſt non obedire Deo: eiuſque vicem gerentibus. Vnde Moſes ait, En propono vobis maledictionem, ſi non audieritis mandata Domini Dei veſtri. Ecce quã graui addicuntur ſupplicio inobediẽtes: nempe maledictioni Dei, qua quid grauius & acerbius poteſt homini contingere? Si enim benedictio Dei omnium bonorum fons eſt, quid quæſo erit maledictio Dei, niſi omnium malorum cauſa? Audi etiam quid Ioſue dicitur. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis ſermonibus, quos præceperis ei, moriatur. Vides quanti ſit facienda inobedientiæ! Non inquit: Et non obedierit, ſermonibus tantum, ſed cunctis, vt intelligat nulli ſermoni contradicendum. Inuenies multos præſtare obedientiam, ſi quæ præcipiuntur, vel facilia ſunt, vel illis grata, ſi vero difficilia ſint, acerba: vel ingrata, ob murmurãt, obedire recuſant, cõtra quos ait Scriptura. Qui nõ obedierit

*Exod. 4.*

*Ierem. 1.*

*Ezech. 4.*

*Actor. 9.*

*Deu. 11. f*

*Ioſue. 1. d*

omnibus ſermonibus, quæcunque illa ſint, dura, moleſta,
*Bernard.* difficilia,&c. Vnde & egregie diuus Bernardus, Non atten-
dit vetus obediēns, quale ſit quod præcipitur, hoc ſolo con-
tentus, quia præcipitur. Sed qua pœna plectendi ſunt, qui nō
obedierint? Moriatur, inquit. Nónne ſatis eſſet, inobedientē
*Mors ino-* multare pecunia? Minimè. Nónne ſatis flagellare, aut exula-
*bedientiæ* re? Nequaquam. Moriatur, ait. Quid miraris? Nónne vir ino-
*merces.* bediēs ori Dei interfectus eſt à Leone? Quid igitur expecta-
*3. Reg. 13.* bimus, ſi rebelles fuerimus, & inobedientes, niſi nos interfi-
ciendi ab illo crudeli Leone, de quo D. Petrus, Aduerſarius
veſter diabolus, tanquam Leo rugiens circuit, quærens quē
deuoret? Grande malum inobedientia fratres mei, ac pro-
*2. Cor. 10.* pterea Apoſtolus præcipit, In promptu habentes vlciſci om-
nem inobedientiam. Perpende verbum illud, in promptu,
quod non addidiſſet diuus Paulus, ſi non agnouiſſet, ingens
malum eſſe inobedientiam. Contra vero commēdatur Noe,
quod in omnibus Deo paruerit. Fecit, inquit Scriptura, o-
mnia quæ mandauerat ei Dominus. Omnia, inquit, nihil
prætermiſit. Certè inter omnia, quæ gubernatores à ſubditis
poſtulare debent, maximè obediētia eſt. In cuius rei typum
*Iudi. 8. F* Gedeon rogatus à filiis Iſrael, vt eorum dominaretur, re-
ſpondit, Date mihi inaures ex præda veſtra. Cur non petis
Gedeon multa alia ex præda hoſtium, ſiquidē, vt tradit Scri-
ptura, multa alia abſtulerunt ab illis ornamenta, aurea, tor-
ques, monilia veſtes purpureas &c? Cognouiſti certè, quid
maximè ſit neceſſarium ad gubernandos ſubditos, videlicet
vt præbeant aures ad obediendum. Inaures enim, quæ au-
res adornant, obedientiam adumbrant, & dictis prælato-
rum, & principum eſſe obaudiendum ſignificant, iuxta il-
*Pſa. 17. g* lud, In auditu auris obediuit mihi. Et Apoſtolus, Admone
*ad Tit. 3.* illos, principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedi-
re. Eſt etiam obſeruandum quas inaures petat, non vtique
quas ipſi habebant, ſed quas ab hoſtibus abſtulerant. Cur
magis hoſtium, quam ſuas? Iudico ſignificari debere nos
eandem Deo, & miniſtris eius præſtare obedientiam, quàm
mundo & principi tenebrarum præſtitimus, ideo hoſtium
*Nitimur* petit inaures. Vtinam tam deſides & ignaui eſſemus ad pa-
*in vetitum* rendum peccatis, quantum ſumus ad obediendum Deo,
*ſemper.* Vix enim caro, & mundus, & diabolus, aliquid præcipit, &
*Num. 22.* ſtatim feſtinamus ad compendium, & ſi aliquantulam mo-
*G.* ram trahamus, princeps Satanas nos reprehendit obiiciens,
quod Balach Balaam, Miſi nuntios, vt vocarent te, cur non
ſtatim



tim veniſti ad me? Nuntij vero ſunt iniquæ ſuggeſtiones,
quibus facile paremus. Heu quoties bone Deus, ploramus,
ingemiſcimus ſuſpiramus, quia oblatam occaſionem ad pec
candum non arripuimus, quod diabolo prompte obedire eſt:
dolemus enim quod pigri fuerimus, ad exequendum eius
mādata. Dicite autē mihi, quis ſic plorat ob negligentiam &
torporē quem habuit ad ſeruiendū Deo, aut quia occaſionē
amiſit ad aliquod bonū? Auferamus ergo ornamentum au-
rium noſtrarum videlicet obedientiam, & eam Dño conſe-
cremus. Quod vt libentius faciamus, conſideremus, quid
ex inauribus oblatis fecerit Gedeon, nempe Ephod, hoc eſt *Exod. 28. b.*
ſuperhumerale quo induebatur ſacerdos. Non fecit annu-
los aureos ad ornandum ſe, non torquem, aut alia id genus, *Aulicorū*
quibus, ſolēt homines ad culmē principatus euecti ad oſten *luxus.*
dendā maieſtatem ſuam decorare ſeipſos, ſed ſuperhume-
rale ſacerdotis, quo multa implicauit, & ad ſubditos, & ad
gubernatores ſpectantia. Primo, docuit: quid ſubditi debeant
ante oculos habere, ne ad parēdum difficiles ſint, nempe eo-
rum obedientiā eſſe Deo conſecratam. Hinc ex inauribus
fit Ephod, quod idumentū erat cultui Dei dedicatum. Docu
it etiam rem eſſe pretioſiſſimā obedientiam in conſpectu
Dei, quando non ex vili materia, puta ex ferro, aut plumbo,
aut ex ære factū eſt Ephod, ſed ex auro omnium metallorū
pretioſiſſimo. Quod ſemper ante oculos debēt habere ſubdi
ti, ne paruipendant obedientiam. Inſtruit etiam principes, &
prælatos quā prudentes, & cauti eſſe debeant in præcipien-
do, & non temere, ac ſine diſcrimine, & delectu eſſe iniungē-
da præcepta. Prius enim cuiuſque ſubditorum vires ſunt at-
tendendę, quam onus præcepti imponant, vt agnoſcāt, an vi-
res ſuperant ſubdito adferendum, ne onere ſuccumbat.
Hinc ſuperhumerale fit ſacerdoti ex inauribus, quod & ſu-
per ſuos humeros portabat ſacerdos, atque in eo
nomina filiorum Iſrael in prætioſis lapidibus ſculpta. Debet
enim rector aliorum ſuper ſuos humeros ſumere prius o-
nus, quod aliis imponere decernit, vt ex ſe diſcat, an alij ſuf
ferre valeant: atque ne ſubditos contemnat, quaſi viliores
ſe, nomina ſubditorum in lapidibus pretioſis iubet Deus in
ſcribi: vt hinc diſcant, ſubditos non eſſe deſpiciendos, &
nō ſecus, ac rem pretioſiſſimam Dei habendos. Docuit etiam
hac voce, *Abiit* Hoſſeas non ſolum obedientiam, verum &


ſedu-

*Segnities obedientiæ nouerca.*

litatem, fugiendámque omnem ſegnitiem ad exequendum quod præcipitur, In eundem modum Patriarchæ Abrahmi diligentiam ad explendum quod illi præceperat quamuis grauiſſimum erat nempe circumciſio, noſtris oculis ſubiicit Scriptura, Circuncidit, inquit, carnem præputij eorum ſtatim in ipſa die ſicut præceperat ei Dominus. Statim: ait, non enim ſegnis erat ad executionem diuini præcepti. Audi etiam & Apoſtolum pręſtantem eandem ſolicitudinem.

*Gen. 17. d*

Cum placuit inquit, ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam vt reuelaret filium ſuum in me: vt euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni & ſanguini, ſed abij in Arabiam. Continuo ait. Atque ne leue eſſe, quod præcipitur, ſuſpiceris: ſubiungit, & deſpexiſſe carnem & ſanguinem: hoc eſt, vel omnes affectus carnis, vel ſibi coniunctos conſanguinitatis copula: & longam peregrinationem, nempe peragraſſe Arabiam.

*Gala. 1. d*

Demum: vt omnem torporem abiicias, & fugias ſegnitiem, obſerua, quo inuaſit, & perdit ignis Domini. Deuorauit extremam caſtrorum partem ignis Domini accenſus, dicitur apud Numeros. Non vtique legis combuſtam primam partem, non mediam: ſed extremam caſtrorum. Et qui erant in hac extrema caſtrorum parte? Certè pigriores & negligentiores ad obſequendum Deo, hi ob ſuam deſidiam pœnas dant.

*Num. 11.*

*Torpor hominū in procurandis animæ neceſſariis*

Vellem hoc attendant, qui extremos eſſe non erubeſcunt in adimplendis diuinis præceptis, quorum tantā eſſe multitudinem, dolendum eſt: inuenies enim multos expectare, vt diebus feſtis audiant rem ſacram horam vndecimam: tempore Quadrageſimæ ſi animus mundandus eſt confeſſione auriculari, prius fere tranſit tempus ab Eccleſia præfixum. O negligentiam multis lachrimis deplorandam. Quadrat obſeruatio in feſtum ſancti Matthæi, in hæc verba: Et ſurgens ſecutus eſt eum. Vides quo pacto non moras traxit: ſed ſtatim obediuit Matthæus? Competit etiam in feſtum Dedicationis Eccleſiæ, in hæc verba, Zachæe feſtinans deſcende. Qui non cunctanter ſed feſtinās deſcendit.

*Pſal. 138.*

*Et abiit*: Quo poterat abire vates? Nonne Dominus vtique præſens eſt? Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiā? Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades. Ac rurſum Iſaias, Cœlū ſedes mea, terra autē ſcabellū pedum meorum.

*Iſai. 66.*

Quomodo ergo dicit, *Et abiit*: cum à Deo recedere nō poſſet? Neſcio quid hic olfacio, videtur mihi ſignificare Spiritus ille cæleſtis non eſſe vatem Hoſſeam in

coru m



eorum numero ſcribendum, qui vnum in facie promittunt, abſentes tamen ſecus faciunt. Hinc quaſi abſens eſſet, ait Scriptura, *Et Abiit.* Ac ſi apertius dicat non erat Hoſſeas ſimilis Iano quem bifrontem deluſa gentilitas pingit qui enim promittunt: aliquid ſe facturos, & poſtea non faciunt bifrontes ſunt appeſlandi cum Iano. Non ſic Hoſſeas, ſed abiit, & accepit Gomer adimplens diuinum præceptum.

*In homines duplices.*

*Simile.*

*Et accepit Gomer.* Nequaquā eſt ſilentio prætermittendum cum Deus iuſſit ducere meretricem vxorem: non aſſignaſſe Gomer, quam vates accepit, ſed abſolute dixit *Sume tibi vxorem fornicationum.* Cur Deus non hanc peculiariter nominauit Credo vt doceret in deligenda vxore, & quolibet ſtatu non eſſe nimis homines arctandos, aut inferendam vim, ſed libere relinquendos. Vtinam hoc attenderent parētes cogentes filios & filias, vt peculiari perſonæ nubant. Audiant iſti à Domino præceptum vati, ducere vxorem non tamen ad hanc, illam accipiendam compulſum, ſed liberum hominem reliquit, & merito.

*Parentum ſeueritas in contrahēdis filiorum matrimoniis.*

Cū enim res apprime neceſſaria in matrimonio amor ſit, qui & opes & ſplēdorē generis, ac reliqua id genus in connubio maxime deſiderata longe antecellit, is primum quærendus eſt, & ſi eius nexu coniuges non vinciuntur, cætera deſpicienda ſunt. Non aſſerimus omnino homines ad ducendam vxorem relinquendos ſuæ voluntati, vt ad libitum eligant vxores, ſed non eſſe nimis compellēdos vt hanc nominatim ducant.

*Amor coniugij baſis*

Æquum enim eſt, parentes proſpiciant commodis filiorum, & prohibeant, ne cuipiam nubant, ſi ita viderint expedire. In quem modum & ipſe Deus nonnulla interdicit matrimonia vt apud Deuteronomium prohibet cum alienigenis coniungere matrimonia filios Iſrael, atque Patriarcha Abrahamus noluit filium ſuum Iſaac accipere vxorem de filiabus Chananæorum.

*Deu. 7. c*

*Gen. 24.*

¶ *Et accepit Gomer filiam Diblaim*, Hæc nomina impoſita ob euentū futurorum multa inculcāt, quæ & quotidie peccatores experiantur. Arrigant igitur aures qui patrādis peccatis permittunt habenas, quoniam elegantiſſime eorum culpæ, & pœnæ hic implicantur. Primum ſequamur Hieronymianam expoſitionem, *Diblaim*. Duas palatas caricarum pinguium ſignificat, quas in Paleſtina in morem laterum figurant, calcant: atque compingunt, vt diu illæſæ permaneant. Iſtæ vero palatæ ſiue maſſæ caricarum, duo genera voluptatum adumbrant, quibus homines ſe dedunt, nempe voluptatum corporis, & animæ. Bene autem has voluptates

 componit

componit cum caricis,quæ ſuaues , & dulces ſunt fruentibus.Peccata enim,dum comittuntur,dulcedine quadam cōmittentes afficiunt,atque ſuauitate. Explet peccator ſuam veneream libidinem? Voluptate tunc perfunditur ingenti. Furatur rem alienam? Commodo delectatur. Sumit vindictam de hoſte? Bone Deus quantam capit lætitiam. Neque ſolum caricarum inquit eſſe palatas, ſed addit pinguium diuus Hieronymus,quo verbo grauitatem criminum detegit. Non enim quibuſcumque voluptatibus ſe tradidit hic populus,ſed grauiſſimis ac propterea eos vocat caricas pingues.Neq; etiam ait vnam,aut alteram caricam, ſed palatas quæ multitudinem continent caricarum , Conſiderat enim Deus & grauitatem , & multitudinem criminum , quibus nos implicamus.Sed nimia dulcedo peccatorum quid parit?

*Peccati limes interitus.*

*Gomer*,hoc eſt,conſumptionem, & interitum. Nullus ergo ſuauitate peccati alliciatur,quando illa ſuauitas interitum parit.Peccatū cum conſumatum fuerit,generat mortem,ait diuus Iacobus. Et Paulus, Quem fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nuc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Ac paulopoſt,Stipēdia peccati mors. Quod pluribus, elegantiſſime tamen expēditur apud Iob. Nam de peccatore ait Sophar Naamathites.Cum dulce fuerint in ore eius malum, abſcondit illud ſub lingua ſua,parcet illi , & non derelinquet illud,& celabit in gutture ſuo,panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Dulce ſane inuenit in ore ſuo peccatū peccator:quia ſuauis eſt ei iniquitas , dum patratur, & ob ſuauitatem parcit illi.Nō enim malum obiicit,imo celat ſub lingua ſua,vt longior,& diuturnior ſit dulcedo.Ea enim,quæ nimis palato placent,ne cito abſumantur,ſed paulatim,abſcondere ſolemus ſub lingua,*como vn poco de alcorça*.Sed attende peccator, quem finem habeat tua dulcedo.Panis eius in vtero,hoc eſt:ſatietas temporalis delectationis in fine retributionis vertetur in amaritudinē inauditam,quam vocat fel aſpidum. Quia quemadmodum fel aſpidum crudeliſſimè ſuo necat veneno ita peccatum animum interficit.Vides quo pacto panis,hoc eſt,cibus peccati,aliud in ore ſapit ſed aliud in vtero eſt Tranſitoriæ enim delectationis lætitia dulcis eſt,cum hic quaſi mandando agitur,ſed amareſcit in vtero, quia peracta lætitia deglutitur ad pœnam & interitum. Quamprimū namque peccatum lethale eſt peractum,ſaltem animus interit,iam quod corpus ſtatim nō incurrat mortē. Vnde nō ait, Extrinſecus vertetur in fel

*Iacobi 1.*
*Rom. 6. d*
*Iob. 20.*
*Simile.*
*Peccati pœnalis cibus.*



in fel aſpidum,ſed intriſecus,vt de morte ſpirituali intelligas eſſe ſermonem. Certe ſi quis à me quærat, Quidnam eſt peccator ? Dicam , eſſe ſepulchrum intus habens animum mortuum , atque acerbiſſimo mortis genere peremptum, quale eſt ab aſpidibus interimi. Eſt etiam obſeruandum in hac venuſtiſſima ſimilitudine,dum venenum aſpidum vocat peccatū,quod de aſpidis natura tradit Plinius , nempe quod aſpis coniuga ſemper vagatur,neque niſi cum compare vita eſt,quod & ſignificat Sopar dicens in numero multitudinis, vertetur in fel aſpidum,non aſpidis in ſingulari,quia & corpus & anima mortem oppetunt,quando peccatum committit homo duas ibi aſpides inuenies,Alteram lethali veneno interficientem animam,Alteram corpus,licet hæc corporis mors differatur,veniet tamen,quando non cogitabit miſer peccator. Tradit etiam Plinius aduerſus hunc peſtilentiſſimum ſerpentem,non eſſe aliud remedium , quam præcelerem fugam,& amnibus quoque arceri ,Igitur peccatum vocans fel aſpidū Sophar ,docuit celeriter fugiendum eſſe à facie peccati,neque ad arcendam hanc ſpiritualem aſpidem aliud eſſe remedium, quàm interponere fluuium aquarum pœnitentiæ,dicentes cum Regio Pſalte, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei,quia non cuſtodierunt legē tuam. Ad rem itaque redeamus, Ecce quæ ſit filia *Diblaim*,hoc eſt, voluptatum, *Gomer*:id eſt,conſumptio, ſiue interitus. Et qualis eſt hic interitus? Crudeliſſimus:ac propterea vocatur illatus ab aſpidibus. Quadrat obſeruatio in Euangelium feſti Trinitatis:in hæc verba, Baptizantes eos in nomine Patris : & Filij:& Spiritusſancti. Cur aqua ſunt abluendi: vt cognoſcāt poſt palatas caricarum,id eſt dulcium voluptatū, ſub hoc nomine *Diblaim* adūbratas,accipiendam ſibi vxorem *Gomer* hoc eſt:interitum ab aſpidibus venenatis inflictum, niſi omnes aquæ baptiſmi circumuallentur. Quadrat & in. 4. Dominicam Aduentus,in hæc verba: Prædicans baptiſmum pœnitentiæ. Cur prædicat Ioannes baptiſmum pœnitentiæ? Quia his aquis arcemus à nobis venenū aſpidum inferni. Item in illud, Gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Quorſum gaudetis o angeli ? Quoniā videmus peccatorem tranantem fluuium pœnitentiæ: & ſic morſum aſpidum inferni effugere,& poſt dulces eius volutates non accipere in coniugem *Gomer*,id eſt:interitum.

*Definitio Peccatoris*
*Plinius lib. 8. c. 23*
*Pœnitentiæ lethalis. Vulneris præſentiſſimū remedium.*

¶*Et accepit Gomer: filiam Diblaim.* Matrem cum filia coniungit, nempe *Diblaim* cum *Gomer*. Non enim dixit ſolum,

*Accepit Gomer*: ſed, quæ ſit eius mater appoſuit, dicens filiam *Diblaim*. Cur matrem cum filia connectit? Opinor, frater mi, vt aperias mentis oculos, & quoties peccata te alliciunt, nõ intelligas eſſe vxorem ſterilem, ſemper enim parit pœnam culpa. Igitur quoties tentaris: conuerte oculos ad prolem, quam tibi generabis, nempe ad tormenta, quæ ob peccatum patratum es paſſurus, & ſic frænabis appetitum. Fœlix, qui cum *Gomer*, id eſt, pœna peccati contrahit matrimonium, hoc eſt ſemper, eam ſecum in mente habet: cum ea dormit, cum ea loquitur, non ſecus ac vir cum vxore. Hinc D. Bernardus in ſpeculo monachorum admonet aliquid facturos dicant prius ſibi ipſis, ſi modo moriturus eſſes, faceres iſtud? ſi homo conſideraret ſe moriturum non peccaret? Quoniam vt ait Apoſtolus, ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium, in quo peccatores pœnis pro delictis addicentur. Hanc vxorem *Gomer* ſibi copulauerat D. Hieronymus: ſiquidem aiiebat, Siue comedam, ſiue bibam ſemper in auribus meis ſonat, Surgite mortui, venite ad iudicium.

*Memento nouiſſima & in æternum non peccabis.*

¶ *Et accepit Gomer filiam Diblaim*: Quoniam multi Hæbræorum dicunt *Diblaim* ſignificare duas ficus aridas, & iis adumbrari ob ſua peccata vtrumque regnum Iſraelitarum, & Iudæorum eſſe debile, & viribus exhauſtum, & *Gomer* certum pœnarum genus, obſerua qualem reddant hominem ſua peccata nempe imbecillũ, & timidum. Fugit impius, nemine perſequente, ait Sapiens. Et apud Leuiticum comminatur Deus Iudæis, ſi peccauerint, & legem ſuam derelinquerint, Terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita fugient quaſi gladium, cadent nullo perſequente, dabo pauorem in cordibus eorum. Quemadmodum nihil magis reddit hominem fortem, & impauidum: quàm vitæ puritas: Sic nihil magis debilitat, quàm peccatum. Iuſtus quaſi leo confidens abſq; terrore erit inquit Sapiens. Igitur non fidant reges, & regna: potentia, diuitiis, militum fortitudine, munitione locorum, amplitudine regni: &c. Hæc enim omnia debilia ſunt: ſi Deus pugnet contra ea, pugnat autẽ ſi eorum habitatores effrænes ſint ad peccata. Quamobrem, imminente bello: prius quærãt principes debellare peccata ſui regni, quã exteros hoſtes, illa enim attrociores inimici ſunt, & truculentius inferunt bellum. Quis non miretur potentiam: & amplitudinem regni Iudæorum, & fortitudinem bellatorum eius? Salomon, ait Scriptura, erat in ditione ſua habens omnia regna ſecum à flumine terræ Philiſtim vſque ad terminum Ægypti

*Prou. 28. a*
*Leui. 26. f*
*Simile.*
*Pro. 28. a*
*Hic murus aheneus eſto, Nil conſcire ſibi: nulla paleſcere culpa.*
*3. Re. 4. c.*

Nunc



Nunc vero audis ob ſua delicta componi cum duabus ficis aridis, quibus nihil vilius, & debilius eſt. Hinc Sapiens ait, Propter peccata terræ multi principes eius. Nunc enim vnus, deinde alius atque alius regno potitur.

*Prou. 28.*

¶ *Et accepit Gomer filiam Diblaim.* Dignus eſt D. Hieronymus, vt aliquam hauriamus obſeruationem ex eius explanatione. His verbis ait ſanctus doctor ſignificari, Iſraelem conſumatã eſſe in fornicatione, atque perfectã filiã voluptatis. *Gomer*, enim conſumatã atque perfectã ſignificat. Tria ergo hic ſunt amplicata, Primũ ſtudium, & ſedulitas peccatorum ad perficienda peccata, & omni ex parte conſumanda, vtinã parem laborẽ ſumerent ad perficienda bona opera. Sed hoc intereſt inter viros pios, & iniquos in malis, & bonis operibus perficiendis, quòd boni omnia bona opera abſoluere conantur, mala vero ſi quando facere volunt, imperfecta relinquunt. Exemplo nobis eſt Dauid, qui cœperat cogitare, & cum propheta tractare, non eſſe iuſtum, ſe habitare in domo cedrina, arca vero Dei ſub pellibus eſſet, quamobrem tentauit arcam Domini adducere in domum ſuam, ſed videns Ozã pœnas dediſſe, quòd eam tetigiſſet, adducere tunc omiſit, nunquam tamen quieuit, donec quod cœperat, abſoluit. Vnde & in Pſal. dicitur: Votum vouit Deo Iacob, Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi dedero ſomnum oculis meis, & palpebris mei dormitionem, Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Ecce quantum curæ impendebat perficiendo bono operi, quod incœperat. Quod vero viri iuſti raro, aut nunquam malum opus inchoatum perficiant, etiam eundem regem Dauid poſſumus in exemplum adducere. Ei enim cum rex Saul perſequens occurriſſet in antro, & milites ſanguinis ſitibundi excitarent ad vindictam, non ſolum non ſumpſit, ſed quòd oram clamydis regis præcidiſſet, vehementer doluit, ægrè ferens: quòd ſe vindicare cœpiſſet. Et quia nouit Dominus viros iuſtos raro, aut nunquam opera mala perficere: ſi quando opus malum facere aggrediuntur, ſua infinita bonitate occurrit, ne illud compleant. Cum enim præfatus rex Dauid acceptam à Nabal iniuriam vindicandam iuraſſet, ita vt nec mingentem ad parietem ſe relicturum promitteret, & iam iam vindicta ad manus eſſet, illi ſe obtulit obuiam prudens Abigail ſuadens, ne cuius poſtmodum pœniteret, efficeret. Sciens autem prudentiſſimus rex hoc Dei munus eſſe, in benedictionem prorupit,

*Malorũ et bonorũ diſcrimen ex operibus.*
*Pſ. 131. a.*
*1. Re. 25.*

dicens,

dicens: Benedicta tu, quæ me iam in ſanguinem euntem prohibuiſti, & ne vlciſcerer me manu mea, & benedictus Dominus: qui hac de cauſa te miſit hodie in occurſum meum. Quod autem iniqui anxij ſint: & ſeduli ad perficienda mala opera: innumerata probant Scripturæ exempla, & teſtimonia. Audi: quid dicat Sapiens: Qui attonitis oculis cogitat
*Pro. 16. d.* praua: mordens labia ſua, perficit malum. Solent homines externis ſui corporis ſignis etiam nolentes detegere: quid profundè in corde reuoluant, quo pacto ad aliquid agẽdum ſint attentiſſimi, media exquirant, & impedimenta auferant:
*Signa hominis prạui aliquid ſcrutmantis.* ne quid obſtet ad impetrandum: inter quæ ſigna ſunt attonitis oculis aliquid cogitare, & labia mordere. Et ait Sapiens, hæc ſigna reperiri in peccatore: vt perficiat malum. Non enim contentus eſt facere, ſed perficere conatur. Hinc rurſus dicitur: Homo nequam in ore carnis ſuæ, non deſiſtet, donec incendat ignem. Anima calida: quaſi ignis ardens: non extinguetur: donec aliquid glutiat. Duo his verbis complectitur
*Ec. 623. c.* Sapiens peccatorum hominum genera: alterum eſt iracundorum, alterum tradentium ſe Venereis voluptatibus. De iracundis ait, eſſe inſtar ignis: qui lignum abſumit, & com-
*Iracundi.* burit totum, donec in cineres conuertat. Si enim in aliquem iraſcantur, non deſiſtent proſequi, donec totum hominem perdant, facultates diripiunt, honorem obſcurant: interficere quærunt, Bone Deus: quid non intentant; vt vindictam perficiant? Quem lapidem reliquit intactum impius Saul, vt interficeret Dauid? Præputia prius Philiſthinorum petiit do
*2. Re. 23.* Ioſe: vt in bello occideretur. Deinde cum Ziphæi nuntiaſſet eſſe in Gabaa, obſeruate: quid illis dicat, Benedicti vos à Domino: qui doluiſtis vicem meam, abite ergo vos, & diligentius præparate, & curioſius agite, & conſideratè locum
*Iniurias vlciſcendi ardor.* vbi ſit pes eius, vel quis viderit eum ibi. Recogitat enim de me, quòd calllide inſidier ei: conſiderate, & videte omnia latibula eius: in quibus abſconditur, & reuertimini ad me, vt vadam vobiſcum. Quod ſi etiam in terram ſe obſtruxerit, perſcrutabor eum in cunctis millibus Iuda. Conſidera, vt omnia tentet peccator: vt perficiat homicidium. Sic & Cain interfecturus innocentem Abelem, vt fratricidium perficeret, opportunum quæſiuit tempus educens illum in agrum, vbi ſolum inueniret: & incautum, vbi nullus eſſet, qui pro-
*Gene. 4.* hiberet. Quis tantam adhibet diligentiam, vt indulgeat, & reconcilietur inimico? Quis ſic opportunum tempus, vt bona opera faciat, quærit? Demũ vt de iracũdis finiatur ſermo, ſatis



ſatis aperte oſtendit: quantum peccatum abſoluere contendant. Nam cum ſe vindicare volunt: quis poterit expendere, quam graue illis eſt, ſi quis vindictam prohibeat, aut impediat, quam de inimico ſumere cupiunt? Et occulto Dei iudicio accidere ſolet, vt nonnunquam ſolum mala incipere cupientes, perficiant. Quoties malus homo ſolum percutere, & vulnerare diſponens, iuſto Dei iudicio occidit, vt det pœnas homicidij? Alterum genus, citato loco Eccleſiaſtici, hominum libidinoſorum eſt implicatum, idque venuſtiſſime *Voluptuarij.*
ſub his verbis: Anima calida quaſi ignis ardens: non extinguetur: donec aliquid glutiat: hoc eſt, Anima libidine æſtuãs pro virili dat operam, vt ſuam expleat, & perficiat volupta- *Gene. 39.*
tem. Exemplo eſt impudica fœmina tentans Ioſeph: quid illa non fecit? quid non excogitauit, vt adoleſcentem pellliceret? Nõ bis, aut ter, ſed multo tempore, atque per ſingulos dies moleſta fuit adoleſcenti: denique renuentem abſque arbitris conuenire ſtuduit: & ne negaret, apprehenſa veſte cogere. Exemplo etiam eſt Sichem, qui amore exardens Di- *Gene. 34.*
næ, vt eam ſibi copularet ad explendam libidinem: attende, quid faciat, & dicat, Inueniam, inquit, gratiam coram vobis, & quæcunque ſtatueritis dabo, augete dotem, munera poſtulare, & libenter tribuam, quod petieritis, tantum date mihi puellam hanc vxorem. Tandem ſe, & ſuum populum circuncíſioni ſubiecit. O inauditam hominis curam ad abſoluendam libidinem. *Mira libidinis amoris potentia.* Quid dicam de mediis, & viis excogitatis ab Amon, vt Thamar opprimeret? Ægrotum ſe ſimulauit, patrem decepit, cibum à ſorore parari petiit, & in conclaui inferri, vt melius poſſet complere ſtupri peccatũ. *2. Reg. 13.* Quid plura? Satis apertè Dominus indicauit anxietudinem impiorum ad omnibus numeris abſoluenda peccata, & quòd raro ab opere malo incepto deſiſtant, cũ aduerſus ædificatores turris Babylonicæ dixit: Ecce cœperunt facere: neque de- *Gene. 11.*
ſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. Audimus etiam hic in huius rei ſignum Hoſſeam ex diuino præcepto accipere vxorem *Gomer*, quod nihil aliud adumbrat: quàm populum Iſrael ad extremam vſque perfectionis lineam abſumere peccata. Eſt etiam obſeruandum, cuiuſnam dicatur filia *Gomer*, nempe *Deblaim*, hoc eſt, voluptatem. Cur magis filia quàm ſoror, aut cognata, aut amicitiæ vinculo illi copulata? Myſterium latet, filiam vocans ſignificat, quàm obedientes ſint peccatores voluptatibus, quantumq; illis pareant, non ſecus ac filia matri, quæ neque iuſſis contradicit,

tradicit, neque facere differt, quod appetitus ſuggerit,
imò ad nutum eius ſemper ſeruit. Contra quos ait Sa-
*Ecc.18.d.* piens, poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate
tua auertere. Atque Apoſtolus: Non regnet peccatum
*Ro. 6. b.* in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis e-
ius. Igitur fratres mei fugiamus impiorum hominum ſe-
dulitatem ad perficienda peccata, & inſequamur veſtigia
piorum, quorum ſtudium eſt, bona opera abſoluere, vti di-
ximus. Ad quod & Diuus Paulus nos exhortatur, Perficien-
*2.Co.7.a.* tes, inquit, ſanctificationem in timore Dei. Sic perficere
quærebat Regius Pſaltes, Perfice, inquit, greſſus meos in
ſemitis tuis. Contentus eſto mi rex, quod dirigantur viæ
tuæ, & greſſus tui ad Deum tuum. Plus deſiderat, perfici
*Pſa.16.b.* petit greſſus ſuos. Ideo non inquit, Dirige, ſed Perfice.
Quadrat obſeruatio in Paſſionem Domini in hæc verba, Iu-
das autem quærebat opportunitatem, vt Ieſum traderet. Vi
des, quàm diligenter quærat abſolutionem traditionis, qui
opportunitatẽ quærebat patrando peccato? Competit etiam
in Euangelium de circunciſione Domini, in hæc verba, Poſt
quam conſumati ſunt dies octo, venerunt circuncidere pue-
rum. Non ante octauum diem, nec poſt octauum, ſed circun-
ſtantiam temporis requiſitam obſeruant, vt præceptum de
Circunciſione omni ex parte perficiant in adimpletione. Iu-
ſti enim curant bona opera perficere.

¶ *Filia Diblaim.* Significare diximus *Diblaim* duas palatas
caricarum, quas, vt obſeruauimus ex Diuo Hieronymo, vt
diu illæſæ permaneant, calcant, atque compingũt Palæſtini,
quo nobis ſignificatur ingens ſtudium peccatorum ad
extendendum voluptatum ſuarum tempus: qui diu volu-
ptatibus frui quærunt, quemadmodum, & in Palæſtina mo-
dum excogitant ad ſeruandas illæſas diu caricas. Quis non
videat peccatores cupere, diutius ſe ingurgitare in peccata,
& multos annos tranſactos in vitiis, ab illis iudicari quam
pauciſſimos dies? Exiguum & cum tædio eſt tempus vitę no
ſtræ: vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrum: Venite ergo, &
*Sap.2.* fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura, tanquam in iu-
*Mentiri* uentute celeriter. Dixerunt impij cogitantes apud ſe non re
*ſuo ætatẽ* cte: ait Sapiens: Vnde ortum eſt apud homines, annos ne-
*ſedent mũ* gare ætatis, canos è barba, & capite euellere, pectine plum-
*di illece-* beo tingere pilos, & alia multa, quæ cogitare, ne dum dice-
*bris deliti.* re pudet, remedia exquirere, ad occultandam ætatem, niſi
quia diutius ſe tradere ſuis concupiſcentiis optant, & pa
rum



rum ſe illis tradidiſſe iudicant? Audiant tamen iſti, quam *Muliebri*
prolem pariat *Diblaim, Gomer,* hoc eſt interitum. Nihil enim *luxuria*
homines feſtinantius trahit ad mortem, quàm effrænata li- *prodıtı Sã*
bido. In cuius rei typum Sanſon in ſinu Dalilæ fortitudine *ſo & Hã-*
ſpoliatur. Nam quid Dalila adumbrat niſi vitam voluptariã? *nibal.*
hæc eſt certe, quæ homini cito vitam adimit. Et quemadmo *Iudic.16.*
dum Hanibal dux Carthaginenſium ſtrenuus à muliere no-
mine Campana, traditus eſt occidendus. Vnde Valerius in-
quit: Campana luxuria ſua inuictum Hanibalem armis ſuis, *Vale.li.9.*
illecebris amplexata vinciendum Romano militi tradidit, *cap. 1.*
In eundem modum voluptas nimia morti prodit peccato- *Ier.13.a.*
rem: Vade & poſſide tibi lumbare lineum, ait Deus Ierem. &
pones illud ſuper lumbos tuos, & in aquam non inferes il- *Cingulũ.*
lud. Et poſſedi lumbare iuxta verbum Domini, & poſui circa
lumbos meos. Et factus eſt ſermo Domini ad me ſecundo
dicens, Tolle lumbare, quod poſſediſti: quod eſt circa
lumbos tuos, & ſurgens vade ad Euphratem, & abſconde
ibi illud in foramine petræ. Et abij, & abſcondi illud in
Euphrate, ſicut præceperat mihi Dominus. Et factum eſt
poſt dies plurimos dixit Dominus ad me, Surge & vade ad
Euphratem, & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi, vt ab-
ſconderes illud. Et ecce computruerat lumbare: ita vt nulli
vſui aptum eſſet. Quid lumbare lineum ſignificat? niſi vitam
hominis? Quemadmodum enim illud ex multis conftici-
tur filis: ſic humana vita multis texitur diebus, vt ait Diuus *Gre. li. 8.*
Gregorius. Hoc vitæ mortalis lumbare iubet Deus non à *Mor.c.7.*
ſordibus abſtergi, id eſt, lachrimarũ profluuio dilui, vt de-
prehẽdat peccator: quid in cõtinentia illi pariat, quantùmq;
noceat cupere, diu frui voluptatibus. Iubet deinde, vt apud *Euphra-*
Euphratem, hoc eſt, in locis amœnis, & delitiarum: huiuſce- *tes ideſt*
modi enim erant littora Euphratis, lumbare recondat, atque *frugifer,*
in foramine petræ, eligat nempe hominem magno virium *nomen flu*
robore munitum, & forti ſalute præſtantem. Quid enim du- *uij.*
rius petra? Poſui faciem meam, vt petram duriſſimam, ait *Gene.2.*
Iſaias. Quamuis igitur homo ſit lapis, quid conſeque-
tur ex nimia voluptatum incontinentia? Quid erit vi- *Iſa.5 o.c*
ta eius? Ecce computruerat lumbare, Et quantum com-
putruerat? Ita, inquit, vt nulli vſui aptum eſſet. O rem miſe-
ratione dignam, nulli inquit vſui, Si rem penitus cõſideres,
nec quoad ſpiritualia, nec quoad corporea vtilis erat. Si
enim homini voluptario ieiunium imponatur, reſpondet,
Non fert ſtomachus. Si orare præcipias, etiam ſe ferre
non

non poſſe dicer,&c.Si autem ad ea:quæ corporis ſũnt,aciem conuertas,quæ lingua poterit expendere,quot ægritudines ex intemperantia contraxerit miſer peccator? Quę eſt morbi Gallici mater? Quis fons aliorum morborũ : quos lingua proferre erubeſcit? Certe immoderatus vſus delitiarum,hic omnium miſeriarum receptaculum: quæ omnia ita hominẽ eneruant, & labefactant,vt vere dicere poſſimus:Nulli vſui aptus eſt. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ. 14.poſt Pentecoſtem,in hæc verba.Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ. Cuius ætatis erat hic defunctus? Adoleſcens.Cur in adoleſcentia mortuus? Quia fortaſſis *Diblaim*,id eſt,voluptatum multitudinem acceperat vxorem,atque hæc pepererat *Gomer*,hoc eſt:interitum.

*Intemperantia morborum officina.*

¶ *Et concepit, & peperit*, Frequentiſſimum eſt in ſacris Bibliis, connectere partum,& conceptum. Apud Geneſim, Eua concepit,& peperit Cain. Angelus ait matri Sanſonis, Concipies,& paries filium.Ecce virgo concipiet,& pariet, Iſaias. Gabriel ad intactam virginem: Concipies in vtero & paries filium.Demum hic, *Et concepit, & peperit.* Quorſum hæc connexio partus,& conceptus: cum ſemper partum conceptus præcedat,& ſine concepi partus eſſe non poſſit? Quid hac locutionis forma nobis innuitur? Paucis dicam : Quamuis partus non poſſit eſſe ſine præcedente conceptione. Conceptio tamen poteſt eſſe ſine partu. Crebro enim fœmina patiuntur aborſum : vti legimus paſſam vxorem Phinees, ob quem etiam Aſſertor noſter ait apud Matthæum extremi iudicij mentionem faciens: Væ prægnantibus. Significatur ergo his verbis, *Concepit, & peperit*: ſingulari Dei beneficio fœminas incolumes ſine aborſu ad partum perueniſſe, non fuiſſe prolem,aut fœtum ex vtero tranſlatum ad tumulum, non à matre fuiſſe quæſita pocula ad abortionem: vt ſolent facere iniquæ fœminæ:vel ad maiorem voluptatem explendam, vel cum ex adulterio conceperint, vt lateat primum facinus: non attendentes eſſe nouiſſimum errorem multo peiorem priore, tranſeunt enim ex adulterio ad homicidium.

*Iſai. 7. Lucæ. 1. 2.Re. 4. Mat.24.*

*Matres quæ poculũ abortus accipiunt sũmo ſupplicio afficiuntur. l.ſi aliquid §. abortionis ff.de pœnis.*

¶ *Et peperit ei filium.* Ei,inquit,id eſt,ex Hoſſea viro ſuo, vt obſeruat Lyranus : non ex alio: cum prius fuiſſet meretrix, Ecce quonam pacto conuerſa eſt mulier fornicaria ad meliorem frugem.Ecce,vt egregiè inquit Diuus Hieronymus, vir ſanctus meretricem conuertit ad pudicitiam, & ex mala bonam fecit, vt hinc diſcas,quantum ſit optandum bono-





rum conſortium, quantumque emolumenti adferat bonis ſociari. Sanctificatus eſt,inquit Apoſtolus,vir infidelis per virum fidelem. Et Regius Pſaltes,Cum ſancto ſanctus eris. Atque Sapiens:Cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcunque cognoueris obſeruantem timorem Dei. Quemadmodum lux Solis tenebras fugat, & aërem ſuis radiis illuſtrat.Sic bonorum ſocietas agit tenebras peccatorum : & vt homo virtutum ſplendore coruſcet, eſt magno adiumento. Et ſicut facies Moſis ſplenduit ex conſortio diuini ſermonis, ſic ex ſocietate proborum hominum conſequitur homo nitorem virtutum. Nonne ignis ſibi coniuncta calefacit? Cur ergo conſortium bonorum,qui igne charitatis ſunt accenſi, non inflammabit homines,cum quibus degit? Nónne dum Saul fuit inter prophetas, dono prophetiæ fuit cumulatus? Nonne Dominus benedixit Ægyptij domui: quia ibi commorabatur Ioſeph? Nónne modicum habebat Labã ante quã ſecum haberet Iacob,& poſtea ad eius introitum benedixit illi Deus & diues effectus eſt? O bone Deus,quot hominum bona augentur:quia bonis ſunt aſſociati. Quot pauperes in bonis ſpiritualibus diuites fiunt : quia bonorum iunguntur cõſorcio. Hoc cognoſcens Sanctus Thobias dicebat filio ſuo. Vade,& adduc aliquos de tribu noſtra timentes Deum, vt epulentur nobiſcum. Cur præ cæteris timentes Deum eligis ſerue Dei. Certè quoniam agnoueras non parum emolumenti te adepturum ex conſortio timentium Deum. Aperiamus oculos mentis fratres mei,& ante omnia quæramus bonis ſociari,vt eorum virtutes participemus. Et ſicut Iſai miſit filium Dauid, dicens, Fratres tuos viſitabis, ſi recte agant, & cum quibus ordinati ſunt, diſces, id eſt, commixtionem quam habeant,& ſocietatem diſce, & ſub quo militent: Sic nos diſcutiamus,quinam ſint,cum quibus agimus,& ſub quo principe,aut duce militent,an ſub Chriſto,vel ſub Satana,vt eos, vel amplectamur, vel fugiamus, quando altera ſocietas tantum adferet commodi,altera vero tantùm nocebit. Quadrat hoc in Euangelium fer.2. Reſurrectionis Dominicæ,in hęc verba,Nónne cor noſtrum ardens erat,dum nobis loqueretur in via? Vide, quid contulit iam fere deſperatis diſcipulis boni ſocietas,quorum corda frigida erant,iam ardent.

*1.Cor. 7. Pſal. 17. Eccl. 37. Simile. Bonorum ſocietas. Simile. 1.Reg.11. Gen.39. Gen.30. Tob.2.& Simil. 1.Reg.17*

¶ *Et peperit ei filium.* Præterea,explicat Scriptura,cui peperit filium vxor,nempe viro ſuo, *Peperit*,inquit, *ei*,hoc eſt, Hoſſeæ. Quid hoc eſt? Nónne etiam mater peperit ſibi filium?

*9. Ethi. 7.* Atqui Ariſtoteles ait magis à matribus amari filios, quia generatio laborioſa eſt, & magis ſciunt eſſe ſuos. Cur ergo hic filiis patri adſcribitur? Num quia mater alios filios habebat ex aliis viris, quos fortaſſis plus diligebat, quam iſtum? Quis non videat huic ſupplicio homines eſſe addictos qui fœminam vxorem ducunt habentem filios ex alio viro?
*Simile.* Quemadmodum primus arboris fructus gratior eſt, & pretioſior: Sic parentibus chariores ſunt primi filij Fortaſſis etiã inquit, *Peperit ei*, vt doceat Scriptura, quale debeat eſſe munus patris erga filium. Patri enim magis naſcuntur quam matri filij, ſi quidem ad patrem magis quam ad matrem ſpectat filios erudire. Vnde & Ariſtoteles ait, filium erudire, eſ-
*1. œcon. 3.* ſe patris, ſicut nutrire matris. Quemadmodum viſcera terræ
*Simile.* aurum, & pretioſos lapides proferunt, ſed impolitos, & rudes, quos poſtea aurifex limat, & ſua opera perficit, ſic patris ſtudio incumbit filios à matre genitos, & editos erudire, naſcuntur enim velut indigeſta materies, apta tamen, vt miram virtutum varietatem, & pulchritudinem ſuſcipiant.
*Cicero.* Demum ei peperiſſe commemorat Scriptura, vt doceat, quale debeat eſſe officium filiorum erga parentes, non enim ſibi tantum nati ſunt, ſed etiam parentibus, hoc eſt, ad eorum emolumentum, non in damnum, ad gaudium, non ad triſtitiam, ad leuamen, & ſolamen, non ad tormentum, &
*Simile.* moleſtiam. Dolendum eſt eſſe multos filios ſimiles catu-
*Herod in* lis viperarum, quæ vt ſentit Diuus Gregorius, matres
*Taua. Pa.* ſuas enecant, & euiſcerant. Sed contra boni filij ſimiles
*li. 10. cap.* ſunt tritibus, & furcis ſuſtinentibus arbores, ex quibus fue-
*62.* runt abſciſſæ, cum iam ſeneſcunt, ne corruant. Competit in Euangelium vigiliæ Ioannis Baptiſtæ in hæc verba, Vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium. Et obſerua, cum naſcitur Ioannes, non dicit, Elizabeth peperit ſibi filium, ſed tantum dicitur, *Peperit filium.* Zachariæ vero eius viro dicit Angelus: Eliſabeth pariet tibi filium, vt ea quæ dicta à nobis ſunt in hac obſeruatione non omnino deſpicias. An vero Baptiſta natus fuerit ad lætitiam, honorem, & cæt. parentum, tu videris, ſed audi angelum dicentem, In natiuitate eius multi gaudebunt.

¶ *Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Iezrael, quoniam adhuc modicum & viſitabo ſanguinem Iezrael ſuper domum Iehu.*

¶ No-



¶ Nomen hoc *Iezrabel*, non nouum eſt, ſed noua ratione accommodatum à Domino filio Hoſſeæ recens nato. Tria enim inueniemus hoc nomen ſortita in ſacris Bi- *1. Par. 4.*
bliis. Primo, quidam homo inter filios Iudæ *Iezrael* eſt appellatus, qui filius fuit Etham. Sunt etiam duæ vrbes Iez- *Ioſue. 15.*
*rabel*, nuncupatæ, quarum altera eſt in tribu Iudæ; & eius deſcriptio detegit in eminenti loco ſitam eſſe. Lege Ioſue, cap. 15. Altera vero in ea terræ parte eſt, quę filiis Ioſeph bello occupanda, ceſſit in amœniſſima valle, cui ab ipſa vrbe nomen factum eſt, non multum ab Iſraëlitarum regia Samaria diſtans. Hæc ob loci amœnitatem, & propinquitatem regiis hortis, & pulcherrimo palatio eſt ornata, atque vt egregiè annotauit Diuus Hieronymus, prope hanc ciuitatem, quæ Metropolis eſt regni Samariæ, campi ſunt latiſſimi, & vallis nimiæ vaſtitatis, quæ plus quam decem millium tenditur paſſibus. In hac valle, commiſſo certamine, ab Aſſyriis cæſus eſt Iſraël, id eſt, decem tribus, quæ ob Ieroboam de tribu Ephraim, qui primus ſchiſma fecit in populo, appellatæ ſunt Ephraim, interdum propter Ioſeph, qui fuit pater Ephraim, vocantur Ioſeph, nonnunquam Samaria, quæ ipſa
altera vrbs fuit Metropolis decem tribuum, quæ poſtea ab *Sebaſte Iſ-*
Auguſto Cæſare appellata eſt Auguſta, id eſt, Sebaſte, in qua *rae. metro-*
oſſa Ioannis Baptiſtæ condita ſunt. Legimus etiam hic pri- *polis oſſa*
mum filium Oſſeæ ex vxore fornicaria appellatum *Iezrabel.* *Ioannis*
Sed non parum negotij nobis faceſſit hic locus, dum audi- *Baptiſtæ*
mus non temerè hunc infantem vocatum *Iezrabel*, ſed à *recondit.*
Deo cauſam eſſe adhibitam impoſitionis huius nominis, ſubditur enim, *Quoniam adhuc modicum: & viſitabo ſanguinem Iezrabel, &c.* Quærendum ergo nobis eſt, quid ſub hac voce
*Iezrabel* voluerit Deus implicare. Sunt qui in hunc modum *3. Re. 21.*
diſpungant, *Voca Iezrael*, id eſt, Naboth, cuius ſanguis erat à Domino vindicandus. Naboth vero per *Iezrabel* intelligitur, fuit enim *Iezrael* locus, in quo ſanguis Naboth effuſus eſt ab impia Iezabele, cum ob publicationem vineæ, quam noluerat vendere regi Achab, vt ex ea hortum faceret, lapidatus eſt. Idem itaque eſt dicere, *Voca Iezrabel*, ac ſi apertius dicat, Voca Iezrahelitem. Nam Naboth Iezraelites lapidatus quidem eſt, & hominibus mortuus, ſed mihi viuit, & ad me ſanguis eius clamat, moxque vindictam recepturus eſt, nõ ſolùm de interfectoribus ſuis, verum etiã de illo, qui ſanguinis eius vltor fuiſſe viſus eſt, qui quidẽ fuit Iehu. Eſt tamen obiectio aduerſus hanc expoſitionem, Iehu ſtrenue

ſe geſſit in internecione Iezabelis, & domus Achab, vnde
4.Re.10. & à Deo in hunc modum commendatur. Quia ſtudioſe
f egiſti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, &
omnia quæ erant in corde meo feciſti contra domum A-
chab, filij tui vſque ad quartam generationem ſedebunt
ſuper thronum Iſraël. Igitur non decebat hominem puni-
ri ob rem ſtudioſe geſtam, à Dominoque præceptam, ac con
ſequenter hæc explanatio extorta videtur. Reſpondet Ru-
pertus non ob factum puniri Iehu, ſed quia non veraciter ze
lo Domini paruit, ſed propriæ cupiditati, vt regnaret de-
leta domo regis Achab per omnia ſeruiuit. Quod ita eſſe
demonſtrat, Iehu à peccatis Ieroboam non receſſiſſe, vi-
tulosque aureos adoraſſe, quòd proculdubio non feciſſet
Iehu, ſi vero zelo zelatus eſſet pro cauſa Domini. Di-
ſpungunt etiam Diuus Hieronymus: & Rupertus hanc vo-
*Iezrahel* cem *Iezrahel*, & alio modo. Nam cum *Iezrahel* idem ſit quod
*ſemẽ Dei.* ſemen Dei, per Allegoriam ſignificationem huius vocis *Iez
rahel*, aptant filio Dei, propter ſanguinem enim veri Iezrahel
hoc eſt, ſeminis Dei regnum deſtructum eſt Iudæorum. Sed
nos relicta allegoria ſequentes literalem ſenſum poſſumus
in hunc modum explanare, Voca nomen eius *Iezrael*, hoc eſt,
Gen.4.d. ſemen Dei, id eſt filium Dei. Crebro enim in Scriptura ſemẽ
accipitur pro filio, vt apud Geneſim, Poſuit mihi Deus aliud
ſemen pro Abel. Semen accepit pro filio. Quod ſi quæ-
ras, quis hic filius Dei? Dicam eſſe Naboth, qui per
adoptionem filius appellatur, eiuſque ſanguinem ait Deus
ſe viſitaturum, quoniam iniuſte occiſus eſt. Sed quid hoc ad
domum Iehu, cùm fuerit per Iezabelem damnatus Naboth,
non per Iehu? Reſpondere poſſumus cum Ruperto viſitan-
dum à Deo Iehu ob iniquam eius intentionem, qui cupidi-
ne magis regnandi quam obediendi Deo pœnas ſumpſit de
domo Achab. Non placet Lyrano dicta explanatio, quem &
nonnulli ex recentioribus ſequuntur, obiectione conuicti à
Ruperto poſita, & ſoluta. Non enim ex geſtis ab Iehu colli-
gere poſſumus magis libidine dominandi, quam parendi
Deo ſtudio animaduertiſſe in domum Achab, imo oppoſi-
tum liquet, cum illi dixerit Deus: Quia ſtudioſe egiſti, quod
rectum erat, non enim rectum egiſſet, ſed iniquum: ſi
praua intenſione Deo obtemperaſſet. Neque quod po-
ſtea de Iehu ſubnectitur: nempe quod non ambulaue-
4.Re.10. rit in lege Domini, nec receſſerit à peccatis Ieroboam, con-
g. uincit, malo animo euertiſſe Domum Achab, potuit enim
prius



prius omnia quæ erant in corde Dei contra domum Achab,
vt ait Scriptura, exequi & poſtea in memor beneficij accepti à
Deo deſiderio ferri potiendi regno Iſrael, quamobrem, & la
pſus in idololatriam, permiſiſſe in idem deteſtãdum idolo-
latriæ crimen populum ſuum labi Nos tamen qui non fa-
ciles debere eſſe Scripturæ ſacræ expoſitores ſæpe clama-
mus ad redarguendas, connellendaſque piorum doctorum
ſententias, non omnino hanc Ruperti explanationem refu-
tandum cenſemus, præſertim cum ex illa nonnihil hattiri
poſſit ad componendos mores adprimè neceſſarium, vt in
obſeruationibus dicemus. Lyranus igitur à Rupertina ſen-
tentia deuians, quoniam hic dicitur, Viſitabo ſanguinem
Iezrahel, qui videlicet effuſus fuerat, exiſtimat aliquos in-
nocentes fuiſſe occiſos à Iehu, vel ab aliquo eius ſucceſſore,
atque hoc facinus ſe Dominus vindicaturum ſignificat his
verbis, *Adhuc modicum: & viſitabo ſanguinẽ Iezrahel.* Alij ſecus
expendunt hunc locum: dicentes hoc loquendi tropo impli
cari maximam quamque diuinam vltionem, quia fama in-
crebruerat extinctionẽ, familiæ Achab, & regiæ amplitudi-
nis euerſionem ſignificare quamlibet maximam Dei in pec
catores animaduerſionem. Iezrahel brachium Domini ſigni
ficat, brachium vero facultatem, & virtutem vlciſcendi, at- *Pſal.87.*
que potentiam ad aliquid efficiendum vt in Pſalmo, In bra-
chio virtutis tuæ diſperſiſti omnes inimicos tuos, & apud *Iob.40.*
Iob: Si habes brachium, vt Deus: hoc eſt ſi tam potens es, at
que Deus ipſe omnipotens. Idem igitur eſt dicere. *Voca nomẽ
eius Iezrahel*, quod voca nomen eius potentiam, & virtutem
Dei. Et rationem ſubiungit, ob quam hoc nomen imponat.
Quoniam *Adhuc modicum*, id. eſt: breui tempore. Hoc autem
breue tempus vt obſeruat Diuus Hieronymus, aut paulo
plus ſpacium quadraginta nouem annorum eſt, ſi ad vaſta-
tionem annorum eſt, ſi ad vaſtationem, & punitionem do-
mus Ieu, ſolum referamus, exiguum fuit, aut ſaltem non 4.Re.15.
multum ſi vero referamus ad pœnam totius regni Iſrael, nã
ſub pronepote Iehu Ieroboam prophetare cœpit Hoſſeas,
quo mortuo filius eius Zacharias ſucceſſit in regnum, quem
ſexto menſe imperij ſui occidit Sellum de alia ſtirpe gene-
ratus. Deinde vero à Zacharia filios Ieroboam, cuius atauus
fuit Iehu, vſque ad nonum annũ Hoſſee, ſub quo decem tri-
bus ductæ ſunt in captiuitatem, ſupputãtur anni quadragin-
ta nouem; melius tamen puto hoc modicum, ſiue breue tem
pus ad vtrãq; punitionẽ: & domus Iehu, & regni Iſrael eſſe

referendum. Nam etſi cuipiam quinquaginta annorum curriculum, longum, & non breue tempus eſſe videatur, ſi illud componat cum Dei æternitate, qui hic loquitur, ſatis perexiguum tempus eſſe deprehendet, *Viſitabo ſanguinem Iezrabel*. Viſitare in bonam, & in malam partem accipitur in ſacris

*Hier. in c. 32. Iere.* Bibliis. Ita obſeruat Diuus Hieronymus dicens, Viſitare cõſolationem ſignificat, id eſt, alicuius recordari, vt ei faueas. Vt apud Geneſim, Viſitauit Dominus Saram, vt ei promiſit. Et rurſum, Deus viſitabit vos, & aſcendetis de terra iſta, id

*Gen. 12.* eſt, recordabitur veſtri. Aliquando etiam viſitatio vocatur

*Gen. 50. d* flagellum, ſiue ſupplicium, vt apud Hoſſeam, Iudicium Domini cum Iuda & viſitatio ſuper Iacob. Eſt etiam obſeruandum, cum verbum iſtud duplicatur mutare ſignificationem,

*Hoſſeæ. 12* vt apud Ieremiam, Vos non viſitaſtis gregem meum, Et ego viſitabo mali tiam ſtudiorum veſtrorum. Viſitare primo loco ſignificat gubernare, vel curam gerere, ſecundo vero loco ſignificat punire. Hic igitur verbum *Viſito* ſupplicium,

*Ierem. 24* & punitionem inuoluit. Et quid eſt Dominus puniturus, ſiue viſitaturus. *Sanguinem* dixit *Iezrabel*. Vti cœperamus dicere, quidã arbitrãtur, his verbis ſignificari Deũ ingẽs ſuſpliciũ ſumpturũ, queadmodũ ſumpſerat de domo Achab pro peccato patrato contra Naboth, veluti in prouerbium abierat

*Parœmia Hiſpanica* ad ſignificandam maximam quamque vltionem, Ac ſi apertius dicamus, *Hare delas que ſuele: Sera otra de Rauena.* Non eſt mihi ingrata hæc expoſitio, eſſet autem gratior, ſi Scripturæ locus eam confirmaret, ſed cum is me lateat, quamuis acuta ſit, dubius ſum an maxima vltio de domo Iehu ſumenda hic ſignificetur, *Super domum Iehu*. Domum non appellat ſolũ

*Exod. 1.* manſionis locum, ſed ſtatum ſimul, & familiam imprimis liberos, & nepotes, ac dignitatem patrifamilias, totamque generationem vnius familiæ, in quem modum crebro ſumitur in Sriptura. Sic apud Exodum legimus, Deum ædificaſſe obſtetricibus domos: hoc eſt, dedit illis Deus numeroſam prolem, multos filios, & filias. Nam quod aliqui exponunt

*2. Reg. 7.* ædificaſſe illis filios Iſrael domos munitas, vt protegerentur à Pharaone ridiculum, & commentum. Quomodo enim his domibus poterant effugere manus potentiſſimi regis? Sic e-

*Exod. 13.* tiam Dauid ait, Tu Domine reuelaſti aurem ſerui tui, dicẽs, Domum ædificabo tibi id eſt: familiam, & progeniem. Item apud Exodum, Decima die menſis huius accipiat vnuſquiſque pecudem per domos patrias: id eſt per familiã Sic & nunc *Super domum Iehu*, id eſt familiam Iehu. Duo tamen hic ſunt obſeruanda, primum, non dictum à Deo; Super domum Ieroboam, ſicut in exordio dixerat oraculi iſtius, vbi dicitur In diebus Ieroboam. Cur non dixit ſuper domum Ieroboam ſed ſuper domum Iehu? Secundum cur in principio Ieroboã regem vocat, hic autem Iehu priuat honore regis? Nõ enim regem vocat, ſed abſque regio titulo ait, Super domũ Iehu. Non carent iſta ſacramentis, vt videbimus iam in obſeruationibus.



## *Obſeruationes adiniores.*

VOca nomen eius Iezrabel, Non temere, & inconſulto nomen imponit Deus huic infanti, ſed impoſitionis rationem reddit. Vtinam & parentes nomina filiis naſcẽtibus indituri, quaſi ſit res hæc parui momenti, ſi non pro nihilo ducant hoc, aut illo nomine eos nominare. Eſt & alius error hoc non inferior apud parẽtes, & proh dolor ſatis freques Si enim quæras ab eis, cur hunc filium præcipis vocari Ioannem aut Petrum, &c. non erubent reſpondere, in gratiam, & memoriam patris mei vel aui, qui idem nomẽ ſortitus fuit. *Vulgi error in nominum ſobolis impoſitione.*

O cæcitatem deplorandam. Quanto melius reſponderent, Vocatur Ioannes, quoniam Diuo Ioanni illum commendaui, huic ſancto Baptiſtæ, & Euangeliſtæ illum obtuli, deprecans, vt eum in ſeruum ſuſcipiat, protegat, & defendat. Specto enim filium meum ex hac nominis impoſitione non parum emolumenti conſecuturum. Inſtruam, & docebo filium vt quolibet die peculiares preces ad hunc ſanctum fundat, atque ad patronum, &c. Hoc habui ante oculos, non maiorum meorum ſolum recordationem, quæ carnem ſapit. Hoc exiſtimo Eccleſiam velle, & deſiderare, cum in baptiſmo conſueuit infantibus nomina Sanctorum imponere, Vtique ſi ſacra Biblia euoluas, duo inuenies maxima obſeruatione digna. Alterum eſt, cũ ſancti patres nomina filiis dabant, ſemper rationem reddere impoſitionis nominis, Vocauit Eua filium Cain, dicens, Poſſedi hominem per Deum. Ruſum alterum filium vocauit Seth, dicens. Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel. Sic & Abraham filium vocat Iſaac, hoc eſt, riſum, quia ridere me fecit Deus. Ioſeph etiam nomen primogeniti vocauit Manaſſe, dicens: Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum, ſecundi *Gen. 4.*

 vero

vero filij nomen appellauit Ephraim, dicens, Creſcere me
*Gen. 17. a* fecit Deus in terra paupertatis meæ. Quid plura? Etiam ipſe
Deus nomina impoſiturus, rationem reddit cur ea imponat
Vocat Abram Abraham, & ſtatim ratione ſubiungit dicẽs,
*Gene. 32.* Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium
conſtitui te. Rurſum de Iacob, Vocaberis Iſrael quoniam
ſi contra Deum fortis fuiſti quanto magis contra homines
præualebis? Angelus etiam ait de Chriſto ad Ioſeph, Voca-
bis nomen eius Ieſum ipſe enim ſaluum faciet populum
ſuum à peccatis eorum. Nuſquam etiam inuenies, illos an-
tiquos patres in memoriam ſuorum maiorum filiis nomina
indidiſſe. Nũquam Iacob aliquem filium ex multis nuncu-
pauit Iſaac, vel Abraham, non Ioſeph aliquem Iacob: non
Salomon aliquem Dauid, vel Iſai, &c. Cur ergo nunc homi-
nes egrediuntur terminos antiquorum patrum? Quadrat
obſeruatio in Euangelium pro feſto S. Ioannis Bap. in hæc
verba vocabant eum nomine patris ſui Zachariam Et Ne-
mo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Item cõ-
petit in Euangelium de Circuncifione Domini, in hæc ver-
*Non decet infantibus nomina in conſulto tribuere.* ba, Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab an-
gelo. Quomodo vocatum ab angelo? Certè rationem red-
dit, Ait enim, quia ipſe ſaluum faciet populum ſuum, &c.
Non enim decet temere, aut inconſulto nomina infantibus
imponere.

§ *Voca nomen eius Iezrael,* Vt obſeruant Diuus Hieronymus
& Rupertus, Iezrahel ſemen Dei ſignificat, id eſt, filium Dei
& cum dicere potuiſſet, Naboth Iezrahelitæ, maluit Deus
vocare Iezrael, hoc eſt, filium Dei Quorſum? Vt oſtendat
Deus, quanti faciat eos, qui iniuſtè patiuntur perſecutionẽ,
iudicat mundus à Deo eſſe deſpectos, derelictos, obliuioni
*Rom. 8.* traditos, fallitur tamen illos enim, non ſecus ac chariſſimos
filios diligit, Iezrahel, id eſt filiorum à Deo nomen accipiũt
Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro: quòd ſu-
mus filij Dei, Si autem filij hæredes quidem Dei, cohære-
des autem Chriſti, ſi tamen compatimur, vt & conglorifice-
mur. Attende, quid addat, vt cognoſcamus filij Dei, Si com-
patimur, hoc eſt, ſi imitãdo Chriſtũ afflictiones mũdi, Beati
eritis, etiã ait Aſſertor noſter, cũ maledixerit vobis homines
& perſecuti vos fuerint. Gaudete, & exultate, quoniam mer
ces veſtra copioſa eſt in cœlis. Quantum copioſa erit hæc
merces, pientiſſime Ieſu? Quantum decet eſſe mercedem fi-
liorum



liorum, qui enim à mundo premuntur, Iſraelitæ appellan-
tur à Deo. Adumbrauit hoc eleganter patriarcha Abraha- *Gene. 25.*
mus, dum Iſaac dedit cuncta, quæ poſſidebat, filiis autẽ con-
cubinarum largitus eſt munera Nam Abraham Deum ſigni
ficat, Iſaac vero viros perſecutionibus iactatos. Iſaac enim
inter cæteros filios ſolus lignis oneratus eſt & colligatus, *Tren. 3.*
vt offerretur Deo in ſacrificium. Et huic quia donat? Omnia
quæ Deus habet, nẽpe ſeipſum, ita vt dicere poſſit, Pars mea
Dominus dicit anima mea. Aliis qui filiorum nomen non
ſunt ita legitime adepti, qui nõ ſunt tribulationibus concuſſi
munera largitus, opes videlicet honorem, ſalutem, & cætera
id genus, quæ certe exigua munuſcula ſunt. Sic videmus Na
both priuatum honore, ſpoliatum bonis, affectum contume
liis, non tamen eius Deus eſt oblitus, ſed illum vocat Iez-
rael, quæ vox ſonat ſemen, aut filium Dei. Quoties igitur te
videris flagellis tribulationũ nõ atteri, animũ deiicias, credẽs
quod Deus tuus te dereliquerit. imò tũc leua caput tuum, *Hebr 12.*
ſciẽs, quòd Deus flagellet omnẽ filium, quem recipit. Fere- *Ignis amoris ſymbolum.*
bat patriarcha Abrahamus Iſaac imolaturus in altera manu
gladium in altera vero ignem. Quid eſt, ignem cum gladio
portare? Ignis amoris ſybolum eſt. Vnde de charitate dici- *Can. 8. e.*
tur in canticis. Lampades eius lampades ignis, atque flãma-
rum. Quoties igitur in manu Dei tui videris gladium, vt vul
nus inferat, ita vt dicere poſſis, Propter te mortificamur to- *Pſal. 43.*
ta die, facti ſumus velut oues occiſionis, cõuerte mentis o-
culos: ad alteram manũ Dei tui, & inuenies in ea ignem a-
moris: quando quos percutit, vel percuti permittit, vocat Iez
rael id eſt, filios ſuos, quoquis amor poteſt maior excogita-
ri? Timeant etiam homines, aliis iniuſtè irrogare iniuriam,
ſiquidem audiunt eos, qui patiuntur, filios Dei ab ipſo Deo
appellari, quo duo inculcat, & imẽſitatem præmij conferen-
di in huiuſcemodi filios, & acerbiſſimam vindictam ſumen-
dam de impiis iniuriarũ illatoribus. Quis enim dubitat pa-
trẽ vehementer vindicaturum contumelias filiis irrogatas
ſi poſſit? An vero Deo tuo vires ſuppetant, ipſe videris.

§ *Quoniam adhuc modicum, & viſitabo, &c.* Benedictus Domi-
nus Deus meus, & benedicta immenſa miſerationum eius
abyſſus. Obſeruate precor fratres mei: quantum tempus vo
cet modicum, non vtique mẽſem: non annum, ſed quinqua-
ginta annorum ſpatium. Cur optime Deus tam longũ tem-
pus modicum iudicas? Iam ſemel dixi, iterumq; dicam, imò
quoties ſcriptura anſam præbuerit, dicere non verebor.

 Elegantiſ-

Elegantiſſime taxat Deus homines impatientes, & faciles
ad puniendum delinquentes, qui ſi menſem, aut annum diſ-
ſimulauerint peccata, non ſe vindicantes, grāde facinus iu-
dicant. Audiant iſti, Deum ſuum modicum tempus appella-
*Gen. 31. f.* re quinquaginta annos. Opus maxime ſtrenuum ſe eſſe ag-
*Iacob fa-* greſſum, & apud homines inauditum Iacob exiſtimabat,
*mulatus* quando obiiciebat, Laban, Vingiti annis fui tecum, arietes
*maximum* gregis tui non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi. Ego
*ſpecimen.* damnum omne reddebam, quicquid furto perierat, à me exi
gebas. Sic per vinginti annos ſerui tibi. Quis tam longam
viri patientiam non admiretur? Quod ſi tanta viri patientia
admiratione digna eſt, quanto maiori ſtupore debebus iudi
care dignam Dei ſuſtinentiam, qui non exaggerat, vt Ia-
cob patientiam viginti annorum, ſed quinquaginta annis
expectare, modicum iudicat? Quid ergo referamus Deo pro
tanta longnimitate? Vtinam imitaremur Laban, qui longam
patientiam Iacob proſpiciēs, dixit illi, veni ergo, & ineamus
*Gene. 29.* fœdus vt ſit teſtimonium inter me, & te. In eundem modum
nos quos multos annos Deus æquanimiter fert, dicamus illi
Cupio Domine, imponere finem peccatis, tua longa patien-
tia me allicit, vt te deprecer, velis mecū inire fœdus. Cuius
enim hominis cor etiam lapideum nō emolliet tam ingens
amoris pignus, quantum eſt longum tempus tolerantiæ pec
catorum, perexiguum iudicare? Seruiuit Iacob pro Rachel
*Luc. 13.* ſeptem annis, & videbatur illi pauci dies præ amoris ma-
gnitudine, Sic Deus vt peccatores ſibi copulet ſpirituali con
nubio, ad quod ardenter aſpirat, multos annos non paucos
reputat dies, ſed quam breuiſſimam horam. Hinc proponit
parabolam ab arbore fici ſumptam ad explicandam ſuam in
peccatores patientiam. Nam poſteaquam tres annos expe-
ctauerat, vt ficus faceret fructum, cum illū non inueniſſet,
& dixiſſet, Succide illam vt quid etiam terram occupat? Cul-
*Iſai. 5.* toris vineæ precibus alio anno expectauit, vt fructum ferret
Certē īdigni ſunt peccatores terra, quam calcant, in quorum
loco ſi alij ponerentur, fructus ferrent vberrimos, adhuc ta-
men ac ſi modicum ſuſtinuiſſet, expectat, vt conuertantur.
Hinc & apud Iſaiam ait Expectaui, vt faceret vuas, & fecit la
bruſcas. Non ait, Quamprimum peccauerint, puniui, ilico de
ſtruxi, ſed, Expectaui. Audi etiam, quid dicat princeps Apo-
*2. Cap.* ſtolorum, Patienter agit Chriſtus propter vos, nolēs aliquos
perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti, Propter quod
cha-



chariſſimi, Domini noſtri longanimitatem ſalutem arbitre-
mini. Refert Plinius arborem Ebenum nunquam vri, & eſſe *Ebenus nō*
odoris iucundi, In eundem modum arbor vitæ Deus non v- *vritur.*
ritur igne iræ, ſed patiētiſſimus eſt, atque tam longa expe *Plin. li. 12.*
ctatio ad pœnitentiam exhalat odorem certe ſuauiſſimum. *c. 4.*
Quid enim iucundius peccatori quam longanimitas Dei? *Simile*
Miſericordia tua Domine, ait Bernardus, mihi ſapit dulcius.
Charitas inquit apoſtolus, operit multitudinem peccato-
rum. Venuſtiſſime explicat, quod ſit charitatis munus, nem
pe tegere peccata, non aliud charitas quam pallium quoddā *1. Petri. 4*
longum & latum non breue iuxta illud Iſaiæ, Pallium bre-
ue vtrumque operire non poteſt. Quorū pallium charitatis
ſolum habet latitudinem ad tegendum vnum peccatum, *Pſal. 28.*
breue eſt non tale eſt pallium charitatis Dei erga peccato-
res ſed nimis latum longum, & diu enim diſſimulans pro-
pter pœnitentiā, nos contegit. Quemadmodum medici æ- *Simile*
groto non propinant theriacam, donec ſex menſes tranſie-
rint poſt eis cōfectionem, antea enim non integram, & ex- *Vis tha-*
actam virtutem contra venenum dicunt obtinere, ac poſtea *riacæ a-*
quo antiquior, eſt eo perfectior. In eundem modū lētior pu- *pud medi-*
nitio, & diuinæ iuſtitiæ executio iudicatur crebro à Deo effi *cos.*
catius remedium contra venena vitiorum. Et ſicut mellitē
nōnulla ſolemus, & alias ſaccaro, condire, Hiſpane, *echarlas*
*en conſerua*, vt amaritudinem ſopiat dulcedo, ſic vindicta pa-
tientia condienda eſt, & quadam lentitate miſcenda. Peccat
aliquis? Anteaquam adhibeas ſeueram correctionem, admo
ne, hortare, ſuade relinquere peccatum. Tunc enim imitabe-
ris Deum tuum, qui puniturus prius ait, Adhuc modicum, &
viſitabo: &c.

§ *Et viſitabo ſanguinem.* Cum dicere potuiſſet, Et puniam,
vel vindictam ſumam, noluit Deus tuus hac locutionis for *Hiero. in*
ma vti, ſed hac, *viſitabo.* Cauſam reddat tibi diuus Hierony- *Iſai. 23. c*
mus multis locis, Puchre inquit, *Viſitabo*, & non percutiam, *& Ezechie*
plaga Dei viſitabo eſt atque curatio & omnis Dei viſitatio *9. & A-*
viſio eſt quaſi ægrotantis, quaſi habentis vulnera, quaſi me- *mos. 3.*
dicas expectātis manus. Quādo enim viſitās Deꝰ percutit, vt
emendet. Vnde in Pſalmo, viſitabo in virga iniquitates eo-
rum, & in flagellis peccata eorum miſericordiam autem
meam non auferam ab eis. Quando autem vehementer
iraſcitur ſuper eos, qui non agunt pœnitentiam: Non
viſitabo, inquit, ſuper filias veſtras, cum fuerint fornica-
tæ, & ſuper nurus veſtras, cum adulterauerint. Ecce
ergo

ergo bone vir quem te debeas exhibere delinqūétibus, medicum videlicet,non carnificem.Sic enim punire debes, vt quotquot viderint,& audierint,dicant,Inſtar optimi medici vulneri mederi conatur infirmi,non iugulare,aut interficere

*Sagacis. & periti medici offi cium.*

Et obſerua quemadmodum peritus medicus antea quam curationem exordiatur, ægroti complexionem attendat, morbi conditionem,grauitatem,& diuturnitatem exploret deinde potionē porrigat,ne præceps ſis ad adhibenda remedia,& ea apponas,quæ magis doceāt,quam proſint infirmo, Si enim recte viſites,fortaſſe ex periculo infirmi deprehendes,ac ouem errātem, ſuper humeros ad caulam gregis portandum interdum obſecraudum,interdum amictu charitatis operiendum,ne videatur eius ignominia interdum minis terrendum interdum amplectendum,interdum cum eo conuiuendum. Hæc enim omnia remedia,dum Chriſtus viſitabat ægrotos inuenies adhibita,& multa alia, quæ longū eſſet attexere.Iudæ veluti obſecrans maiora, quam cæteris Apoſtolis dilectionis ſigna oſtendit,vt à traditionis peccato reuocaret,Petrū renuentē lauari,minis deterret, Samaritanam,& mulierē in adulterio deprehenſam leniter alloquitur & ſuſcipit benigne,Phariſæos hypocritas gladio ſeuere correctionis percutit.Matthæum & Zachæum lætanter ſuſcipit,cum illis conuiuium celebrans,filium prodigum reuertentem ad ſe amplexatur,quæ omnia medicaminum diuerſorum genera peritiam cæleſtis medici detegunt, & quam diligenter ægrotos viſitabat.

*Qomodo Deus requirat. oues perditas.*

¶*Viſitabo ſanguinem.* Non ait, Viſitans viſitabo,ſicut dixerat peccatum commemorans, Fornicans fornicabitur. Et quidem rationi conſentaneum erat par pari referre, & pro delictorum magnitudine eſſe plagarum modum. Vnde ſicut hic eſt ratio incrementi,Fornicans fornicabitur, ita hic eſſe debuiſſet, viſitans viſitabo. Cur ergo mutatur loquendi forma? Vtique vt diſcamus Deum punire peccatores citra condignum & non rependere digna ſuis meritis peccatoribus, Benedictus Deus fratres mei,qui cum iratus fuerit, miſericordia eius ſuper omnia opera eius. Diſcamus etiam nos in iudicio miſereri. Nā ſumūius certe ſumma iniuria. Hinc ait eccleſiaſtes, Noli eſſe iuſtus multū, Non ait, Noli eſſe iuſtus, ſed addit, multum. Vt iuſtitiamm irigatione temperandam oſtenderet. Quemadmodum vinum aqua non delibutum inebriat,at ſi aqua temperes,vires addit, Sic, ſi iuſtitiam ab omni miſericordia ſepares : hominem reddit crudelem, &

*Terētius. Eccleſiaſtes.7.c. Simile.*



& ferinum eſſe oſtendit,& non ſecus ac ebrium fugiendum Si vero ſeueritatem coniungas cum miſericordia,hominem & Deo,& hominibus amabilem conſtitues. Propterea Aſſertor noſter ait, Miſericordiam volo,& non ſacrificium. Egregie docuit Deus,non ſibi gratos eſſe homines crudeles, voco autem crudeles qui nimiū iuſti ſunt,atque iuſtitiam abſque miſericordia ſibi non placere,cum apud Deuteronomium pręcipit pro delictis verberandum ita hominem eſſe, vt plagæ non excedant quadragenarium numerum. Atque rationem ſubiungens,ob quam id pręceperit,inqui, Ne fœde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Hinc conſuetudo oleuit Hebræus, ſolum triginta nouem verbera flagelllando incutere,ne forte contra legis præceptum vno excederent. Vnde & diuus Paulus ſe accepiſſe gloriatur quinquies quadragenas vna minus. Igitur ſi oculi Dei non delectantur fœditate vulnerum peccatoris,& non ſine miſericordia puniendum delinquentem præcipit:cur tu immanior Tygride eſſe voles,& quemadmodum ignis nō deſiſtit ligna comburere donec tota abſumat,& in cineres conuertat ita tu peccatorem inſequeris quouſque totum illum perdas clamans,fiat iuſtitia,fiat iuſtitia. An exiſtimas,cum huiuſcemodi igne poſſe quempiam vitam agere? Audi,quid dicat Iſaias, Quis habitabit de vobis cū igne deuorante? Audi etiam,quid dicat Helias in ſpelunca poſitus. Ecce ſpiritus grandis & fortis ſubuertens montes, & conterens petras. Et non in ſpiritu Dominus & poſt ſpiritum commotio & non in commotione Dominus. Et poſt commotionem ignis,non in igne Dominus. Vtique in vehementi iuſtitiæ executione,quæ cuncta ſubuertit non eſt Dñs,nec,cū inſtar ignis,omnia deuaſtat,ſed in ſibilo auræ tenuis,hoc eſt cum non vehementer iuſtitia flat,ſed quadam lænitate hominem impetit. Tunc,qui erat in antro peccati morſus à viperis venenatis inferni,egreditur,& quaſi erubeſcens ob peccatum commiſſum vultum ſuum operit pallio, Competit obſeruatio in Euangelium Dominicæ 3. Quadrag. in hæc verba. Si in digito Dei eiicio dæmonia. Obſerua,precor,quam læniter expellit dæmonium idque grauiſſime infeſtans,nam cæcū,mutū & ſurdū hominē reddiderat,quod conſiderandū eſt, ne grauitatem criminit obiicias,ac propterea acerbiſſime puniendum delinquentem vociferesris. Non certè alapis & colaphis non flagello crucians,ſed digito cuius vulnus, etiam ſi fortiter impetas, non graue multū eſt. Cōperit etiā in Euan-

*Math.8. Nimia Iuſtitia vertitur in crudelitatem. Deuter. 25.a*

*Fuſtigationis pœna apud Hebraos. 2.Corint. 11.*

*Simile*

*Iſai.33.c. 3.Reg.19.*

in Euangelium Dominicæ octauæ poſt Trinitatem, vbi villicus iniquitatis laudatur quod acceperit minus a debitoribus, quam ex æquo ſoluere debebat. Debenti enim centum cados olei, dixit, Accipe cautionem tuam, & ſcribe quinquaginta. Vides quo pacto non omne debitum ad libram exigat.

¶ *Viſitabo ſanguinem Iezrahel.* Diximus, à nonnullis intelligi hunc locum, quod ſignificet Deus ſe maximam vindictã ſumpturum de domo Iehu, quemadmodum ſumpſit de domo Achab, Hiſpane, *hare otra venganca como la de Iezrabel* Certe non eſt ſilentio prætermittendum, cur aliorum punitionem noſtris oculis ſubiiciãt & cum dicere potuiſſet, Ego viſitabo acerbiſſime, aut ſeueriſſime puniam, noluit ita loqui, ſed in hunc modum, Viſitabo quemadmodum viſitaui ſanguinem Iezrahel. Oſtendit Deus quantum cupiat nos alieno periculo cautos eſſe & in alieno capite accipere diſciplinam, hinc in memoriã noſtram reuocat crebro ſupplicia, quibus alios affecit. Sicut in diebus Noe, ait Aſſertor noſter erit aduentus filij hominis. Ac rurſum, Memores eſtote vxoris Loth. Cur proponit diluuij pœnam & Sodomæ ſupplicium, niſi vt hæc timorem incutiant, & reſipiſcamus? Ob quã etiã cauſam ait Apoſtolus, Nec murmuraueritis, vt quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore nec fornicemur, vt quidam eorum fornicati ſunt, & perierunt vna die viginti tria milia. Demum audi, quid Dominus præceperit apud Numeros poſt populi peccatũ eiuſque ſupplicium. Tollat inquit Deus, Eleazar ſacerdos thuribula quæ iacent in incendio, producatque ea in laminas, & affigat altari. Quorſum Domine ſeruari præcipis huiuſcemodi laminas? Conſidera, quid addat Scriptura, Vt cernant ea pro ſigno & monimento filij Iſrael, & habeant quibus commoneantur. Solent pij parentes ducere filios ad patibula malefactorum, cum ſuſpenduntur, aut excruciantur, vt timeant & fugiant ſimilia patrare. Sic Deus pœnas de peccatoribus ſumptas ante noſtros oculos ponit, vt ſimilia committere formidemus.

*Fœlix qui alieno periculo ſapit*

*Matt. 24. d.*

*Luc. 17. g*

*1. Cori. 10*

*Num. 16.*

¶ *Super domum Iehu.* Demus hoc Ruperti explanationi. Obſerua ergo quem hominem Deus eligit ad ſumendam vindictam de Achab, nempe iniquum, quique non zelo Dei ſibi parauit, delens domum Achab, ſed libidine dominandi ductus. Quod ita eſſe cõſtat, ſiquidẽ ipſe Iehu à peccatis Ieroboã non receſſit, & vitulos aureos coluit, hoc autem non



feciſſet, ſi zelo Dei commotus in domum Achab animaduertiſſet. Vides igitur, vt Deus Opti. Max. iniquos homines, non ſecus ac diuina quædam flagella deligat ad ſumendam vindictam de peccatoribus? Sic apud Iſaiam legis, electum regem Cyrum ad flagellandas gentes. Hæc dixit Chriſto meo Cyro, cuius apprehẽdi dexteram, vt ſubiiciam ante faciem eius gentes, & dorſa regum vertam. Sed quemadmodum parentes, poſtquam filium flagellarunt ob patratum peccatum, ſolent ipſum flagellum in ignem proiicere ad placãdos filios, In eundem modum Deus deſæuire ſolet in ſuæ iuſtitiæ executores, ac tunc maxime, cum relicto, aut poſt poſito diuino zelo, in adhibenda correctione, ſua, non, quæ Dei ſunt, quærunt. Timeant ergo alienorum peccatorum punitores audiẽtes domum Iehu à Deo punitam, quoniam inique executus fuerat Domini præceptum.

*Iſai. 45.*

¶ Docet etiam hic locus, opera noſtra Deo eſſe ingrata ſi deſit recta intentio, & iniquo peracta ſint animo. Eſt enim vera illa ſententia theologorum, quod actiones noſtræ ſortiuntur ſpeciem à fine, quem nos vocamus intentionem. Vnde D. Auguſtinus ait: Ex intentione animi impendet retributio præmij, vel pœnæ. Atque Aſſertor noſter apud Lucam, Si oculus tuus nequam eſt, id eſt, intentio, totum corpus tuum erit tenebroſum. Communis namque eſt Sanctorum Patrum expoſitio, oculum accipi pro intentione. Lege Gregorium lib. 28 Moral. c. 13. & Auguſtinum libr. 4. contra Iulianũ Pela. c. 3. Reddit autem per pulchrè rationem Diuus Thomas, ob quam intentio oculus appelletur: videlicet quia cognitionem præſupponitur voluntati finis, ad quem mouet, ſicut oculo præuidemus, quo tendere corporaliter debeamus. Docuit etiam Apoſtolus in omnibus operibus rectam habendam intentionem, admonens Coloſſenſes, Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, hoc eſt, ſit in vobis recta intentio. Et quamuis in omnibus exquirat Dominus rectam intentionem, maximè tamen in his, quos tamquam diuina inſtrumenta elegit ad exequenda iuſtitiæ munera. Iuſtè, inquit apud Deuteronomium, quòd iuſtum eſt, exequeris. Non ſatis eſt iuſtum exequi, niſi etiam iuſte exequaris. Delicata quippe ſunt hominis membra, & ideo, ſi ſectione ob purulentiam vlceris egent, non ferro, ſed auro, quòd ſalubrius ſit, amputanda ſunt. Voco autem aurum intentionem rectam, nam hæc à charitate quæ in

*A fine iudicantur actiones noſtræ.*

*Auguſt. Pſal. 40.*

*Luc. c. 11.*

*Greg. & Aug. co. 7. & D. Tho. 1. 2. q 12. a. 1. ad 1.*

*Coloſſ. 3.*

*Deut. 16.*

in Sacris bibliis aurum nuncupatur:debet proficiſci. Ferrum vero appello ſiniſtrum & iniquum animi affectum quo ferro ſi quis vulneri proximi mederi contendat, fortaſſis periclitabitur infirmus. Quemadmodum exiguum ſagittæ vulnus, ſi veneno hellebori ſit infecta, hominem interficit. Ita ſi praua adſit vindicantis intentio timendum eſt proculdubio ne ægroti animum interimant nouo odii vulnere, quem ſanare debuerat corripiens. Nullum enim peſtilẽtius venenum praua animi affectione.

*Simile.*

*Praua voluntas ant maerus.*

¶ *Super domum Iehu*. Quid hoc bone Deus? ſi peccat Iehu, puniatur Iehu, ſi deliquid Ieroboam, luat pœnas Ieroboam. Verum *domum Iehu* punire hoc eſt, totam eius familiam & generationem, à rectitudinis tramite alienum eſſe videtur. Decet ne perdere iuſtum cum impio? aut ob vuam acerbam à parẽtibus hauſtam filiorum dentes obſtupeſcere? Aut ob ſcelera dominorum famulos verberare? Domum enim etiam familiam inuoluit:& complectitur. Quis dubitat non omnes poſteros inſecutos fuiſſe patriæ iniquitatis veſtigia: aut ſaltem infantes eſſe inſontes domus Iehu? Si igitur ſaltem infantes non peccarunt. quare plectuntur? Reſpondeat tibi D. Augu. in epiſtola ad Auitum, citatuſque à Diuo Thoma, quòd pœna ſpirituali nunquam puniuntur filij pro parentibus: niſi communicent in culpa, vel per originem, vel per imitationem: quia omnes animæ immediatè ſunt Dei: vt dicitur Ezechi. 18. ſed pœna corporali interdum iudicio diuino: vel humano puniuntur filij pro parentibus, inquantum filius eſt aliquid patris ſecundum corpus. Adhibet & aliam diſtinctionem rurſus D. Thomas alio loco, quòd pœna conſideratur bifariam, primo ſub ratione pœnæ pro peccato, ſecundo ſub ratione medicinæ peccati. Pœna primo modo ſumpta non debetur niſi peccato: quoniam per pœnam reparatur æqualitas iuſtitiæ & hac pœna non punitur niſi peccator. Pœna ſecundo modo ſumpta: prout eſt medicina, irrogatur aliquibus abſq; propria culpa, ſed non abſque cauſa:& hoc ſolùm in bonis temporariis & corporalibus non autem in bonis ſpiritualibus, & æternis. Et quoniam filij, & ſerui ſecundum corpus ſunt res & poſſeſſio dominorũ, & parentum puniuntur aliquando pro eorum peccatis, ita tamen vt parentes & domini puniantur in illis pœna vt eſt pœna, ipſi autem filij & ſerui, vt eſt medicina ne videlicet ſimilibus ſceleribus implicentur. Tria igitur diſces ex hoc loco. Primum periculoſum eſſe iniquis dominis ſeruire quando legis domum Iehu, id eſt, familiam plectendam, in quem modum percuſſus etiam fuit populus Dauid ob eius peccatum. Secundum, diſcant, qui ab iniquis parentibus genus trahunt, quantum Deum timere debeant, qui domum, hoc eſt poſteritatem ob maiorum crimina punire ſolet, ſemperque ante oculos mentis illud habeant, Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem, eorum, qui oderunt me. Ac rurſum, Domine Deus, qui reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos fortiſſimè. Tertium, audiant hoc viri potentes quærentes diuturnitatem ſuæ domus, atque vt hoc conſequatur, ſolùm diuitiis temporariis congerendis dantes operam, obliuioni trandentes ſpirituales opes, cum hæc virtutum fundamenta prius iaciẽda ſint, & his deſpectis, cito domus corruat. Quis non videat, *Iehu domum* ſuam vſque ad regium culmen euexiſſe, cæterum ob eius peccata cito euertendam? Dicamus igitur illi, & his, qui illius inſtruendis domibus, & familiis ſequuntur veſtigia: Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Nam quemadmodum lapides in ædificiis abſque calce non cohærent, & facile ab ſtructura depelluntur. Sic ſi virtutum glutinum deſit fundatoribus familiarum, quamuis innumeras cumulẽt diuitias, totum ędificium facile diſſoluitur. Explicuit ita eſſe Sapiens, in hunc modum dicens: Sicut ornatus arenoſus in pariete limpido, & ſicut paleæ in excelſis, & cęmenta ſine impenſa poſita contra faciem venti non permanebunt, ſic & cor timidum in cogitatione ſtulti contra impetum timoris non reſiſtet. Quid vocat Sapiẽs cor timidum? Reſpondeat Interlinearis: Non fundatum videlicet in charitate, & veritate. Is igitur homo, qui charitatis bitumine caret ad coniungenda, & copulanda bona temporalia, diffidat domum ſuam diu duraturam, & paleas, & arenam à vento diſpergendas congregaſſe cognoſcat.

*Domus appellaitone continetur familia, genus & conſanguinei. ff. de adim. leg. l. cũ vnus.*

*Auguſt. in Epiſtola ad Auitum, & D. Tho. 1. 2. q. 81. a. 2. ad 1.*

*Ezec. 18.*

*1. 2. 87. ar. 8. o.*

*2. Re. 24.*

*Exo. 20.*

*Iere. 32.*

*In eo qui ab merito ſtirpem ...care conantur.*

*Pſal. 38.*

*Simile.*

*Eccleſiaſtici. 22. 6*

¶ *Super domum Iehu*. Non ait, ſuper domum Ieroboam, ſicut dixerat in exordio huius vaticinij: vbi ait: Verbum Domini quod factum eſt in diebus Ieroboam. Deinde obſerua, cur Iehu non appellauerit regem. Non enim ait: *Super domum Iehu*, regis, at in principio Ieroboam regem appellauit. Cauſam ergo meritò quærimus, ob quam magis dixerit, *Super domum Iehu*, quam, Super domum Ieroboam. Ad hęc, cur Iehu Dominus regij tituli honore ſpoliet? Certè dicere, hæc citra diuinũ cõſiliũ in hũc modũ eſſe prolata ab Hoſſea,

h impium

eſt. Duo igitur hic obſeruanda inuenies. Alterum eſt, vt ad radicem domus Iehu conuertat ſermonem Dominus: videlicet ad Iehu, quem ex humili loco & conditione ad regium culmen euexerat. Ac ſi dicat Deus. Attendite ingratitudinem impij hominis Iehu, quem ex ſtercore, & infima fæce plebis ſuſcitaui, regem creaui, atque multa alia beneficia id genus in illum cũtuli. [*Simile.*] Et quemadmodum qui chartis pictis ludunt, in ludo triumphi quamuis infima ſit, quę poſt cartarum nouem eductionem voluitur, illa tantæ eſt potentiæ, vt reges & equites ſubiiciat, & in captiuitatem redigat, atque omnes cartas ſuæ cognationis extollat ſuper cæteras: In eundem modum ego Iehu extremæ claſſis hominem elegi ad trucidandos reges, eique facultatem contuli: vt ſuæ familiæ gentem ad eminentiorem locum ſubleuaret. Verumis memor tot beneficiorum, ingratus extitit, neque tot officiorum vinculis ſe à peccatis compeſcere voluit, quamobrem domum eius viſitabo. Summa igitur ſit, Debet homo ſemper oculos mentis conuertere ad beneficia de manu Domini ſuſcepta, vt ſtrictius ſe obnoxium Dei ſeruituti eſſe cognoſcat, grauiusque deliquiſſe non dubitet, quam alij, ſi à præceptorum diuinorum ſemitis declinauerit. [*Impunẽ nõ licet ingratũ agere.*] Alterum hic implicatum eſt, decere hominem ingratum priuare honore collato. Rex fuerat Iehu, cæterum hic non appellatur à Deo rex, ob ingratitudinis peccatum.

*Et quieſcere faciam regnum domus Iſrael.*

Variè exponunt interpretes, & doctores hanc vocẽ, quieſcere. Theodoretus, quieſcere faciam, id eſt, delebo. Inter recentiores licet diſſidium eſſe videatur, eodem tamen tendunt, ſi res oculatius inſpiciatur. Vatablus cum Theodoreto cõſentit. Expendit enim in hunc modum. *Quieſcere faciam*, id eſt, abolebo. Alij, *quieſcere*, hoc eſt, ceſſare faciam, & proculdubio exactius explicatur, *quieſcere*, id eſt, ceſſare. In quem [*Iſai. 1.*] etiam modum legis apud Iſaiam. Quieſcite agere peruerſe, hoc eſt, ceſſate à prauis actionibus. *Regnum domus Iſrael*. Licet quidam ſolum ad familiam Iehu hæc verba comminatoria referant, quòd ab ea ſit auferendum regnum Iſrael, magis placet Diui Hieronymi explanatio referentis ea ad omnem domum Iſrael, quòd ab eis ſit regnum abolendum. In hac etiam Diui Hieronymi ſententia eſt Rupertus Tutienſis, quam confirmat ipſe rerum euentus. Nã *regnum Iſrael*, hoc eſt, decem tribuum non poſt multos annos omnino deletum fuit. A Zacharia enim filio Ieroboam, cuius atauus fuit



fuit Iehu, vſque ad nonum annum Hoſſeæ, ſub quo decem tribus ductę ſunt in captiuitatem, ſupputantur anni quadraginta nouem. Occiſoque Zacharia, qui fuit vltimus de ſtirpe Iehu ſtatim reges Aſſyrij ceperunt Rubẽ, & Gad, d&imidiam tribum Manaſſe, quæ erant transIordanem, & deinde multas ciuitates Samariæ & deinde totam Neptalim, ad extremum omnes reliquas tribus.

### *Ethicæ Obſeruationes.*

PRius ait Dominus, ſe viſitaturum domum Iehu, quam adhibeat ſuppliciũ, *quieſcere* videlicet *faciat regnum domus Iſrael*. Quorſum putas? Quia rectus ordo procedendi eſt ad ſupplicia per viſitationem, & abſque præuia viſitatione quemquam punire impium eſt. Diſcant igitur iudices, [*In præcipitantes Iudicũ ſententias.*] non temere ſententiam præcipitare, & neminem, anteaquam illum viſitent, condemnare. Prius enim cauſa eſt examinanda, ac deinde pœna iniungenda. Habet iudex duas aures vna pateat accuſatori, altera reo. Hinc apud Geneſim [*Gene. 18.*] Dominus ait, Deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint Sodomi, & Gomorhæi. *Et quieſcere faciam regnum*. Acute abolitionem regni, laxantis habenas peccatis vocat quietem. Nam qui ſe ingurgitant criminibus, non inquiete, ſed in maximo labore ſunt. Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundat fluctus eius in conculcationem, & lutum, ait Iſaias. [*Iſai. 57. d*] Venuſtiſſima ſimilitudo, componere hominem impium cum maris inquietudine. [*Impij hominis cum mari affinitas.*] Nil enim eo mari ſimilius, cum vir impius ſit amarus contentionibus, tumidus ſuperbia, liuidus inuidia, ſpumidus libidine, mutabilis inconſtantia, turbulentus, fluctuoſus, aliarumque maris qualitatum imitator. Ad hæc fluctus eius, licet tumentes ſint, & ſuo fremitu perterreant alios velut cõſpurcari luto peccatorum, magis ſunt conculcandi pedibus, quam cuiuſpiam habendi. Igitur Dñs, *quieſcere faciam*, ait. Ac ſi apertius dicat: Velut mare multis fluctibus vitiorum iactatum eſt regnũ domus Iſrael, ego faciã, vt tranquillum ſit, illud enim abolebo. Pręterea Regnum Iſrael diis alienis ſeruit, qui non dant illis requiem. [*Ierem. 2.*] Hæc enim eſt peccatorũ miſera ſors, dura premi ſeruitute, & quæ neç reſpirare ꝑ laboris magnitudine cõcedat. Ceſſet ergo vt queſcere poſſit. Nõ eſſet ẽt inepta explanatio, ſi ꝑ ironiã exponas, & dicas, ꝙ Dñs, velut ſubridẽs Iſraelẽ, abolitionẽ, eius, quietẽ illius

*Exterugu bernacula prouincia rum dare malum.*

illius appellet. Diſce etiam ex hoc loco, cum Dominus comminatur quaſi ingens ſupplicium auferendum regnum domui Iſrael, ob populi peccata ab exteris gubernari, pœnam eſſe inflictam à Deo. Sed de his latius, & opportunius inferius diſſeremus.

*Et in illa die conteram arcum Iſrael in valle Iezrael.*

In qua die? Quamuis, vti à nobis dictum eſt, probatūq; & teſtimoniis Scripturæ & Sanctorū Patrū, dies pro tēpore accipiatur, vnde & ſic poſſet hic locus diſpungi. *In illa die*, ideſt, in illo tēpore, cui explanationi videtur fauere Chaldaicus paraphraſtes habens pro, *In illa die*, Et erit in tēpore illo: altius tamen mihi rē conſideranti ſecus hic locus diſpungendus occurrit. Antea tamen, quā mentē meā aperiā, cuiuſdā recentioris expoſitionem afferā, quæ mihi non omnino ingrata eſt. Duo inquit, primū, in narrādis rebus geſtis illa, quę ab vno inchoātur initio ad idē tēpus, atq; adeo ad eū diem, quo cœpta ſunt, referri. Dies igitur iuxta hanc explanationē totū illud tēpus vaſtationis Iſraelitarū ab exordio ad extremā vſq; calamitatē cōſpectitur. Secundū, Regnorū, atque ciuitatū ſuas eſſe ætates ait, vt hominū, atq; aliorū animalium ſuæ etiā dies ſunt. Vt autē hominū ętates dieb. cōſtāt, ſic publicarū rerū, atq; regnorū certis annorū centuriis, quaſi diebus ſuis, cōſtāt. Cū igitur eadē annorū cēturia Iſraëliticū regnum defecerit, totaq; gens illius fuerit perpetuo exilio abducta, atq; eadē centuria Iudaicū regnū fuerit fractū, & contritū (ſolūm enim interceſſerūt inter Samariæ, & Solymorū vaſtationē anni centū triginta & ſeptē, quā vnā diē regni ætatib. eſſe cōſtat) diē vocat Spiritus ille cæleſtis cētū triginta annorū interſtitiū. Nō mihi eſt inuiſius hic explanandi modus, licet ſequēs mihi magis arrideat, *In illo die* naturali videlicet viginti quatuor horas ſolùm cōtinētes. Videtur fauere huic expoſitioni Vatablus vertens pro, *illa die*, eodem die. In hunc autem modum locum hunc diſpungendum duximus, quoniam ad maiorem populi terrorem eſt eodem die aliis, atque aliis affici ſuppliciis, vt iam in ethicis obſeruationibus expendemus. *Conteram arcum.* Robur, & fortitudinem Iſrael *arcum* vocat. Nam quemadmodum qui in bello arcu vtuntur in eo ſitam habent fortitudinem, quam ſi amiſerint, ſpem abiiciunt ſalutis, & victoriæ, carent enim quo ſe teneantur, & propugnent. Ita populus Iſrael peritus in hoc armorum genere, ſi arcu priuetur, quid illi erit niſi ſubiectio, calamitas, & deſperatio? Quod autem vſus ſit

*Dies quot tēporibus metiatur in ſcriptura.*

*Simile.*



ſit populus Iſrael arcu perſpicuum eſt. Vnde in illa elegia, quam de nece Ionathæ condidit Dauid, legimus, Sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorſum. Ac ſi apertius dicat, Penetrabat corpora hoſtium. Rurſum, ad Dauid veniſſe legimus viros fortiſſimos tendētes arcum & vtraque manu dirigentes ſagittas. Hinc tropus eſt Scripturæ familiaris, arcum vocare fortitudinem. Regius Pſaltes, Niſi conuerſi fueritis, arcū ſuū tetēdit, ideſt oſtendet fortitudinē ſuā in vos. Et apud Ezechielem, Percutiam arcum tuum, id eſt, fortitudinem tuam. Demum apud Iob, Fugiet arma ferrea, & irruet in maiorem fortitudinem. Quemadmodum nunc apud Hiſpanos maxima fortitudo ſita eſt in militibus pugnantibus catapultis, hoc eſt Hiſpane, *en los arcabuzeros*: quā gētē vocāt, *infanteria Eſpañnola*, & qui hos catapultarios milites auferret maximā fortitudinis partem auferret, Sic apud populū Iſraël frangere arcū, ſiue conterere, eſt omnē fortitudinē illius perdere. Iſraël inquit. Obſeruandū eſt, cū hoc nomen Iſrael ponitur abſolute, integrā familiā duodecim tribuū ſignificare: ſicut in Pſalmo. Qui regis Iſrael, intende. Et apud Iſaiā, Bos cognouit poſſeſſorem ſuū, Iſrael autem non cognouit me. Si autem iungatur his verbis domus, populus, regnū, tūc decem tribuū tantū fit mētio, excluſa tribu Iuda. Igitur in hoc loco, omnes tribus Iſrael conterendas eſſe, ſignificatur. Video tamen, D. Hieronymum ſecus intellexiſſe. Non enim ad omnes tribus hanc vaſtationem refert, ſed ſolū ad decē tribus. Vnde conſtare videtur regulā appoſitā non eſſe ſemper veram. Et certè rationi conſentaneum eſt, hic ſolum de decem tribubus eſſe ſermonem, & de ſupplicio domui Iſrael infligendo, non domui Iuda, ad quā poſtea conuertet ſermonē, Nec propterea regulā dictā omnino reficiendā dicimus. Nā cū ad percipiēdum Scripturæ verū ſenſum pręcedentia conſideranda ſint verba, & ſequentia, cum ſermo hic immediate pręcedens fuerit aperte de domo Iſrael, ideſt, de decem tribubus, dictum eſt enim, *Quieſcere faciam regnum domus Iſrael*: etiam hæc verba, *Conteram arcum Iſrael*: tantum ad eaſdem decem tribus ſunt referenda. Quod ſi quęras. Quare non dixit: *Conteram arcum domus Iſrael*, ſi de domo ſolum Iſrael, & non de tota Iſrael familia attexitur ſermo? Reſpōdeo, nunc ſubticuiſſe domum breuitatis gratia, & ne iterū, quod iam ſemel dixerat, repeteret. *In valle Iezrahel.* Detegit locum in quo conterenda eſt fortitudo Iſraelitici populi, nempe *in valle Iezrahel*. Quæ vallis, vt obſeruat D. Hieronymus, eſt prope Iſraelem

*Pſal. 7.*

*Ezec. 34.*

*Iob. 20. d*

*Simile.*

*Catapultarij militares acies tuentur.*

*Pſalm.*

*Iſai. 1. b.*

*Priora & ſequentia præſtant ſibi vicißim intellectū.*

lem metropolim regni Samarię,haberque latiſſimos campos
ac tantam vaſtitatem,vt pluſquam decem millium tēdatur
paſſibus.In hac valle,commiſſo certamine,ab Aſſyriis cæſus
eſt Iſrael,id eſt,teſte diuo Hieronymo,decem tribus.Cui cō
ſentiunt Lyranus,Rupertus,Dionyſius Carthuſianus,& alij
Video hic nonnullos philoſophari expendentes ſignificatio
nem huius vocis *Iezrabel*,quæ & brachium Dei,& ſemē Dei
ſonat.Verum hæc magis ſpectare videntur ad myſticam in-
telligentiam,quam ad literalem, licet illi ad literæ ſenſum
referre conentur.

## *Obſeruationes ad morum inſtitutionem.*

ET *in illa die*,Si pro tempore ſumamus diem ob-
ſeruate fratres mei quantum tempus diem vo-
cat,nempe centum triginta & ſeptem annos.
Quorſum putas?Vt tuæ vitæ proculdubio tē-
pus per exiguum eſſe iudices. Mille anni ante
*Pſal.89.a* oculos tuos,ait Pſalmus,tamquam dies externa,quæ præte-
riit. Sed quid,dices,ex hac obſeruatione emolumenti eſt?
*1.Cor.7.e* Paucis dicam. Ne Peccatis tuis longe abeſſe ſupplicium
exiſtimes. Hoc itaque dico fratres,ait Apoſtolus,tempus
breue eſt. Sed quanta eſt hæc breuitas ô Apoſtole Dei?Re-
ſpondeat tibi Dominus per vatem ſuum Hoſſeam,Tem-
pus 137. annorum vocans diem. *Et in illa die*, hic inquit.
*1.Pe.3.c.* Audi,& quid dicat Diuus Petrus. Vnum vero hoc non la-
teat nos chariſſimi quod vnus dies apud Dominum, ſicut
mille anni & mille anni ſicut dies vnus non tardat Domi-
nus promiſſionem ſuam ſicut quidam exiſtimant, &c. Vide
*Gen.47.* an ſanctus ille patriarcha Iacob tempus vitæ ſuæ breue iudi
cauerit,quādo interrogatus à rege Pharaone.Quot ſunt dies
annorum vitæ tuæ?Reſpondit: Dies peregrinationis vitæ
meæ centum triginta anni ſunt, parui & mali.O ſancte pa-
triarcha: ſi centum triginta annos iudicas eſſe paucos dies,
quid eſſe vitam ſeptuaginta annorum, quam pauciſſimi
attingunt? Vtique diem paruam.Non ergo exiſtiment ho-
mines,diu ſe victuros,nam quòd longum tempus homini-
bus eſſe videtur,diem Dominus vocat. Dixit quidā ſapiēs:
Sic viue,vt cras moriturus.At fortaſſis metā optimi conſilij
nō attigit,ſi qdē īcertū eſt,an cras victur⁹ ſit,& q̄ cras victuros





ſe ſperabant,cernimus,non illud fuiſſe conſecutos,& antea
mortem obiiſſe.Dixit diues,Anima habes multa bona po- *Nemo tute*
ſita in annos plurimos,requieſce,comede bibe,epulare. Di- *poteſt ſibi*
xit autem illi Deus Stulte hac nocte animam tuam repetunt *craſtinum*
à te.Nos ergo,ſi Dei ſerui eſſe cupimus,non dicamus nobi- *polliceri.*
ſmetipſis,Sic viue,vt cras moriturus, ſed mutemus in hunc
modum,Sic viue, vt hodie moriturus. Diceremus autem *Luc.12.c.*
multò melius ſic,viue,vt in hac hora moriturus,quādo Aſ-
ſertor noſter inquit,Eſtote parati quia,qua hora non putatis *Luc.12.e.*
filius hominis veniet.Non ait,Qua die nō putatis,ſed,Qua
hora.Vnde cum rurſum apud Matthæū dixiſſet, Vigilate i- *Matt.25.*
taque quia neſcitis diem,ac ſi cæcitatis ſit diem vitæ ſibi pol *b.*
liceri,ſubdidit,Neque horam.Quia neſcitis,inquit,diem,ne-
que horam.

¶*Et in illa die*,Illa coniunctio copulatiua,*et* neſcio, quid
mihi implicare videtur,& eadem die, vinginti nēpe quatu-
or horarum,qua abolendum erat regnum domus Iſrael,etiā
confringendam fortitudinem eiuſdem prædicit.Nam quēad
modum Satan ad perdēdum Iob eodem die multa adhibuit
ſuppliciorum genera,ita vt alterum ſine vlla intermiſſione
alteri ſuccederet,vnde vix vnus nuntius finem fecerat refe- *Iob.2.*
rendi calamitatem,quando,adhuc eo loquente, alter aliam
attexebat calamitatem,quas ideo velut concatenatas immi
tebat,ne daretur reſpirandi locus,& acerbius cruciaret, au-
geretque doloris vehementiam.In eundē modum Deus, vt *Pſal.15.a*
homines ad meliora conuertantur,ſolet pœnas pœnis adde
re,& neque reſpirationem concedere.Multiplicatę ſunt in
firmitates eorum,ait Dauid,poſtea accelerauerunt. Et ſan-
ctus Iob,Inſtauras teſtes tuos contra me,& muliplicas iram *Iob.10.c.*
tuam aduerſum me,& pœnæ militant in me.Quid teſtes vo
cat inſtauratos Dei niſi plagas ab eo inflictas?De quibus e-
tiam ſubiungit.Multiplicas iram tuam,hoc eſt,aliis, atque
aliis me afficis calamitatibus. Quemadmodum ferrum fri-
gidum tunſionibus malleorum emolliri nō poteſt,ſed cum
candens eſt,& ab igne extrahitur,anteaquam frigeſcat,mal *Simile*
leis impetitur,atque hoc pacto,quam optat,& intendit faber
inducere formam in materiam ferream,inducit,nō alias, In
eundem modum,Deus homines ferreos vt emolliat, & in
eorum animis virtutum formas imprimat,anteaquam fri-
geſcat,velut extractos à forna e cudit,& aliis,atq; aliis icti
b⁹ tribulationū cōfeſti īpetit.In hūc modū certe De⁹ ait ſe
acturū cū populo Iſaelitico.Primo regnū ab eis aufert neq;

hoc contentus, eſt ſed multiplicat eodem die flagella, con-
terit namque eodem die arcum, id eſt fortitudinem eius.
Quorſum hæc dicimus fratres mei? Ne exiſtimemus, cum
*Ezec.* 22. incipit nos flagellare Deus iam finem eſſe pœnarum, nouas
enim attexat pœnas, quod ſi nec his gradum à peccatis re-
uocauerimus, fortaſſis non deſiſtet ab inceptis, donec nos
omnino perdat. Ecce ego, ait apud Ezechielem, congregabo
vos congregatione argenti, & æris, & ſtanni, ferri, & plumbi
in medio fornacis, vt ſuccendam in ea ignem ad conflandũ,
ſic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requieſcam,
& conflabo vos, & ſuccendam inque vos furoris mei, & con
flabimini in medio eius, vt conflabitur argentum in medio
fornacis, ſic eritis in medio eius: & ſcietis quia ego Domi-
nus cum effunderim indignationem meam ſuper vos.

¶*Conteram arcum Iſrael.* Horrendum ſanè ſupplicium con-
*Iſai.* 3. *a.* terere fortitudinem regni, ea enim contrita, actum eſt de re-
*Actum eſt* gno. Audi quid dicat Iſaias, Ecce dominator Dominus ex-
*de regno* ercituum aufert à Ieruſalem, & à Iuda validum, & fortem
*cui effœmi-* & virum bellatorem, & effœminati dominabuntur eis. Et
*nati præ-* quid inde ſequitur ſacer vates? Attende quid ſubdat, Cor-
*ſunt.* ruet populus. Atque apud Ieremiam, Gladius ad equos eius
*Ierem.* 50 & ad currus eius, & ad fortes eius, erunt quaſi mulieres.
*f.* Certè non eſt certius ſignum euerſionis regni, quam in eo
non eſſe viros fortitudine præſtantes hi enim ſunt parmæ,
& ſcuta pluſquam ferrea ad protegendum regna. Eſt tamen
aliud quod obſerues, nempe non eſſe dictum auferam arcum
*Simile.* ſed conteram. ac ſi dicat, Non fidat populus in fortitudine
ſuorum, ego confringam illos. Duo ergo hinc habes ad com-
ponendos mores. Primum, docet hic locus, cum videmus à
quopiam regno abeſſe viros fortes, quos antea habuerat, ti-
*Iere.* 17. *a* mendum eſſe, ne id ob eius peccata contingat, atque ne il-
lud citó ſubuertendum ſit, cum careat firmiſſimis propugna
culis, tale enim præſtant regno vir fortes munus. Secundum
*Iere.* 9. Ecce non eſt, cur fidat regnu in fortitudini ſuæ, quando qui-
dem audis confringendam fortitudinem Iſrael. Heu quoties
viri ingenti robore, & infracto animo muniti vincuntur, &
necantur ab hominibus imbecillis, & infirmis. Maledictus
igitur qui ponit carnem brachium ſuum, facile enim con-
teritur hæc fortitudo. Hinc rurſus legis, Non glorietur for-
*Iob.* 9. titudine ſua. Si cauſam quæris, reddam, quia Deus fortior
*Simile.* eſt. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt, inquit Iob. Eſt
*Plinius.* Deus ſimilis fulmini: quod in robuſtiora & fortiora ma-
gis



gis deſæuit. Vnde Plinius refert, aduri ferrum, & æs, cereo va
ſe illeſo intra quod erat. Fortaſſis & hoc ſignificauit Regius
Pſaltes diſcens, Fulgura multiplicauit, & contubauit, eos. *Pſal.* 17.
Nam iuxta Philoſophos naturales fulgur apparens ſignum
emiſſi fulminis. Ait igitur Dauid, Pugnauit inimicos meos
ad modum fulminis, quod contra fortiora, & robuſtiora ma
gis ſæuit. Nam ad eundem modum quo fortiores contra me *Victoriæ*
ſe exhibebant magis à Deo ſunt contriti hoſtes mei. Ad po *trophæa*
ſtremũ docet hic locus diuini auxilij eſſe, de hoſtibus cap- *Dei ſunt.*
tare victoriã, nõ humanarũ viriũ: licet milites certãtes ſtre- *2. Parali.*
nui ſint non enim inquit, Equites & expediti milites conte- *29. c.*
rent arcum Iſrael, ſed ego *conteram.* Recte igitur ait Dauid,
Tua eſt Domine potentia & gloria, atque victoria. Atque *1. Machab.*
ille fortiſſimus Iudas Machabæus, Facile eſt concludi mul- *3. e.*
tos in manu paucorum, & non eſt differentia in conſpectu
Dei cœli, liberare in multis, & in paucis, quoniam nõ in mul
titudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo
eſt.

¶*In valle Iezrahel.* In ipſa valle in qua & reges & populus
patrarunt peccatum idololatriæ, confringit Deus fortitudi- *2. Re.* 11.
nem Iſrael. Solent boni iudices in eo loco vbi male facto- *a.*
res crimen commiſerunt illos ſuſpendere. Sic Deus iuſtiſſi- *2. Re.* 16.
mus iudex in eo loco pœnas ſumit de peccatoribus, in quo *d.*
ſuam ineffabilem maieſtatem offenderunt. Sic etiam de Da *Arte ſua*
uid ſumpſit, coiuit enim in domo ſua cum vxore aliena, ve- *Perillus*
rum in eodem loco Abſalon rem habuit veneream cum e- *periit.*
ius concubinis. Parauerat Aman in domo ſua crucem Mar- *Eſther.* 5.
dochæo, & in eadem domo, & cruce ipſe Amã eſt ſuſpenſus. *& ſeq.*
fugiẽda igitur ſunt loca, in quib[9] Deũ offendim[9], ne cũ in il-
lis ſumus, de nobis forte ſumat vindictã. Cur exiſtimas Eſt-
her omnia loca, in quibus antea lætari conſueuerat, crinium
laceratione compleuiſſe? Certé vt opinor, quia timebat, in
ipſis locis ſe puniendam, in quibus ſe deliquiſſe credebat.
Nos ergo fratres loca recogitemus, in quibus peccatis nos
ingurgitauimus, & illa lachrymis abluam[9], vt per ea ſecuri
tranſire poſſimus in iiſque tuti manere. Quadrat obſerua-
tio in feſtum Pentecoſtes. Vbi enim legis diſcipulos Domi-
ni fuiſſe repletos Spiritu ſancto? Certe in eodem loco, in
quo erant congregati perſeuerantes vnanimiter in oratione *Iere.* 19. *b.*
Quemadmodum enim in quibus locis ſunt patrata peccata
ſolet Deus punire peccatores. Vnde & apud Ieremiam ait,
Ecce ego inducam afflictionem ſuper locum iſtum, ita vt *Act.* 2.

omnes qui audierit illam, tinniant aures eius, & deſſipabo conſilium Iuda, & Ieruſalem in loco iſto. Et hic audis in valle Iezrahel conterendam fortitudinem Iſrael. In eundem modum in eo maxime loco homines de manu Domini ſolent ſuſcipere beneficia, in quo Deo ſuo deſeruierunt.

*¶Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei. Voca nomen eius, abſque miſericordia.*

NOmine filio Hoſſeæ impoſito imaginem quandam vltionis diuinæ ſumus contẽplari, quam Deus illaturus eſt Iſraeli pro eius ſceleribus, quem tamen omnino exitum ea res eſſet habitura, nondum accepimus, tantum ſiquidem agnouimus dictum filium vocandum Iezrahel, id eſt diuini brachij robur eoque puniendum Iſrael, ſed quanta diuinæ iuſtitiæ ſeueritas in peccatores Iſraelitas futura ſit, adhuc latebat. Hanc igitur nunc oſtendit Deus, & detegit nomine ſecundæ prolis. Ac ſi tacitæ obiectioni reſpondeat, quam quis poſſet interrogare, Num aliquando miſerturus eſt Dominus Iſraelitici populi irretiti crimine idololatriæ? Dic nobis ſacer Vates quando tempore deſæuiet diuina iuſtitia in iſtos peccatores? Facto reſpondet, & reſerat nomine huius filiæ, Deum non vltra miſerturum populi Iſrael, *Et concepit adhuc, & peperit filiam*, Non ait, Peperit ei filiam, in quem modũ dixerat de filio. Sic enim legis, Peperit ei filium. Cur hic ſubiicetur pronomen, ei? Non ſine cauſa, vt in obſeruationibus iam dicturi ſumus. *Voca nomen eius abſque miſericordia.* Obſeruandum eſt hic, *abſque miſericordia*, non eſſe nomen appellatiuũ, ſe proprium. Eſt autem Hebraica vox pro *abſque miſericordia*, lo Ruhhama. Interpres tamen noſtræ Æditionis vulgatæ pro lo Ruhhama tranſtulit *abſque miſericordia*, in quem etiam modum ſeptuagita tranſtulerunt. Et quia hoc crebro inueniemus in Sacris Bibliis nomina videlicet, & quæ appellatiua videntur, pro propriis vſurpata, neceſſum eſt regulam ſtatuere, ne in hunc lapidem impingamus. Sit igitur regula Cum nomina huiuſmodi, & perſonis, & aliis rebus inuenerimus impoſita, tunc propria ſunt, non appellatiua, vt impræſentiarum, *voca nomen eius abſque miſericordia: abſque miſericordia* nomen proprium eſt: & inferius tertio filio imponitur nomen, non populus meus. Non populus meus nomẽ proprium



proprium eſt, pro quo Hebraice eſt Loami. Item apud Iſaiã vocatur Iſaiæ filius, relictus eſt, Hebraice Iaſub, relictus eſt pro proprio nomine poſuit interpres. Ac poſtea in alio loco tranſtulit pro hoc nomine proprio, Scaliaſub, reliquiæ conuertẽtur, quod dicta vox Hebraica Scaria ſubſonat id, quod hæc duo reliquiæ conuertentur. In eundem modum apud Geneſim appellauit lucem diem & tenebras noctem, pro lucem Iom eſt Hebraice, pro tenebris vero nomen proprium laila id eſt noctem. Sic rurſum vocauit firmamentum cœlum, pro Schamaim, id eſt cœlos. Quemadmodum ſi pro Dauide transferas, dilectus & pro Salomone pax eius, quod hę voces dilectum, & pacem eius ſignificent. Vſus autem eſt interpres hac loquendi forma, quia magis rem ſignificatã conſiderauit, quam vocis ſonum. Sed ad textum reddeamus *Voca nomen eius abſque miſericordia.* Genuina ſignificatio huius vocis, *abſque miſericordia* eſt, non miſericordiã conſecuta, aut non digna miſericordia. In quem modum nonnulli vertunt. Diuus tamen Hieronymus, Theodoretus, Septuaginta cum noſtra vulgata Æditione conſentiunt vertunt enim abſque miſericordia: *Et concepit adhuc: & peperit filiam.* Quærunt multi, Cur magis filiam conceperit, quam filium, nec abre. Sed reſpondeat diuus Hieronymus, Filia autem, inquit, naſcitur, non filius: quia fœmina fragilis ſexus eſt, & quæ victorum pateat contumeliæ. Vnde egregie etiam ait Hippocrates, Fœmina debilior natura eſt, quam mas conſtat enim humidioribus, & frigidioribus, elementis, cum quo Ariſtoteles etiam conſentit, Ait quippe, fœminam minorem eſſe, & debiliorem maſculo ſecundum omnes virtutes. Hinc fœmina infirmitatis, debilitatiſque ſymbolum eſſe ſolet. Quod venuſtiſſime ſanctus Iob hominis debilitatem volens noſtris oculis obiicere contemplandam, explicuit dicens homo natus de muliere. Ac ſi apertius diceret, Caducum eſt hominis fundamentum, debilis, & infirmiſſima eius origo. Significatur itaque hoc dolore fœmineo, eiuſque nomine debilitas, & infirmitudo populi Iſrael, qui, velut fœmina omni carens auxilio, & miſericodia indigna, multis exponetur contumeliis, & innumeratis afficietur incõmodis.

*Iſai. 7. & 10. c.*

*Gen. 1.*

*Hippoc. li. de glādibus & dieta.*

*Ariſto. lib. de Phiſionomia.*

*Iob. 14.*

*Quia in ſe habet fortitudinis qui natus eſt de infirmitate.*

*Greg. lib. 11. & 25.*

Obſer-

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem.*

ET *conce it adhuc.* Aduerbium *adhuc,* patiẽtiam,& longanimitatem Dei detegit, qui cum diu expectaſſet cõuerſionem huius populi, adhuc diutius expectare dignatur. Nunquam ergo ſimus prçcipites ad vidictã,ſed dè his nuper diximus.

*In alienis peccatis corripiendis: lenes in propriis miſericordes ſumus iudices.*

¶*Et peperit filiam.* Cum filij naſcituri meminit Scriptura,dixit,Peperit ei filium,nunc vero in ortu filiæ non ait ,Peperit filiam ei. Cur mutatur loquendi modus?non certe vtopinior,ſine cauſa. Quid adumbrat hæc filia? Supplicium futurum ſine miſericordia. Significabitur ergo , neminem ſibi velle concipere,& parere iudicium ſine miſericordia , omnes vindicandis alienis peccatis attroces ſunt, & immiſericordes,in propriis autem,bone Deus quam ſunt pij,& benigni,ſemper cupiunt,& quærunt temperari iuſtitiam miſericordia,ne vino intemperato executionis iuſtitiæ exhauſto veluti vino fortiſſimo,& aqua non deliburo inebrientur , & iudicio mentis excæcato corruant.

*Simile.*

Audi, quam ſententiam tulerit Iudas in Thamar,quod fornicata fuiſſet , Producite eam,& comburatur. Verum cum illa dixiſſet, ſe concepiſſe ex Iuda,videre , vt mutauerit ſententiam , & temperauit. Iuſtior me eſt,inquit. Quid hoc eſt bone vir ? Nonne prius dixiſti comburendam mulierem fornicariam?Cur modo mitius loqueris , cum liqueat , grauius eſſe illius peccatum? Prius namque ſolum vterus tumens oſtendebat , eam eſſe contaminatam fornicationis peccato , nunc verò ſtuprum confeſſa eſt,quod grauius eſt crimen. Igitur nunc grauior ſententia ferenda eſt,non mitior.Ita eſt proculdubio. Cæterum ea eſt hominum conditio,vt in aliena crimina ſunt exactiſſimi cenſores,cum ſibi nolint gignere filiam iuſtitiam, quæ ſine miſericordia ſit.

*Gen. 38.f*

*2. Re.12.a*

Intuere etiam , quid reſponderit Dauid prophetæ Nathan dicenti,Reſponde mihi iudicium, Duo viri erant in ciuitate vna ,vnus diues,& alter pauper. Diues habebat oues,& boues plurimos valde,pauper autem nihil habebat omnino præter vnam ouem paruulam,quam emerat,& nutrierat,& quæ creuerat apud eum cum filiis eius ſimul,de pane illius comedens,& de calice eius bibens & in ſinu illius dormiens eratque illi ſicut filia. Cum autem peregrinus quidam veniſſet ad diuitem,parcens ille ſumere



re de ouibus,& de bobus ſuis,vt exhiberet conuiuium peregrino illi,qui venerat ad ſe tulit ouem viri pauperis , & præparauit cibos homini qui venerat ad ſe. Attende quæſo, quid nimiś iratus indignatione. Dauid dixerit , quamque aduerſus hominem illum tulerit ſententiam, Viuit Dominus,quoniam filius mortis eſt vir,qui fecit hoc. Ouẽ reddet in quadruplum. Recta qudem ſententia , & optimo rege digna ſed audi,vt mutauerit ſententiam, dicente Natham, Tu es ille vir,qui feciſti hanc rem. Peccaui Domine, reſpondit Dauid. Quid hoc eſt rex?Cur non ais , Filius ego ſum mortis,ouem reddam in quadruplum , ſicut prius dixeras? Certe doces,ingratum eſſe homini peccatori concipere , & gignere ſibi iuſtitiam abſque miſericordia.

*Quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ſe quoque eo dem vti debet.*

Quadrat obſeruatio in Euangelium Sabbati poſt tertiam Dominicam Quadrageſimæ, vbi agitur de muliere adultera,vbi vides, quàm impie accuſabant Phariſæi adulteram,ſed cum Aſſertor noſter ſcripſit in terra eorum crimina,vnus poſt vnũ exierũt. Quadrat etiam in Euangelium Dominicæ vigeſimæ primæ poſt Pentecoſtem,in hæc verba,Egreſſus ſeruus,cui Dominus omne debitum dimiſerat,ſuffocabat conſeruum ob centum denarios.O hominis impietatem? Rogauit Dominum, vt omne ſibi debitum dimitteret,at conſeruo ſuo nec minimum condonare vult,quamuis procidens rogabat.

¶*Abſque miſericordia.* Quando hoc impoſuit Deus nomen? Certe,cum diu exſpectarat. Docet ergo,non miſericorditer agendum cum his,qui non redeunt ad ſaniorem mentem: ſed iterum,atque iterum,atque iterum,imo crebro peccatis ſe implicant. Fratres,ait Apoſtolus,etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,vos:qui ſpirituales eſtis,huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Obſerua Diui Pauli prçceptum prçoccupatus fuerit in aliquo delicto,inquit. Quid ſi in multis delictis? Tũc nõ lenitate , ſed ſeuere agẽdũ eſt cũ lenitate, ſed ſeuerè agendum eſt cum illo. Hinc & optime Concilium Aquiſgrani decernit delinquentem, primò ſecundum Domini præceptum non ſolum ſemel,aut ſecundo, aut tertio,quinimo crebrius admoneri,& ſi his admonitionibus nõ ceſſerit,publica obiurgatione corripiatur. Sic legis, Pharaonem obduratum,& non conuerſum ad meliora,cum exercitu ſuo in mediis maris fluctibus periiſſe. Atque in Euangelio,non habentem veſtem nuptialem, miſſum in carcerem, ligatis manibus,& pedibus.

*Galat.6.*

*Conſilium Aquiſgranen.c.134.*

*Pertinaces & obſtinati publicè corripiendi.*

¶Quia

¶ *Quia non addam vltra miſereri domui Iſrael,ſed obliuione obliuiſcar eorum.*

¶Rationem reddit,ob quam hoc nomen *Abſque miſericordia* fuerit puellæ impoſitum à Domino,nempe, quia non addam vltra miſereri domui Iſrael, Et ſignificatur, decem tribus,quæ ſub rege Ieroboam degebant,eſſe in captiuitatem ducendas,eiuſque regnum nunquam illis reſtituendum.Nã vſque hodie,vt teſtatur Diuus Hieronymus , Perſarum regibus ſeruiunt. Sunt qui dicant, hic tantum negari domui Iſrael miſericordiam,quæ ad fœlicitatem bonorum temporariorũ ſpectat non quæ ad ſalutem animorum. Nam diuus Iacobus ait, Iacobus Dei , & Domini noſtri ſeruus Ieſu
*Iaco.I.c.* Chriſti duodecim tribus,quæ ſunt in diſperſione ſalutem. *Sed obliuione obliuiſcar eorum.* Repetitio huius verbi, *obliuio*, incrementum inuoluit,ſicut hæc,Fornicans fornicabitur. De quo loquedi tropo iam diximus. Ac ſi dicat,Nũquam recor-
*Finis Monarchia Iſraelitarum.* dabor eorum,vt eos reducam in ſuam patriam. Quod verũ eſſe rei euentus demonſtrat. Iſraelitæ enim ducti in captiuitatem Aſſyriorum,nunquam ad ſuam patriam redierunt, aut certè quam pauciſſimi.

## *Ad mores componendos*

*Q Via non addam vltra miſereri domui Iſrael.* Non inquit,Non miſerebor,ſed,*non addam vltra miſereri.* Igitur non ſemel,atque iterum miſertus fuerat Dominus ſed crebro. Diſcant ergo homines miſericordes eſſe in peccatores,& non de quolibet peccato ſumant vindictam , quanto Deus ait, *Non ad-*
*Habac.3. 2.Cor.1.* *dam vltra miſereri*,hoc eſt,huc vſque ſemper addidi miſerationẽ miſerationibus,iam non adddam.Sed horrẽdum eſt hoc verbum *Iam nõ addã miſereri.* Quomodo.n. ſine miſericordia tua,viuere,aut ſtare poterimus?Nonne maior eſt miſericordia tua,quàm hominum iniquitas?Nonne ad te clamat Habacuc,Cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis? Nonne te vocat Apoſtolus patrem miſericodiarum,& Deũ totius conſolationis?Vbi ergo quærenda eſt miſericordia,niſi apud te?Vbi inuenietur talis filia qualis miſericordia eſt, niſi apud tantum patrem,quantus tu es?Certè Domine abyſſus miſericordiarum tuarum abſorbet,& glutit abyſſum iniquitatum noſtrarum,& dicere poſſumus,Abyſſus abyſſum inuocat. Quomodo ergo ais,*Non addam miſereri?* Vtique Domi

ne onno



ne non cupis,negare miſericordiam:ſed,vt imponamus finẽ prauis peccatorum actionibus. Deſideras etiam,ſemper ante oculos mentis habeamus,te non minus iuſtum eſſe quàm miſericordem. Sapiens enim ait,Ne dixeris,Peccaui,& quid *Eccl.5.a.*
mihi accidit triſte?Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu , neque adiicias peccatum ſuper peccatum, Et ne dicas , Miſeratio Domini *Miſericordia & Iuſtitia diuinæ maieſtatis præcones.*
magna eſt,multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim & ira illo cito proximant,& in peccatores reſpicit illius. Quemadmodum ceraſa ſemper bina ab arbore proferuntur,& ſemper duo coniuncta eſſe reperies,Sic arbor vitæ,Deus coniunctos hos habet fructus, miſericordiam,& iuſtitiam. Miſericors Dominus,& iuſtus, ait *Simile*
Dauid. Ac rurſum,Miſericordiam,& iudicium cantabo tibi. Ecce vtrumque connectit,miſericordiam, & iuſtitiam. Cur ergo homines volunt, Deum ſolum ex parte cognoſcere, nempe quatenus tantũ miſericors eſt,& eius erga ſe bonita- *Pſal.144 & Pſ.100*
tem ad ignauiæ occaſionem corripere?Audiant iſti quid Sapiens dixerit,nempe,Ne dicas,Miſeratio Domini magna eſt *Egregrie aſsimilantur peccatores luſcis ſpecillis vtentibus.*
Conſpexerat enim peccatores,eſſe ſimiles hominibus luſcis qui cum careant recto ad videndum acumine,ſpecillis vtuntur,quod rem maiorem,quam ſit oculis contemplandam obiiciant,Verum trãſeuntes per pontem ligneum,cum arctus ſit cernentes illum ſpecillis,iudicant pontem eſſe latiorem, ac pedem figentes in aëre , cadunt in profundum gurgitem, vbi miſere obruuntur. Certè miſericordia Dei pons eſt,ſine quo ad cœlum tranſire non poſſumus. Cæterum peccatores eam velut ſpecillis conſpiciunt habent enim oculos luſcos & obtenebratos,cum peccatum obnubilet,& obſcuret lumẽ rationis,hinc maior,& latior videtur illis miſericordia Dei, quàm ſit,& confidentes,ſe ſalutem conſecuturos,præcipitantur in infernum. Vtinam iſti aduerterent,quibus in ſcriptura *Nefas Miſericordia Dei abuti.*
promittitur miſericodia,iis videlicet,qui Dominum timent & ad meliora conuertuntur. Quo modo miſeretur pater filiorum miſertus eſt Dominus timentibus ſe. *Non addam vl-* *Pſ.102.*
*tra miſereri,* Obſerua frater mi,obſecro,loquendi modum, cũ dicere potuiſſet,Non amplius miſerebor,noluit Deus tuus ſic loqui,ſed in hunc modum, *Non addam miſereri.* Cur Domine mi, *non addam*, ais? Proculdubio,vt doceas nõ magnifaciẽdã miſericordiã noſtrã à nobis,qui tuã paruifacis , cũ tua ſit multo excellẽtior. Videbis multos vnã vix guttulã miſericordiæ proximo dediſſe, cũ iniuriam leuiſſimã cõdonarunt,

vel

vel obolum pauperi obtulerunt & iam exiſtimant, vaſtum oceanum hauſiſſe. *Simile.* Audiant iſti quo nomine Deus ſuas appellet miſerationes, videlicet additamenta quædam ſiue acceſſiones, non munera, vel præcipuum libræ pondus, hoc ſignificat, dum inquit, *Non addam.* Solent qui adeunt macellum, empturi carnem, cum empto carnis pondere ferre additamẽtum vile, partem videlicet iecoris occipitis, quo iuſtum lanx reddat pondus, quæ acceſſio adeo eſt vilis, vt emptor eam proiiciat: In eundem modum Deus miſericordię opera nobis exhibita vocat additamenta, ne nobis improperet, quaſi grandia contulerit. Ad hæc *non addam*, inquit, quoniam cum librat noſtra demerita lance diuinæ iuſtitiæ, cernens præponderare crimina bonis actionibus, quam ob rem & nos dignos morte eſſe, addit de ſuo miſericordiam, ne puniat. Miſericordiæ Domini: quia non ſumus conſumpti, *Thre. 3. e.* ait vates Ieremias. Ob hoc & Ioel Deũ vocat pręſtabilẽ ſuper *Ioel. 2.* malitia. Conuertimi, inquit ad Dñm Deũ veſtrũ: q̃a benignus, & miſericors eſt patiẽs & multę & miſericordię, & pręmalitia. Item non eſt mihi grata obſeruatio, ſi dicas, hac vti ſtabilis ſuper loquendi forma Deum: *Non addã miſereri*, vt oſtẽdat domũ Iſrael deſpexiſſe multitudinẽ miſerationũ diuinarũ in ſe collatã. Nã quæ addũtur ad æquitatem libri conficiẽdam ſolent homines, nihili facere & ſpernere. Noli ergo tu deſpicere miſericordiam qua te expectat, ſed honora Domi *1. Re. 2. g* num: Ait quippe. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

*Non addam miſereri domui Iſrael.* Ad multos ſe extendit hæc miſericordiæ priuatio videlicet ad omnem domum Iſrael, Vbi ergo ſunt, qui dicunt parcendum ſemper multitudini peccandi, & vtendum miſericordia? Ecce non inquit, *Non addam miſereri* iſtius, vel illius hominis, ſed *domui Iſrael.* Sic etiam legis totum mundum diluuio punitũ, Sodomam igne ſubuerſam: & in Euangelio contra Ieruſalem dictum. Ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

¶ *Et domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo.*

Significat, ſe mitius acturum Dominus cum domo Iuda: & quamuis in domum Iſrael ſeueriſſime ſit animaduerſurus in domum Iuda illius nõ item, ſed fore miſerturũ. Quę tamẽ miſericordia, & ſalus ſit, quam hic Dominus ait, ſe collaturum-

rum-



rum in domum Iuda, ex expoſitoribus non liquet varij enim ſunt, & diſſentiunt in hac re. Exiſtimant nonnulli, *Iudæis ad Templum readificandum data licentia.* hanc miſericordiam eſſe inſtaurationem regni Iuda per regem Cyrum. Probant Scripturæ teſtimonio. Nam apud Eſdram in hunc modum legimus. Hæc inquit rex Perſarum Cyrus, Omnia regna terræ dedit mihi Deus cœli, & ipſe mihi præcepit, vt ædificarem ei domum in terra Salem. *1. li. Eſd. 1* Quis eſt in vobis de vniuerſo populo eius, aſcendat in Ieruſalem. Ecce quam apertè fatetur Cyrus, ſe à Domino electum, vt filios Iuda reduceret in Ieruſalem. Vnde & in eum quadrare vaticinium hoc, de eoque eſſe intelligendum certo credunt præfati expoſitores. *Vin. ſpec. hiſt. lib. 4. cap. 13.* Confirmant autem ſuam ſententiam Ioſephi authoritate hanc eandem hiſtoriam attexentis. *Ioſephus lib. 11. c. 1.* Et præterea quia Chaldaice legimus, *in Deo ſuo*, id eſt in verbo Dei ſui. Lyranus ſecus explanat. Opinatur enim, miſerationem eſſe referendam ad dilationem captiuitatis, quam ait diſtuliſſe Deum propter regis Ezechiæ merita, qui tempore vatis Hoſſeæ regnabat: ſaluationem autem, ſiue ſalutem, ad victoriam, & liberationem de exercitu Senacherib. *4. Re. 19.* Vtrúmque enim obtinuit populus Iuda à Domino. Vnde ſic diſpungit, *Saluabo in Domino Deo ſuo*, id eſt in virtute Domini, qui miſit angelum & interfecit in caſtris Aſſyriorum 185. millia bellatorum. *Et domui Iuda miſerebor*, eius captiuitatem differendo propter merita Ezechiæ Regis. Hæc Lyranus, Non omnino mihi ingrata eſt hæc explanatio, licet qui in calendis Scripturæ arcanis fuerit verſatus quam adhibet Lyranus diſtinctionem inter hæc duo, *miſerebor & ſaluabo*, nempe miſericordiam referendam ad dilationem captiuitatis, ſaluationem vero ad liberationem de Senacherib nihili faciet, fretus hac regula pernæceſſaria ad intelligendam Scripturam, quòd non raro verbum ſubſequens non aliud ſit: quàm præcedentis explanatio: vt in Pſalmo. *Hebrdi Emphaſis gratia, ſolent eiuſdẽ intellectus geminare voces.* Apud Dominum miſericordia & copioſa apud eum redemptio. Hic vox, redemptio explicuit: de qua miſericordia ſermo ſit. Ac rurſum. Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſaluari ſuo. Quid ſit benedictionem aſpicere à Domino; explicuit verbum ſubſequens miſericordiam à Deo, ſalutari ſuo, Atque ne quis credat hanc regulam fictam eſſe, certo ſciat à pluribus ſanctis patribus traditam quorum nonnulla citare teſtimonia: non grauabor. *Euthymius in commẽtarijs.* Primo Euthymius in Pſal. 16. in hunc modũ ait. Solent prophetæ ſæpe

I tæ ſæpe

tæ ſæpenumero in locis affectu plenis eaſdem ſententias varia oratione repetere vt aucto affectu ad maiorẽ Deum miſericordiam trahunt. Vt ſuſceperunt me, quaſi leo paratus ad prædam & quaſi catulus leonis habitans in abditis. Ac rurſum idem in Pſalm. 36.

*Pſal. 36.*

Eſt prophetarum mos ad maiorem emphaſim, atque vt intentionem cordium ſuorum melius declarent, dictiones, & ſententias plerũque repetere, & inculcare, iuxta Hebræorum morem. Vt in Pſalmo: In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos. Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt, in te ſperauerunt & non ſunt confuſi. Et alibi. Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Hoc idem repetit Pſa. 76. circa principium & iterum Pſalm. 170. & 21. Hæc Euthymius. In cõmentariis etiam Iob titulo Hieronymi. cap. 2. legimus. Solẽt in ſcripturis ſententiæ iterari pro confirmatione dicti. Vt, Quia timor, quem timebã, euenit mihi & quod verebar, accidit. Et Baſilius in homi. Quomodo baptizetur aliquis aliquis baptiſmate, quòd eſt in Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, ait.

*Identitas locutionis.*

Cùm ſciret Apoſtolus, tautologiam vtilem eſſe audientibus ad certitudinem: veritatiſque perſuaſionem firmiorem, per eorundem reſumptionem illis inculcat, vt: Si commortui fuerimus, & conuiuemus, ſi ſuſtinuerimus, & conregnabimus. Citata teſtimonia ſatis ſint ad probandum ex mente ſanctorum patrum verbum ſubſequens crebro eſſe dictæ iam ſententiæ declarationem. Vnde in hoc loco: *Domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos*, idem eſt, miſereri domui Iuda & ſaluare domum Iuda, neque aliud ſaluare eos, inuoluit, quam apertiorem ſentẽtię explanationem. Quod ſi obiicias, Temere igitur & ſine cauſa eſt iſta eiuſdem repetitio ſententiæ. Negamus conſecutionem. Nam vt egregiè obſeruat I. ſichius lib. 1. in Leuit. verſus finem.

*Frequẽtioris verborũ repetitionis in ſcriptura ſacra cauſæ.*

Non fruſtra ſolet Scriptura verba repetere, quæ & multa omittere breuitatis cauſa videtur. Huius autem ſententiæ, & verborum repetitionis tres inuenimus eſſe cauſas. Prima eſt, ad exactiorem, & perfectiorem intelligentiam Scripturæ conſequendam. Secunda, vt annotauit Euthymius, ad augendum affectum maioremq́ue emphaſim.

*Euth.*

Tertia, vt placet diuis Hieronymo, & Baſilio, locis citatis, ad maiorem dictorum confirmationem, ac firmiorẽ certitudinẽ, veritatiſq́; perſuaſionẽ.

*Pſal. 16. & 36.*

*Simile.*

Ob has nimirũ etiã cauſas in præſenti loco repetit Deus eandẽ ſententiã, atq; hanc repetitionẽ nõ eſſe ſuperuacaneã, ſed neceſſariã, & rationi maximè conſentaneã, ex dicẽdis deduces. Solent homines,



mines, cum alios ſuæ ſortis, & conditionis vident, ſeuerè puniri, timore percuti, ꝙ dubitent, an eadẽ etiã pœna plectendi ſint. Exemplo nobis pueri. Nã ſi in ludo literario quẽ inſtitutor flagellet, cæteri ſuppliciũ conſpicientes illatũ cõdiſcipulo, territi ſunt, & collachrymantur, ꝙ idẽ etiã ſe paſſuros reformidant, quos tamen leniter, vt timorẽ depellat ab eorum animis, alloquitur magiſter, fidem aſtringens, nulla pœna fore afficiendos: In eundẽ modum cum flagella cõminatus fuerit Deus domui Iſrael, ne timeat domus Iuda, quaſi ſimul flagellanda, eos paccatos reddit, & tranquillos ſententiæ repetitione. Nõ mihi diſplicet Hieronymiana explanatio in hũc modum diſpungẽs, *Saluabit eos In Domino ſuo*. vel in ſeipſo, qui loquitur, vel ſaluet in filio, iuxta illud, quod ſcriptum eſt, Pluit Dominus à Domino.

*Regnum datũ tribui Iudæ.*

Sed hoc ſecundum, vt ipſe diuus Hieronymus fatetur, magis eſt iuxta typum, quàm iuxta hiſtoriam. Adhunc etiam diui Hieronymi modum exponit hunc locum Interlinearis. Ait enim, *Saluabo eos in Domino Deo ſuo*, ideſt, in memetipſo, aut filio meo. Sed cauſa quærenda nobi eſt, ob quam miſereatur Deus domui Iuda, non autem domui Iſrael. Lego apud recentiores, cauſam eſſe, quoniam Dominus pollicitus fuerat Dauid, de tribu Iuda Meſſiam naſciturũ. Hinc vt hãc impleret pollicitationem, ſeruat domũ Iuda. Quod ſi obiicias, Beniamiticã familiam eſſe etiã aſſeruatam, de qua Meſſias nõ erat naſciturus. Reſpondent, Beniamiticã tribum regni ſocietate, & ciuitatis communione eandem cum tribu Iudę exiſtimari.

*Tres reges Iuda qui Idola non coluerunt.*

Rupertus ſecus ſentit, & proculdubio eius ſententia mihi magis arridet. Cauſa inquit eſt diſtantia ingens inter reges Iuda, & reges Iſrael. Regum quippe Iuda nõnulli iuſti fuerunt, videlicet, Dauid, Ezechias, Ioſias, qui nunquam deteſtando idololatrię crimine fuerunt contaminati, cæterorũ quoq; nonnulli pœnitentiã egerunt, feceruntq; quod placitum erat coram Dño. At vero de regibus Iſrael nullus extitit, qui faceret, quod rectum eſſet coram Domino, nullus omnino, qui à peccatis recederet Ieroboam, qui peccare fecit Iſrael, omnes impœnitentes, & peccata ſua defendentes vniuerſi ſermonem Domini repulerunt: Vnde inferius Domimus ait, Ego ſcio, Ephraim contaminatus eſt Iſrael, non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deum ſuum.

*Hoſ. 4.*

Cum igitur tanta fuerit inter hoſce diſtantia, recte in vtroſque nõ par, aut æqualis debuit ferri ſententia.

## ¶*Obſeruationes ad morum compoſitionem.*

*Abac. 3.* ET *domus Iuda miſerebor.* Benedictus Dominus Deus noſter & abyſſus miſerationum eius, qui cum iratus eſt, miſericordiæ recordatur. Ecce puniturus domum Iſrael, ſimul ſe exhibet miſericordem domui Iuda, neque punire decernens, ita punit, vt neminem relinquat, quem non benignè, & miſericorditer ſuſcipiat. Quinimo ſiniſtram manum extendens ad plectendum, dexteram vnà extendit ad miſerendum. Punit primos parentes eiiciens eos de paradyſo, & in ipſa punitione, diuina ſplendet miſericordia. Fecit enim illis tunicas pelliceas, & aduerſus ſerpentem protulit. Ipſa conteret caput tuum. Delet diluuio homines & in tanto rigore iuſtitiæ miſericordiæ memor ſeruat Noë. Comburitur Sodoma, & ab incendio liberat Loth, & eius familiam. Quorſum putas? Vt te doceat frater mi, non eſſe miſericordiam, deſerendam. Eſt Deus, velut arbor inſerta, quæ ſimul acerbos profert, & dulces fructus. Quid acerbius iuſtitiæ rigore? Et quid dulcius miſericordia? Miſericordia tua, ait D. Bernardus, mihi ſapit dulcius. Igitur quoties ſeuerè quem punis, reſeruas alium cui te miſericordem exhibeas. Quadrat obſeruatio in Euangelium feriæ 6. poſt ſecundam Dominicam Quadrag. in hæc verba. Auferetur à vobis regnum Dei. Ecce diuinæ iuſtitiæ ſeueritas. Sed quid poſtea facies Dñe? Dabitur genti facienti fructus eius. Ecce aliorum miſeretur dum alios punit. Ecce Quadrat etiam in Euangelium Dominicæ primæ aduentus, in hæc verba. His autē fieri incipientibus, leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Eccè areſcentibus hominibus præ timore, non ſecus ac miſericors conſolatur Apoſtolos.

*Gen 3. d. Gen. 6. Vna manu ferit Deus & alteram extendit ad miſerandū.*

Ecce miſericordiam quàm exhibet Dominus domui Iuda, contraponit iudicio ſeueriſſimo, quo plectendus eſt populus Iſrael. Timendum igitur eſt, incidere in manus Domini, qui variis, & non eodem ſupplicij genere afficit inimicos ſuos. Non enim ſolum Iſrael punit perpetuo exilio: nunquamque reuocando: verum etiam, vt acerbius puniat in populum ſibi vicinum & hoſtem confert beneficia. Pollicetur enim, ſe illum ſaluaturum, atque non vtcunque, ſed per ſemetipſum, quòd amplioris beneficij eſt argumentum, grauiuſque infligit vulnus, dum miſer homo ſe conſpicit
*1. Re. 2.* punitum, hoſtem vero ſuum beneficiis cumulatum. Sic legimus, punitum ſacerdotem Heli à Domino, quòd filij eius



primitias carnis ab offerentibus tollerent, anteaquam Domino conſecrarentur. Videbis, inquit Dominus æmulum tuum in templo in vniuerſis proſperis Iſrael, & non erit ſenex in domo tua, omnibus diebus. Audi etiam, in eundem modum punitum Saul. Sic enim Samuel ait ad illum, *1. Re. 28. c* Quid interrogas me, cum Dominus receſſerit à te, & tranſierit ad æmulum tuum? Facit enim Dominus, ſicut locutus eſt, & ſcindet regnum tuum & dabit proximo tuo Dauid. Sic etiam & diues ille epulo torquetur. Nam vltra tormenta, quibus excruciabatur miſerè, cum oculos ſubleuabat Lazarū in ſinu Abrahæ vidēs, quod vtique ad maiorem tormenti cummulum eſſe: non dubium eſt. Quis enim non videat, tunc maxime homines torqueri, ac ſæuiſſima inuidiæ rabie conſumi, cum aſpiciunt hoſtes ſuos, quos odio proſequebantur, ad honoris culmen euectos, ſe vero deſpectos & humi deiectos? Vnde egregie Publius Romanus cum vidiſſet hominem inuidum ſolito triſtiorem dixit: Aut Mutio, (Mutius enim appellabatur) aliquid accidit mali, aut alteri cupiam aliquid boni, ſentiens illum non minus alienis commodis, quàm ſuis incommodis vri. Vera quippe eſt illa ſententia Philoſophi Antiſthenis. Non aliter, ac ferrum abſumitur rubigine, ita inuidi ſuo ipſorum vitio contabeſcunt. Nam ſicut ferrum, etiam ſi nemo lædat: ſe gignit, vnde corrumpatur: Ita homo, quamuis non lædatur, proſpiciens tamen æmulum ſuum honorari, aut illi aliquid pro votis ſuccedere, etiam nemine lædente in ſeipſo excruciatur. Sed quorſum putas Deus hoc in peccatores vtitur punitionis genere: vt æmulos peccatoris honoribus: & beneficiis afficiat? Certè, vt ſic punitus reſipiſcat, & ad meliora conuertatur. Reuocans enim in memoriam, quo pacto in ſui punitionē Deus ſuis hoſtibus bona conferat, in ſuorū peccatorum trahitur cognitionē & reſipiſcentiam. Vide: quā apertè conuerſionem peccatoris hoc tormenti genere quærat Dominus, ſuſceperat Abelis ſacrificium, non autem Caini & intuere, quid dicat Cain irato, ꝙ Dominus reſpexiſſet ad Abelē, eiuſq; munera. Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne Si bene egeris, recipies, ſin autē male, ſtatim in foribus peccatū tuū aderit? Non ergo aliud quærebat Dñs Abelē honorās magis, quàm Cainū, niſi miſeri Caini conuerſionē. Quoties ergo æmulos noſtros honoratos à Deo, nos vero deſpectos videmus, ad nos ipſos cognoſcendos mentis aciē conuertamus, & fortaſſis in pœnā delictorū noſtrorū id

*Inuidia tabeſcunt inimicis ad honoris faſtigia euectis.*

*Hoc refertur Bioni Sophiſtæ.*

*Alienæ fœlicitatis odium inuidia. ſimile.*

*Gen. 4.*

 fieri,

fieri inueniemus. Quemadmodũ enim pater duos filios ha-
*Simile* bens ſtudioſo chariorem ſe exhibet, vt alterum ad ſcelera
*Virtutis* procliuem, ſaltem hac æmulatione ad virtutẽ amplectandã
*æmulatio.* alliciat, In eumdem modum Deus nõ ſecus ac pientiſſimus pater vt nos reuocet à viis noſtris peſſimis, æmulis noſtris munificentiorem ſe exhibet. Atque hoc vſum æmulationis genere Apoſtolum inueniemus. Quamdiu, inquit ſum Gen-
*Rom.* 12. tium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo, ſi quo modo ad æmulationem prouocem carnem meam, & ſaluos faciam aliquos ex eis. Sic & Deus Opt. Max. quærens conuertere populum Iſrael ad meliorem frugem, ſe beneuolum patrem exhibet populo Iudæ, Iſraeli autem ſeuerum iudicẽ vt hac ſaltem æmulatione ad meliora prouocet populum Iſrael. Quadrat etiam obſeruatio in Euangeliũ feriæ. 6. poſt. 2. Dominicã Quadrag. in hæc verba, Auferetur à vobis regnum & dabitur genti facienti fructus eius. Ecce quaſi in punitionem Iudæorum pollicetur Dominus dandum regnũ genti, & auferendum Iudæis.

Præterea obſerua quantum cõferat emolumenti populis, ſubiici bonis regibus. Nã, vt optime Rupertus ſentit, ob peccata regũ Iſrael, in Iſraelis domum Dominus animaduertit, ob probitatem vero regũ Iuda, mitius agit cum domo Iuda.
*4. Re. 19. g.* Hinc ob merita regis Ezechiæ, & Dauidis legimus, liberatum regnum Iudæorum & exercitum Senacherib trucida-
*Iram Domini multitudinem minantem iuſtus placare potẽſt Simile* tum. Et cõſidera, quid Dominus dixerit propter me, & propter Dauid ſeruum meum protegam vrbem hanc, & ſaluabo eam. Ecce rex etiam vita functus cauſa fuit ſalutis regni Et quẽadmodum goſſipiũ odorem diu ſeruat, quamuis auferas ab eo muſcum, & algã, In eundẽ modum regna bono rege priuata etiã diu exhalant odorẽ Dño gratiſſimũ, potentẽque abigere graueolentiam peccatorum regni. Quid enim ſunt orationes ſanctorum, niſi odoramenta ſuauiſſima, ea-
*Apoc. 5. c.* que recondita in phialis aureis? Sic namque legimus apud Apocalypſim, in manibus viginti quatuor ſeniorum eſſe phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. Igitur ſi reges ſanctitate præfulgeant, & pietate ſint exornati, eorum orationes, velut in quibuſdam thecis aureis aſſeruantur in cælis. Sed quorſum aſſeruantur? Vtique ad fugandum fœdorem peccatorum. In hoc enim munus vnguenta, & aquæ odoriferæ reconduntur in vaſis, ſeruanturque: vt quoties graueolentia ſentitur, odore vnguenti, vel ſopiatur, vel depellatur, vincit enim ſuauitas odoris

puto



putoris grauitatem. Vis etiam ſcire, ſacrificia piorum regũ eſſe Deo perquàm grata, Ecce huius rei vmbram non contemnendam. Apud Leuiticum Dominus præcipit, caput, & inteſtina hoſtiæ adolenda ſuper altare in holocauſtum, & odorem ſuauem Domino. Quid caput, & inteſtina adũbrant? *Leuit. 1. c.*
Certe reges, & præſules, Sic enim vocantur apud Iſaiam à Domino, interpretibus diuo Hieronymo, & aliis multis Ec- *Iſai. 1. b.*
cleſiæ proceribus. Omne caput languidum, & omne cor mœrens, ait ſacer vates. Et merito reges, & præſules capita dicuntur. Nam quẽadmodum cor eſt fons omnium ſenſuum in quo eſt perennis quædam motio, ex qua arteriarum curſus proficiſcuntur, Sic ex regibus, & antiſtibus exire debent *Simile.*
crebræ precationes, ſolidæ, atque ſanctæ virtutum actiones quibus populus adiuuetur, & ad virtutem moueatur. Et vt cor habet ſedem in medio corporis, Sic reges, & præſules debent eſſe in medio, omnibus communes, & æquales. Et vt cor eſt veluti medium inter animam, & corpus, Sic rex, & *Quod cor corporis, id*
præſul debet eſſe mediator inter Deum, & homines, ne populus ſibi commiſſus pereat. Incolumi corde poſſunt membra ſaucia recuperari, & conſequi ſanitatem, at ſaucio, & percuſſo corde, nulla eſt ſpes ſalutis recuperandæ, Eodem modo ſi populus in ægritudinem inciderit vitiorum, poterit ſanitatem obtinere, ſed corrupto rege, & præſule, & vitiis contaminato, quæ erit ſpes ſalutis recuperandæ? Si exciderit lapis ex pariete, facile reſtituetur, ſed labefactato, & euerſo totius templi fundamento, qui fieri poteſt, vt totum ædificium *reges regno præſtare debent.*
non coruat, & funditus euertatur? Hinc Sapiens ait, Rex inſipiens perdet populũ ſuũ. Ac rurſum, Cũ impij ſumpſerint principatum, gemet populus rex iuſtus erigit terram. Merito igitur inter cætera reipublicæ membra maxime Deus vult, caput, id eſt principẽ, & regem ſibi offerri in ſacrificiũ & igne charitatis adoleri, nam huius ſacrificij odor fugat fœtorem peccatorũ populi. Exemplo nobis ſunt reges Iuda Dauid, Ezechias, Ioſias, quorum ſacrificiorũ ſuauitate illectus Dñs, vide, in quę verba prorũpat, *Domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in domino Deo ſuo.* Quadrat obſeruatio in Euãgeliũ, Vos eſtis ſal terræ, in hæc verba, Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Terra videlicet. Extincta enim lucerna, luce obſcurata, nauclero merſo, amiſſo duce, infatuato ſale, quid facient cæteri? Actum eſt de illis. *Eccl. 10. a Pſo. 29. a*

Præterea docet hic locus, pro meritis cuiuſque ferendam eſſe ſententiam, quod maxime debent reges, & iudices animaduertere. Non enim audiunt, pari pœna fuiſſe punitos

i 4 populum

decem tribus ductæ ſunt in captiuitatem. Quidam ex recentioribus ſolum hic implicatum aſſerunt reditum in Ieruſalem per regem Cyrum. Quam ex dictis explanationibus iudicauerim veriorem, paucis dicam. Certè ſi dixit Dominus, *Non miſereri addam domui Iſrael vltra*, ob eius exilium nunquam reuocādum, & qui nunquam amplius eſſent redituri in patriam ſuam conſequens eſſe videtur miſericordiā & ſalutem dandam domui Iuda, eſſe redditum in Ieruſalem. Seueritatem enim qua vtitur in Iſraelitas contra ponit miſericordiæ præſtandę filiis Iuda. Video Dionyſium Carthuſianum vna cum Lyrano, & Ruperto dicere non hanc ſolum miſerationem Domini hic eſſe incluſam, verum & auerſionem Sennacherih, & addere multas alias miſerationes quas Deus effudit abunde in domum Iuda, his verbis eſſe perſtrictas. Tu vero mi candide lector accipe, quod malueris, parum enim refert, hoc aut illud eligas. Sed literam diſpungamus. Sub his verbis, *Non ſaluabo eos in arcu, & gladio: & in bello*, &c. omnia excludit humana præſidia quibus ſe ſolent homines ab hoſtibus tueri & peculiariter ſub hac voce, *in bello* vt optime obſeruat Vatablus, comprehendit omnia inſtrumenta bellica, quibus homines in bello vtuntur. Ac ſi dicat. *Non in arcu: non in gladio*: atque, vt cuncta bellica inſtrumenta vno verbo complectar, non *in bello*, hoc eſt in cunctis aliis machinamentis, & armis bellicis.

## *Ad morum compoſitionem.*

ET *non ſaluabo eos in arcu*, &c. Ecce à quo maxime ſit expectanda victoria à Deo videlicet in primum eſt exorandus. Non enim ſat ſunt arma bellica, & machinamenta, militum copiæ, equi & equites, ad victoriam conſequendam, quando, abſque his audis conceſſum domui Iuda à Domino ſalutem. Hinc Regius Pſaltes, Hi in curribus, & in equis, nos autem in nomine Domini ſperabimus. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt, nos autem ſurreximus, & erecti ſumus. Ac ruſum, Tua eſt Domine potentia, tua victoria. Et rex Ioſaphat, Domine Deus patrum noſtrorum in manu tua eſt fortitudo, & potentia neque quiſquam tibi poteſt reſiſtere. Et fortiſſimus Iudas Machabæus, Facile eſt concludi multos in manu paucorum &c.

*Irriti hominū conatus niſi præſidio affuiſſerit Deus.*

Pſal. 19.

2. Paral. 20.

1. Macha. 3. c.



& non eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberari in multis & in paucis, quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. Hinc experimento cognouimus multas militum copias à paucis hominibus deuictas. Sic namque Gedeon trecentis ſolum viris vicit Amalech. Verum igitur Domine mi Deus eſt, quod dixiſti. Cum audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri. Si enim tu es pro nobis, quis contra nos?

*Iudic. 7.*

*Pro Martyribus.*

Præterea diſces ex hoc loco, non eſſe damnandum cogere exercitum, & bellum gerere, no enim hic ea reprehendi Deus, quinimo coniunctio illa *&*, dum ait: *Et non ſaluabo eos in arcu & gladio* etc. videtur implicare, quod ſolet Deus crebro per exercitum ſaluare, quamuis modo ſine armis, & exercitu coacto ſaluet. Ac ſi apertius dicat, Soleo concedere victoriam per huiuſcemodi inſtrumenta, arcum, gladium, equos equites &c. ſed nunc nolo per hæc, ſed per memetipſum parare victoriam. Errarunt ergo Manichæi & noſtris calamitoſis temporibus Oecolampadius, Lutherus, & alij huius infimæ fæcis hæretici dicentes, non licere gerere bellum. Sed de hac re perquam docte diſputat frater Alfonſus de Caſtro lib. 3. de hæreſibus, verbo, Bellum, vbi tum conciliis, tum teſtimoniis, Scripturæ, & rationibus hæreticos iugulat.

*Fanatica opinio de non ducendo bello. Conſule* Relect. 6. F. Victoria.

Ad hæc, obſerua, quaſi ſingulare Dei beneficium ſit victoriam conſequi ſine ſtrepitu armorum, & militum ait Deus populum Iuda liberandum ſine *arcu, gladio, & equis*. Et certè proculdubio magnum Dei beneficium cenſendum eſt, victoriam adiſpici ſine exercitus coactione. Non enim aliud ſunt milites, quàm ſæuiſſimę locuſtæ terram deuaſtantes, fulmina regiones adurentia. Et quemadmodum tinea ex ipſo oritur indumento, poſtea tamen ipſum abrodit, Sic milites domeſtici cuncta perdunt, & ſubuertunt, ita vt quis vix iudicare queat, quinam ſint atrociores hoſtes in nos, qui arma arripiunt, vt nos defendant, an qui nos veniūt vaſtaturi. Quis enim poterit rapina, homicidia, ſtupra, adulteria, aliaque id genus innumerata mala vtrique cōmiſſa expendere, in quę teſte Ariſtotele, milites proni ſunt? Agnouit hoc Pōpeius ille Magnus, ac propterea, quos ipſe præmittebat milites, eorum gladiis annuli ſignū imprimebat ne quem in via læderent. Egregiè ſane ea animo contemplans Plinius dixit, Quē admodum dracones exugentes ſanguinem elephantorum, eos occidunt, & ipſi viciſſim inebriati opprimuntur, ac commo-

*Milites locuſtæ depaſcentes arua.*

*Simile.*

*Aduerſus immanem militum feritatem.*

2. Polit. 7.

Plin. li. 8. c. 12.

*Simile.*

commoriuntur, Ita ſæpenumero in bello pars vtraque perimit,& perit,damnum dat,& accipit. Neque minus aptam ſimilitudinem aliam appoſuit Ariſtoteles. Quẽdmodum inquit,Cybindus auis bellum internecinum gerit cum aquila adeo vt cohærentes ſæpe numero prendantur, Ita fit aliquoties,vt dum mutuum in ſe odium pertinaciter exercent principes,vtrique ſubuertantur,tertio quopiam inuadente. Hinc optime Homerus dixit,Inhumanus, & ferus, & impius eſt ille,qui bellum cupit in populo deteſtabile. Et Ariſtoteles Bellum gerere nemo expetit gratia gerendi bellum, alioquin videbitur crudelis,& ſanguinolentus. Vera certe eſt tot philoſophorum ſententia. Inter omnia enim mala nullum eſt bello truculentius. Diuus Gregorius expendens hęc verba,Surget gens contra gentem,& regnum aduerſus regnum,huiuſcemodi contentionem malum vocat, & tribulationem. Poſt bella,inquit,& tribulationes,non ſtatim finis quia multa debent mala præcurrere vt malum valeat ſine fine nunciare. Optime bellum malum appellat,eſt enim maximum,& reipublice nocentiſſimum. Summa igitur eſt, beneficium Dei eſſe,idque præſtantiſſimum,victoriam adipiſci abſque militibus, & exercitu. Quadrat obſeruatio in Euangelium vltimæ Dominicæ poſt Petecoſt. in hæc verba Cum videritis abominationem deſolationis. Quid vocat abominationem deſolationis? Reſpondeat Caietanus, id eſt ex abominabilibus idololatris,Romanis videlicet, qui deſolarunt templum Ieruſalem. Ego vero etiam dicerem abominationem deſolationis, quod huiuſmodi deſolatio facta fuerit à militibus,qui dum bellum gerunt innumeras abominationes committunt. Idem enim pollet abominatio deſolationis, quod abominatio deſolatoria, quemadmodum filius perditionis, & filius perditus, terra promiſſionis, & terra promiſſa eſt enim Hebraiſmus Quadrat etiam in Euengelium Dominicæ. 3. Quadrag. in hęc verba omnẽ regnũ in ſe diuiſum deſolabitur,milites enim hinc,& inde coacti ad bellum pernicies regni eſt.

*Ariſtot.*

*Homerus. 8. Iliad.*

*10. Ethi. cap. 7.*

*Quis fuit horrendus primũ qui protulit enſes? Tib.*

Demum hinc percipies,neminẽ eſſe deſpiciendum,quantumuis omni videatur auxilio deſtitutus, quando audis populum omni carentem præſidio,ſine *arcu, & gladio, & equis* &c, in patriam reſtituendum,& quaſi reſpondeat tacitæ obiectioni,Deum dicere,Populus hic in captiuitatem ductus, deſpectus,attritus,inermis,&c. liberabitur ab Aſſyriis. Potis enim eſt Deus ex lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ. Quoties ergo



ergo omnia viderimus perditum ire,& ad extremam vſque calamitatem deſperata,non animum deiiciamus, ſed ſperemus in Domino,& oremus eum,poteſt enim nos ſaluare. Quid calamitoſius Ioſeph coniecto iam in carcerem? Quid magis in altum tempeſtatis pelagus iactatum quam filij Iſrael in Aegypto degentes? Empti ſunt,in ſeruitutem verberati,oppreſſi,ſed tandem reſpirarunt,& liberati ſunt.

*Quo grauius premimur eo altius ſpes noſtra in ſublime vergat.*

¶*Et ablactauit eam,quæ erat abſque miſericordia.*

¶Filiam nomine Hebraico vocatam Loruhama, Latino *Aſque miſericordia* ablactari præcipit Dominus,quod non vtique legimus de filio fuiſſe videlicet ablactatum, qui appellatus eſt Iezrahel. In ſignificatione huius ablactationis filię omnes fere expoſitores cõueniunt,licet aliis altius explanauerint. Lyranus paucis multa comprehendit,& ait,hac ablactatione deſignari omnem conſolationem eſſe regno Iſrael ſubtrahendam Vatablus hic prædici exiſtimat,deſtituendos Iſraelitas verbo Dei,propheriis. Nam lac verbum Dei eſt, quo alitur anima,prophetiæ,promiſſioneſque aliæ patribus factæ. Diuus Hieronymus dexterius videtur diſpungere, & multa obſeruatione quidem digniſſima,ſed nimia breuitate comprehendit,& vtramque prolem Hoſſeæ,filium nempe, & filiam,vmbram eſſe quandam Iſraelitici populi, egregiè opinatur,in hunc modum dicens, Qui vocatur ſemen dei, verſus in fœminam,& propter imbecillitatem virium,offenſamque Dei,ductus in captiuitatem,quia Domini miſericordiam non habebat,nequaquam ablactatus dicitur,ſed ablactata,viri enim robur amiſerat. Qui ablactatus recedit à matre,parentis lacte non veſcitur,alimentis ſuſtentatus externis. Ita & Iſrael proiectus à Domino,& captiuitatis circundatur anguſtiis,atque in Babylone cibis ſuſtentatur immundis. Hæc Diuus Hieronymus. Igitur ſi ex tanti doctoris ſententia quæras,Cur magis ablactatur filia,quàm filius? Reſpondemus,vt maior virium huius populi imbecillitas detegatur,& omni robore Iſrael carere demonſtretur. Apertũ enim eſt,fœminas eſſe imbecilliſſimas. Cur autem ablactatur? Vt oſtendat,Iſrael à Deo proiectum eſſe, captiuitatis anguſtiis cicundatum,cibis externis,imo immundis ſuſtentatum. Rupertus exiſtimat,hac filiæ ablactatione ſignificari perpetuitatem captiuitatis Iſraelitici populi, cui nulla ſit infundenda lactis alimonia,nulla conſolatio de captiuitate ſoluenda

*Iſrael à patriæ lacte abducendus in regionem alienam captiuus.*

ſoluenda. Demum, vt paucis rem abſoluamus, ſignificatur
hac ablactatione, exitium certiſſimum imminere. Et apptiſ-
ſima eſt ſimilitudo, ac ſi Deus dicat, Quemadmodum enim
ablactata prole, & materna educatione deſtituta, certum eſt
eius exitium, Sic Iſraelis erit extrema calamitas, iam abla-
Pſal. 130. ctatus enim eſt ab vberibus meis. Audi & eadem ſimilitudi-
ne vſum Dauid ſicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita re-
tributio in anima mea, hoc eſt, Mihi imprecor certiſſimum
exitium, quale eſt infantis ablactati ante tempus à matre, ſi
diuina ope ſpreta, arrogantius de me ſenſi, immodicéque mi
hi placui video, recentiores ex verbo, ablactauit, quod He-
braicè eſt Gamal, & ſignificat non ſolum ablactare, verum &
rependere, ac retribuere, hic philoſophari, quòd hac ablacta
tione inſinuat Dominus factam retributionem populo Iſ-
raelitico. Nam cum diuina ſententia decretum ſit, Iudæos in
patriam fore, reſtituendos Iſraelitas vero minimũ fore quo
niã hæc, eaque iuſtiſſima illorũ retributio erat, vt qui prius
à religione fidei, atque Eccleſiæ ſocietate deſciuerant,
qui diutius in impietate perſeuerauerant, qui maximis ob
eam rem ſceleribus ſe contaminauerant diuturniores etiam
ac acerbiores pœnas ſuſtinerent. Decet enim par pari re-
ferre, & grauiori eum addicere ſupplicio, qui maiori irreti-
tus eſt culpa. Nõ omnino hanc eiiciendam exiſtimo expla
nationem. Cæterum, ni fallor, alia propius videtur, attigiſſe
veritatis ſcopum.

*Ad morum compoſitionem.*

PErquam eleganter *ablactatione* hac explicat
Deus quantum ab eius miſericodia, & pro-
uidentia dependeamus, non ſecus ac infan-
tes ab vberibus maternis. Hinc Regius Pſal
Pſal. 21. b. tes ait ad Deum. Spes mea ab vberibus ma
tris meę, in te proiectus ſum ex vtero. Et
rex Ezechias, Sicut pullus hirundinis, ſic clamabo ad te.
Quid plura? Ipſe Aſſertor noſter non ne ſe vocat gallinam,
Iſai. 38. c. nos vero pullos? Quoties volui, inquit ad Ieruſalem, congre
gare filiuos tuos, ſicut gallina ſub alis, & noluiſti? Igitur ſi
tu Dñe gallina es, nos vero pulli: ſi ſub alis tuis nos non fo-
ueas, & protegas, miluus inferni nos rapiet, cibo carebimus,
Matt. 23. mille patiemur incommoda, ac tandem peribimus. Agnoſcat
ergo miſer homo, in te vno ſitam habere ſpem, & timeat: ne
ob peccata ſua illi ubera tua dulciſſima negeſt, Solent ma-
tres, cum ablactare decernunt filios, mammas inungere
amaritu



amaritudine, vt puelli, deguſtata ea faſtidiant mammas, In
eundem modum tu quibus negas ducedinem lactis miſera-
tionum tuarum, vino cõpunctionis, & amariſſimo abſinthio Iere. 9. e.
inebrias. Ecce ego, ais per Ieremiam, cibabo populum iſtum
abſinthio, & potum dabo eis aquam fellis, Sic & in hac abla
ctatione Iſraeli multa, eaque amariſſima propinas. Sed quid Cant. 2.
piētiſſime Domine mi, num tibi vbera ſunt? Sunt proculdu-
bio, & teſtis Sponſa eſt. Meliora ſunt, inquit, vbera tua vino
Et quæ ſunt hæc vbera? Dicat nobis diuus Bernardus. Duo
vbera Spõſi ſunt expectatio Chriſti, qua peccatores expe-
ctat, & benigna eorum ſuſceptio. Ambo hæc vbera comple-
xus eſt Regius Pſaltes, longanimis, & multum miſericors Pſal. 102.
Dominus. Longanimem vocat quia diu expectat, miſericor-
dẽ vero, quia benignè peccatorẽ recipit. Lõganimitas ergo
Dei, & miſericordia duo eius vbera ſunt, & hæc negantur,
Iſraeli. Quadrat obſeruatio in Euangelium de filio prodigo
in hęc verba, Miſericordia pater motus eſt, & accurrens ce-
cidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Quid eſt, mi-
ſericordia moueri patrem erga filium, niſi mammam porri-
gere indulgentiæ? Quid cadere ſuper collum eius, & deoſcu
lari niſi mãmam alterã benignæ ſuſceptionis tradere? Solent
matres filiis vbera ſuggentibus dulciſſima oſcula imprime-
re, Sic pater cœleſtis inter vbera oſculatur peccatorem.

*Ablactauit eam*. Non ergo filia hæc nutrici tradita erat ad
lactandum, ſed mater lactauit, quãuis pater diues erat. Non
ſic viri potentes huius ſæculi, ſed nutricibus prolem lactan
dam traduut. O abuſum execrandam, ne dicam odium de-
teſtabile erga prolem. Quid enim proli nocentius contige *Materno lacte non alieno alendi infãtes.*
re poteſt, quam materno priuari lacte? Quod euidentius cru
delitatis argumentum, quam filium à matris auelli mãmis,
vt nutricis alterius ſuggat vbera? Nonne iſtæ crudeliores
draconibus iure optimo haberi poſſunt? Audiant iſti, quid di
cat Ieremias, Lamiæ, id eſt, dracones, nudauerũt mãmas ſuas
lactauerunt catulos ſuos, filia populi mei crudelis, quaſi ſtru Thren. 4.
thio in deſerto. Si ergo Lamiæ catulos ſuos lactant, cur fęmi
na nõ erubet, ſuos non lactare filios? Cur ſtruthioni ſimilis
eſſe vult in crudelitate, de qua dicitur, Induratur ad ſuos, Iob. 39.
quaſi non ſint ſui, obliuiſcitur, quod pes conculcet ea, oua vi
delicet, aut beſtia agri cõterat? An ignorat, ob eã maximè rẽ Leuit. 11.
interdictum eſſe eſum ſtruthionis apud Leuiticum, vt oſten
dat Dominus, nequaquam decere, parentes crudeles eſſe er-
ga filios, & proli non eſſe neganda materna obſequia. Hæc
ſunt

ſunt inquit Dominus, quæ de auibus comedere non debetis & vitanda ſunt vobis, ſtruthionem, &c. dices, Iam ſumma cura quæritur nutrix ad lactandum, & medici non ſine ingenti ſtudio lac contemplantur, & experiuntur, an lac proli bonum ſit quid vltra? Reſpondeat tibi Plinius, Lac vtiliſſimum cuique maternum, non ergo perinde vtile erit infanti lac nutricis. Reſpondeat etiam Ariſtoteles dicens filium erudire, eſt patris ſicut, nutrire, eſt matris. Non ait, nutrire filium eſt nutricis, ſed matris. Sed rurſum obiicies, Quid ergo mali eſt proli ex nutricis lactatione? Vno verbo dicam quia crebro vna cum lacte nutricis infantes impuros, & ferinos imbibunt mores ideo ante lactis examen mores nutricis eſſent examinandi, ne ſimul cum lacte coruptos ſuggant mores. Quemadmodum lilia à propria radice auulſa, & in vrceo aqua pleno poſita, citò amittunt odoris ſuauitatem, quam retinerent, ſi inpropia radice manſiſſent, ac paucis interiectis diebus pro odore maximum fœtorem exhalant, in eundem modum prolis à materno pectore ablata, & nutrici tradita plerumque candore morum maternorum priuatur, quos fortaſſis cùm lacte ſuggeret, illiberales autem non item, quibus nutrix eſt contaminata. Ob hanc cauſam ſanctæ fœminæ, vt Sara, & Anna, Iſaac, & Samuelem lactarunt, & filios ſuos nutricibus tradi non permiſerunt. Quadrat obſeruatio in Euangelia Natalis Aſſertoris noſtri, & Epiphaniæ, in hæc verba, Pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio, per ſubiectionem. Quid hoc virgo mater? Cur non inter vbera tua commoratur infans? An reclinas illum quaſi nutrici tradendum? Sed abſit hoc canit enim Eccleſia, Sola virgo lactabat vbere de cœlo pleno, non tu ſtruthio es, vt obliuiſcaris prolis vteri tui item in hæc verba Epiphaniæ inuenerunt puerum cum Maria matre eius, non cum nutrice, ipſa quippe ſacerrima virgo illum lactauit.

*Plini. lib. 28. c. 9.* — *Ariſtot.* — *Simile.* — *Gen. 21. a & 1. Reg. 1. d.*

¶ *Et concepit, & peperit filium. Et dixit ei, Voca nomen eius, Non populus meus: quia vos non populus meus, & ego non ero veſter Deus.*

Exiſtimat Vatablus hac tertia prole adumbratam totam illam turbam incredulam à Synagoga deſcendentem tempore Chriſti quæ ſucceſſit iis, qui erant ex Iuda, & Iſraele, quorum Synagoga mater eſt. Deſumpſiſſe videtur ex diuo Hieronymo. Ait quipe in hunc modum, Quod recte intelligere poſſumus: & in omni populo Iudæorum, qui propter offenſam ſeminis Dei captiuitati traditur, regnum perdidit, &

*Tertius filius Oſeæ gentilium nouũ populum ſignificabit.*



& prouinciam, appellaturq́; non populum Dei. Cum hac etiam explanatione conſentiunt & aliqui ex recẽtioribus. Si rem tamen oculatius inſpiciamus, videtur Diuus Hieronymus explanationem huic modo dictæ aliam anteponere. Nã ante illã in hunc modum diſpungit, aliam adducens, Iſrael proiectus à Domino, atque in Babylone cibis ſuſtentatus immundis, vocatur non populus Dei, & æterna gentis alienæ fertur ſententia, vt dicatur non populus meus, & ab dicetur in perpetuũ. Ac poſtea ſubdit, Quod rectè intelligere poſſumus & in omni populo Iudæorum. Ecce quo pacto primo ſolũ ad Iſraelem, decem videlicet tribus, refert huius tertię prolis nomen, quòd nuſquam amplius ſit populus Dei, deinde vero in omnes Iudęos poſſe hoc quadrare inquit Ac ſi apertius dicat priorem expoſitionem eſſe anteponẽdã, licet & alia non omnino reiicienda ſit. Lyranus, & Haymo ſequi Diui Hieronymi ſententiã videntur. Nam vtroq; modo diſpungunt, & aptando ſolum Iſraeli, & extendendo ad omnes Iudæos, qui Chriſtum negarunt, & occiderunt, iuxta oraculum Danielis, Poſt hebdomadas ſexaginta duas, occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Rupertus, & Theodoretus ſolum de decem tribubus Iſrael locum exponunt. Igitur vt paucis rem abſoluamus, bifariam poſſumus hunc locum explanare Primo ſolum de decem tribus Iſrael, nuſquam ſint futuræ populus Dei. Secũdo de omnibus Iudæis Chriſtum negaturis. Sed prior expoſitio videtur magis rationi conſentanea, & literæ germanior, quoniam hic de diſpari pœna infligenda vtrique populo & Iſraelis, & Iudę ob inæqualia demerita agitur, & cum atrociora fuerint crimina Iſraelis, acerbius punitur, ita vt deinceps non ſit populus Dei. Sed literam iam diſpungamus. *Voca nomẽ eius, Non populus meus.* Pro *Non populus meus* Hebraice eſt *Lohami*, & eſt nomen proprium ſignificans idem quod hæ tres voces, *Non populus meus*, ſed interpres magis rem ſub hoc vaticinio adumbratam conſpiciẽs, quã proxime recens natam nomen appellari um, *Non populus meus* poſuit pro nomine proprio *Lohami*, vt iam ſuperius diximus, dum hæc verba expenderemus, *Voca nomen eius Iezrael.* Non temerè hoc nomen fuiſſe impoſitum infanti, ſed maximo cum conſilio, Dominus referat, cauſam impoſitionis eius ſubdens, videlicet, *Quia vos non populus meus.* Fuerat antea appellatus à Deo populus Iſraeliticus, populus meus. Vnde apud Deuteronomi-

*Daniel 9.* — *Lohami, i. non populus meus.* — *4. Reg. 14* — *Deut. 32.*

*Deuter. 7.*

*Exod. 15.*

*Iſai. 1*

Deuteronomium, Pars Domini populus eius, Iſrael funiculus hæreditatis eius. Ac rurſum, Te elegit Dominus, vt ſis ei populus peculiaris. Et apud Exodũ, Fiant immobiles, quaſi lapis, donec pertranſeat populus tuus. Demum, vt multa omittam, apud Iſaiam Dominus ait, Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem non cognouit me, populus meus non intellexit. Si vero cauſam quæras ob quam Iſrael populus Domini ſit appellatus, in manibus eſt, tum quia Deus huic populo Iſrael peculiarem ſui dederat cognitionem, tum ob cultum etiam peculiarem Deo exhibitum, quia hic populus ſeparatus erat ab immunditiis idolorũ, & gentiũ. Propterea & hic populus in Scriptura ſanctus vocatur. Quia populus ſanctus es Domino Deo tuo ait Deuteronomium. Si Iſrael hãc amiſerit ſanctitatem, & ſe contaminauerint deteſtando idololatriæ crimine, iure optimo iam non erit appellandus populus Domini. Atque, vt optimè obſeruat Rupertus, maximum quidem hoc eſt miſeriarum incrementum, vt populus captiuus, idemq́ue nullum habens præfixum ſoluendæ captiuitatis tempus, dicatur, & ſit quod dicitur à Deo, *non populus meus*. Nam ſi captiuus quidem eſſet populus, & corporalis captiuitas nunquam ſolueretur, non tamen etiam ſecundum animam à Deo proiiceretur, eſſet tolerabile malum, & magna ex parte bene ſe haberet ſtatus, ſiue caſus captiuorum temporaliter gementium. Nunc autem malum irremediabile eſt, quia corpora viſibilis Aſſyrius cepit, & tenet, animas autem inuiſibilis Aſſyrius decipit, & poſſidet. Hæc Rupertus, eſt acuta eius explanatio. Nam videtur ſignificare, nullum eſſe acerbius flagellum à Deo inflictum, quam inter flagella, & incommoda temporaria ab eo illata, in peccato perſiſtere hominem flagellatum, & non ſe conuertere ad meliora, cum id maximè quærat Deus, dum flagellat, hominem videlicet à peccato reuocare. Quaſi itaque Dominus reſpondeat tacitæ huic obiectioni, Cur populus Iſrael captiuitate non reſipiſcit, & tot patitur incõmoda, inquit, *Quia non eſt populus meus*, non illi peculiare meum præſto auxilium, vt ſint in tribulatione exilij, & captiuitatis patientes, atque eam æquanimiter ferendo, habeant cum tentatione prouentum. Trifariam ergo poſſumus, idque ingenue, & egregie, hunc explanare locum, *Quia vos non populus meus*, *& ego non ero veſter Deus*. Primo, Quemadmodum non creditis in me, nec opem

*Iſrael duplici miſeria circundatus in captiuitatem trahitur, & à Deo deſeritur.*

à me



à me expectabitis, ſic nec illam vobis feram. Secundo, Si vos non probi, & ſancti, ſed multis peccatis irretiti, nec ero veſter Deus vt videlicet vobis ſubueniam, & educam de captiuitate. Tertio, Quia vos me dereliquiſtis, & idololatræ facti eſtis, & obdurati, vobis non dabo peculiare auxilium gratiæ meæ, vt gradum à veſtris viis peſſimis reuocetis, & inter ſpinas ſuauiſſimum fructum, & inter vulnera flagelli, ſalutem inueniatis. Sumit autem argumentum Deus in hac ratione à relatis quorũ alterum ſi negetur, neceſſum eſt, & alterum negari. Bene enim conſequitur, quòd ſi populus Dei non eſt igitur nec Deus erit populi. Demum obſeruandum eſt in textu Hebraico non eſſe, E*go non ero veſter Deus*, ſed ſolum E*go non ero veſter*, in quem modum etiam habent Græca exemplaria, Diuus Hieronymus, Theodoretus, & Septuaginta Exiſtimant aliqui ex recentioribus à Latino, interprete explicationis cauſa additum eſſe hanc vocem *Deus*. Verum Theophylactus, qui peculiarem ſequitur tranſlationem, etiã legit, D*eus veſter*. Et certè plus inuoluit amoris, & emphaſis, ſi legamus, *Ego non ero veſter*, quàm E*go non ero veſter* Deus. Si enim dicas, N*on ero veſter*, ſubintellige, amicus, protector, dux, ac multa alia, quæ longum eſſet recenſere ſapiunt tamen vehementiſſimum amorem. Quid enim charius, & feruentius erga aliquem poteſt quiſpiam proferre, quam, ego veſter vel tuus ſum?

*Reſipiſcẽtiæ Conſilium ira Dei denegatur.*

*Argumentum à relatis.*

## *Ad componendos mores,*

Q*Via vos non populus meus*. Nihil triſtius proferri poteſt, & lachrymabilius, quã flagellis diuinis hominem non conuerti ad creatorem ſuum, nullúmque ſupplicium acerbius, quam Deum nobiſcum non eſſe in tribulationibus, & quod Deus dicat, *Non populus meus*, vel ſeruus meus vos, dum flagellat. Tunc autem non ſumus *populus* Dei, quando inter verbera obmurmuramus, patiẽtię clypeũ abiicimus, & effręnatiores in peccata reddimur, aut in prauis actionibus, ob quas plagis cedimur, perſiſtimus. Hoc enim eſt diſcriminis inter iuſtos & iniquos, quod iuſti flagellis reſipiſcunt, clamant, & confugiunt ad Dominum, pœnitet eos maleactorum, ſecus autem iniqui qui deteriores fiunt. Clamauit ad me, & ego

*Corriguntur iuſti & in flagellis reſipiſcunt, iniqui peiores euadunt.*

*Pſal. 9.*

*Deuter.7.* *Exod.15.* *Iſai.1*

Deuteronomium, Pars Domini populus eius, Iſrael funiculus hæreditatis eius. Ac rurſum, Te elegit Dominus, vt ſis ei populus peculiaris. Et apud Exodũ, Fiant immobiles, quaſi lapis, donec pertranſeat populus tuus. Demum, vt multa omittam, apud Iſaiam Dominus ait, Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem non cognouit me, populus meus non intellexit. Si vero cauſam quæras ob quam Iſrael populus Domini ſit appellatus, in manibus eſt, tum quia Deus huic populo Iſrael peculiarem ſui dederat cognitionem, tum ob cultum etiam peculiarem Deo exhibitum, quia hic populus ſeparatus erat ab immunditiis idolorũ, & gentiũ. Propterea & hic populus in Scriptura ſanctus vocatur. Quia populus ſanctus es Domino Deo tuo ait Deuteronomium. Si Iſrael hãc amiſerit ſanctitatem, & ſe contaminauerint deteſtando idololatriæ crimine, iure optimo iam non erit appellandus populus Domini. Atque, vt optimè obſeruat Rupertus, maximum quidem hoc eſt miſeriarum incrementum, vt populus captiuus, idemque nullum habens præfixum ſoluendæ captiuitatis tempus, dicatur, & ſit quod dicitur à Deo, *non populus meus*. Nam ſi captiuus quidem eſſet populus, & corporalis captiuitas nunquam ſolueretur, non tamen etiam ſecundum animam à Deo proiiceretur, eſſet tolerabile malum, & magna ex parte bene ſe haberet ſtatus, ſiue caſus captiuorum temporaliter gementium. Nunc autem malum irremediabile eſt, quia corpora viſibilis Aſſyrius cepit, & tenet, animas autem inuiſibilis Aſſyrius decipit, & poſſidet. Hæc Rupertus, eſt acuta eius explanatio. Nam videtur ſignificare, nullum eſſe acerbius flagellum à Deo inflictum, quam inter flagella, & incommoda temporaria ab eo illata, in peccato perſiſtere hominem flagellatum, & non ſe conuertere ad meliora, cum id maximè quærat Deus, dum flagellat, hominem videlicet à peccato reuocare. Quaſi itaque Dominus reſpondeat tacitæ huic obiectioni, Cur populus Iſrael captiuitate non reſipiſcit, & tot patitur incõmoda, inquit, *Quia non eſt populus meus*, non illi peculiare meum præſto auxilium, vt ſint in tribulatione exilij, & captiuitatis patientes, atque eam æquanimiter ferendo, habeant cum tentatione prouentum. Trifariam ergo poſſumus, idque ingenue, & egregie, hunc explanare locum, *Quia vos non populus meus, & ego non ero veſter Deus*. Primo, Quemadmodum non creditis in me, nec opem

*Iſrael duplici miſeria circundatus in captiuitatem trahitur, & à Deo deſeritur.*

à me



à me expectabitis, ſic nec illam vobis feram. Secundo, Si vos non probi, & ſancti, ſed multis peccatis irretiti, nec ero veſter Deus vt videlicet vobis ſubueniam, & educam de captiuitate. Tertio, Quia vos me dereliquiſtis, & idololatræ facti eſtis, & obdurati, vobis non dabo peculiare auxilium gratiæ meæ, vt gradum à veſtris viis peſſimis reuocetis, & inter ſpinas ſuauiſſimum fructum, & inter vulnera flagelli, ſalutem inueniatis. Sumit autem argumentum Deus in hac ratione à relatis quorũ alterum ſi negetur, neceſſum eſt, & alterum negari. Bene enim conſequitur, quòd ſi populus Dei non eſt igitur nec Deus erit populi. Demum obſeruandum eſt in textu Hebraico non eſſe, Ego *non ero veſter Deus*, ſed ſolum *Ego non ero veſter*, in quem modum etiam habent Græca exemplaria, Diuus Hieronymus, Theodoretus, & Septuaginta Exiſtimant aliqui ex recentioribus à Latino, interprete explicationis cauſa additum eſſe hanc vocem *Deus*. Verum Theophylactus, qui peculiarem ſequitur tranſlationem, etiã legit, *Deus veſter*. Et certè plus inuoluit amoris, & emphaſis, ſi legamus, *Ego non ero veſter*, quàm E*go non ero veſter* De*us*. Si enim dicas, N*on ero veſter*, ſubintellige, amicus, protector, dux, ac multa alia, quæ longum eſſet recenſere ſapiunt tamen vehementiſſimum amorem. Quid enim charius, & feruentius erga aliquem poteſt quiſpiam proferre, quam, ego veſter vel tuus ſum?

*Reſipiſcẽtiæ conſilium ira Dei denegatur.*

*Argumentum à relatis.*

## *Ad componendos mores,*

Q*Via vos non populus meus.* Nihil triſtius proferri poteſt, & lachrymabilius, quã flagellis diuinis hominem non conuerti ad creatorem ſuum, nullúmque ſupplicium acerbius, quam Deum nobiſcum non eſſe in tribulationibus, & quod Deus dicat, *Non populus meus*, vel ſeruus meus vos, dum flagellat. Tunc autem non ſumus *populus* Dei, quando inter verbera obmurmuramus, patiẽtię clypeũ abiicimus, & effręnatiores in peccata reddimur, aut in prauis actionibus, ob quas plagis cedimur, perſiſtimus. Hoc enim eſt diſcriminis inter iuſtos & iniquos, quod iuſti flagellis reſipiſcunt, clamant, & confugiunt ad Dominum, pœnitet eos maleactorum, ſecus autem iniqui qui deteriores fiunt. Clamauit ad me, & ego

*Corriguntur iuſti & in flagellis reſipiſcunt, iniqui peiores euadunt.*

*Pſal.9.*

exaudiam eum,cum ipſo ſum in tribulatione,eripiam eum,
& glorificabo eum,ait Deus.Sic clamauerunt filij Iſrael tri-
bulationibus iactati apud Ægyptios,Ingemiſcentes filij Iſ-
*Exod.2.d* rael,propter opera vociferati ſunt,aſcẽditque clamor eorum
ad Deum ab operibus, & audiuit gemitum eorum. Sed
quomodo audiſti Domine Deus noſter clamorem filiorum
Iſrael? Intuere animo,quid dicat Deus,quidque poſt tribu-
*Exod.3.* lationem ſequatur. Vidi,inquit,afflictionem populi mei in
Ægypto.Non ergo Domine mi inter verbera tuus deſiit
eſſe populus,ſiquidem afflictionem populi tui dicis, quem
certe non populum tuum vocares,ſi in peccato perſeuera-
ret.Sed quod amplius demirere, animaduerte, quid Domi-
nus ſubiungat,quidq́; peperit populo ſuo illa dira calamita
*Exod.3.13* tum tẽpeſtas.Deſcendi,vt liberem eum de manibus Ægy-
ptiorũ,& educã de terra illa in terrã bonam,& ſpatioſam, in
terrã quæ fluit lacte,& melle.Ecce poſt amaritudinem tribu
lationis ſequitur dulcedo conſolationis. Quid promittis
Domine populo tuo afflicto? Terram fluentem melle, quo-
niam quamuis omnia videatur abſumere,& deglutire tribu
latio, ſi finem eius conſideres, nihil aliud in ore eius in-
uenies,niſi dulciſſimum fauum mellis, hoc eſt maximam
*Iudic 14.c* conſolationem.Eſt enim hoc problema à Sanſone propoſi-
*Ænigma* tum conuiuis,De comedente exiuit cibus,& de forti egreſſa
*Sanſonis.* eſt dulcedo.Quod ſi quis ſoluerit intra ſeptem dies conui-
uij,dabit ei cœleſtis Sanſon ſindonem, & tunicam. Verum
nulli hoc referat arcanũ,præterquam vxori ſuæ. Vxor hęc
ſeruus Dei eſt,illi charitatis vinculo,velut ſponſo copula-
tus huic detegit,quantum emolumenti leo ſæuiſſimus,tri-
*Act.14.d* bulatio videlicet,quæ,non ſecus ac leo,cunctos terret:habe
at,ſi ab homine vincatur.In morte enim tribulationis,id eſt
in fine,in ore illius,quæ videbatur crudeliſſima,& omnia de
uorare,inuenitur ſuauiſſima conſolatio. Ad hæc, problema
ſoluenti dabit Dominus tunicam,& ſindonem, gloriam vi-
delicet animæ,& corporis Sindon,quod ſubtilior ſit, & ve-
ſtis interna,gloriam animæ adumbrat,tunica vero, quia ex
terna,corporis gloriam. Per multas enim tribulationes o-
portet intrare in regnum Dei.Præterea tribulatio virga eſt,
cui homo innixus tendit ad cœleſtem patriam,quæque ocu
*Thren.3.* los hominis aperit,vt ſeipſum homo cognoſcat.Ego vir,ait
Ieremias,agnoſcens paupertatẽ meam in virga indignatio-
nis eius. Vide etiam, an filij Iacob ita ſenſerint. Cum e-
nim Ioſeph durius ad eos loqueretur,in hæc verba prorum-
punt,



punt,Merito hæc patimur,quia peccauimus in fratrem no-
ſtrum,idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. Caue ergo, ne *Gene.42.*
hanc Dei tui virgam, qua te percutit, in terram proiicias,
hoc eſt,ne eam contemnas.Si enim contempſeris, vertetur
in colubrum crudelem,à cuius conſpectu fugies,& ſi quan-
do proiecisti,redi ad illam,te ipſum deiice,caudam eius ap- *Exod.4.*
prehende,id eſt,finem tribulationis comtemplare, & inue-
nies eſſe virgam, qua tendas in cœlum. Sumpſi mihi duas
virgas,ait Zacharias,& alteram vocaui decorem,& alteram *Zac.11.b*
vocaui funiculũ.Quid hæc virga adumbrat? Certe tribula-
tionem,& hæc dum viros iuſtos flagellat,decor eſt exornãs,
quem flagellat,aut ſi mauis,dulcedo eſt. Vox enim Hebręa
Noam,pro qua Latinus interpres vertit virga,etiam iucundi *Animæ iu-*
tatem ſignificat,& dulcedinem.Inueniunt enim iuſti in tri- *ſtorum in*
bulatione dulcedinem,& iucunditatem,conuertuntur quip- *tribulatio*
pe ad Deum,& patientiæ decore perpulchri redduntur. Ve- *nibus pul-*
rum aliam virgam vocat funiculum, quoniam eo plus miſe- *chriores e-*
ri homines irretiuntur peccatis.Peierant enim,blaſphemant *uteſcunt.*
ſtomachantur,dum à Deo flagellantur. Virga huiuſcemodi
fuit,qua percuſſus eſt Iſrael,Funiculum videlicet.Inter ver
bera enim quid audis à Domino dictum? *Vos non populus meus.* *Leuit.5.*
Vis & aliud exemplum,vt agnoſcas,quid in viris piis efficiat
tribulatio? Audi quid dicat Iob Eliphas, dum ſanctus vir
multa calamitatum incommoda pateretur,Si reuerſus fue-
ris ad omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniqui-
tatem à tabernaculo tuo,dabit pro terra ſilicem, & pro ſili-
cem,& pro ſilice torrentes aureos.Ecce, vt abigat à ſe Iob
pœnam à Deo inflictam,id enim vocat iniquitatem. In quẽ
etiam modum crebro ſumitur iniquitas in Sacris Bibliis,pro
pœna videlicet vt apud Leuiticum,Portabit iniquitatem,id *De ipſius*
eſt pœnam, &c. Quid conſulit Eliphas? Quod reuertatur *terra paruı*
Iob ad Dominum.Ac ſi apertius dicat, id maxime quærit *tate vide*
Deus, dum affligit,conuerſionem peccatoris, idcirco ſi tu *Ariſt.li.2.*
conuertaris,dabit pro terra ſilicem. Quid terra eſt? Vlti- *de cœlo*
mum ac infimum elementum, pedibuſque calcatum. Si *ſub finem*
vis ergo o Iob,non calcari quaſi vilis,& a Deo tuo non peſ- *& Metha*
ſundari,cõuertere,& tunc inſtar ſilicis ferro percuſſi,emittẽs *or.li.1.c.*
ſcintillas igneas dilectionis in Deum tuum. Non enim *14.ſub*
aliud ſunt tribulationes, quam ferrum in manu Dei, quo *medium.*
ex corde ſiliceo ignem dilectionis cupit extrahere.Quampri
mum enim viri pij à Deo flagellantur,ſcintillas pœnitentiæ

 pari-

patientiæ, orationis, &c. emittunt. Atque hoc eſt pro terra ſilicem dare. Pro ſilice vero hoc, dabit torrentes aureos illos videlicet, qui in cœleſti patria ſunt. Quis enim dubitat, tribulationibus, ſi æquo animo ferantur, regnum impetrari cœlorum, Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feſto Apoſtolorum Simonis, & Iudæ, in hæc verba, Hæc mando vobis. Pronomen hæc, vt egregie obſeruat Caietanus, innumera genera malorum demonſtrat tolleranda ab Apoſtolis. Eſt enim peculiare Dei legatum in ſuo teſtamento relictum viris probis tribulatio. Video, ob hanc explanationem reprehenſum Caietanum à Cornelio Ianſenio, viro alioqui omni literarum genere conſpicuo & certe immerito. Acutiſſime enim Caietanus expoſuit, vt nos aliquando, & dicemus, & probabimus. Quadrat & in feſtum omnium Sanctorum in hæc verba, Beati eritis, cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint. Vides enim non eſſe malas perſecutiones.

*Quia vos non populus meus, & ego non ero veſter Deus.* Ordinem conſidera. Non ait, Quia ego non veſter, & vos non populus meus, ſed cõtra, *Quia vos non populus meus, & ego non ero veſter &c.* Oſtendit enim Deus hoc ordine, ex parte eius non eſſe ſolutum vinculum amicitiæ, imò eſſe fixum, ſtabile, & permanens. Vnde ſi nos non reliquerimus amicitiam eius, nunquam ipſe noſtram relinquet. Nos ſumus infidi, & qui primo fœdus frangimus Deo Nam, vt inquit Damaſcenus, quod Deus ſemel aſſumit, nunquam dimittit, etiam in amicitia. Hinc optime Theologi peccatum, per quod deſinimus eſſe amici Dei, dicunt eſſe conuerſionem ad commutabile bonum, & auerſionem à Deo, nos enim ſumus qui fidem amicitiæ frangimꝰ. Agnouit quippe diuina bonitas, nõ eſſe dignam nomine amicitiæ, quæ non ſemper durat. Quodetiam & Ariſtoteles docuit. Amator, inquit, non eſt qui non ſemper amat. Quamobrem & merito reprehendit ſententiam philoſophi Biantis dicentis, Ama, tanquam oſurus. Amare enim magis debemus, tanquam non oſuri. Vinculum quippe dilectionis adeo debet eſſe fixum, vt neque etiam mortis iugulo diſrumpatur. Explicans Scriptura, ingẽtẽ eſſe amicitiam inter Ionatham, & Dauid, hac vtitur loquendi
*1.Re.18.a* forma, Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid. Sed quo quæſo glutino? Vtique fortiſſime, & nunquam ſeiungẽdo, & diſſoluendo. Aiebat Thales, Amicitia eſt animorum coniuncto, quos non dirimit locus. Ego vero adderem

nequ



neque tempus, imò neque ipſa mors dirimit, quia fortis eſt, vt mors dilectio. Sapiens etiam ait, Omni tempore diligit, qui amicus eſt. Sic etiam & Chriſtus dilexit. Cum enim dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos. Summa igitur ſit Repende Deo tuo amicitiæ vicem, vt ſicut per illum non ſtat, quo minus non ſemper diligat, ita & tu da operam, vt ſemper Deum tuum diligas, quinimo ſi amicum habes non rumpas aut ſoluas amicitiæ vinculum, ſed ſemper dilige. Obſerua etiam, quid dicat Deus, *Non ero* videlicet *veſter*. Certè, qui amicus eſt, non eſt ſuus ſed amici. Amicorum quippe omnia ſunt cõmunia. Etiam vita veſtra eſt, Neque etiam inquit, Non erunt mea veſtra, ſed *ego non ero veſter.* Nam amicitia propter ſeipſam expetenda eſt, vt inquit Ariſtoteles, Quemadmodum arbor non eſt eius fructus & aqua non eſt ipſa frigiditas, Ita amicitia nõ eſt ipſa officia ſiue bona opera: oriuntur tamen ab ipſa amicitia. Exhibitio operis eſt probatio dilectionis, ait Diuus Gregorius. Et quemadmodum qui habet arborem, habet fructum eius, non contra qui habet fructum, habet etiam arborem, Sic nonnulli exhibent amicitiæ opera non tamen ſunt amici, qui vero habent arborem amicitiæ plantatam in corde: etiam fructus edunt officiorum erga homines, quos diligunt. Erat bonus amicus Apoſtolus. Non quærimus, inquit veſtra, ſed vos.

*Phociõ dicebat cõparandos eſſe amicos qui ad mortẽ vſque conſtãtes ſint. Sobæus.* *Canti.8.* *Pro. 17.c.* *1. Ethic.8* *Simile.* *Simile.* *2.Corint. 12.c.*

*Quia vos non populus meus, & ego non ero veſter.* Tandiu durauit amicitia Dei cum hoc populo, quamdiu virtutem non deſeruit ſed poſtea cum multis ſe contaminaret peccatis, vides, Deũ, nolle, eius eſſe amicum. Quid hic, te docet Deus tuus? Certè, cum iniquis non eſſe amicitiam contrahendam & ſi contracta eſt, quamprimum agnouerimus amicum factum iniquum, monẽdus eſt vt ab iniquitate diſcedat, quod ſi diſcedere noluerit, ſoluenda eius amicitia eſt. Ita docet Ariſtoteles, & procul dubio peregregiè. Nam cũ amicitia tantum ſit inter ſimiles, vt dixit Empedocles. Vnde illud, Similitudo eſt cauſa dilectionis. Et Sapiens ait omnis homo ſimili ſui ſociabitur cum eſt diſſimilitudo morum, & alter eſt pius, alter vero impius, quo modo inter eos ſanciri poterit amicitia? Quæ ſocietas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Chriſti ad Belial? ait Apoſtolus. Superiori obſeruatione diximus, amicitiã eſſe glutinũ quoddã, & ita Diuꝰ Hieronymus appellat in Epiſtola ad Heliodorũ. Audi antẽ, quid de glutino tradat Plinius. Glutino, inquit, nõ fere cohærent niſi

*Remediũ eſt quẽ cõuerti velle non videris, vitare ſi poſſis.* *9. Ethic. c.3.* *Eccle.13.* *2.Corint. 6.c.* *Lib. 17.c. 43.*



ſimilia

ſimilia natura, vt ſi quis lapidem lignumq́ue coniungat illa cohærere non poſſunt. Cum igitur diſſimiles ſint bonus & malus quomodo cõiungi poterunt charitatis glutino? Hinc reprehendit Deus viros iuſtos, quod amicitiam contrahant cum iniquis, & contractam non diſſoluant. Obſerua, quid vates Iehu dixit Ioſaphat regi Iuda, viro alioqui multis virtutibus conſpicuo, Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, & idcirco iram Domini merebaris. Perpendendum eſt, quod dicitur nempe, iram Domini merebaris ob hanc amicitiam. Nam cum iram Domini homo non mereatur niſi ob crimen mortale, videtur Iehu implicare, crimine lethali irretiri, qui amicitiam ineunt cum iniquis. Si cauſam quæras, ob quam crimẽ mortale ſit amicitia iungi cum peccatoribus, in manibus duæ ſunt, altera eſt, quia peccatores effrænatiores redduntur, & faciliores ad patranda crimina amicitia, igitur cauſam peccato dediſti ac conſequenter, damnum feciſti. Qui enim cauſa damni eſt, damnum feciſſe videtur. Altera eſt, quia qui amat periculum, peribit in eo. Cum ergo in periculo ſis maximo imbibendi mores corruptos, ſi familiaris ſis iniquis, quid miraris, ſi ob hanc vnam cauſam Dominus ſit iratus contra te, & hanc amicitiam contrahere, peccatum idque mortale dicamus? Hinc Apoſtolus ſcibit Corinthiis, Scripſi vobis, ne cõmiſceamini fornicariis, non vtique fornicariis huius mundi aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exiiſſe. Ac deinde paulopoſt, Si fornicator eſt, aut auarus, aut maledicus, cum huiuſmodi neque cibum ſumere. Sic non ſumebat Regius Pſaltes. Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Inſatiabili corde vocat auarum. Oculi mei ad fideles terræ, vt ſedeant mecum. Fideles appellat viros probos, & iuſtos, cum quibus inierat amicitiam Dauid, non autem cum iniquis. Quadrat obſeruatio in Euangelium Sexageſimæ, in hæc verba, Quod autem cecidit ſecus viam, conculcatum eſt. Cur conculcatum eſt? Quia iuxta viam erat, quæ à prætereuntibus calcatur. Igitur ſi non eſſet cõiunctum viæ, non cõculcaretur. Si tu ergo nõ vis conculcari, recede à via, hoc eſt ab hominibus, à vitiis, & peccatis pollincatis.

*Ea eſt iucundiſsima amicitia quam ſimilitudo morũ coniunxit. Cicero. 1. off.*

*l. qui occidit. §. fin. ad leg. Aquil. l. qui domũ. l. videamus. § fin. ff. l. c. l. ante pe. § fin. ff. vi. bon. rap. c. fin. de Iniuriis*

*1. Cor. 5.*

*Pſal. 100*

*Quia vos non populus meus, & ego nõ ero veſter.* Id eſt, quẽadmodum non creditis in me, neque opem à me expectabitis, ſic neque illam vobis feram. Vides, quo pacto vult Deus rogari, & quod illi dicamus, Domine fer opem? Hinc apud Ioannem



nem ait Aſſertor noſter, Si quid petieritis patrem. Vult enim quod petamus. Ac rurſum apud Lucam, Saltem propter improbitatem dabit vobis.

¶ *Et erit numerus filiorum Iſrael, quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur.*

Iuxta Hebræorum diuiſionẽ ab his verbis exorditur caput ſecundum huius vatis. Et ratio eſt, quia iam alius videtur inſeri ſermo, aliaq́ue ſententia à præcedenti. Vnde in Gloſſa ordinaria citata verba capitis ſunt ſecundi, in quo præcipuè de vocatione gentium agitur. Ita ſentit Lyranus. Tamen iuxta Diui Hieronymi ſententiam, quem omnes expoſitores ſequuntur, non incipit ſecundum vſq́ue ad hæc verba ſubſequentia, Dicite fratribus veſtris populus meus, &c. Quam partitionem ſequitur Vulgata Æditio, & nos etiam in eundem modum diuidemus. Sed explanando textui manum admoliamur. Vnus Theodoretus ſingularis eſt in expoſitione. Exiſtimat enim Deum velut obiectioni reſpondere Poterat enim quis arbitrari, à Deo populum Iſrael repudiari, quod ſint ad numerandum faciles, & admodum pauci, ob hanc inquit, cauſam commode apponit quod, ſit numerus filiorum Iſrael, ſicut arena maris, quæ non menſurabitur, neq́ue numerabitur. At vero non multitudine Deus gaudet, ſed vbi duo, aut tres congregati ſunt in nomine eius, ibi in medio eorum eſt. Sic nos omnibus mortalibus antetulit, ſic Abraham ſic Moſem. Hæc Theodoretus. Cæterum hæc explanatio nimium videtur extorta, & violenta. Nam hic iam de vocatione gentium attexitur ſermo, quæ gentes verè Iſraelitarum nomen obtinuerunt. Non enim, teſte Apoſtolo qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio, ſed qui abſcondito Iudæus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu, non litera. Cum ergo hanc ſpiritus circumciſionem gentes diuina miſeratione fuerint aſſecutæ, certum eſt, imo fidei orthodoxæ conſentaneum, hunc locum de vocatione gentium eſſe intelligendum, & ita cæteri expoſitores explanãt, ſequunturque Diuum Hieronymum, qui perquam docte hunc locum diſpungit, & confirmat Apoſtoli teſtimonio, qui eundem locum de gentibus interpretatur, in ea, quæ extat ad Romanos, Epiſtola. Et quoniam Diui Hieronymi verba obſeruatione digna ſunt referre non grauabor, Ambigenti, inquit, & in varias ſententias fluctuanti illud occurrit Pauli Apoſtoli ad Romanos ſcribentis, Quod ſi volens Deus oſtendere iram, & notam facere potentiam

*Rom. 2.*

*Rom. 9.*

ſuam , ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interi-
tum vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ
quæ præparauit in gloriam, quos & vocauit nos, non ſolum
ex Iudæis ſed etiam ex gentibus, ſicut in Hoſſea dicitur, Vo
cauit non plebem meam, plebem meam, & non miſericor-
diam conſecutam. Et erit in loco vbi dictum eſt eis : Non
plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui. Iſaias autem
clamat Iſrael, Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam a-
rena maris, reliquiæ ſaluæ fient. Hæc Diuus Hieronymus.
Ac deinde paucis interiectis lineis ſubdit Igitur beatus A-
poſtolus Hoſſeæ prophetæ aſſumens teſtimonium, & expo-
nens illud ſuper vocatione gentium, & eorum fide , qui ex
Iudæis credere voluerũt, omnem nobis difficultatem inter-
pretationis abſcidit, aſſerens, Chriſti temporibus eſſe com-
pletum, vt ſcilicet in Iſrael eligantur, duodecim tribus hoc
eſt, omnis populus Iudæorum, & in Iuda hi , qui ex genti-
bus Ieſum dominum confitentur. Si quis autem alienus à fi-
de Chriſti & non recipiẽs authoritatem noui teſtamenti, ſed
de numero circuncisionis reſponderit, filios Iſrael duas tri-
bus ſonare, & decem, de quibus crebro diximus , & in hoc
dantes manus, nihil fidei noſtræ nocere monſtrabimus. Sed
poſtquam fuerit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris
in toto orbe diſperſus, & omnem ſupputationem vicerit po
puli multitudo, tũc habebit licentiam Iſrael qui hodie quo
que captiuus eſt, & qui prius dicebatur abſque miſericordia
& non populus meus, cum duabus tribubus, id eſt Iuda, &
Beniamin, quarum magna pars in Chriſtum credidit , inire
concordiam, vt corporibus ſeparatos iungat fides , & vnũ
ſibi caput ponant. Ex his ergo verbis deprehendes ſanctum
doctorem bifariam explanaſſe hunc locum, primo idque eſt
quod nemini refragari liceat, quoniam Paulus ſic eſt lo-
cum interpretatus de vocatione gentium. Secundo , & in
quam intelligẽtiam videtur Diuus Hieronymus quaſi no-
lens, & inuitus trahi, de decem tribus Iſrael quæ tandem ali
quãdo credituræ ſunt in Chriſtum. Nos, reiecta hac ſecunda
expoſitione, priorũ cum omnibus expoſitoribus amplecta-
mur. Sed diſpungendæ literę demus operam. *Et erit numerus
filiorum Iſtael.* Figurata locutio eſt quæ locutionis figura à
Gręcis vocatur Antiphora, Latinis vero occupatio dicitur.
*De. 18. d.* Ea autem eſt, cum aduerſarij redargutionem, aut interroga-
tionem cita reſponſione præuenimus, vt apud Deuterono-
mium



mium , Quod ſi tacita cogitatione reſponderis, quomodo
poſſum ſcire verbum, quod Dominus non eſt locutus? Hoc
habebis ſignum, &c. Sic & impræſentiarum Dominus obie-
ctioni reſpondet, qua ſi quis quærat : Si populus hic Iſrael
non populus tuus, quomodo promiſſum adimplebis, quod
pollicitus es Abrahamo, Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi *Gene. 15.*
potes, ſic erit ſemen tuum? Reſpondit Dominum, *Erit numerus
filiorum Iſrael*, id eſt credentium in Chriſtum. Omnes enim
fideles vocat filios Iſrael iuxta illud Apoſtoli. Non omnes,
qui ſunt ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ, neq; qui ſemẽ ſunt Abra
hæ, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemẽ, id eſt, nõ qui filij carnis
ij filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemi
ne. Ac ſi apertius dicat, Quod dixi, Vos non populus meus,
intelligẽdũ eſt de filiis Iſrael, qui permanſuri ſunt in incre-
dulitate, hi puniendi ſunt, hi perituri ſolum , nam numerus *In Bibliis*
filiorum Eccleſiæ erit maximus, *Quaſi arena maris , quæ ſine* *teſtimonia*
*menſura eſt , & non numerabitur.* Obſeruandum eſt ex ſanctis *aliũde pe-*
Patribus , cum in ſacris Bibliis ex alio loco adducitur te- *tita ali-*
ſtimonium, non integram fieri ſemper alluſionem , aut in- *quid ſem-*
tegre citari teſtimonium , ſed vna parte tantum appoſita, *per ſubti-*
quæ deſunt , apponenda ſunt, ſicque explicanda , vt quid *cent.*
cuique parti accommodari, aut natura, aut conſuetudine ſo
leat, imprimis intelligatur, idque quod deeſt ex accommo-
dationis ratione reponatur, vt præſenti loco, *Quaſi arena ma-
ris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur.* Hic menſuram, & nu
merum legimus , & conſuetudo procul dubio fert, vt men-
ſura ad arenam, numerus vero ad ſtellas referatur. Sic hæc
diſtributa apud Geneſim inuenimus, Suſpice cœlum, & nu- *Gen. 15.*
mera ſtellas. Et apud Ieremiam, Quemadmodum non nu- *Iere. 33.*
meratur militia cœleſtis, & non menſuratur arena maris, ſic
multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei. Ad eundem modum
eſt hic locus explanandus, *numerus* videlicet *filiorum Iſrael erit*
copioſiſſimus, *vt arena maris, & non numerabitur*, ſicut ſtellæ nu
merari non poſſunt. Demum quia diuus Paulus videtur aliis *Rom. 9.*
verbis hunc vatis Hoſſeæ locũ citare, & illũ Geneſeos, Suſpi *Gene. 15.*
ce cœlum, & numera ſtellas, ſi potes, non propterea tu infe-
ras, Igitur locus Apoſtoli , & Geneſeos alius eſt, & diuerſus *Lib. 1. in*
ab hoc, quẽ nunc interpretamur, nõ enim tenet conſecutio. *Geneſim,*
Nã, vt egregie docet Aug. cũ res aliqua narratur in Scriptu- *quæ. 64.*
ris, & alibi eadẽ ſentẽtia repetitur, non eſt opus, eodẽ omnia
inculcẽtur modo, ſed eadẽ ſẽtẽtia tenetur, vt ſeruus Abrahã
narrat

narrat ea,quæ dicta ſunt à Domino,non eodem modo. Et
Addit ſanctus Doctor,Quod addendum putaui propter ſtul
tos,& indoctos homines,qui Euangeliſtas hinc calumnian-
tur,quod in aliquibus verbis non omnino conueniunt,quã-
rebus & ſententiis omnino non diſcrepent. Ac rurſum idem
*Auguſt. l. 1. locut. in Geneſim.* Diuus Auguſtinus lib. 1. Locutio. in Geneſim , verſus finem
ait, Cum ea,quæ dicta ſunt,dicta eſſe narrãtur, non omnino
eodem modo repetuntur,cum tamen in diuerſitate verbo-
rum nihil ſententiæ depereat veritatis. Sic fratres Ioſeph
dixerunt, dictum eſſe ſibi, Terram mercamini, & non inue-
nitur ab illo dictum ſine mendatio autem dixerunt,quod ex
verbis quæ dixerat,in eius voluntate cognouerũt. Et Diuus
*Hiero. in Ezech. 33 Orig. homil. 9. in Geneſim.* Hieronymus Ezechiel. 33. ait,hoc in omnibus ſcripturis ob
ſeruare debemus,vbi videtur eſſe aliqua ſimilitudo ſenten-
tiæ,non in omnibus eadem dici, ſed vel ſubtrahi , vel addi
pleraque. Atque Origenes homil. 9. in Geneſim inquit,Abra
ham à Domino benedicitur,& iterum cap. 22. Abraham ean
dem accepit bedictionem nouo quodam modo , nouum e-
nim eſt,quod dicit,quod tamen addit non eſt nouum. Si plu
ra deſideras,lege eundem Originem tractat. 4. in Matthæũ.
Igitur quamuis noſtri vatis Hoſſeæ verba, & Geneſis, & Di-
ui Pauli diuerſa ſint,ſententia tamen in tribus his eadem
eſt. *Quæ ſine menſura, eſt, & non numerabitur.* Varia eſt horum ver
borum tranſlatio. Septuaginta legunt , Sicut arena maris,
quæ non menſurabitur,nec numerari poteſt. Diuus Hiero-
ny. *Quæ ſine menſura eſt & non numerabitur.* Alij autem ſic, Quæ
nec metiri,nec numerari poteſt parum tamen refert,hoc vel
illo modo legas,ſenſus enim omnium eodem tendit. Ver-
bum enim noſtrę vulgatæ cum qua conſentit Diuus Hiero-
nymus, *non numerabitur*, ſic eſt explicandum,id eſt non poterit
numerari. Non quod ille populus omnino numerari non
*. Metap. tex. 17. & 1. li. 17. de cœlo, tex. 181.* poſſit, ſed ad exaggerandam populi multitudinem Hiperbo
lica vtitur locutione, aut ſi mauis impoſſibile vocat, quod
difficile numerari poteſt. Teſte enim Ariſtotele , multifariã
dicitur impoſſibile,illudque homines impoſſibile dicunt,
quod factu difficile eſt. Denique vt vltimam manum rei
imponamus,omnem redargutionem remouet vates noſter
docens,etiam ſi filij Iſrael ſecundum carnem ob violatam
fidem,& religionem repudieatur: tamen ingentem populũ
futurum eſſe,qui Iſraelis fidem,religionem nomenque tuea
*Iſai. 55.* tur,ita vt nulla ex parte promiſſio Dei otioſa ſit. Verbum
enim quod egreditur de ore meo, ait Deus , non reuertetur
ad me



ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui , & proſperabi-
tur in his, ad quæ miſi illud.

## *Ad componendos mores.*

ADmonuimus ſupra , dum hæc verba expendeba-
mus, Verbum Domini quod factum eſt, dandam no- *Ariſtotel.*
bis ſemper eſſe operam, vt quæ verbis promiſimus, opere cõ
pleamus, dedecet enim, promittere, & poſtea non complere.
Vnde Ariſtoteles ait, vituperandos eſſe , qui promiſſa non
complẽt. Et diuus Thomas ait, hominem homini obligari ſe *2. 2. q. 88.*
cundum honeſtatem ex qualibet promiſſione & hanc obli- *art. 3.*
gationem eſſe iuris naturalis , licet non ſit iuris ciuilis , ad *Iure natu*
quam plura requiruntur, quam ad eam quæ ex honeſtate, & *rali homo*
iure naturæ proficiſicitur. Deꝰ igitur, quia promiſerat Abra- *homini o-*
hamo, Faciam ſemen tuum ſicut puluerem terræ , ſi quis po *bligatur.*
teſt hominum, numerare puluerem terræ ſemen quoque
tuum numerare poterit. Ac rurſum, Suſpice cœlum, & nume *Gen. 12. d*
ra ſtellas, ſi potes, Sic erit ſemen tuum. Et in alio loco Mul-
tiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli , & velut arenam,
quæ eſt in littore maris. Vides quo pacto promiſſa ſe com-
pleturũ rurſus dicat, & memorẽ ſe eſſe oſtendat pollicitatio *Gen. 15. a*
nis factæ? Hinc in hæc verba prorũpit, *Erit numerus filiorũ Iſ-*
*rael quaſi arena maris.* Quod ſi Deus tuus promiſſis ſtat, & quę
promiſit reddit, cur homo, quæ Deo ſuo eſt pollicitus , non *Gen. 22. d*
ſtudebit adimplere? Decet ne hominem eſſe infidelem erga
Deum ſuum, cum deus fideliſſimum ſe exhibeat homini?
Non ſic Regius Pſaltes fidem frangit Deo. Iuraui , & ſtatui *Pſal. 118.*
cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ , inquit. Cur ò rex non es
contentus dicere, Iuraui cuſtodire ſed addidiſti etiam, ſtatui
cuſtodire? Vt quiſque agnoſcat, quantum ſtudeo adimplere,
quæ Deo iuraui. Queadmodum Deus promiſſiones ſuas vo *Simile.*
cat veritatem , quia ſemper eas veritas comitatur , & non
mendacium. In generatione, & generationem, ait Dauid, an-
nuntiabo veritatem tuam in ore meo. Veritatem vocat , fi *Pſal. 88. a*
delitatem in præſtandis promiſſis ; in quem modum crebro
in eodem Pſlamo veritatem vocat promiſſionem, quòd fide
lis Deus ſit in promiſſis. Confitebuntur cœli veritatem
tuam, hoc eſt, fidelitatem tuam. Ita & hominem ſuas pro-
miſſiones vocare debent veritatem , nihilque promittere
debent, quod non veritati coniunctũ ſit. Vnde quæ mala ſunt
non

*Melius peierādū eſt, quam pro euitādo deſurio in aliud grauius crimen diuertere c. ſi aliquid 22. q. 4.*

non ſunt cuiquā promittenda. Nā egregie Iſidorus inquit, In malè promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretū Ne ergo mendacij arguamur, anteaquam promittamus, æqua lance penſemus, bonum, malúmve ſit, quod polliceri decernimus, & ſi bonum eſt, nos iure naturæ aſtringi meminerimus ad cōplendum, ſi promittamus, ſi autē malum, negemus: quia veritas promiſſionē nō ſequetur, nullus enim abſque crimine mala promiſſa cōplere poteſt. Quadrat obſeruatio in Euangelium feriæ quintæ poſt primam Dominicā Quadrageſimæ in hæc verba Aſſertoris noſtri, Nō ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Per ſubiectionē interrogabis, Cur Domine magis miſſus es ad oues domus Iſrael, quam ad alias? Nónne & cæteræ etiam perierūt?

*Rom. 3. c.*

In Adā omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, ait Apoſt. Ita eſt, verū quia ouibus Iſrael facta eſt promiſſio, & doceat facto cōplendam eſſe promiſſionem, prius miſſum ſe ait ad oues Iſrael. Quadrat & in Euangeliū de Transfiguratione in hæc verba, Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrū, & Iacobum, &c. Cur poſt dies ſex hos diſcipulos aſſumit, & transfigurari vult ante eos. Quia prius promiſerat, Sunt quidā de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem. Vides ergo, quantum Chriſtus ſtudeat ſoluere, quod promiſit.

*Peccatores arenæ mari boni vero ſtellis ſimiles.*

Secundo obſerua, mi Lector, cum quibus rebus cōponat filios Iſrael, nempe cum *ſtellis cœli*, & *arena maris*. Bone Deus, quantū inter hæc duo eſt diſcriminis, ſtellæ in cœlo ſunt, arena in terra, quę pedibus calcatur. Non igitur immerito per arenam peccatores intelliges, quia quemadmodum arena in littore, cœno fœtido eſt conſpurcata, & fluctibus quatitur maris, Sic homines peccatores, & contaminati ſunt fæcibus & luto vitiorum, & innumeratis ſubiiciuntur fluctibus tentationum. Per ſtellas verò viros ſanctitate fulgentes intellige, quorum conuerſatio in cælis eſt, de quibus & apud

*Dan. 12.*

Danielem dicitur. Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Sed quod nos in maiorē rapit admirationem, eſt, ab vno eodemq; ſtipite, Abrahamo videlicet, poſteros genus trahere, eóſque ita moribus prædici diſſimiles, vt alij ſtellæ ob virtutum ſplendorē ſint, alij vero ob vitiorum obcœnitatem arena. Nónne decebat, omnes ſtellas eſſe, & ſicut radix ſancta eſt, & ramos etiam arboris

*Ro. 11. b.*

ſanctos eſſe? Decebat vtique. Verum ex hoc loco diſces, in eadem proſapia variā eſſe ſortem, & conditionem hominū, quoſdam



*Simile.*

quoſdā inuenies, honorandos, fulgentes, dignos cœlo, quoſdam vero deſpiciendos, obſcuros, illiberales, &c. Quēadmodum roſarium vnum, & idem cum ſit, & roſas profert, & ſpinas, & terra; quamuis feraciſſima ſit, vna cum tritico tribulos producit, Sic ab eodem generationis, & familiæ trunco & iuſti, & impij oriuntur homines, alij arena ſunt, nulli vſui apta præterquam conculcationi, alij ſtellæ alios illuminantes, ac mire influentes. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Natiuitate deiparæ Virginis. Ibi enim in genealogia Saluatoris, & pij, & impij attexuntur homines, qui ab eodem ſtipite genus trahunt, Abrahamo videlicet, & Dauid. Pij fuere Iſaac, Iacob, Ioſias, &c. impij Salomon, Berſabe, Thamar.

*He. 10. g.*

*Ge. 22. d.*

Tertio, diſce ex hoc loco, non omnes Iſraelitas ſalutem eſſe conſecuturos Iſraelitas voco autē fideles Eccleſiæ iuxta intelligentiam à ſanctis patribus traditam alij enim velut arena à vitiis, & dæmonibus conculcabuntur, alij in cœleſti regione tanquam ſtellæ ſedem habebunt. Hinc Aſſertor noſter inquit: Multi ſunt vocati, pauci vero electi. Ac rurſum Eccleſiæ regnum confert cū ſagena miſſa in mare, bonos, & malos piſces concludente, ſed boni in vaſis. Sed quorſum ſeruātur? Vt in aquis, quæ ſuper cœlos ſunt: vt ſtellæ fugiāt, malos vero foras mittunt, extra videlicet mare ſuarum voluptatum, finem enim habitura ſunt vitia, & peccata. Præterit figura huius mundi, clamat Apoſtolus, ac proiiciendi ſunt in littore maris velut arena, vt deſpiciantur, conculcentur, & fœtidiſſimam exhalent graueolentiam pœne gehennalis. Piſces námque ab aquis educti quam citiſſime corrumpuntur, & fœtent.

Quarto, hinc diſces, nequaquam eſſe amittendam confidentiam, ſi quid boni propter Deum fecerimus, procul dubio enim ipſe rependet. Nolite amittere, inquit Apoſtolus: confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Si cauſam inquiras, ob quam ſic multiplicentur filij Iſrael, vt vix numerari poſſint, inuenies, eam maximè eſſe, quod patriarcha Abrahamus filium ſuum vnigenitum, præcipiente Deo, interficere non recuſauit, & in ſacrificium offerre. Ait enim illi Deus, Quia feciſti rē hāc, & non peperciſti filio tuo vnigenito propter me, benedicā tibi, & multiplicabo

ſemen

ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris. Ecce vnum tantum obtulit filium, neque ille interiit, & numeroſiſſimam Deus pollicetur Abrahamo poſteritatem. Sic tu cum quidpiam facis propter Deum tuum, certus eſto, quod cumulatiſſimam recipies mercedē. Nummum erogaſti pauperi? Non nummū perdidiſti, nec periit, ſicut neque periit Iſaac, ſed Domino fœneratus es. Fœneratur, inquit Sapiens, Domino qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei. Incubuiſti alicui virtutum actioni Ieiunaſti? Iniuriam irroganti propter Deum perpeciſti? Bone Deus, de manu tua quot, quantaque pro vno officio tibi impenſo reddis, inſeruienti tibi? Reliquit Petrus retia viliſſima, & euehitur ad extremum honoris culmen, qui ſolum piſcandis piſcibus erat intentus, altiorem conſecutus gradum ex deſpectiſſima piſcatione tranſit ad honorificentiſſimam piſcationem, hominum videlicet. Ad Petrum enim, & Andream quid ait: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. Summa igitur eſt, Deus cum ingenti fenore rependit, quidquid in eius obſequium fœceris, & retuleris.

*Prou. 19. c Qui bene facit maiora accipit quā largiatur, quoniam Deo mutuū dat non hominibus.*

*Math. 4. Pro feſto S. Andreæ*

¶*Et erit in loco, vbi dicetur eis, Non populus meus vos, dicetur eis, Filij Dei viuentis.*

¶Anteaquam germanum huius loci ſenſum inueſtigemus, operæpretium eſt obſeruemus, variam eſſe tranſlationem. Nam Septuaginta pro his verbis, *Et erit in loco vbi dicetur eis*, in hunc modum habent, Erit in loco, vbi dictum eſt eis. In quem modum legit Theodoretus, fortaſſis Septuaginta ſecutus. Cum ergo æditio noſtra vulgata, & diuus Hieronymus de futuro tempore loquantur, *dicetur eis*, & Septuaginta cum Theodoreto per tempus præteritum, videlicet *dictum eſt eis*, non ab re quis quæret, cur temporis hæc mutatio facta fuerit, quinnimo forſan videns variam verſionem ſuſpicabitur, latum eſſe diſcrimen inter hæc, duo, *dicetur eis*, & dictum eſt eis, cum tanta ſit temporis variatio. Ne quis tamen in hunc lapidem impingat, alioſque ſimiles, qui paſſim in Scriptura offenduntur, altius repetenda res eſt. Obſeruandum igitur eſt in ſacra Scriptura, crebro idem per variam temporis vocem ſignificari. Nam tunc tempus pro tempore ponitur, vt præteritum pro futuro. Ita docent Eccleſiæ proceres quorum nonnulla teſtimonia citabo. Diuus Auguſtinus Epiſtola 57 ait, Multa dicūtur in Scripturis, tamquam facta ſint, cum in ſpe adhuc eſſe intelligantur. Vnde Dominus

*Plura in Scripturis pro factis leguntur quæ adhuc ſub ſpe effectus ..."



nus diſcipulis ait, omnia, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis, id eſt faciam. Quod vſque adeo ſecundum ſpem futurorum dictum eſt vt eis poſt modum dicat, multa habeo vobis dicere ſed non poteſtis portare modo. Quæ quidem regula nō ſolum in verbis ſed etiā in nominibus obſeruanda eſt, frequenter enim quæ ſunt in ſpe, in re iam eſſe dicūtur. Sic ſanctos vocat Apoſtolus homines qui ad ſanctitatē vocātur licet ſacris noſtris myſteriis nō ſint initiati. Et fratres vocat Corinthios, cum grauiſſimis arguantur peccatis. Chriſtus etiam Aſſertor noſter tribuit appellationem filiorum iis, qui tanto nomine non ſunt digni, vt apud Ioannē, Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret, in vnum. Et rurſum, Confide fili, remittūtur tibi peccata tua. Quærit tamen Diuus Auguſtinus Pſal. 103. concione 2. & merito, an ſicut præteritum ponitur pro futuro, ita etiam futurum pro præterito poſſit poni. Et reſpondit ſanctus doctor, præteritum pro futuro inueniri in Scripturis, ita præuidēte ſancto Spiritu, quæ ventura ſunt, quaſi iam facta ſint, ſolemus legere. In figura tamē futuri dicere præterita, non facile occurrit legenti, non audeo dicere, non eſt, ſed certè ſtudioſis ſacrarū literarum indixerim, quid quærant, ſi inuenerint, gratulabimur adoleſcentium ſtudiis otioſorum occupati ſenes, vt ex eorum miniſterio & nos aliquid diſcamus. Et in libro de Agone Chriſtiano c. 27. multa adducit Scripturæ teſtimonia, in quibus præteritum ponitur pro futuro, Qui credit in me, non iudicatur, id eſt, non condemnabitur, qui autem nō credit, iam iudicatus eſt, id eſt, condemnabitur. Et Apoſtolus, Fecit nos ſedere in cœleſtibus, id eſt, faciet. Attamen quod in dubium vertit Auguſtinus, non eſt dubium, ſed certiſſimum, in figura videlicet futuri, quod præſentia intelligi ſoleant. Vt apud Exodum, Abyſſi operient eos, pro operuerunt. Et Iudic. 2. Aſcendere faciam vos de terra Ægypti pro feci. Et 2. Reg. 2. Non perſequatur vltra, pro perſecuti ſunt. Et in Pſal. 105. Aperietur terra, pro aperta eſt. Rurſum, Flamma comburet impios, pro combuſſit. Et facient vitulū, pro fecerunt. Et Pſal. 77. Rumpet petras, pro rupit. In his locis, ac multis aliis pro tempore præterito poſitum eſt in Hebraico textu futurū, quod agnoſcens Latinus interpres ſcientiſſimè vertit in preteritum, quod apud Hebræos in futuro eſt. Solent aliqui, hanc regulam aſſignare ad cognoſcendum, quando futurum ponitur pro preterito. Quoties

aduerbium

*Ioan. 11.*

*Præteritum pro futuro ſæpius occurrit in bibliis.*

*Exod. 15. 2. Reg. 2. Pſal. 105 Pſal. 77.*

aduerbium temporis *tunc* præcedit tempus futurum, exiſtimāt futurum accipi pro præterito Vt apud Exodum, Tunc canet Moſes, id eſt, cecinit. Et apud Numeros, Tũc canet Iſrael pro cecinit. Et apud Deuter. Tunc diuidet Moſes, pro diuidit. Verum hæc regula frequenter fallit. Nam apud Iſaiã dicitur, Tunc aperientur oculi cæcorũ, tũc ſaliet ſicut ceruus claudus, & tamen certum eſt, nequaquã futurum accipi pro præterito ſed in propria accipiendum eſt ſignificatione. Multa exempla id genus inuenies in ſacris Bibliis paſſim, ab his propterea ſuperſedeamus. Deniq; mixtim ferè tempora omnia pro aliis temporibus ſubſtituũtur. Vnde Euthymius Pſa. 103. inquit, Sæpenumero in Scriptura tempus ponitur pro tẽpore. Vt, Extendens cœlum ſicut pellem, pro extendit. Et ad Hebræos 2. Non Angelis ſubiecit orbem terrę futurum, de quo loquimur, id eſt, loquuturi ſumus, aut loquetur inferius. Si de hac re plura deſideras, conſule Pagninum lib. 3. Inſtitutionum Hebrahicarum, c. 12. Obſeruandum etiam eſt, cum apud Latinos triplex ſit præteritum, nempe imperfectũ & pluſquã perfectũ, apud Hebræos ſolũ inueniri præteritum perfectum, quod tamẽ iuxta rei exigentiam per vnumquodque trium præteritorum Latinorũ explicandum eſt. Vt apud Eſdram Ipſe viſitauerat me, vt ædificarem ſibi domum. Ecce verbum, viſitauit expoſitum eſt per pluſquam perfectum. Et ad Epheſios 1. Benedictus Dominus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, ſicut elegit nos, id eſt, elegerat. Et apud Exodum c. 4. Dixit Dominus ad Moſem in Madian, Vade, & reuertere in Ægyptum, pro dixerat. Et Geneſ. 2. Produxitq; Dominus omne lignum de humo, id eſt, produxerat. Ac rurſum. c. 21. Viſitauit Dominus Saram, pro viſitabat. Pro præterito pluſquam perfecto frequentiſſime ponitur, Vt Ruth. 1. Quia viſitauit Dominus populum ſuum, pro uiſitauerat. Igitur in præſenti loco cum Septuaginta vertunt pro *dicetur*, dictum eſt eleganter tempus mutarunt, nam hic futurum poſitum eſt pro præterito, quod oculatiſſime perſpiciens Vatablus optime per præteritum imperfectum reſoluit in hunc modum diſpungens, *dicetur*, id eſt, dicebatur. Confirmat hanc explanationem Diuus Paulus in hunc modum legens, Epiſtola ad Roman. c. 9. pro his verbis, *Et erit in loco, vbi dicetur eis, Non populus meus vos*, Et erit in loco, vbi dictum eſt eis, Non plebs mea vos. Vides, quo pacto pro, *dicetur*, poſuit dictum eſt? Quidam tamen ex recentioribus ſentiunt, huiuſmod locutionem, *Et dicetur*, non eſſe ad temporis rationem reuocandam, quia hic futurum verbum aut naturam rei, aut conſuetudinem ſignificat, vt in ſuperioribus, Fornicans fornicabitur, id eſt, manifeſtũ eſt, eam fornicari ſolere. Sic & hic, *in loco vbi dicetur eis*, idem eſt, cum hac ratione, Vbi dici ſolebat, Non populus meus vos, ibidem dicetur, filij Dei viuentis. Non mihi eſt ingrata hæc explanatio. Sed ad diſpungendam literam accingamur. *Et erit in loco*. Quis eſt hic locus? Haymo ſic explicat, *in loco*, id eſt, in gentibus, quia in omnibus gentibus non dicuntur Iudæi ſerui Dei, ſed diaboli cæterum quando credent, prædicantibus Elia, & Enoch, ab omnibus vocabuntur filij Dei, Vel locus Ieruſalem, vbi longo tẽpore Iudęi colentes idola, dicebantur non populus Dei. ſed tempore incarnationis Chriſti, Apoſtolis, aliiſque fidelibus inde aſſumptis, datur poteſtas eis, filios Dei fieri. Multo tamen aptius Diuus Thom. lectione 5. c. 9. Epiſt. ad Rom. diſpungit. ait quippe, *In loco*, id eſt in Iudæa, vbi dictum eſt eis, ſcilicet Gentibus à Iudæis, quaſi ex perſona Dei loquentibus, Non plebs mea vos, quia non reputabant eos populum Dei, *ibi* id eſt etiam apud Iudæos credentes vocabuntur filij Dei. Vel *in loco*, id eſt, toto mũdo, in quo conuertentur, ſicut proſeliti, quos Iudęi faciebant, qui ſuis locis derelictis, in Iudæam pergebant, hoc autem non ita futurum eſſe in his, qui ad Chriſtum conuertendi erant, oſtenditur Soph. 2. Adorabunt eum viri de loco ſuo. Vnicuique ergo in loco ſuo habitanti, vbi dictum eſt eis olim ex diuina ſententia, Non plebs mea vos vbi vocabuntur filij Dei. Lyranus locum ad totum etiam mũdum refert. Ait enim, *Erit in loco*, id eſt, in orbe vniuerſo, vbi habitãt Gentiles. Et egregie obſeruat cum hunc locum iuxta liberalem intelligentiam explanet Apoſtolus in ea quæ extat ad Romanos Epiſtola, de conuerſione Gentium, non licere eum ſecus exponere. Vnde Theodoretus, qui ad reditum Iudæorum de Babylone refert hunc locum videtur, non attigiſſe veritatem. Video poſſe reſponderi iuxta doctrinam ſancti Thomæ, eamq; veriſſimam, idem teſtimonium Scripturę poſſe complecti plures ſenſus literales, quamobrem etſi explanatio Apoſtoli non ſit reiicienda, imo omni veneratione ſuſpicienda, non propterea Theodoreti expoſitio eſt contemnenda, & cũ Paulinæ contraria nõ ſit, vna cũ illa ſuſtineri poteſt, Sed eſto ita ſit, ſaltẽ nõ poſſumus negare, priorẽ explanationẽ eſſe ſẽper anteponẽdã, quæ

*Exod. 15.*
*Nume. 21*
*Deute. 4.*
*Pſal. 35. b*
*Pagninus lib. 3. inſtitutionum hæbrahicarũ cap. 12.*
*Epheſ. 1.*
*Exod. 4.*
*Gen. 2.*
*Ruth. 1.*



*Chriſti prædicatione & Apoſtolicis verbis locus dictus filiorũ Dei viuentis, id eſt Iudea.*

*Proſelitos vocabant Iudæi quos in legis ſuæ cõſortiũ recepiſſent.*

*Rom. c. 9.*

de, vocatione Gentium hunc locũ expendit, Cum Diui Pauli illa ſit, quam etiã omnes expoſitores, vno dempto Theodoreto, amplectuntur. *Dicetur eis.* A quibuſnã dicetur? Egregiè Haymo, & Vatablus addunt, ab omnibus videlicet, licet Diuus Thomas intelligat, id à Iudæis dicendum. Nos vero addamus etiam à Domino, eius enim vox peculiaris eſt, *Non populus meus vos.* Et cur nõ populus Dei? Certè ob idololatriã, multáque alia peccata, quibus erant Gẽtes irretitę. Sed quãto tempore dictus eſt Gẽtium populus Dei? Placet Lyræ reſponſio, Vſq; ad aduentum Chriſti, ad illud enim vſq; tempus fuerũt idololatriæ dediti. *Dicetur eis, Filij Dei viuentis.* Non eſt dubiũ, quin *dicetur* in propria accipiendum ſit hic ſignificatione, futuri nẽpe tẽporis, quẽadmodũ ſuperiori loco, *dicetur,* pro præterito ſumptũ eſt. Nã hic de rebus futuri eſt ſermo, ſicut & ſupra de præteritis. Sed à quibus dicetur? Licet Vatablus ſolũ dicat, à Dño, melius, exiſtimo, dicemus, & à Domino & ab omnibus dicetur. Sic enim à ſuperiori *dicetur* expoſitione non diſſentiet hoc *dicetur* adhibeamus, ſed ſi ſuperius à Domino, & ab omnibus dicebatur, Non populus Dei vos ratio poſuit, vt ab iiſdem Domino, & omnibus dicatur eis, *Filij Dei viuentis.* Quando autem continget, vt filij Dei viuentis appellẽtur? Licet Interlinearis dicat, Cum idola ſurda, & muta abiicient, vlterius progrediẽdum eſt, dicendúmque cum ſuſceperint fidem. Et ita Lyranus diſpungit, iuxta illud Ioannis. Quotquot autem receperunt eum dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Explicat autem bene, quo pacto dicendi ſint filij Dei, Diuus Thomas ſubiungens, per diuinam videlicet adoptionem.

## *Ad inſtituendos mores.*

ET *erit in loco, vbi dicetur eis*, Non *populus meus vos, &c.* Docet hic locus, neminem, quantumuis multis ſit criminibus irretitus, eſſe contemnendum, aut de eo deſperandum, quando audimus, mutatam ſortem huius populi, & eum, qui ab omnibus vocabatur Non populus Dei, iam appellari non ſolum *populum* Dei, verum & *filios Dei*, quod ardẽtioris charitatis eſt argumentum. Eſſe enim *populum* Dei, vt ait Diuus Tomas, pertinere etiam poteſt ad eos, qui ſpiritum ſeruitutis accepeſũt in timore: eſſe autẽ filios, pertinet ad eos, qui ex amore Deo ſeruiunt,

*Nemo etſi vitiorũ labe deuenuſtetur contẽnendus.*

*Rom 9. vel. 5.*



ſeruiunt, & ſpiritu Dei aguntur. Hinc optime Baſilius Magnus reſpondet interrogatus in hunc modum, Num oportet eũ, qui poſt baptiſma peccauit, de ſalute deſperare, vbi in multitudine vitiorũ inuentus eſt? Aut ad qualẽ peccatorum menſuram ſperare oportet in benignitate Dei per pęnitententiam? Si multitudinem miſerationum Dei numerare, & magnitudinem Dei metiri poſſibibile eſt, in comparatione multitudinis peccatorum, deſperatio fiat. Si vero hæc quidem, velut veriſimile eſt, & menſuræ ſubiiciuntur, & numerabilia eſſe contingit, Dei vero miſericordiam metiri, ac miſerationes eius numerare impoſſibile eſt, non deſperationis tempus eſt, ſed agnitionis miſericordiæ, ac condemnationis peccatorum, quorum remiſſio propoſita eſt in ſanguine Chriſti, velut ſcriptum eſt. Quod autem nõ oporteat deſperare, in multis locis multiformiter docemur, maxime autẽ ex parabola Domini noſtri Ieſu Chriſti de filio, qui accepit paternam hæreditatem, & inſumpſit in peccata. Cuius pœnitentia qualis, & quanta feſtiuitate digna facta eſt ex ipſis verbis Domini diſcimus. Sed & per Iſaiam dicit Deus, Si fuerint peccata veſtra velut pannus puniceus, velut niuem inalbabo. Si vero fuerint velut coccineum, velut lanam inalbabo. Id quod debemus ſcire, ſolummodo verum eſſe, ſi pœnitentiæ modus ex affectu abominante peccatum memorabilis fiat. Hæc Diuus Baſilius. Audi etiam, quid dicat Deus apud Iſaiam, Glorificabit me beſtia agri, dracones, & ſtruthiones, quia dedi in deſerto aquas. Quid intelligit per huiuſcemodi feras, & belluas, niſi homines variis criminibus contaminatos? Hos, inquit Deus, ſe conuerſurum ita ad meliora, vt ipſum glorificẽt. Nam in cordibus incultis, ac ſi deſertum eſſent, dare ſolet aquas pœnitentiæ ad abluenda, & medenda animorum vlcera. Quadrat obſeruatio in Euangelium Septuageſimæ, in eos, qui hora vndecima venerunt ad vineam. Vides, homines iam ſenes, & qui extremam ætatem attigerant, fuerãtque otioſi, tandem ad Deum conuerſos. Quadrat & in Euãgeliũ pro diuina Magdalena, in hæc verba, Mulier, quæ fuerat in ciuitate peccatrix. Quid eſt eſſe peccatricem, niſi multis peccatis irretitam? Hanc audis, Deũ quærere, & qui dicebantur, *non populus meus vos*, tenere à Chriſto diligi, & defendi.

*In regulis breuioribus.*

*Miſericordia Domini plena eſt terra.*

*Iſai. 1. c.*

*Iſai. 43.*

*Primus fœlicitatis grad° eſt nõ delinquere, ſecũdus delicta cognoſcere.*

Secundo, obſerua modum loquendi, & verba Dei tui, frater mi, *In loco vbi dicebatur, Non populus meus vos, dicetur eis, Filij Dei viuentis.* Deus maxime non ſatis eſt, vt populus, qui non

vocabatur *populus tuus*,modo vocetur *populus tuus*? Cur ad tãtũ honoris apicẽ eos euehis,vt dicantur filij tui? Multa hic implicauit Deus tuus.Primũ,ecce,vera eſt ſentẽtia Theologorũ,de qua diſputant in 4.Sent.diſt.16.ar.2.quòd homo poſt lapſum reſurgat crebro ad maiorẽ gratiã. Magis enim eſt, eſſe *filios Dei*,quam eſſe *populum* Dei.Secundum,Ecce qualem ſe exhibet Deus peccatoribus conuerſis ad ſe,patrem videlicet benigniſſimũ.Videte qualẽ charitatẽ,ait Diuus Ioãnes nobis dedit pater vt filij Dei nominemur,& ſimus.Sed quanta eſt hæc tanti patris charitas erga filios? Maxima certè,ſiquidem enumeratis culpis offenſus eos benigne amplectitur,& fouet. Hinc ipſe ait,Saltem à modo voca me, pater meus es tu,dux virginitatis meæ.Numquid iraſceris in perpetuũ? O optimũ patrẽ,patrẽ miſericordiarũ,& totius conſolationis eum vocat Apoſtolus,& meritò.Quis enim pater toties irritatus criminibus filij non illum proiiceret, & exhæreditaret? Inuenies aliquos,vtinã autẽ non eſſent multi, qui ab amicis offenſi,nunquã illos in priſtinã gratiam admittunt,illiſque renuunt reconciliari,quod ſi tandẽ recõcilientur,non tamen ad priorem neceſſitudinis, & familiaritatis gradum redeũt.Hi ſimiles ſunt vaſis fractis,quorũ fragmẽta quamuis bitumine copulentur deformitatem fracturę inſtar cicatrices ſemper oſtendunt. De Simeone, & Leui ait Patriarcha Iacob,Maledictus furor eorum,quia pertinax,& indignatio eorum,quia dura.In conſilium eorum non intret anima mea,hoc eſt,vt quidam exponunt, nunquam eos imiter.Egregie hos non eſſe imitandos oſtendit philoſophus Ariſtippus.Cum enim inter eum, & Æſchinem amicum eſſet ſimultas,& quidam eis diceret, Vbi eſt nunc veſtra amicitia? Reſpondit.Dormit,ſed eam excitabo.O reſpõſionem philoſopho dignam.Licet enim inter amicos fuerint rixæ,& ſimultates,oportet ex animo parcere,& vas amicitiæ ita igne dilectionis redintegrare,& reficere, vt nullum deinceps videatur tranſactę ſimultatis ſignum,aut veſtigiũ. Solent fictores vaſorum vitreorum, , fracta vaſa iterum in fornacem mittere,ac pulchrius, & elegantius, quam antea fuerant,formare,In eundem modum ſupernus omnium rerum artifex quia agnoſcit,nos eſſe vitreos, nimiúmque fragiles Quomodo miſeretur pater filiorum,miſertus eſt Dominus timentibus ſe,quoniam ipſe cognouit figmentũ noſtrum,recordatus eſt quoniã puluis ſumus,ait Dauid, propterea in fornace charitatis ſuæ nos recoquit,vt in elegan-

*1.Ioã.c.3.*

*Ierem.3.*

*Aduerſus fictitias amicorum reconciliationes quæ ſemper aliquid veteris odij fæcis reſeruant.*

*Simile.*

*Geneſ.49*

*Amicitia excitanda ſemper ne in ſoporem obliuionis irruat.*

*Simile.*

*Pſal.12.c*





tiora vaſa amicitiæ effectos,præſtantiora infundat amoris officia.Vmbra huius rei aptiſſima rex Dauid eſt.Nam is, cũ iratꝰ eſſet aduerſus Abſalonem ob eius crimina,dixiſſetque Ioab pro eo interuenienti,Reuertatur in domũ ſuã,& faciẽ meã nõ videat,cũ reclamaſſet iniquus filius,& rogaret pientiſſimũ patrẽ per Ioab,Obſecro,vt videã faciẽ regis, quòd ſi memor eſt iniquitatis meæ,interficiat me,non potuit dilectionẽ intra paternũ pectus cõtinere rex, ſed filium accerſiuit,& ad ſe ingreſſum oſculatus eſt,Sic cœleſtis pater filios ſuos,nos videlicet peccatores,nõ reiicit in perpetuum,ſed ſi petierimus obſecrantes, vt obliuiſcatur iniquitatũ noſtrarũ,& oſtendat nobis faciẽ ſuã,oſtẽdet,& paci oſcula dabit. Sic vides filio prodigo ardentioris charitatis poſt lapſum reſurgẽti ſigna exhibita à patre.Ei enim ſtolam,aureum annulum dari legimus,amplecti à patre,parari conuiuiũ, &c.

*Filij Dei viuentis*.Nõ eſt cõtentus dicere,*Filij* Dei,ſed addidit *viuentis*.Cur putas? Certè,vt multa omittamus, quæ hic dici poterant,vt nõ ſolũ intelligas,quòd Deus viuit,ſed adde,quod filiis ſuis vitã cõferat.Et quã vitã? Nõ ſolũ corporis,verum & animæ,quę multo præſtãtior eſt. Quid enim eſt gratia? Reſpõdeat tibi D. Auguſtinus,Gratia eſt vita animę,ſiue anima animæ.Quẽadmodũ enim corpus viuit anima,ita & anima viuit gratia.Igitur ſi appellandi ſunt *Filij Dei viuentis*,cõſequens eſt,vt filij etiã viuant,patres enim generãt ſibi ſimiles. Spiritus vitæ erat in rotis currus Dñi,ait Ezechiel. Quid iſtæ rotæ adũbrẽt? dicat D. Ambroſius,viros videlicet ſanctitate fulgentes.Idẽ eſt ergo dicere, *Filij Dei viuentis*,ac ſi dicat,Ego in viſceribus eorũ,qui vera vita ſum, ipſiq; rotę currus mei,quo deferor,vt alij me cognoſcant,& honorent. Adimpleturus in illis illud Apoſtoli.Glorificate,& portate Deũ in corpore veſtro.Itẽ *filij Dei viuentis*, hoc eſt,non erũt mortui peccatis,ſicut ille,de quo dicitur,Nomẽ habes,quod viuas,& mortuus es. Ad hæc *filij Dei viuentis*.Nõ ait mortui,vt intelligas,nõ eſſet orphanos,orbatos videlicet patre,& hinc percipias,nõ eſſe deſtitutos, auxilioq; carere, ſicut orbi carere ſolẽt.Ea quippe eſt conditio iuſtorum,vt habeãt patrẽ Deũ,qui filiorũ cõmodis vigilanter proſpiciat Ad poſtremum,non ait,*Filij Dei mortui*, ſed *Dei viuentis*. Inuenies multos volentes eſſe filios Dei mortui, plus enim ęquo confidunt in morte Dei, & ſemper ante oculos mentis habent crucifixum Chriſtum, non quidem vt tanti agonis memores reſipiſcant, ſed vt magis, ac magis peccẽt,& peccatis addãt peccata. Timeant iſti,Deus enim

*2.Re.14.*

*Pater viſo filio cooperit mox reatũ,diſſimulat iudicem quò magis vult implere genitorẽ redire cupit filium non perire.*

*Simile.*

*Ezech.1.*

*Ambroſiꝰ lib.3.de virginibꝰ.*

*1.Cori 6.*

*Apo 3.a*

*Improbi miſericordiam ad ſe trahunt atque hinc perſeuerandi in peccatis occaſionẽ arripiunt.*

ſe viuentem appellat in cuius manus incidere vt ait Apoſtolus, horrendum eſt, ſæueriſſime enim puniet. Vnde ipſe ait, Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam, Viuo ego in æternum, Si acuero, vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionẽ hoſtibus meis, & his qui oderunt me, retribuam.

Præterea, *Erit in loco vbi dicetur eis*, &c. Non in alio loco, ſed in eodem, vbi antea non populus Dei, ſunt *filij Dei*. Tria hic habes maximè obſeruatione digniſſima. Primum, quod & ex Diuo Thoma ſelegimus, in c. 9. Epiſtolæ ad Roma. lectio. 5. vti diſpungentes literam diximus. Vide quam benignum ſe tibi exhibeat Deus tuus, qui in omni loco præſto eſt, vt illum adores & maxima in te conferat beneficia. Si in domus tuæ penetralib⁹ es, in eo loco inuocat⁹ tibi aderit. Si in agro, ſi in foro, denique vbi cunque ſis eũ inuocare poteris. Quẽadmodum nullus locus bonus eſt, vt Deũ offendas, quia quocunque offendas, irã eius incurris, Ita nullus adeo malus eſt, vt in eo non te audiat Deus, & tibi opem ferat. Secundũ, Ecce non eſt omnino deſpiciẽdum, quid de te alij ſentiẽt quando audis, à Deo quaſi magnum dici, Dicetur eis ab omnibus videlicet, *filij Dei viuentis*, ac maximè ſi apud eos prius malè audiebas. Et ſanè non eſt dubiũ, ingẽs eſſe ſolatiũ ab eis honorari, cãdidámq; apud eos habere opinionem apud quos prius ob lapſum deſpectus fueras. Tertiũ, *In eodem loco*, non ait in alio. O ter, quaterq; fœlices, qui loca in quibus Deũ offenderũt, & ſuis contaminauerũt peccatis, lachrymis abluunt, & in iiſdẽ Deo inſeruiẽtes piis vacãt virtutum actionibus. Sic Regius Pſaltes abluebat, Lauabo, inquit, per ſigulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Cur lectũ lachrymis, idq; magis noctu, quamdiu abluit, & ſtratum? Certè quia ea eſt bonorum cõditio, vt non ſolum loca, verũ & tẽpora quibus ſe peccatis ingurgitarãt lachrymarũ profluuio lauẽt. Reuocabat in memoriã pius rex, ſe nocturno tempore laxauiſſe habenas venereis voluptatibus, ac ideo & loca, & tempora eadem eligit, vt pœnitentiam agat. Hinc & apud Cantica ait cœleſtis Sponſus, Sub arbore fici ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata genitrix tua. Mentis oculis intuere, quem locum eligit Sponſus, vt ſuſcitet dilectã ſpõſam, nẽpe vbi corrupta fuerat mater illius. Vt pleriſq; placet ſanctorũ Patrũ in eodẽ loco ſatisfecit Chriſtus pro noſtris delictis cruci affixus, in quo primi parẽtes peccauerãt, eodẽq; tẽpore. Hoc eſt, quod his

*Fœlices lachrimæ quæ loca patrati ſceleris turpitudine cõtaminata abſtergũt.*

*Pſal. 5.*

*Chriſtus operatus eſt ſalutẽ noſtrã in eodẽ loco in quo primi præuaricati ſunt parentes.*



his verbis implicat Sponſus, Sub arbore fici ſuſcitaui te. Ac ſi apertius dicat, Tu peccaſti ſub arbore ó homo, ibi etiam ego pro te pœnas dedi. Sed cur, ô chariſſime Sponſe, eundem locum delegiſti ad ſatisfactionẽ, in quo patratũ eſt peccatũ? Vt doceres procul dubio, eã tibi maximè gratã eſſe ſatisfactionẽ, quã in eodẽ loco, in quo peccauim⁹, tibi offerimus. In cuius rei Typũ apud Leu. Dominus præcipit, domũ deſtrui in qua lepra fuerit, atque lapides eius, & vniuerſum puluerem proiici extra caſtra, aut oppidum in locum immũdum. Quis locus immundus, niſi qui noſtris piaculis eſt contaminatus? In hunc locũ lapides noſtri pectoris, cor nẽpe ſaxeũ, & puluerem prauarũ actionum, & cogitationum deferamus, ſi quã gratiſſimum Deo cupimus offerre ſacrificiũ, quod ſi ea adire non eſt fas, ſaltẽ, quo corpore ire non licet, mente eamus, ea luſtrantes. Quẽadmodum ſancti loca, in quibus aliquod beneficiũ à Deo obtinuerunt, ſanxerunt, ibidẽ peculiare obſequiũ Deo impendentes, in quem modũ Iacob eo loco, in quo ſcalam viderat, lapidẽ erexit in titulum, ſic & nos in illis locis altaria erigamus, & Deo offeramus ſacrificia, in quibus illum ad iracundiam prouocauimus peccatis noſtris. Quadrat obſeruatio in paſſionẽ Domini in hæc verba, Venerunt in locum, qui dicitur Golgatha, quod eſt Caluariæ locus. Cur Caluariæ locũ eligis Domine ad mortem? Quia in eo peccarunt primi parentes, quo facto, quis locus aptior ſit, vt homo pro peccatis ſatisfaciat, oſtendo, is videlicet, in quo peccauit.

*Cant. 8. b.*

*Leu. 14. f.*

*Iure ciuili Domus criminis nefarij conſcia deuaſtatur Bar. l. 1. nu. 2. C. de deſertorib.*

*Gene. 28.*

¶ *Et congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibimet caput vnum.*

Hic locus quemadmodum & præcedens, non eſt tantum intelligendus de congregatione duodecim tribuum, ſed etiam de congregatione populi Gentium. Et ita expendit D. Cyprianus in lib. 1. Teſtimoniorum aduerſus Iudæos c. 1. & D. Auguſtinus, lib. 18. de Ciuitate Dei, c. 28. Diuus Hieronymus in hunc locum, & in Epiſtola ad Hedibiam, q. 10. Rupertus, & Haymo, & Lyranus. Quid plura? Ita eum expendit D. Paulus ad Rom. 9. & D. Petrus 1. c. 2. Vnde explanatio Theodoreti non eſt amplectenda, qui ait, hic prædici reuocationem Iudæorum à Babylone, & quod poſt reditum inde non ſint habituri reges diuerſos Iudæi, ſed in vnũ, & idem conſentientes, & coacti, vnũ regem habebunt, quod inquit, eſſe cõpletũ temporibus Zorobabel. Probat egregie Lyranus, hanc explanationem Theodoreti eſſe reiiciendam, quia

populus rediens de Babylone tendit in Ieruſalẽ, vt Eſd. lib.
1. refertur, & nõ in Iezrahel. Samariã enim, reliquáſq; ciuitates illi circumiacentes decẽ tribuũ; inter quas erat Iezrahel;
4. Re. 18. occupabant Gẽtiles ibi de Aſſyriis adducti, vt hiſtoria refert
*& lib.* 1. Reg. & Eſdræ. Non eſt negandũ, poſſe hunc locũ exponi de
*Eſdræ* c. filiis Iudæ, & Iſrael ſecundũ carnẽ. In quem modũ exponunt
4. D. Hieron. & Haymo, & Interlinearis: non tamen ſicut exponit Theodoretus, ſed referendo ad filios Iuda, & Iſrael, qui crediturí erant in Chriſtũ. Verumtamen inter eos, qui de vocatione Gentiũ hunc locũ explanant, diſſenſio eſt. Lyranus ſic diſpungit, *Et congregabuntur filij Iuda*, id eſt Apoſtoli, aliiq; diſcipuli natione Iudæi, *Et filij Iſrael*, id eſt Gentiles conuerſi. Rupertus contra exponit. *Filij Iſrael* inquit, id eſt, Apoſtoli, qui tã ſecundum carnẽ, quam ſecundum fidem filij ſunt Iſrael congregati cum filiis Iuda, id eſt, cum electis ex Gentibus, quos ad fidẽ, & confeſſionẽ Chriſti perducendo fecerunt *filios Iuda*. Ita etiã explanat D. Hieronymus, cuius verba ſunt, *In Iſrael* eligantur duodecim tribus, hoc eſt, omnis populus Iudæorum, & *in Iuda*, hi, qui ex Gentibus Ieſum Dominum confitentur. Vatablus ab his omnibus diſſentire videtur. Vtrúmq; enim *Iuda & Iſrael* exponit de duodecim ſolum tribubus, conuerſis tamen ad Chriſtum. Ait quippe, *congregabuntur filij Iuda*, ſubintellige ſecundum carnẽ, ſed conuerſi ad Chriſtum, *Et filij Iſrael*, id eſt, decem tribuum. In eundẽ etiam modum expendit etiam Interlinearis. Quam harum explanationum iudicem veriorem, non facilè dixerim. Hoc vnum certum eſt, locum hunc eſſe explicandum de vocatione Gentium, vti ſuperius diximus. An vero per *Iſrael* intelligere debeamus Gentiles, & per *Iuda* fideles, in quo patres ſancti diſſentiunt, parum refert. D. Hieronymus ethymologiam vocis *Iuda* ſecutus, quæ confeſſionem ſonat, per *Iuda* fideles intelligit, qui Chriſtum confitentur. Ait autem, *pariter*, hoc eſt, vt Septuaginta, & alij non nulli vertunt ſimul. Sed quo pacto ſimul congregabuntur? Optime Lyranus ait, *pari-*
*Animarũ* *ter*, id eſt, in vna Eccleſia, licet poſſemus exponere, *pariter*, id
*vinculum* eſt, in vnam concordiam, & fidem vnam, & ita expendere vi-
*ſola fides.* detur D. Hieronymus. Ait quippe, has tribus inire concordiam, vt corporibus ſeparatas iungat fides. In quem modũ etiam Rupertus expendit, vocem *pariter* ad vnitatem fidei referẽs. Eſt itaque ſenſus, *Congregabuntur pariter*, in vna fide, ita
*Rom.* 5. vt non ſit diſtinctio Iudæi, & Græci. Ac rurſum, Donec oc-
*Epheſ.* 4. curramus omnes in vnitatem fidei. Et ita exponit hunc lo-



cum atque venuſtiſſime Diuus Thomas in calce lectionis 4. in c. 9. Epiſtolæ ad Romanos. Quam concordiam Chriſtus petiit à patre, dicens, non pro eis tantum rogo, ſed pro
eis, qui credituri ſunt, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in *Ioan.* 17.
me, & ego in te, & vt ipſi in nobis vnum ſint. Qua quidem
oratione exauditus pro ſua reuerentia illud impetrauit. Ac *Ioan.* 16.
rurſum, Alias oues habeo, quæ non ſunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Demum animo intuere, an congregati
fuerint *pariter* fideles. Interim autem ait Scriptura; Dominus *Actor.* 3.
augebat, qui ſalui fiebant quotidie in idipſum, & multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. *Et ponet ſibimet caput vnum.* Conueniunt omnes expoſitores, vno dempto Theodoreto, caput hoc eſſe Chriſtum Aſſertorem noſtrum
quem *filij Iuda, & Iſrael* recepturi erant in principem, & Do- *Eze.* 34.
minum, iuxta illud Ezechielis; Suſcitabo ſuper oues meas *f.*
paſtorem vnum, qui paſcat eas: ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erat eis in paſtorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum: & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum.

## *Ad morum compoſitionem*

NON eſt exiſtimãdũ, temerè, aut ſine conſilio, dum *filiorum Iuda, & Iſrael* meminit vates noſter, eſſe præpoſitos *filios Iuda filiis Iſrael*. Nihil enim non actum eſt diuino conſilio, & cum dicere potuiſſet, *Filij Iſrael, & filij Iuda congregabuntur*, noluit ſpiritus cœleſtis ita loqui, ſed contra, *Filij Iuda, & filij Iſrael congregabuntur*. Quid igitur hic docet? Ordinẽ eſſe ſeruandũ. Omnia, in-
quit Apoſtolus, in vobis ſecundũ ordinẽ fiant. Et quis eſt hic *1. Cor.* 14.
ordo? Vt meliora, & digniora ſemper præferantur. Diximus *g.*
iam, meliores fuiſſe *filios Iuda*, non enim lapſi fuerant in ido-
lolatriam, quẽadmodum *filij Iſrael*, ac ideo vtroſque conne- *Ge.* 43. *g.*
ctens, pręponit *filios Iuda*. Inuitauerat Ioſeph fratres ſuos, ſed attende conuiuarũ ordinem. Fecit, inquit Scriptura vnum-
quemq; ſedere iuxta primogenita ſua. Sic & filij Iob cõuiuia *Iob.* 1. *a.*
faciebant, vnuſquiſq; in die ſuo, hoc eſt, prima die primoge-
nitus, ac deinde alij iuxtà ordinẽ natiuitatis ſuæ. Sic ſurſum *Gen.* 43. *b.*
ait Iudas patri Iacob, Interrogauit p ordinẽ ꝓgeniẽ noſtrã. Quid nos ſumus, niſi ꝓgenies Chriſti? Vos genus electũ, regale ſacer-

*1. Pet. 2. b* ſacerdotiū, ait Apoſto. Dum igitur beneficia confert, ordine
confert Chriſtus, neq; in conuiuio ſuo homines patitur eſſe
*Gen. 1. a.* ſine ordine. In principio creauit Deus cœlum, & terram. Nō
*Ordine* legis, In principio creauit terram, & cœlum. Nam cum cœ-
*conſpicuo* lum terra dignius ſit, conſentaneum erat rationi, prius à
*inferiora* Deo ſuo creari. Demum audi, quid dicat Iſaias conferens
*dignorib.* Deum cum agricola varia ſerente ſemina. Nónne cum ad-
*cedunt.* æquauerit terræ faciem, ponet triticum per ordinem, & hor-
deum, & milium, & viciam in finibus ſuis. Quid per hæc di-
uerſa ſemina intelligit niſi varias hominum conditiones?
At hæc non confusè, aut mixtim diſponit bonus agricola, &
cœleſtibus, ſed miro ordine, prius ſerit triticum, quòd me-
lius ſit, viros nempe virtute præſtantes. Sic namque ait apud
*Mat. 13.* Matthæum in parabola zizaniorum, Congregate triticum
in horreum meum, id eſt, homines iuſtos. Deinde alia ſerit,
hordeum videlicet, quod cum cibus ſit iumentorum, non
eſt dubium adumbrare peccatores viuentes inſtar iumento-
rum. Reliqua vero, ciminium gith, & milium homines vi-
treos, & ad impatientiam faciles implicant, quia illa non fe-
runt trituram plauſtri ferrati, ſicut fert triticum, ſed ſolum
virga excutiuntur, & baculo, vt in hunc locum obſeruat
Diuus Hieronymus. Summa igitur ſit, Omnia ſecundum or
dinem ſunt diſtribuenda, & pro cuiuſque meritis collocan-
da. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feſto Diui Bar-
tholomæi, vbi non confusè attexuntur Apoſtolorum nomi-
na, ſed ordine quodam, prius ob muneris dignitatem po-
nitur Petrus, ac deinde alij ordine ſuo. Quadrat & in Man.
datum, in hæc verba, Venit itaque ad Simonem Petrum. Iux
ta Diui Auguſtini ſententiam lotionem pedum exorſus eſt
Dominus à Petro, quòd ſaltem, quia vicarius Chriſti erat fu
turus, dignior erat, Video, ſecus ſentire Chryſoſtomum, nē-
pe incepiſſe à Iuda traditore. Quadrat etiam in Euangeliū
pro Chananæa, in hæc verba, Non ſum miſſus, niſi ad oues,
quæ perierunt domus Iſrael, id eſt, primum miſſus ſum ad
oues domus Iſrael, deinde ad alias, ſemper enim ſeruandus
eſt ordo. Atque ita expendunt hunc locum D. Hieronymus,
*Iſa. 11. b.* & D. Thomas, ac pleríque alij doctores.
*Rerū diſ-* Secundo, docet hic locus, non eſſe negandam amicitiam,
*ſoluta an-* & concordiam peccatoribus, ſi ad meliora conuertantur,
*tipathiæ in* quando audimus, *filios Iſrael, & Iuda pariter congregatos.* Habi-
*Chriſt: ad* tabit, inquit, Iſaias, lupus cum agno, & pardus cum hædo ac
*uentu.* cubabit, vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur, vitulus, &
vrſus



vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum. Quid per
agnum, hœdum, vitulum, & ouem intelligit, niſi viros iu-
ſtos, & per lupum, pardum, leonem, & vrſum, niſi peccatores,
qui ferinis ſunt imbuti moribus? Hos, prędicit ſanctus vates
neceſſitudine, & amicitia copulandos. Nam peccatores mu-
tabunt mores. Vnde ſubiungit: Quia non nocebunt, & non
occident in vniuerſo ſancto monte meo, id eſt, in Eccleſia.
Vbi obſerua, quod ſi aliquod nocumentum eſſent feræ illæ
illaturæ, non facultatem conuiuendi faceret Deus agno, &
hœdo, & vitulo cum illis, vt tu diſcas, fugienda eſſe iniquo-
rum hominum conſortia, ſecus tamen agendum eſt: ſi reſi- *Actor. 10.*
puerint. Audi etiam, quid Deus præcipiat Petro, cum vidiſ-
ſet linteum magnum quatuor initiis ſubmiſſum è cœlo in
terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ,
& volatilia cœli, Surge Petre, occide, & manduca. Et cum Pe
trus reclamaſſet, Abſit Domine: quia nunquam manducaui
omne commune, & immundum, ſecundo vocem audiuit di-
centem: Quæ Deus purificauit, tu commune ne dixeris.
Quid hæc animantia ſignificant, niſi peccatores? Hos præci- *Simile*
pit Dominus à Petro occidendos, ne ſint videlicet peccato-
res, ac poſtea manducandos, id eſt, eſſe in pectore reconden-
dos, diligendóſque. Non enim ſunt immunda iudicanda, quę *Simile*
Deus purificauit. Quid enim vipera peſtilentius, & venena-
tius? Præparata tamen veneno medetur. Sic nil peius pecca-
tore, conuerſus tamen non nocet, ſed eius prodeſt amicitia,
dum & ad lachrymas inuitat, & cautos nos reddit ad fugien *Ezech. 1.*
da peccata. Vidit vates Ezechiel ignem, & in medio ignis
quaſi ſpeciem electri. Quid hic eſt implicatū, niſi peccatores
non eſſe deſpiciendos? Electrum enim genus bituminis eſt *Simil.*
profluens ex ſaxis, primo liquidū, ac poſtea maris frigidita- *Vt Ma-*
te condenſatū, Hiſpane vocamus *alambre* illud cuius tanta *gnes ferrū*
virtus eſt, vt paleas in terra iacentes ad ſe trahat, ſibi vniat, *ſic Electrū*
& amplectatur, Sic Deus homines ſimiles paleis, humi ia- *paleas tra-*
centes, aridos, quacumque aura mobiles ad peccata, ac fru- *hit.*
ctu carentes bonorum operum ſolet ad ſe allicere, & ſibi a-
moris vinculo copulare, vt nunc vſu venire videmus *filiis
Iſrael* idololatris, vt & nos non omnino contemnamus pec-
catores. Animo contemplare, an Deus tuus deſpexerit Ma-
gdalenam, cum eam vocauerit Lucas peccatricem, aut Leui
ſedentem in telonio, aut Publicanum. Non certe quinimo
illos ſuſcipit, benigne fouet, ac mira charitatis officia illis
exhibet.

Tertiò

Tertiò, docet hic locus, rem maximè commendabilem eſſe concordiam, & inter cætera maxime expetendam, ſiquidem quaſi maximum beneficium pollicetur Deus, fore *pariter congregandos filios* Iuda, *& filios* Iſrael. Locus eſt communiſſimus in multa quadrans Euangelia, vt Dominicæ 3. Quadrageſimæ, in hæc verba, Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Et ſancti Thomæ Apoſtoli, in hæc verba, Stetit in medio diſcipulorum, & ait illis, Pax vobis. Demũ aptari poteſt omni Euangelio, in quo de pace incidit ſermo, vt in Natiuitate Domini, & Reſurrectione. Vis agnoſcere, quanti ſit pax, & concordia æſtimanda? Obſerua, quid faciebant Apoſtoli recepturi ſpiritum Sanctum. Erant, inquit Scriptura, vnanimiter perſeuerantes in oratione, & pariter in eodem loco. Ac ſi apertius dicat, Non tantum loco erant coniuncti, ſed etiam animis, nec aliter ſpiritus ſanctus illis ſua dona conferret. Audi etiam, quid præmiſerit rex Salomon templum Domini ædificaturus, Nunc non eſt Satan, quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei. Quid nos ſumus fratres mei, niſi templa Dei? Templum ſanctũ eſt, quod eſtis vos, ait Apoſtolus, cum inimicos habemus, & aduerſarios, nequaquam corda noſtra poſſumus erigere in templa Dei, danda nobis prius eſt opera, vt pacẽ cum omnibus habeamus, & tunc corda noſtra templa Dei efficiemus. Egregie ait Diuus Cyprianus, & habetur diſtinct. 90. c. Nec ad Cain, Adeo Deus diligit pacem, vt eam ob cauſam neque ad Cain, nec ad munera eius reſpexerit, quia cum fratre non pacem habebat. Hinc & apud Cantica dicitur, Ferculum fecit ſibi rex Salomon reclinatorium aureum, media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem. Quid ferculũ, niſi corda noſtra? Quid reclinatorium aureum niſi animus noſter? At media quibus graditur, & tendit cœleſtis Sponſus Salomon, vt requieſcat in hoc ferculo, quibus ſunt ornata? Charitate, inquit, quę ſi deſit, ferculum, & reclinatorium cordis noſtri faſtidiet, & fugiet, tantum abeſt, quod ingrediatur. Aperte hoc nobis ſignificatur in hoc loco, ſiquidẽ poſtea quam dixerat, *Congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter*, ſubditur, *Et ponent ſibimet caput vnum*. Non enim ſibi ponere poſſent caput Chriſtum, ſi prius congregati in vnum non eſſent.

*Acto. 1.*
*3. Re. 5. a*
*Can. 3. d.*

Quartò obſeruandum eſt, quid ex hac concordia, & congregatione exortum fuerit, nempe quod *poſuerint ſibimet caput* Chriſtum. O commendandam pacem ô fœlicem concordiam



cordiam, quæ corda vnit, & copulat ad obediendum Chriſto, non ad reſiſtendum illi, quam abominandam prolem parit pax iniquorum. Zelaui, inquit Regius Pſaltes, ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. Et Sapiens, In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, vir, & mulier ſibi bene conſentientes. Bene ait, quia ſi male conſentiant, qualis eſt peccatorum pax, non eſt, cur illa laudanda ſit. Inierunt Pilatus, & Herodes fœdus pacis, iniquæ tamen, & execrandæ. Facti enim ſunt amici cum antea eſſent inimici adinuicem, quando ſpreuerunt Chriſtum.

*Pſal. 72.*
*Eccle. 25.*
*Tria in quibus Deus delectatur.*
*Luc. 23. b.*

*Conſtituent ſibimet caput vnum.* Aperi oculos mentis, non pedes vocat principem, neque manus, ſed *caput*, quo vno verbo multa perſtringit. Docet enim honorem exhibendum principi, & illi ſupremum locum offerendum, quemadmodum & caput ſupremum in corpore obtinet locum. Sunt deinde, qui principem volunt ſibi ponere amicum, manus, & pedes, non autem *caput*. Cupiunt enim, & quod peius eſt, petunt à principibus multa, atque illis non ſecus ac manibus vti non erubent ad multa facienda, quæ dicere pudet. Audiant iſti, munus principis eſſe *caput*: diſcant etiam principes, quale eorum debeat eſſe officium, influere videlicet in membra reipublicæ, illiſque prodeſſe, quemadmodum *caput* in ſui corporis membra influit.

*Reges Reipubli. capita.*

¶*Et aſcendent de terra, quia magnus dies Iezrahel.*

Varia eſt huius loci explanatio, D. Hieronymus ſic diſpungit, *Aſcende de terra*, id eſt, de terrenis ſenſibus, & humilitate literæ. Amplectuntur hanc explanationẽ Gloſſa Ordinaria, & Rupertus, licet non nihil addũt, quod Hieronymianam reddit illuſtriorẽ, Gloſſa addit, De humilitate literæ occidentis ad ſpiritualem intelligentiam, vel de terra morientium ad terram viuentium. Rupertus, *Aſcendent de terra*, vt iam non ſapiant, aut quærant terrena. Lyranus ſecùs, *Aſcendent de terra*, id eſt, multiplicabuntur fideles per orbem, ſicut illa quæ pullulant de terra. Vnde & de magna multitudine congregata dicimus vulgariter, videbatur populus de terra pullulare. Alij ſic, *Aſcendent de terra*, illa videlicet in vniuerſum orbem, quaſi dicat, prædicabunt fidem per vniuerſum orbẽ. Alij rectius, *Aſcendent de terra*, ſcilicet captiuitatis. Ac ſi dicat, Et tũc liberabuntur à captiuitate, & ſeruitute diaboli, aſſerentúrque in libertatem. Qui enim redibant de captiuitate, dicebantur aſcendere è terra captiuitatis ſuæ. Pergratæ

*Elegãtiſſime dicit aſcẽdet de terra, quia tota vita nihil eſt aliud quã aſcenſus è terra, nam cõuerſatio noſtra in cœlis.*

tæ mihi ſunt explanationes dictæ, licet & aliã adhibere poſſumus intelligentiam, quæ quamuis noua videatur, fortaſſis non omnino reiicienda eſt. Opinor, ſub his verbis, *Aſcendet de terra*, eſſe implicatum honorem, & lætitiam horum populorum ingentem futuram, propterea quod ſibi poſuerint caput vnum. Quemadmodum enim corruere in terram, ſignum triſtitiæ eſt, & deiectionis. Vnde Iob excidiſſe veſtimenta ſua, & terram corruiſſe legimus, quo mœrorem, & luctum animi aperuit, In eundem modum *aſcendere de terra*, reſpirare ſignificat, & honorem conſequi, atque alacritate perfundi. Sic & in Pſalmo, Alleuat Dominus omnes, qui corruunt, Dominus erigit eliſos. Confirmat hanc explanationem Hiſpanum idioma, quo ad explicãdam alicuius hominis deiectionem, & triſtitiam dicere ſolemus, humi eum, iacere, *que echado por tierra, y proſtrado eſta fulano*. Cũ vero ad honorẽ euehitur, dicimus, *ya fulano ſe leuanta, ya ſube*. ¶ *Quia magnus dies Iezrahel*. Iam monuimus, iterũque monemus, nequaquã eſſe admittendã eorum explanationẽ, qui hunc locũ expendunt de reditu filiorum Iſraël de Babilone in Ieruſalem, in quem modum explanant multi Rabbini: quos Theodoretus ſequitur. Non enim redierunt ad Iezrahel Iſraelitæ, ſed eam vallem Gentiles Aſſyrij videlicet, occuparunt, ibique degebant. Locus hic ſubobſcurus eſt, & non parum negotij mihi faceſſit. Referam paucis, quæ fuſius doctores illum expendentes dicunt, deinde, quid ego ſentio, aperiam. Gloſſa Ordinaria *diem hunc magnum Iezrahel* ait, eſſe tẽpus ab incarnatione Domini vſque ad finem ſæculi. Magnæ enim claritatis illud tempus eſt, ſiquidem in eo remiſſio peccatorum datur, & aditus regni cœlorum aperitur, quamobrem & iure optimo *dies* nuncupari poteſt, & *magnus* merito appellari, quando tot annorum curricula complectitur. Non mihi diſplicet hæc explanatio. Lyranus *diem hunc magnum* ait, eſſe magnam congregationem, ſeu multiplicationem fidelium, eo quòd *Iezrahel* interpretatur ſemen Dei, quod ſemen fideles exiſtimat eſſe Vatablus cum Lyrano: conſentire videtur, ſed apertius enodat hunc locum. Sic enim diſpungit, *Dies Iezrahel erit magnus*, id eſt, dies ille, in quo liberabuntur fideles à diabolica ſeruitute, erit celeberrimus, & maximus. Nã *Iezrahel* ſignificat ſemen Dei, hoc eſt, fidelium congregationem. Diuus Hieronymus, licet ad eandem alluſionem retorqueat ſignificationem huius vocis *Iezrahel*, ait quippe, ſignificare ſemen Dei: non tamen per ſemen Dei fideles intelligit,

*Simile.*
*Iob. I.*

*E maximo mœrore cruciari ſignificabant antiqui corruẽtes in terram.*



telligit, ſed ipſum Aſſertorem noſtrum Dominum Ieſum Chriſtum, qui verum eſt æterni patris ſemen, cum eius ſit vnigenitus filius. Et ſubdit ſanctus doctor, Ex quo perſpicuum eſt, ideo in typo Naboth Iezraelitis ſanguinem præceſſiſſe, vt veritas compleretur in Chriſto. In hoc enim & nõ illo *magnus eſt dies Iezrahel*, de quo dicitur Hæc dies quã fecit Dominus. Hæc Diuus Hieronymus, cum quo conſentit Interlinearis. Vellem tamen, apertius explicuiſſent, quænam eſt hæc *dies*, quod ſilentio præterire vidẽtur, aut ſaltem ſubobſcure dixerunt. Vt opinor, & quantum ex eorum verbis coniicere poſſum, *diem* hanc exiſtimant, eſſe *diem* Reſurrectionis Chriſti. De ea enim ſcriptum maximè eſt, Hæc dies quam fecit Dominus, & ita eo die canit Eccleſia in officio diuino. In quem etiam modum Rupertus fidelis Diui Hieronymi expoſitionis obſeruator expendit licet nõ nihil addit, & Hieronymianam explanationem latius ornat, & extendit. Quemadmodum enim cantores ſuper ſimplicem cantum harmoniam quandam vocum effingunt, & adiiciunt, Hiſpanè, *ſobre el canto llano echam contrapunto*, Sic Rupertus ſemper inſequitur Hieronymianã explanationem, eamque ante oculos habens, mirè poſtea extendit, & illuſtrat. Rupertus itaque hunc *diem magnum Iezrahel* videtur ſentire, eſſe diem Dominicæ Reſurrectionis, & venuſtiſſime locum explanat, & certè eius explanatio aptata feſto Reſurrectionis non parum cõciliabit dilectionis. Sed ad rem redeamus. Ait igitur Rupertus expendens hunc locum, *Magnus dies*, & magna illuſtratio ſeminis Dei, quod eſt Chriſtus ſeminis inquam reſurgentis ex mortuis, cum quo cõſurgentes vtique aſcendunt de terra faciendo, quod idem Apoſtolus ait, Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſuper terram. Sic nimirum, facta prima aſcenſione, quæ eſt reſurrectio prima tandem aſcendent corpora quoq; de terra, quæ erit reſurrectio ſecunda, & ſequentur caput ſuum, ſiue membra capiti coniuncta; & ſicut ipſe Chriſtus pulcrhè ſatis breui explicuit ſignificatione dicens, Vbicúnque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Hæc Rupertus, cuius ſententia eſt, vt vno verbo perſtringamus, *Aſcendent de terra*, id eſt reſurgent, primò quidem animo Reſurrexit, inquit Apoſtolus, propter iuſtificationem noſtram, deinde corpore in die iudicij vt vtrãque complectamur reſurrectionem, animæ videlicet, & corporis *Quia magnus dies*

m *Iezrahel*

*Quomodo intelligenda ſit Epæneſis illa Hæc dies quam fecit Dominus.*

*Modulatio muſices peritis conſueta in figurãdo ſimplicem cãtũ.*

*Colloſ. 3.*

*Matt. 24*

*Iezrahel.* Meritò *magnus* vocatur *dies* ſeminis Dei, hoc eſt, Chriſti reſurgentis, ſiquidem magna nobis eo die contulit beneficia. *Magnus* certè *dies* ille quia totus lætitiæ eſt, qui etiam iuſtiſſime ſolius Chriſti dicitur eſſe. Nam in aliis Chriſti feſtiuitatibus partem nos habemus, eoſque noſtros quodammodo appellare poſſumus. Referuntur enim in eis, quæ in illis ob noſtra peccata pertulit Chriſtus, vt in feſto Natalis nuditas, & frigus, & paupertas naſcentis infantis. In Epiphania fœtor ſtabuli, in Circũciſione abſciſſio carnis. Deníque in omnibus ferè feſtiuitatibus Chriſti pœnam inuenies, at pœnam quis dubitat ortam eſſe ex culpa, quam nos commiſimus? Dies ergo aliarum feſtiuitatum Chriſti nõ omnino ipſe ſibi arrogat, non omnino ſuos vocat, quia noſtri etiam ſunt, ſolus eſt tamẽ dies Reſurrectionis *Iezrahel*, id eſt, ſeminis Dei, quod Chriſtus eſt, quia in eo nihil quod pœnã ſapiat, refertur, totus glorioſus eſt, nihil in eo homines habent. Video, non deeſſe ex recentioribus, qui ſignificationẽ huius vocis *Iezrahel*, quoniam brachium Dei ſignificat, alio detorqueant, aſſerántque, hoc loquendi tropo ſignificari maximam quámque vltionẽ diuinam, ac celeberrima Dei geſta, ac tunc maximè, cum ſcelera expiare conſueuit, & hoſtibus ſuis terrorem ingentem incutere. Verum cum hic magis videatur recenſere beneficium conferendum in populum ad Dominum conuertendum, non eſt, cur de timore, & terrore hunc locum, aut de ſupplicio explicemus.

*Dies reſurrectionis Chriſti ſolus eſt magnus dies Iezrahel.*

## *Ad morum compoſitionem.*

A*Scendẽt de terra.* Demus hoc Lyrano, id eſt, multiplicabũtur fideles. Quando audis multiplicãdos? Cum congregati fuerint pariter, & poſuerint ſibi caput vnum, Chriſtum videlicet. Vides ergo, quid efficiat, & pariat concordia? Nempe multiplicationem fidelium? Nihil certè ad augendã rempublicam vtilius inueniri poteſt, quàm concordia. Vnde rectè quidam dixit, Concordia paruę res creſcunt. Quemadmodum plures rami ab vno, eodémque ſtipite procedentes, virtute illius multos proferunt fructus, & folia, ſic homines vinculo colligati concordiæ creſcunt, & augentur. Et quemadmodum exigui riuuli, in vnum alueum cõfluentes, fluuium magnum efficiunt, ſic homines maximum incrementum accipiunt, ſi inter illos animorum ſit conſenſus, ſicut contra nihil maius nocumentum infert, aut truculentiorem

*Salluſtius*

*Quæ harmonia à muſicis in cantu, ea in ciuitate optimum vinculum incolumitatis dicitur.*



tiorem perniciem, quam diſcordia, Et quemadmodum, referente Plinio, & Ariſtotele, Tyrrhenus lapis quamuis grandis innatat, cõminutus ſidit, Ita concordia ſuſtinemur, & per huius ſæculi mare tot iactatũ procellis, fluctibus abſq; ſubmerſione nauis tranſimus, donec portum cœli penetremus diſcordia vero peſſumimus. Diuiſum eſt cor eorum nunc interibũt, ait noſter Hoſſeas. Propterea & Apoſtolus hortatur nos, vt ſolliciti ſimus ad ſeruandam vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Et bene ait in vinculo pacis, nam hoc maximè vinculum conatur diabolus diſrumpere, vt deinde perdat nos. Significauit hoc egregie Apocalypſis, cum Diuus Ioãnes videt, exiiſſe equum rufum, & qui ſedebat ſuper eum datum eſſe ei, vt ſumeret pacem de terra, & vt inuicẽ ſe interficiãt. Quid adumbrat hic equus rufus, niſi homines diſcordes? qui merito rufi dicũtur, quoniã ſanguine madent, in ſanguiníſque effuſionem proni ſunt. Seſſor autem diabolus eſt, ad diſcordiam incitans, cuius munus eſt, ſumere pacem de terra, & ad internitionem homines excitare. Igitur qui diſcordiam habet cum proximo ſuo, oculos aperiat mentis, vt videat, cui ſeſſori animum tradiderit gubernãdũ, diabolo videlicet, qui non aliud quærit, conatur & deſiderat, quã miſerũ hominẽ pręcipitẽ dare in inferni baratrum. Quadrat in Dominicam 3. Quuadrag. in hæc verba, Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Nihil enim vtilius cõcordia ad regni conſeruationem, & incrementum.

*Plinius li. 2. c. 106. & Ariſt. de Natura. c. 12.*

*Hoſſeæ. 10 a.*

*Ephe. 4. a*

*Apo. 6. a*

*Concordia inexpugnaabilis murus Reipublicæ. Ageſila.*

Deinde obſerua, quando *aſcendũt de terra*, id eſt liberantur à captiuitate diaboli. Id enim diximus diſpungentes literã hoc tropo loquendi ſignificari, quando videlicet cõgregati fuerãt pariter. Igitur quandiu non es congregatus cum proximo tuo pacẽ, & cõcordiã cũ illo habẽs, in captiuitate diaboli manes. Quærere prius illius concordiam, ſi libertatem conſequi, & à tanti tyranni ſeruitute liberari deſideras, atque Deo tuo inſeruire. Si offers munus tuum, ait Aſſertor noſter, ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquit aduerſum te, relinque ibi munus ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum.

*Matth. 5. Pro fer. 6. ante 1. Dominicam Quadrat.*

Tertio, diſces ex hoc loco, regnum cœlorum vim pati, & illud à violentis rapi. Quid enim vocat liberari à ſeruitute? *Aſcendere.* At quis non videat, *aſcendere* plenum eſſe labore, & ſudore, & pleiúmque hominem in aſcenſu illa ducere? Cum ergo conuerteris ad Dominum, non exiſtimes, te viam facilem

*Mat. 11.*

facilem arrepturum, aut procliuem, qualis eſt peccatorum
quæ magis deſcenſus eſt. Hinc Scriptura euntes in Ægiptũ
*Iſai. 30. a* ait deſcendere quoniam ad peccata via facilis eſt. Audi quid
dicat Iſaias, Væ filij deſertores qui ambulatis, vt deſcendatis in Ægyptum. Quid Ægyptus eſt, niſi mundus, ad quem
ire, quid niſi deſcendere eſt? Bone Deus, quis poterit expendere quãtum proni ſumus ad peccata? Sed vnde hæc proni-
*Facilis deſcenſus Auerni. Verg.* tas, & facilitas? Certe quia via ad illa deſcenſus quidam eſt
& ſine labore deſcendimus. Sed conſiderate fratres mei, quis
maneat exitus deſcendentes, nempe incidere in latrones.
Homo quidam deſcenderat de Ieruſalem in Hierico, ait Aſ-
*Lucæ 10.* ſertor noſter. Sed quid ex hoc deſcãſu? Obſeruate, quid ſubiungit, Incidit in latrones, à quibus & ſpoliatus eſt, & vulneratus, abſtulerunt enim latrones inferni omnes animi opes,
virtutes videlicet, & graui ſauciauerunt peccati vulnere. Igitur ſi in deſcenſu talia patitur homo, fugiendus deſcenſus
eſt. Vnde egregiè ait, & hortatur nos Diuus Auguſtinus, No-
*Auguſt. Pſal. 125.* lite amare deſcendere, & non aſcendere, ſed & de aſcenſione cogitate. Fortaſis & hoc adumbrauit Spiritus ille cœleſtis
*Gen. 26. a* Iſaac interdicens deſcenſum in Ægyptum. Quemadmodũ
*Simile* intra putamen nucis amarum, latet nucleus dulcis & ſuauis
ſic intra laborem aſcenſus ad virtutem abſcondita eſt mira
dulcedo, & cœleſtis. Sed ſicut cibum nuceum non prius attingis, quam corticem, quod intra incluſus ſit, ſic neque ſuauitatẽ virtutis adipiſceris anteaquã ſuperas laborem aſcen-
*Simile* ſus. Et quemadmodum dulcedo aquarum fluuiorum, quas
*Amariſſima peccati dulcedo.* ſemper deſcendere cernis, mare contingunt amariſſimũ, vbi
dulcedo vertitur in amaritudinem, Ita vita peccatoris diligentis facilius iter, & laborem fugientis tandem in mare
decurrit pœnarum gehennæ.

*Quia magnus dies* Iezrahel. Duo hic ſunt implicata, vt multa alia omittam. Alterum eſt, obſerua, quantum temporis interuallum *diem* vocat, ab incarnatione Chriſti videlicet vſque ad finem mundi, inquit Gloſſa. O ingentem miſerationum abyſſum, quæ tantum temporis ſpacium *diem* vocat. Nõ
*Simile.* eſt Deus tuus, frater mi, ſimilis fictoribus vaſorum vitreorum, qui exiguam vitri materiam ita extendunt, vt ex illa
faciant maxima vaſa, in quem modum, homines, ſi quod
officium in te contulerunt, magnifacere ſolent, grandia ſe feciſſe clamantes. Secus Deus, qui magna, ampliſſimáque, a cũ
*Pſal. 89. b* perexigua ſint, *diem* vocat. Alterum hic implicatum eſt. Vide quantũ tempus *diem* appellat, & merito, quia mille anni





ante Deum ſicut dies hæſterna, quæ præteriit. Nõ ergo vitam tuam multo tempore duraturam tibi perſuadeas, ſed
ante oculos habe verba Apoſtoli, Hoc itaque dico fratres *1. Cor. 7. e*
tempus breue eſt. Reliquum eſt, qui habent vxores, tãquam
non habentes ſint, & qui flent tanquam non flẽtes, &c. Nam *Luc. 12.*
& ſi centum annos vixerit homo, totum hoc tẽpus minima *Nihil habet hominũ*
diei pars iudicanda eſt, quãdo tot annorum curricula velut *vita præter labores & vigilias.*
vnus dies à Deo iudicatur. Audi & quid dicat Chriſtus apud
Lucam, Si ſciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique. Beati ſerui illi, quos, cum venerit, Dominus, inuenerit vigilãtes, & ſi venerit in ſecũda vigilia & ſi in tertia
vigilia venerit, beati ſunt ſerui illi. Vides quo pacto totã ho- *Dies Conuerſionis peccatorũ*
minis vitã cũ nocte quadã cõtulerit, illã diuidẽs in tres nocturnas vigilias. Quorſum cum nocte vitã cõpoſuit? Certè
vt eius breuitatem detegeret. Magnus dies Iezrahel, *diem* in *Deo, Angelis & ipſis peccatoribus celeberrimus*
quo liberantur à captiuitate diaboli, vocat celeberrimum,
& maximum. Sed quibus eſt hic dies celeberrimus? Primò,
ipſi Deo quem legis, maxima lætitia perfundi conuerſione
filij prodigi & illi parari cõuiuium &c. Secundò, celeberrimus eſt angelis Dei quibus gaudium eſt ſuper vno pecca- *Exo. 12. d*
tore pœnitentiam agẽte. Tertiò, celeberrimus eſt ipſis pec- *Dies tranſitus vitæ ſæcularis ad ſpiritualem ſacer Carthuſianis.*
catoribus, qui de faucibus diaboli eruuntur. Hinc præcipit
Deus, diem, qua egreſſi ſunt filij Iſrael de ægypto, eſſe obſeruandum in generationibus ſuis vtinã frater mi, eum *diem*,
quo dignatus eſt Deus tuus te educere de ægypto, id eſt, de
regno diaboli, tua ſacerdoti confitens peccata quaſi celeberrimum ſignares, vt *diem* feſtum ageres Deo tuo. Conſueuerunt Cartuſienſes religioſi toto vitæ ſue tempore ſingulis
annis diem profeſſionis ſuæ in qua ſe Deo votis religionis
aſtringunt, celebrare, veluti in memoriam reuocantes acceptum libertatis de poteſtate diaboli beneficium. O
commendandam conſuetudinem, & ſuper aſtra
extollendam, quam vtinam & omnes homines complecterentur, ſed hoc perfectorum eſt, & eorum qui *Iezrahel*, id
eſt, ſemen Dei ſunt, filij videlicet, non aliorum.

***

## CAPVT SECVNDVM.

D*icite fratribus v ſtris, populus meus, & ſorori veſtræ Miſericordiam conſecuta. Iudicate matrem veſtram iudicate, quoniam ipſa non vxor mea, & ego non vir eius.*

Exiſtimant nonnulli, hæc verba *Dicite fratribus veſtris*, *Populus meus*, *& ſorori veſtræ, Miſericordiam conſecuta*; eſſe ſuperioribus attexenda, ac ſi explicet Deus cauſam, ob quam magnus furus ſit dies Iezrahel, nempe quia dicetis fratribus veſtris, quod populus meus ſit & ſorori veſtræ, quod ſit miſericordiam conſecuta. Confirmant autem hanc ſententiam; quoniam Hebræi dictis verbis finiunt primum caput & à ſequentibus videlicet, *Iudicate matrem veſtram*, exordiuntur caput hoc ſecundum. Eſt in hac ſententia Diuus Hieronymus, quia ait, expendẽs hæc verba, *Iudicate matrẽ veſtram &c.* Huc vſque ad Iſrel populũ, hoc eſt, decẽ tribuũ ſermo directus eſt, nũc alterum caput incipit. Verũ quo pacto hęc verba ſint notanda, quibúſque coniungenda, noſtra aperiet explanatio. Primum quoniã hic locus ſubobſcurus eſt, & non parum negotij mihi faceſſit, referamus aliorum expoſitiones, deinde & noſtram adhibebimus, vt ex eorum collatione liqueat, quæ ſit veritati magis cõſentaneæ. Lyranus cenſet hic Deum alloqui Apoſtolos, cęterúſque fideles à Iudæis origñẽ trahẽtes, vt dicant *fratribus ſuis*, id eſt cõuerſis ex Gentibus qui facti ſunt fratres eorum per ſuſceptionem fidei, *populus meus*, hoc eſt, quod ſunt populus Dei, ſicut & vos ô Iudæi, iuxta illud Apoſtoli, Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci, nam idem Dominus omnium. *Et ſorori veſtræ*, id eſt, Gentilitati conuerſę ad fidem Chriſti, *Miſericordiam conſecuta*. Cum enim eſſet ab antiquo idololatriæ dedita, iam per meram Dei miſericordiam, & non per merita patrum vocata eſt ad fidem, ſicut Iudæi per merita Abrahæ, & aliorum Sanctorum antiquorum. Hæc Lyranus. In qua explanatione ſi oculate inſpiciatis, ſolum populum Gentium vocat fratres & ſororem. Quęramus ergo ab eo neque ab re, Quorſum hæc duo varia, diſtinctáque nomina eiſdem Gentibus Deus imponat, vt vocentur *fratres*, & *ſoror*. Quis enim non videat, latum eſſe diſcrimen inter hæc duo *fratres* & *ſororem*? Videtur Diuus Hieronymus ſaltem ex parte tetigiſſe hanc obiectionem. Aſſignat enim quodammodo diſcrimen ſic,

*Iudæa ex vmbra mortis ad Chriſti lucem adducenda: ac ita non populus Dei fiet populus eius.*





*Frater* appellatur, & *ſoror*, *frater*, ex eo quod dicitur *populus meus*, *ſoror*, ex eo quod dicitur *miſericordiam conſecuta*. Cæterum, id eſt, quod nos quærimus, cur eidẽ populo duo imponũtur nomina, vocetúrque *frater*, & *ſoror*. Dictus autem pater Hieronymus bifariam diſpungit. Primo ſic, referendo hunc locum ſolum ad populum Iudæorum, vt omnes duodecim tribus complectitur. *Dicite*. Quinam ſunt iſti, qui dicturi ſunt, aut quibus præcipit, vt dicant? Hominibus videlicet de tribu Iuda. Ac ſi dicat Deus, Vos ô homines de tribu Iuda, non deſperetis de ſalute decem tribuum, ſed verbo, & voto, & literis ad pœnitentiam prouocate, quia *frater* appellatur veſter, ex eo quod dicitur *populus meus*, & ſoror, ex eo quod dicitur *miſericordiam conſecuta*. Secundo, ſic diſpungit, Poteſt hoc ad omnes credentes referri, Ita, Vos, qui in Chriſtum creditis tam Iudæi, quam Gentiles, dicite fractis ramis, id eſt, populo priori, qui abiectus eſt *populus meus*, quia *frater* tuus eſt, & *miſericordiam conſecuta*, quia *ſoror* tua eſt. Cum enim plenitudo gentiũ intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Hæc Diuus Hieronymus, & ex his duabus explanationibꝰ à ſancto doctore adhibitis prior eſt veritati magis conſentanea, vt poſtea probabimus, quam etiam amplectitur Interlinearis. Rupertus Tutienſis per *fratres* exiſtimat, eſſe intelligendos quoſcunque fidẽ Abrahæ habentes, ſiue Iudæi ſint, ſiue Gẽtiles. Theodoretus cenſet, his verbis Deum conſolari, & adhortari Iudæos, mutatis rebus, ſe immutaturum nomina, & vocaturum non populum, populum, nõ dilectam, dilectam. Conſentit quodãmodo cum Theodoreto Vatablus. Ait enim. *Populus meus*, perinde ac ſi dicat, Tunc erit magna rerum mutatio, quia qui non erat populus Dei tunc erunt Dei populus, poterúntque dicere infideles fidelibus, Populus Dei ſumus, quibus miſericordiã impartitus eſt. Nonnulli ex recentioribus ſecùs expendunt. Nam exiſtimant, Deũ alloqui alterum populum Iudęorum, vt benignitatem Gẽtibus annũcient, atq; ea re ipſi maximè lętentur, quod qui ſingularis erat populus, nũc multarum Gentium acceſſione auctus ac propagatus ſit, átque innumeros fratres, ac ſorores eiuſdem ſecum dignitatis habeat, iuberéque Deum, vt à Iudæis Gentes *fratres*, atque *ſorores* appellentur, & ſeſe ad cœleſtis ciuitatis largitionem & communicationem diuina miſericordia vocatas eſſe cognoſcãt. Hęc ſunt, quæ ex variis explanationibꝰ colligere potuimus. Verũ cũ illa nõ noſtrum animũ

*Mutatis rebus mutat Deus nomina.*

explerent, & germanum huius loci ſenſum indagaremus, ſic hunc locum ſub aliorum cenſura explanandum ducimus, Quod videlicet Dominus loquatur filiis Gomer, & vatis Hoſſeæ, illiſque dicat Deus ſequentia verba, nempe, *Iudicate matrem veſtram.* Nam hoc loco *populus meus*, & *miſericordiam cõſecuta* propria nomina eſſe cenſeo, ſicuti & ſuperius iam probauimus, hęc duo nomina, *non populus meus*, & abſque miſericordia, eſſe propria. Vnde Vatablus, & Pagninus pro his vocibus, *populus meus*, & *miſericordiam conſecuta* Hebraica nomina Ami videlicet, & Ruhama reliquerunt, ipſéque Vatablus expendens hæc verba, *miſericordiam conſecuta*, quod filię nomen eſt, inquit, atque id ſcientiſſime, Singulari vtitur, quod alludat ad nomen filiæ Gomer, quæ vnica fuit. Adumbrant vero hæc duo nomina filiorum Gomer ipſique filij duos populos, Iudæorum videlicet, & Gentium ad Deum conuerſos. Hinc eorum mutat nomina, & qui prius *non populus Dei*, & *abſque miſericordia*, vocabantur, dicuntur *populus Dei* & *miſericordiã conſecuta*, his præcipit, dici ſubſequentia verba, videlicet, *Iudicate matrem veſtram: &c.* Nec te moueat mi Lector, vt hanc reiicias explanationẽ, dici in numero multitudinis, *fratribus veſtris, populus, meus* & nõ, fratri veſtro, átque *ſororibus veſtris*, non ſorori veſtræ. Ita enim habet textus Hebraicus, & ſic vertunt tum Pagninus, tum Vatablus *ſororibus veſtris*, non ſorori veſtræ quoniam ad rem adumbratam, populos videlicet Iudæorum, & Gentium magis dirigit Deus ſermonem, qui multos homines complectuntur, quam ad vmbrã, filiorũ ſcilicet Gomer, cum hi filij Gomer vmbra ſint populi Iudæorũ, & Gentium. Hanc eſſe amplectandam intelligentiã, quæ ſequuntur, aperte demonſtrant. *Iudicate matrem veſtram, iudicate.* Apertum eſt, *matrem* referri ad filios, igitur hic *matris* mẽtionem faciens ad filios, quos ſuperius vocauit *populus meus miſericordiam conſecuta*, deſtinat ſermonem. Sed quid hic per *matrẽ* intelligit? Diſſenſio inter patres eſt. Theodoretus opinatur, *matrem* hic vocari maiores Iudæorum. *Iudicate*, inquit, *matrem veſtram*, hoc maiores veſtros, qui contra me peccauerunt. Lyranus exiſtimat, hæc verba dici à Deo Ieremiæ, Baruch, & aliis viris iuſtis, qui erant in regno Iuda, per *matrem* vero intelligit Ieruſalem, quæ erat metropolis regni, hinc & mater aliarum ciuitatum, & totius populi, iuxta illud, quod dicitur de Abella, Cur quæris ſubuertere matrem ciuitatum in Iſrael, id eſt, Ieruſalem.

*Matrem, ipſi filij adulteræ matris iudices conſtituuntur.*

2. Reg.

Haymo



Haymo credit, per *matrem* eſſe intelligendam Synagogam, & ita tenent D. Hieronymus, & Vatablus, atque vt egregiè inquit Diuus Hieronymus, filiis præcipitur, vt ineant iudicium aduerſus matrem ſuam, quæ eos genuit, non tamẽ explicat, quinam ſint illi filij. Vatablus ait, alloqui Deum fideles credentes in Chriſtum, qui deſcenderunt è Sinagoga, vt fuerunt Apoſtoli, & alij Iudæi, & Iſraelitæ ſecundum carnẽ. *Iudicate matrem veſtram*, ſignificat hoc loco *iudicare* idem, quod expoſtulare, vel increpare ſiue corripere, aut contendere, & ita pro iudicate vertunt nonnulli, vt Vatablus, & Pagninus, expoſtulate: Propriè autem expoſtulare eſt conqueri ab eo ipſo, qui fecit iniuriam, & cum querela inſtare. Verbum enim Hebraicum Ribu interdum vertit Interpres iudicare, interdum contendere, & rixari, Vt, Iudica Domine nocentes me, impugna impugnantes me. Poſſet hic locus ex verbi ratione verti in hunc modum, Iurga Domine iurgantes me. Nam apud Hebræos vox Rib iurgium ſignificat. Eſt autem iurgium coniunctorum familiarium, aut vicinorum concertatio, atque diſſenſio, qualis fuit illa inter paſtores Abraham, & Loth. Fuit, inquit Scriptura, iurgium inter paſtores, &c. Neque eſt ſilentio prætermittenda eiuſdem verbi repetitio. *Iudicate*, inquit, *matrem veſtram.* Ac rurſum repetit, *Iudicate.* Quorſum repetit? Reſpondeant ſancti Patres. Gregorius in Pſalmum pœnitentialem ait, Nominis venerandi repetitio precandi auget affectum, vt, De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meã. Et parum infra, Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Nomen repetit, vt affectum excitet. Eiuſdem ſententiæ auctor eſt Euthymius Pſalm. 16. dicens, Solent Prophetæ ſepenumero in locis affectu plenis eaſdem ſententias varia oratione repetere, vt aucto affectu, ad maiorem Deum miſericordiam trahant. Sic & impræſentiarum eiuſdem vocis repetitio vehementiam affectus habet, & rei conficiendæ deſiderium certiſſimum inuoluit. Conſueuit enim Scriptura, his repetitionibus efficere, quod oratores compluribus verbis ſelectiſſimis, & eloquentiſſima oratione vix obtinent, nempe vt rem, de qua loquuntur, ſumme amplectendam eſſe doceant. Docuit & hoc egregiè Diuus Chryſoſtomus homil. 10. in Geneſim inquiens, Sæpe Scriptura multa vtitur diligentia, ſemel, atque iterum idem dicens, vt in mentibus auditorum reponantur ea, quæ dicũtur. Duabus igitur de cauſis hic *Iudicate* repetit. Primo

*Pſal. 34.*

*Gen. 16. d*

*Harũ repetitionũ cauſam author profuſius ſuperiori capite complexus eſt.*

 vt

vt aperiat, quantum optet correctionem matris. Secundò, vt altius filiorum memoriæ figantur, quæ ad matris conuerſionem ſpectant, eáque iuxtà Domini præceptum adimplere ſtudeant filij. *Quoniam ipſa non vxor mea eſt, & ego non vir eius.* Cauſam addit, ob quam optet, & præcipiat filiis matrem obiurgare, quia de meretrice vxor effecta, mores priſtinos non reliquerit, & rurſum fornicata fuerit cum amatoribus ſuis, eoque impudicitiæ venerit, vt proprium virum non reuereatur. Ac ſi apertius dicat, Oiburgate vos matrẽ veſtram, nam me non magis audit, quam ſi me nullo coniugij iure exiſtimet audiendum. Eſt etiam obſeruanda coniunctio cauſalis, *quoniam*, non enim parum continet myſterij ad explicandam huius loci puram intelligentiam, pro qua coniunctione apud Hebræos, eſt vox C H I, quæ ferè cauſalis coniunctionis vim obtinere ſolet, cum quadam tamen varietate pro rerum, & ſententiarum ratione diſtinctam. Vnum autem genus eſt, quod admirationem quãdam ſimul cum indignatione habet, & neſcio quid triſte, aut auribus puris indignũ inſinuat, dicentem vero iratum, atque aliquid ægreferentẽ

*Malac. 1.* repreſentat, vt apud Malachiam Deus inquit, Magnum eſt nomen meum in Gentibus, & vos polluiſtis illud, quia dicitis, Menſa Domini contaminata eſt, & cibus eius vilis? Idem officium coniunctionis *quoniam* hoc in loco eſt, quod apud Latinos in coniunctione, *nam*, non ineleganter obſeruatur, vt cum irati, atque ſtomachantis potius affectum, quam cauſæ rationem explicat, vt, Nam quis te iuuenum

*Georg. 4.* confidentiſſime noſtras Iuſſit adire domos? quídue hinc petis? *Ipſa non vxor mea.* Cur non eſt vxor tua Domine Deus? Quia ipſa non gerit ſe pro vxore erga me, cum fidem nõ ſeruauerit mihi, conuerteritque ſe ad idola. Quod, vt obſeruauit Lyranus maxime contigit tempore Manaſſe, qui idola poſuit in templo Domini. *Et ego non vir eius*, hoc eſt, non debeo illi præſtare, quæ fideli vxori maritus præſtare ſolet, ſiquidem ipſa deſiit eſſe vxor mihi propter idololatriam.

### *Ad morum compoſitionem*

DIcite *fratribus veſtris*, &c. Tot hic ſunt implicata, vt vela contrahere cogamur, ne in immenſum nauigemus. Primo, obſerua, quos vocat Deus, vt matrem corripiant, non vtique homines iniquitatibus irretitos, eos vide-



licet, qui à Deo dicuntur, non populus meus, & non miſericordiam conſecuta: ſed qui à Deo vocantur, *populus meus, & miſericordiam conſecutæ.* Viros igitur probos, & candidis ornatos moribus, quique digni ſunt, vt appellentur populus Dei, elegit, vt correctionis munus illis iniungat. Qui enim carpit mores, labe carere decet. Hinc Apoſtolus, Qui prædicas non furandum, furaris, non mœchandum, mœcharis, in quo enim alterum iudicas, te ipſum condemnas. Et Aſſertor noſter, Eiice prius trabem de oculo tuo, &c. Atque Diuus Auguſtinus, lib. de ſermone Domini in monte, inquit, Primum cogitemus, cum aliquem reprehendere neceſſitas nos cogit, vtrum tale ſit vitium, quod nunquam habuimus, & tunc cogitemus, nos etiã habere potuiſſe, vel tale quid habuimus, & iam non habemus, & tunc tangat memoriam fragilitas communis, vt illam correctionem non odium, ſed miſericordia præcedat. Si autem inuenimus, nos in eodem vitio eſſe, non obiurgemus, ſed congemiſcamus, & ad pariter conandum inuitemus: Hæc Diuus Auguſtinus. Quemadmodum Patriarcha Abrahamus prius ſeipſum circũcidit, quàm filios, & famulos, Ita & nos prius circuncidamus nos ipſos, quam alios. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Circunciſione Domini, in hæc verba. Venerunt circuncidere puerum. Eſt autem per interrogationem aptanda ſic, Et quinam puerum circunciderunt? Certè qui erant circunciſi, dedecet enim, incircunciſum circuncidere alios. Vnde & homines, qui *populus* ſunt Dei, hic vocantur, vt corripiant *matrem*. Obſerua etiam vocari, vt obiurgent *ſorores* quæ fuerant *miſericordiam conſecutæ*. Igitur eos, qui prius deliquerant, non reſpuit, & contemnit, vt munus corripiendi ſubeant, imo illos deligit. Damnanda ergo eſt eorum hominũ conditio, qui ob iam tranſacta peccata deſpiciunt corripientes ſe, illis obiicientes, quod ad ſe oculos conuertãt, ſeque cognoſcant. Heus bone vir, fateor, illum ſaucium fuiſſe, verum ſi iam ſanus eſt, cur quaſi ægrotus ſit, à te iudicabitur? Si cecidit, & ſurrexit, cur, ac ſi non ſurrexerit, deſpicies tibi manus porrigentem, vt ſurgas? Vtique *ſorori miſericordiam conſecutæ*, non audis, obiici, quod prius deliquerit, imo illi præcipit Deus, vt matrem peccantem arguat, & obiurget, quoniam non eſt, cur eius, qui iam reſipuit, contemnas correctionem.

*Rom. 4.*

*Matt. 7.*

*Non confundãt opera ſermonẽ tuũ, ſacerdotis Chriſti os, mens, manuſque cõcordent. Hier. ad Nepot.*

*Cotis officiũ vſurpat Prædicator, quæ ferrũ reddit acutũ, cũ ſit inutilis ad ſecandũ.*

Secundo, Vides, quo pacto, non vnum, aut alterum mittit,

vt

vt corripiant, ſed plures. Non enim ait, Dicite fratri, ſed *fratribus* in numero multitudinis, vt doceat, plures eſſe mittendos ad delinquentem, qui illum ad meliora ſtudeant conuertere, ac maxime ſi illis crimen delinquentis innotuit.

*Simile.*

Quemadmodum enim cum diutina quædam, ac dura inflatio corporibus inhæſit, tum longo tempore, multo labore, ac multa ſapientia opus eſt, & varia adhibentur remedia, vt abſque periculo diſſoluatur, in eundem modum cum aliquis morbũ animi, qui iam radices egit multoq; tempore concretus eſt, radicitus euellere voluerit, non ſatis eſt ad correctionem vnius diei, duorúm ve admonitio, verum oportet frequenter, ac diebus compluribus, variiſque correctoribus in hac cura verſari ſi modo non ad ambitionem, ac voluptatem, ſed ad fructum munus hoc geſturus eſt.

*Multũ laborãdũ in correctione inueterati mali.*

Poterat quidem maritus per ſe corripere, noluit tamen, ſed alios quærit, neque ſibi in dignitate, & officio æquales, ſed etiam ſorte inferiores, quales filij ſunt. O fœlices ſuperiores, qui ſubditos delinquentes non per ſe, ſed per alios corripiunt, & obiurgant. Crebrò enim plus efficitur per interpoſitos homines in correctione, quam per ipſos prælatos. Sed obſerua, frater mi, quos ad obiurgandum elegerit, non vtique hoſtes, non exteros, aut odientes lapſam vxorem, ſed illi dilectiores, & coniunctiores, filios, videlicet. Vade & tu fac ſimiliter, ſi reſipiſcere lapſum cupis, quære illi chariores, & amiciores ad corripiendũ. Diſces etiã ex hoc loco, debere filios magis, corripere parẽtes, & eos, qui ſibi ſunt cognationis vinculo copulati, quam exteros, non enim exteros quæſiuit Deus ad correctionem, ſed filios. Atque hinc hauriri poteſt illa theologorum ſententia, nempe quod magis teneamur ſubuenire coniunctioribus nobis, ac conſequenter magis illos corripere, ſiquidem opera ſpiritualia miſericordiæ, teſte Diuo Thoma, præſtant operibus miſericordiæ corporalis.

*2.2.q.33.*
*Simile.*

Quemadmodum ſi aurifex ad fabricandam imaginem auream inſtrumenta ipſa, malleos videlicet, & limas ex ipſa auri materia efficiat, non ex alia nempe ferro, aut cupro, aperte oſtendit, quanti æſtimet ipſam imaginem, ſibique eſſe pretioſiſſimam, In eundem modum Deus quærens conſanguineos, qui medeantur vlceribus maternis, non externos, & ex aliis progenitos familiis, ſatis indicat, quantum optet reſipiſcentiam vxoris, & in viſceribus delinquentis imaginem virtutũ confici. Sed quoniam inſtrumenta ex eadem maſſa facta nonnunquam mollia redduntur, ceduntque imagini fabricandæ, neque valent



valent præ mollicie ſecare, quantum opus eſt, externa quærenda ſunt ad ſecandum. Heu quoties conſanguinitatis amor vel hominem à correctione retardat, vel ita delicatè corripit, & obiurgat, vt nihil efficiat, tunc etiam exteros mittere debemus, qui, non ſecus ac inſtrumenta ferrea, corda dura emolliant, & artificis arti ſubiiciant.

*Conniuẽtia aliquo affectu inducta criminis eſt particeps.*

Ad hæc obſerua verba à marito prolata. Non enim inquit, *Iudicate* fornicariam, & adulteram, ſed *Iudicate matrem*, quo monet filios, ne obliuiſcantur præcepti de veneratione parentum. Seniorem, inquit Apoſtolus Timotheo, ne increpaueris, ſed obſecra, vt patrem. Eſt ſanè, vt inquit Sapiens, dedecus filij pater ſine honore, & gloria hominis ex honore patris ſui, ac propterea filij debent parentum crimina reprehendere, modeſte tamen.

2. *Timot.* 5. *a.*
*Eccleſ.* 3.

Audi, quo pacto Ionathas obiurgauerit patrem Saul peccantem in Dauid, Ne pecces rex in ſeruum tuum Dauid, quia non peccauit. Quare peccas in ſanguine innoxio interficiens Dauid, qui eſt abſque culpa? Non ſceleratum appellat patrem, aliiſve opprobriis id genus afficit, ſed cum ingenti veneratione eum regem vocans à peccato reuocare ſtudet.

1. Re. 19.

Caueant etiam parentes, coram filiis patrare crimina. Nam, Ariſtotele teſte, filij debent accipere exemplum bene viuendi à parentibus, alioquin excuſationis cauſam illis relinquunt, ac timendum eſt, ne contempti à filiis, quaſi male vixerint, relinquantur.

*2. Oecon. c. 26.*

Præterea diſces ex hoc loco, quid maximè attendere debeas in obiurgatione, & correctione fratris, eius nempe correctionem, & emendam, non eum afficere probris, aut illi contumeliam irrogare. Sed quæres, vnde id colligo? Reſpondeo; ex verbi repetitione, *Iudicate*, inquit, *matrem, iudicate*, quæ quidem repetitio certiſſimum rei conficiendæ deſiderium detegit, vti diſpungentes literam diximus. Inuenies nonnullos corripere volentes, vt honorem ex delicto peccantis conſequantur, non ipſum peccantem. Hinc inhumaniter, & tanquam inimici in correctione procedunt, nam ſi proximum lucrari optarent, bone Deus quam modeſte, & humaniter, obiurgarent.

P*unientis eſt imperꝰ, non corrigẽtis charitas, lacerato animo aliquem corripere.*

Deliquit frater tuus? Admone, hortare, increpa, medicamenta vulneri adhibe, benignè tamen, imitatus Chriſtum, qui iniquitates noſtras patienter portauit. Quod ſi primum delinquens tibi reſiſtit, longanimis eſto. Si vero ſecundò deſperare noli, adhuc ſanandi tempus eſt. At ſi tertiò, fias agricola humanus, Dominũ roga, ne excindatur, aut odio habeatur ſterilis illa, ac inutilis

Lu. 13. *b.*

inutilis ficulnea,ſed ad illã te conuerte,eiuſq; curã gere , & eã ſtercorato,demõſtrans fœtorẽ patrati criminis,vt graueolentia perſpecta,reſipiſcat.Vides hic etiam, quo pacto Deus non,quamprimũ peccauit vxor,idq́; grauiſſime,quantũ adulterij crimẽ eſt,punierit,prius corripit,ne tu facilis ſis ad puniendum.Quadrant hæc omnia in Euangelium feriæ 3.poſt Dominicam 3.Quadrage.in hæc verba, Si peccauerit in te frater tuus,vade,& corripe eũ Vides,quo pacto nõ primum puniat?Vides quo pacto,nõ appellet delinquentẽ ſceleratũ, ſed fratrem?Vides,quot quærat remedia,anteaquam ad vindictam accedat?

¶ *Auferat fornicationes ſuas à facie ſua,& adulteria ſua de medio huberum ſuorum.*

*Quarit & hortatur Deus vt Reſpubli. Iſraelis auferat quæ colit,& cũ quibus fornicatur Idola.*

*Iſaĩ. 30.*

Splendet hic maxime Dei miſericordia,nã tot ſceleribus, tótq; adulteriis Synagogæ offenſus , tamen nondũ repudij ſtudio,ſed eius corrigendæ,& ad ſanitatẽ reuocandæ æſtuat deſiderio,quod ſi contingat,præterita omnia crimina eſſe ſibi dignoſcenda pollicetur , ſicut ſcriptum eſt apud Iſaiam, Propterea expectat Dominus,vt miſereatur veſtri. Totius itaq; obiurgationis filiorum aduerſus matrem hic eſt finis, vt auferat fornicationes ſuas,& adulteria ſua à facie ſua.Atque,vt egregie obſeruat D.Hieronymus,fornicaria eſt,quæ cum pluribus copulatur,adultera vero, quæ vnum virũ deſerens,alteri iungitur,quorũ vtrúmq; eſt Synagoga.Sed ſermo eſt de ſpirituali fornicatione,quæ idololatria eſt. Vnde bene explicat Lyranus, *Auferat fornicationes ſuas*,id eſt,idololatrias,licet in explanatione ſequentium non perinde nobis arridet.Explanat enim ſic , *A facie ſua*,hoc eſt, ita quod ad eas amplius non attendat,ſed magis eas retro dorſum proiiciat.Et expendens ſequentia,nẽpe , *Et adulteria ſua de medio huberum ſuorum*,inquit idẽ Lyranus,Loquitur de Ieruſalẽ per modũ meretricis,quę inter hubera ſua ponit fragrantia aliqua,vt magis placeat adultero,ſic habitatores Ieruſalem offerebant thimiama fragrans idolis. Rupertus melius videtur,diſpungere,licet non omnino rem eſt aſſecutus. Ait autẽ,*Faciem* pro oculis, *medium huberum* pro corde poſuit,in medio námq; huberum locus cordis eſt. Vnde & in Canticis caſta Sponſa dicit,Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi,inter hubera mea commorabitur.Duobus iſtis, ſcilicet corde, & oculis inundatio fornicationis hauritur,& deinde corpus incontinens ad actũ libidinis velut magno torrentis impetu propellitur.Primũ per oculorũ,vel viſus, cæterorúmque ſenſuum,



ſenſuũ,qui omnes in facie ſunt, feneſtrãs mors ingreditur, & captiuata mente,fornicatio , ſiue adulteriũ conſequenter actu peragitur.Hæc Rupertus,& deſumpſiſſe videtur ex D. Hieronymo,& Haymone.Nam D.Hieronymus expendens hunc locũ ait,hæc conuenire Iudæis negantibus Chriſtum, quorũ fornicatio propriè inter hubera eſt,& in ſacrificio idolorũ,& variorũ dogmatũ corde verſatur. Haymo vero ait, *Auferat adulteria de medio huberum ſuorum*,id eſt,de corde,in quo prius malũ opus concipitur.Cor quippe inter hubera eſt, de quo cogitationes exeunt quæ poſtea vſque ad opera perueniunt.Adhibet & Rupertus aliã expoſitionẽ,dicens , Poteſt per *faciem* fornicatio corporalis,& per *adulterium*,quod in *medio huberum* eius eſſe dicitur,ſpiritualis corruptio recte intelligi,quia videlicet vtroque modo Gens illa peccaſſe in Scripturis redarguitur Exempli gratia,in vno eodemq́; peccato Beelphegor,& ſpiritualiter à Deo fornicatus eſt Iſrael,& corporaliter cũ filiabus Madianitarum commixtus eſt. Vnde in Pſal.Initiati ſunt Beelphegor,& comederũt ſacrificia mortuorũ.Cæterũ hæc explanatio reiiciẽda eſt,nõ enim hic mentio fit corporalis fornicationis,ſed ſolũ ſpiritualis , quæ eſt idololatria.Vatablus ſic exponit, *A facie ſua*,id eſt,à ſe,& per *fornicationis fidei,& adulteria huberum* intelligit mundũ , & ornatũ meretriciũ capitis,faciei,& pectoris,allicientẽ ad amorẽ illarũ,& fornicationẽ,quibus omnibus ſignificari, inquit, fornicationẽ internã,& ſpiritualem idololatriã.Qui oculos mentis coniecerit in Scripturæ phraſim,bifariã eſſe hunc locũ diſpungendũ aſſeuerabit Cũ enim *fatiem* ſumat Scriptura pro præſentia,vt in Pſal.Nõ eſt pax oſſibus meis à facie peccatorũ meorũ,putruerunt,& corruptæ ſunt cicatrices meę, à facie inſipientiæ meæ,hoc eſt,à præſentia peccatorũ meorũ,primũ ſic hunc locũ diſpunget,A*uferat fornicationes ſuas à facie ſua*,id eſt,à præſentia ſua.Deinde 2.cum facies ſumatur nonnunquã pro omni,quod externè apparet,ac in manifeſto eſt,cõtrariumq́; abſcõdito,in quẽ modũ ſumpſit Chriſtus apud Ioannẽ dicens,Nolite iudicare ſecundũ faciẽ,id eſt,externa,ſic explanabit,A*uferat fornicationes ſuas à facie ſua*, id eſt, externã fornicationẽ,quæ geſtu corporis,& ornatu externo fit cũctis manifeſta.Sunt,qui exiſtimẽt,ſe verum huius loci ſenſum pprius attigiſſe,dicẽtes,hic vsũ eſſe vatẽ figura metonymia,poſita námq; ſunt ſigna fornicationũ,& adulteriorũ pro ipſa *fornicatione,& adulterio*.Sunt aũt hæc ſigna,nimius, cultus

*Num. 25.*
*Pſal. 105.*

*Pſal. 37.*

*Ioan. 6.*

*Libidinis & fornicationis ſigna.*

cultus,fucus,& faciei medicatio,veſtium apparatus,aliaque id genus præ ſe ferentia impudicitiam fœminæ. Nam fœmina,quæ vno viro contenta eſt,hæc omnia ornaměta reſpuit, quaſi veneris incentiua. Vnde recte Propertius, Vni ſi qua placet, culta puella ſat eſt. Quæ vero medicata facie, foras prodit,quæ nimio ſtudio ornari amat,& ea aliis,magis quã viro proprio placere malle creditur. Hæc res offendere ſolet virum probum. Hoc vt ingratiſſimum Deo exagitauerunt vehementer vates,Apoſtoli vetuerunt, ſancti, & boni viri omnes ſunt deteſtati. Vnde apud Iſaiã dicitur, Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion,& ambulabant extento collo,& nutibus oculorum ibant,& plaudebant,&c. Ac paulopoſt, In die illa auferet Dominus ornamentum calciamentorum,& lunulas,& torques,& monilia,& armillas,& mitras,& diſcriminalia,& olfactoria,& inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes,&c. *Et adulteria de medio huberum ſuorum.* Procul dubio hubera non ſine nota à fœminis nudantur, quoniam libidinis quædam ſedes in ea corporis parte eſt. Nam venæ quædam, & viæ ſunt, quibus ab vtero ad mammillas acceſſio fit,vt tradit Hippocrates. Quamobrem quęcunque pudorem,ac pudicitiam profitetur toto corpore,iis velandis maxime partibus curam adhibere debet, & quæ has corporis partes nudas oſtendit,merito impudicitiæ afficitur probro. Quod Babyloni,Gentium reginæ euenturum prædixit Iſaias,his verbis, Denuda turpitudinem tuam, diſcooperi humerum, & reuela crura. Quod ſi humerum diſcooperire turpe fœminis eſt, quantò erit turpius, & ignominioſius mammas, in quibus maius impudicitiæ momentum eſt, nudas geſtare? Quæcunque autem impudicitiæ ſunt, & hubera nudant,ſolent vnguentis,floribus,amuletis,atque amatoria carmina continentibus tabellis eum ſinum complere, qui eſt inter mammas. In hanc impudicarum fœminarum inſaniam incidiſſe Synagogam, vt inter hubera ferret vnguenta,flores,amuleta,& alia id genus,apertiſſima adulterij ſigna oſtendit his verbis Deus, *Auferat adulteria de medio huberum ſuorum.* Quæ diximus,ex variis expoſitoribus collegimus,ſelectoria,& notatu digniora ſuarum explanationum hic reponentes. Cæterum,niſi fallor, adhuc locus iſte non eſt exactè explanatus. Quærendum enim nobis eſt,cum Synagogam cum fœmina componat impudica,ac conſequenter faciem habere,& hubera dicatur,perinde ac fœmina habet,quid Deus appellet *faciem* Synagogæ,atque *hubera*,quod ſi e x-

*Prouer. li. 2. elegi. 2.*

*Mulier corporis ornatui indulgẽs domus omniũ demonũ. Amb. lib. 1. de virgin.*

*Iſai. 3.*

*Hippoc. de glãdulis.*

*Iſa. 47.*

*Mammas denudare noſtris tẽporibus frequentiſſima impudentia mulieribus.*



ſi explicauerimus,tunc germanus huius loci ſenſus liquebit. Certum eſt,Synagogam,& Eccleſiam corpus quoddã eſſe myſticum,vt docet,& probat Diuus Auguſtinus,li.22.de Biuit Dei.c.18.atque vt doctores citare omittamus,Apoſtolus inquit,Mẽbra ſumus,vnius corporis. Lege ſi plura deſideras,Diuum,Thomam.3.p.q.8.ab ar.1.vſque ad 6.ar. Cum igitur membra Eccleſiæ homines ſint fideles,loquimur autẽ de Eccleſia ſecundum ſtatum viæ vt excludamus angelos & beatos,qui comprehenſores ſunt, in hoc corpore Eccleſiæ myſtico membra ſunt aſſignanda diuerſa,caput facies,oculi, os,&c. Quæ omnia membra perquàm docte complexus eſt Theodoretus in præfatione ſuper Cantica canticorum. Videamus itaque,quid Eccleſiæ faciem,& hubera vocet Scriptura,& percipiemus verã huius loci intelligentiam. Diuus Gregorius,li.13.c.in Iob ait,Facies ſanctæ Eccleſiæ ſunt hi, qui in locis regiminum poſiti appelantur primi, vt ex eorũ ſpecie fit honor fidelis populi,etiam ſi quid in corpore latet deforme. Qui nimirum prælati plebium plangunt culpas infirmãtiũ,ſeq; ſic de alienis lapſibus ac ſi de propriis affligũt. Hæc Diuus Gregorius,cuius ſententiam cõfirmat conſenſus Sanctorũ Patrum explanantium Cantica canticorum, vbi cũ incidit ſermo de partibus faciei nempe oculis, naſo, genis,&c. de prælatis & principibus has corporis myſtici partes exponunt. Tradiderunt & hoc vetuſtiſſime illi Gręcorum ſacerdotes,qui hieroglyphice moderatorẽ ſignificaturi,oculum,& ſceptrum facere ſoliti ſunt. Quid plura? Audi quid dicat Amos,Optimates capita eorum. Et Iſaias de hoc corpore myſtico inquit,A planta pedis vſq; ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas. Cum itaq; ait, *Auferat fornicationes à facie ſua*, Synagogã monet,vt ab optimatibus,& principibus ſtudeat auferre varia idololatriæ crimina, quibus illi proceres erant contaminati. Vnde & eleganter ſubiungitur, *Et adulteria huberum ſuorum.* Certum eſt hubera illius populi eſſe doctores,atque magiſtros, nam ab his doctrinæ ſucco alendus erat,& quodammodo imbuendus. Sic & apud Cantica doctores hubera appellari conſpicies,Duo hubera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli. Et quoniã grauius erat crimẽ idololatrię ſacerdotũ,adulteria vocat,non fornicationes. Illi enim ſuperſtitioſas religionis diſciplinas, carmina de diis,de eorúmq; pueris compoſita,& rationem ſuffituum atq; vnguentorum,multa deniq;,atq; turpiſſima huius generis inquinamenta populum docebant. Neq; inquit, Aufe-

n

*Auguſt. lib. 22. de ciuit. Dei cap. 18.*

*3. p. q. 8. ab. art. 1. ſq. ad 6*

*Pierius li. 33.*

*Amos. 8.*

*Iſai. 1.*

*Cant.*

*vat adulteria de huberibus ſuis*, ſed *de medio huberum*, vt oſtendat, quantum honoris, & amoris idolis impendebant, locum enim medium damus his, quos magis honoramus, & diligimus. In hunc autem modum ſacerdotes illos deliquiſſe, vel

3. Reg. 18

illo loco conſtare poteſt, Clamabant ergo voce magna, & incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine. Itaque vt quę diximus, perpaucis perſtringamus, quadrifariam poteſt hic locus, *Auferat fornicationes à facie ſua*, explanari, *à facie ſua*, id eſt, à præſentia ſua, vel à ſe, & ſic Lyranus, ſed mihi non placet. Secundò, *à facie ſua*, id eſt, ab oculis ſuis iuxta Ruperti expoſitionem, quæ mihi non omnino eſt ingrata Tertiò, *à facie ſua*, id eſt, externam fornicationem, quæ explanatio dictis duabus mihi videtur melior. Quartò, & quæ omnium explanationum optima eſt, *à facie ſua*, hoc eſt, ab optimatibus & principibus, illi enim facies ſunt Synagogæ. Hæc autem, *de medio huberum ſuorum*, bifariam, primo, id eſt de corde, cor enim inter hubera eſt. Secundo, *de medio huberũ ſuorũ*, id eſt ſacerdotibus, qui Synagogę hubera ſunt.

## *Ad inſtituendos mores.*

*Exterior corporis modeſtia interiorem indicat.*

A*Vferat fornicationes ſuas à facie ſua*. Sunt, qui paruipendant externam corporis modeſtiam, & compoſitionem, & pro nihilo ducant, externa moderari freno continentiæ, dicentes, Interna munda ſunt, parum refert, ſi oculi, aut os, aut manus, &c. perinde non ſint compoſitæ. Audiant iſti à Deo vtramque compoſitionem deſiderare in Synagoga, offẽſumque creatorem quod in *facie*, hoc externe, vultu nempe, & oculis fornicata fuerit. Et merito cum ad modeſtiam, vt inquit Diuus Thomas, ſpectet gubernare exteriores hominis geſtus, & corporis motus. Hinc & Apoſtolus eam maxime cõmendat, Modeſtia, inquit, veſtra nota ſit omnibus hominibus. Non ait, vni, aut alteri homini modeſtia veſtra nota ſit, ſed omnibus hominibus, quoniam ita decet hominem eſſe modeſtus, vt nullus quãuis amicus, & conſanguineus, quamuis multũ familiaris, æquum eſt, hominẽ videat incõpoſitum. Sed hoc electorum Dei eſt, Vnde diuus Paulus inquit, Induite vos, ſicut electi Dei, ſancti & dilecti modeſtiam. Ac ſi apertius dicat, Quamuis alij liberos dimittant oculos,

*2. 2. q. 168.*

*Philip. 4.*

*Colloſſ. 3.*





ori, ad loquendum habenas laxent, incedant incompoſite, &c. Vos autem, ô electi Dei, ſecus agite, & modeſtia ſit moderatrix actionum externarum veſtrarũ. Nam & hanc à ſua Sponſa cœleſtis Sponſus expoſcit modeſtiã. Odor, ait, veſtimentorum tuorũ ſicut odor thuris. Veſtimẽta animæ corpus ſunt, dicente Iob, pelle & carnibus veſtiſti me, & quia hæc corporis indumenta ita erant compoſita, vt nihil in eis eſſet reprehenſione dignum imo cultum Deo exhibebant, dicuntur thure redolere. Quemadmodum ciuitas, deſtructo muro, facilè ab hoſtibus euertitur, & nucleus abſq; putamine ſtatim corrumpitur, Ita homo perit, ſi illi modeſtia deſit. Vnde perquàm doctè Diuus Gregorius ſentit, nullum hominẽ ſanctitate fulgentem eſſe in exterioribus incompoſitum & egregiam huius rei cauſam ſubiungens ait, Intus enim eſt cuſtodia, quæ compoſita ſeruat exterius membra. Et certè ſignum eſt interiora non rectè valere, quando exteriora modeſtia non regit. Quemadmodum ſi videris arboris ramos aridos, dicis id ex ſiccitate interna ortũ, & quia quod intus eſt, ſucço caret, Sic cum aſpexeris exteriora hominis mẽbra incompoſita, indicium eſt, cor etiam illius aruiſſe. Hinc Sapiens ait, Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis annuciant de eo. Quod ſi Sophocles repręhendit ſociũ Paridẽ nomine, quòd cùm iudices eſſent apud Romanos, oculos iniiciẽs in formoſum adoleſcentem, dixerat, O puerum pulchrum, illumq; veluti modeſtiæ immemorem obiurgauit, ſubiiciens, Prætorem decet habere non ſolum manus, ſed & oculos continentes, atq, Alexander Magnus noluit viſere filias Darij regis quas captiuas habebat ne nimia earum pulchritudine caperetur, dixitque, Nolo has puelas videre, ne cũ viros vicerim, à mulieribus vincar. Quãto arctius, quæſo, debet Chriſtianus, omnia ſui corporis mẽbra legibus continentiæ ſubiicere? Demum vis agnoſcere, quanti ſit æſtimanda modeſtia? Ex his quæ modo dicam, facilè deprehendes, Crebro tanta eſt continentiæ vis, vt quæ exigua ſunt ad ingentem ipſa euehat meriti amplitudinem contra vero quæ magna iudicari poſſent, quoniam illa modeſtia non comitatur, vix vel meriti vmbram attingant. Sit exemplum, Orat quiſpiam, ſed deuotè, vt ita loquar, ac modeſtè, oratio tamen breuis fuit, puta deprecatio Dominica, aut Angelica Saluatio, alius vero Roſarium integrum dixit, incompoſite tamen oculos habens vagos huc atque illuc circunſpicientes, manus incontinentes, &c

*Canti. 4.*

*Iob. 10. b.*

*Simile.*

*Gregorius in Paſtor.*

*Interior eſt cuſtodia cordis quæ ordinata exterius ſeruat mẽbra corporis.*

*Simile.*

*Eccle. 19.*

*Gregorius Nazianzenus ex vultu & habitu ſe ſcribit deprehendiſſe latentem in Iuliano improbitatẽ.*

*Egregium continentiæ exemplum.*

Quis non videat ab oratione perexigua diuinos oculos ra-
pi,quod virtute modeſtiæ ſit exornata,illam vero Roſarij in
tegri contēni à Deo quia indeuotè ablata eſt? Quemadmo
dum ſi offerens quatuor aut quinq; poma ea deferat tecta
pretioſo linteo,ac multis ornata margaritis, aut inter duas
patinas aureas,ſi cum pomis oblatis vna donet fercula au-
*Simile.* rea,& linteum,quis dubitat,huiuſmodi munus eſſe gratius,
& pretioſus,quàm ſi offeras centum poma in vili tamen, ac
teſteo vaſe,in eundem modū qui dona Deo offert, cæterum
externa membra,inter quæ,veluti inter patinas defert, vilia
ſunt,& terrea,nō enim ſpiritu cœleſti decorata ſunt, ſed ter
ram ſapiunt,& virtute continentiæ carent , quamuis multa
*Oculi libidinis nuncij.* ſint vilia à Deo iudicantur,ſecus autem ſilicet pauca offe-
ras,illa tamen deuotione externa redoleant,tūc enim ſimul
cum vili dono fercula aurea,eáque Deo pretioſiſſima obtu-
liſti.Nihil enim aliud eſt illa exterior deuotio, quam fercu-
*Iob 31.* lum pulcherrimum aureum, in quo Deo tuo offers oratio-
num dona.Agnouit huius eximiæ virtutis,modeſtiæ præſtā
tiam,quando in hęc verba ſanctus Iob prorupit.Pepigi fœ-
dus cum oculis meis,ne cogitarem quidem de virgine.Agno
*Iudi. 9. th* uit & Iudith dicens de Holopherne,Capiatur laqueo oculo
rum ſuorum.Agnouit etiā Ieremias clamans,Oculus meus
deprędatus eſt animam meam quid tandem de incontinen-
tia oculorum primæ fœminæ ait Scriptura? Cumq; videret
*Thren. 3.* lignū quod eſſet pulchrum,quo ſatis apertè detegitur prius
dæmonem cœpiſſe oculorum arcem,vt deinde facilius ani-
mū fœminæ debellaret.O ſācta modeſtia quę pretioſiſſimū
ferculū eſt ad offerēda Deo munera,ſine qua ingratum eſt,
*Geneſ. 3.* quicquid homines Deo offerunt , indumentum electorum
Dei,fortis murus,&propugnaculum admirabile ad tuendas
animi opes,odor ſuauiſſimus in conſpectu altiſſimi, mode-
*Pſal. 37. b* rare externa corporis noſtri membra,& eſto fidelis ianitor
arcis cordis noſtri,& occlude dæmoni fores,ne ſurripiat the
*Quinque ſenſus animæ inſtrumenta peccati male vtentibus.* ſauros noſtros.Voſque obſecro fratres mei in Chriſto cha-
riſſimi,qui hucuſque modeſtiam parui habuiſtis,ne illam de
inceps contemnatis,ſed date operam vt actiones veſtras re-
gat,tradite illi externa corporis veſtri membra gubernanda
dicentes cum Regio Pſalte, Non eſt ſanitas in carne mea.
Omnia namque corporis membra,quæ ad vſum vitæ accepi,
ad erroris materiam inclinaui.Oculos enim ad videndum
obſcœna,& turpia, inflexi,aures libenter ad audiendas de-
tractiones accommodaui,illecebros odoratus naribus hau-
rire



rire concupiui,iniquitatem in excelſo locutus ſum, & inter
fratres diſcordiam ſeminaui,omnia denique corporis exter
na membra,quibus vti poſſem,vt Deo inſeruirem , in praui
operis conuerti inſtrumenta.Non eſt in carne mea ſanitas,
quia nulla pars mei corporis intentata remanſit per quam
me peccati deſiderium non titellet. Quadrat obſeruatio in
Euangelium Dominicæ 4.Quadrageſimæ,in hæc verba, Cū
ſubleuaſſet Ieſus oculos,& vidiſſet, quia multitudo magna
venit ad eum. Ita oculos modeſtos ac cōpoſitos habuiſſe di-
citur Crhiſtus vt illos ſubleuaſſe referat Scriptura.Quadrat
etiam in Dominicam 9.poſt Pentecoſt. in hæc verba , Cum
appropinquaſſet Ieſus Ieruſalem,videns ciuitatem , fleuit.
Quid hoc Domine? Cur donec appropinquaſti ciuitati, non
vidiſti ciuitatem,id enim nobis ſignificatur, dum dicitur.
Cum appropinquaſſet Ieſus Ieruſalem,videns,&c. Vtique
oculos modeſtia componendos docuiſti.

Secundo obſerua,vt vtramque munditiam exigat Deus
à Synagoga?externam nempe & internam.Ait quippe, *Au-* *Mat. 23.*
*ferat fornicationes ſuas à facie ſua*,id eſt , externas , & *adulteria de*
*medio uberum ſuorum*,id eſt de corde.Locus eſt contra hypo-
critas.Sic & apud Matthæum ait Aſſertor noſter, Væ vobis *Exod. 35.*
Phariſæi hypocritæ,quia mundatis,quod de foris eſt calicis
intus autem pleni eſtis rapina,& in munditia. Phariſæe cęce *Hypocriſis cognata febri, frigido poculo propinat ardorem.*
munda prius quod intus eſt calicis,vt fiat id, quod de foris
eſt mundum.Quemadmodum arca Dei erat interius , & ex
terius deaurata,ſic homo internè,& externè fuluo charita-
tis auro exornandus eſt,& non ſolum externe,ſicut hypo
critæ ſe ſolent deaurare.Et quemadmodum Iacob aliud vo-
ce ſignificabat,quam tactu.Vnde Scriptura ait, Vox quidem
Iacob,tactus autem Eſau,Sic hypocrytæ ſimulant ſe alios, *Gen. 27. d*
quam ſint ,ſed Deus cui oculos lynceos habet,hominem in- *Scrutator cordium Deus.*
troſpicit,& an vox cum tactu manuum conueniat , exa-
ctiſſime cognoſcit.

Tertio,obſerua principes Synagogæ vocari *faciem* eius,&
certè perquā egregiè.Nā duo detegit principib⁹ ,non contē
nenda.Alterum eſt cura quā ſemper debent principes ad-
hibere,vt mundi ſint,& ſordes abluant animorum ſuorum.
Quis enim non erubeat,faciem vel deformem, vel contami
natam ſordibus habere?Alterum eſt,rempublicam dignoſ-
cendam,qualis ſit,ex principibus,& magiſtratibus,quemad-
modum homo cognoſcitur ex facie, non autem ex dorſo,
aut ex pedibus.Igitur quāuis videas,homines infimæ claſis
n 3 labi

labi in crimina,non ſtatim iudices,actum eſſe de republica,
ad faciem illius oculos conuerte,vt cognoſcas, an omnino
damnanda ſit.Sic Deus cōuerterat oculos in Ieruſalem, vt
*Iſaiæ.1.* illam agnoſceret.A planta pedis vſque ad verticē capitis nō
*D.Grego.* eſt in eo ſanitas,ait.Hinc & bene Diuus Gregorius,quem in
*Pro Feſto* diſpunctione huius loci citauimus,Facies Eccleſiæ ſunt hi,
*Epiphan.* qui in locis regiminum poſiti,apparent primi, vt ex eorum
*Regis ad* ſpecie ſit honor fidelis populi,etiam ſi quid in corpore latet
*exemplum* deforme.Vide,an ex hac facie cognoſcatur populus Ieroſo
*totus com* lymitanus.Turbatus eſt Rex Herodes.Quid inde? Intuere
*ponitur or* quod ſubditur,& omnis Ieroſolyma cum illo.Ergo ex facie
*bis.* populi nempe rege,cognoſcitur populus.Vnde turbato He-
*Ecc.1 o.* rode turbatur & populus quia qualis rector eſt ciuitatis,ta-
les & inhabitantes in ea.

Quarto,eleganter detegit hic locus,grauius eſſe peccatū
ſacerdotum,quam , aliorum hominum , etiam optimatum.
Nam peccata *facies* vocat fornicationes, *huberum* vero adul-
teria,& quis nō videat,multo grauius eſſe adulterium , quā
fornicationem,atque adeo,vt ſpeciem mutet? Timeant ergo
peccare ſacerdotes audientes,ſua peccata à Deo atrociora iu
*1.Cori.5.* dicari.Mecum ſæpe memoria repetenti vnde peccatum ſa-
cerdotum grauius ſit,& præter perfectionem ſtatus , & voti
obligationē,cui ſunt obnoxij,occurrit,illud reddi grauius
*Simile.* propter damnum,quod Eccleſiæ infert,cum huberū munere
fugātur ſacerdotes Si enim animaduertas,inuenies,lac ſug-
gi per hubera,nec tamen oculi illud aſpiciunt ſugentis, ſed
*Prælati tot* ſolū guſtus.Deprehendes etiam mammas ſolum infantes
*mortibus* ſuggere.Cum ergo cæteri comparatione ſacerdotum paruu
*digni ſunt* li ſint cenſendi,ſacerdotes vero nutrices,iuxta illud Apoſto
*quot ad* li,Tāquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi,æquū
*ſubditos* proculdubio eſt,maius eſſe ſacerdotū crimē,quàm aliorum.
*ſuos perdi-* Atq; hinc conſueuit angelus ſatanæ,vt cæteros in errorē,&
*tionis ex-* peccata trahat,prauum reddere lac vitæ,& doctrinæ ſacer-
*empla trā* dotalis.Quēadmodū peritus medicus purgādos infantes ſo
*ſmitunt.* let pharmacū,& potionē tradere nutrici,quoniam ad hube-
ra trāſit pharmaci virt⁹,quā deinde infantes hauriūt vna cū
lacte,ſicq;,exhauſta,morbo medetur infantili,In eundē mo-
dū diabolus ſuggerit ſacerdotibus plerūq; errorē,vt ex eorū
pectore ſuſcipiens populus perdatur.Quod ſi Scripturæ te-
ſtimonio cupis confirmare,grauius eſſe crimē ſacerdotū,per
*Ezech.8.* pende,quo pacto apud Ezechielē veluti per quoſdā gradus
Dñs peccata populi exagerans,cū iterū , atq; iterū dixiſſet o
vati



vati.Adhuc maiores abominationes videbis,quaſi ad poſtre
mum peccati incrementū veniſſet loquens de peccato ſa-
cerdotū,ait,Adhuc cōuerſus videbis abominationes maio-
res his.Additq; vates,Et introduxit me in atrium domus
Dñi interius,& ecce in oſtio templi Dñi inter veſtibulū, &
& altare quaſi viginti quinq; viri dorſa habentes contra
templū Domini,& facies ad orientē,& adorabant ad ortum
ſolis.Non eſt dubiū, huiuſmodi vigintiquinque viros eſſe
ſacerdotes,atque cum ibi de variis idolatriæ gradibus fue-
rit ſermo,cum tandem peruenit ad peccatum ſacerdotum,
ibi figit gradum.Quadrat obſeruatio in hæc verba,Sic luce-
at lux veſtra,coram hominibus,vt videant opera veſtra bo-
na.Non ait,Videant opera veſtra mala,danda quippe eſt o-
pera ſacerdotibus,ne illa committant , quoniam grauiora
ſunt eorum peccata.

¶ *Ne forte expolient eam nudam, & ſtatuam eam ſecundum diem natiuitatis ſuæ.*

Vt tradit liber Deuteroſeon in tractatu de libello,& ſan- *Grandi o-*
ctis tabulis,viri Iudæi ſolent,Hebræo more, cū vxores ſibi *ratione rē*
deſpondent,deſponſas munere aliquo, & teſtib⁹ additis , & *hanc tra-*
quibuſdā etiā verbis ſibi ſacrare,ſacratis tabulas obſignare, *ctat Eze-*
atq; proferre,in quibus quid ab vxore afferatur,quidq; viro *chiel.16.*
dotis nomine vxori addatur,ſcriptum ſit,deinde tandē vxor
ad viri ædes cū pompa ducitur,vtriq; autē cum vita & cura
res omnes cōmunes ſunt,& iura etiā cōmunia. Si vero ob
male cōſeruatā gratiam vxor repudiatur,cauſa imprimis eſt
cognoſcēda,quæ ſi de turpitudine allegatur,plenáque nō ad
ducitur probatio,vxor cū rebus ſuis,atq; iis etiam , quæ à
viro dotis nomine fuerant addita,accepto libello,reiicitur.
Sin vero de turpitudine certo cōuinci potuit,ſine tabulis,&
mariti donis inanis excluditur.Deus igitur ad hanc alludēs
Hebræorum conſuetudinē,cū Synagogam virtutibus,& ani
mi opibus omnino nudam ſua maxima miſeratione ſibi deſ
ponſaſſet,tum multis in Ægypto editis ſignis,multis donis
ex Ægypto abductā,multis in ſolitudine collatis beneficiis
adhibitis grauiſſimis teſtibus,cœlo,& terra eam ſibi ſacraſſet
illam præterea agris,vrbibus,prouinciis,diuitiiſque in ter-
ra patribus eorum promiſſa auxiſſet,ad hæc,maxima,& ce-
leberrima pompa in ædes,hoc eſt,in ſanctæ religionis locum
deduxiſſet, illa tamen nimium ingrata, & impie con-
iugii fidem , & nomen reiecit , ac dereliquit Domi-
num factorem ſuum , & receſſit à Deo ſalutari ſuo , neque

 eam

eam fidem violare, neque eum cultum prodere, quem tanto Domino marito ſuo præſtare oportuit, erubuit, verum omne obſequium ad alienos deos à quibus nullum acceperat beneficium, tranſtulit, quin & illis templa innumera in vrbibus, quas à Deo acceperat, exædificauit, aras conſecrauit, ſigna compoſuit, diſciplinam, atque ſacerdotia inſtituit, hoſtias produxit, ſacra fecit, demũ eò vſque in hac inſania proceſſit, vt libidinis ſuæ notas geſtare verita non ſit. Omnia enim fora cõpita, plateas, vias, agros, ſyluas, lucos ſignis, & ſtatuis ornauit atque thure, & vnguento loca omnia deorum impleuit, ſeſeque diis vel nolentibus venditauit, & proſtituit. Quaſi itaque Deus probaſſet Synagogam fuiſſe adulterij crimine contaminatam multis teſtibus, lege *libelli* repudij damnandam hoc loco demonſtrat, eſſe nempe expoliandam & nudam abiiciẽdam. Sed ſingula verba expendamus, quæ exactius huius loci ſenſum aperient, *Ne forte* inquit, Cur *forte* additur? Nonne certiſſimè eſt expolianda Synagoga, ſicuti modo expoliatam videmus? Cur ergo dicitur *forte*? Nonne melius diceretur, Ne certo expoliem eam? Rupertus & Lyranus dicunt nõ apponi *forte* propter aliquid dubium exiſtens in Deo reſpectu futurorũ, ſunt enim illa ſibi certiſſima, ſed explicandum libertatem arbitrij nam ſi Synagogam maleactorum pœnituiſſet, Deus illi pepercisset. Deſumpſerũt ex duo Hieronymo qui in c. 2. Ezechielis ait, Dñs loquitur rabimgentis affectu, vt liberum homini monſtret arbitriũ, ne preſentia futurorum mali vel boni, immutabile faciat, quod Deus futurum nouit. Nõ enim quia ille ventura cognoſcit, neceſſe eſt nos facere, quod ille præſciuit, ſed quod nos propria voluntate ſumus facturi, illud nouit futurum quaſi Deus. Idem multis locis inculcat Diuus Hieronymus, in c. 5. Ieremiæ inquit, Loquitur ſæpe Dominus ſermone dubitantis, vt in Euangelio, Mittã filium meũ, ipſum forſan reuerebuntur, & Ieremias ait, Forſitan pauperes ſunt, & ſtulti, ignorãtes viam Domini. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis, vt ex ambiguitate ſententiæ & ſuſpenſione verborũ, liberũ hominis monſtretur arbitriũ. Hoc idẽ repetit Ierem. 26. expendens hęc verba, Noli ſubtrahere verbũ, ſi forte audiãt, & conuertantur vnuſquiſque à via ſua. Eadem eſt ſententia Theophyl. Luc. 10. cuius verba ſunt Scriptura dubitatiue loquitur, ſed ne quidam præſcientiam Dei neceſſariam eſſe dicerent, ideo huiuſmodi verborum figura vtitur. Vt apud Lucam, Forſitan filium meum verebuntur.

*Ambigẽtis vtitur oratione Deus ad explicandã libertatem arbitrij noſtri.*

*Hierony. in c. 2. Ezechi.*

*Mat. 21.*

*Hierony. in Ierem. c. 26.*

*Luc. 10.*





Eſt & alia cauſa adhibita à Diuo Hieronymo, Ionæ. 3. c. vbi ait, Ambiguè, & ſub dubio loquitur Scriptura: vt dum homines dubij ſunt de ſalute, fortius agant pœnitentiam, & magis ad miſericordiã prouocent Deum. Vnde Ionas, Quis ſcit, ſi conuertatur, & agnoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & peribimus? Huic ſubſcribit Ambroſius, lib. 2. de pœnitentia, c. 5.

*Ion. 3.*

Diuus tamen Aug. ſecus ait, tractatu 47. ſuper Ioannem. Forſitan, inquit, dubitationis verbum eſt, quando dicitur ab homine, ideò dubitante, quia neſciente, cum vero dicitur à Deo verbum dubitationis, cum Deũ vtique nihil lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas: non opinatur diuinitas. Veluti apud Ioannem, Si me ſciretis, forſitan & patrẽ meũ ſcietis. Homines vero de his rebus, quas certas habẽt, aliquãdo increpatiuè dubitant, id eſt, verbũ dubitationis ponunt, cũ corde non dubitent. Veluti ſi indigneris ſeruo tuo, & dicas, Contemnis me? conſidera, forſitan Dominus tuus ſum. Hinc & Apoſtolus ad quoſdam contẽptores ſuos loquẽs, ait, Puto, quòd ego ſpiritum Dei habeo. Dubitatiuè videtur loqui, ſed ille increpabat. Et Chriſtus increpans incredulitatẽ futuram generis humani, inquit, Cũ venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Eſt & aliud, quod hic olfacio, nẽpe in minis, & futuris ſuppliciis, cũ dicitur, *forte*, magnitudinẽ, & immanitatẽ ſupplicij futuri detegi eo loquendi tropo, vt homines magis timeant, & à peccato arceãtur ob ſupplicij magnitudinẽ. Sic Ier. 6. Erudire Ieruſalem: ne forte recedat anima mea à te: ne forte ponã te deſertã terrã: & inhabitabilẽ. Et apud Iſa. c. 28. Nolite illudere, ne forte conſtringantur vincula veſtra. Demum obſeruandum eſt, in prophetis magni ſupplicij eſſe ſignũ aduerbiũ *forte*. Ex dictis ergo colliges, quadrifariam poſſe exponi aduerbiũ *forte*, hoc in loco poſitũ. Primo, ad oſtendendã libertatẽ liberiar. Ac ſi apertius dicat, In veſtra poteſtate eſt, fugere ſuppliciũ, quod minor, ſi enim reſipiſcatis, nõ expoliabo, non infligã pœnã. Secundo ſic: *Ne forte explicem eam*, ſub dubitatione loquor, vt dũ dubij eſtis de ſalute; fortius agatis pœnitentiam popule meus; vt magis ad miſericordiam me prouocetis. Tertiò, hac voce *forte* vſus eſt ad increpationẽ ſui populi, iuxta expoſitionem D. Auguſtini. Quarto, *Forte* ait, vt maiorem timorem incutiat. Eſt & aliud hic obſeruandum, nempe, non dixiſſe, *Ne expoliem, & nudem eam; ſed ne expoliem eam nudam.* Quomodo expoliari poterat, ſi iam nuda erat? Reſpondit egregie

*Luc. 18.*

*Ierem. 6.*

*Iſaiæ 28.*

Rupertus, Poteſt quidem ſic intelligi dictum; *ne expoliem eam nudam*, ac ſi diceretur, ne expoliando faciam nudã. Et ita vertit Vatablus, pro *ne forte expoliem eam nudam*; ne expoliando eam nudam reddam. Addit tamen alium ſenſum horum verborum, quem credit Rupertus, eſſe veriorem. Ait enim, Veruntamen ſic melius placet ſentire, ꝙ & iam nuda ſit, & adhuc habeat, quo poſſit expoliari. Eſt enim nuditas duplex, ſiue gemina, altera viſibilis, altera inuiſibilis, denique nuditas inuiſibilis eſt, dum nudatur anima intus gloria, vel gratia Dei, Nuditas viſibilis eſt, quando exterior quoque tollitur ornatus, exterior fœlicitas, qualis inter cætera maxime extitit genti illi quædam ſingularis gloria. Ac ſi apertius dicat, *Ne forte expoliem eam nudam*, id eſt. Ne forte auferam illi cultũ gloriæ temporalis, atque viſibilis, vt in oculis hominum expoſita ſit, quos ſolos erubeſcere nouit, propterea quia iã nuda eſt in oculis meis, & illã nuditatẽ non erubeſcit. Huic expoſitioni videtur aſſentire Gloſ. ordinaria in hunc modũ diſpungens, *Ne forte expoliem eam* bonis tẽporalibus, ſicut ipſa ſe nudauit virtutibus. Lyranus exiſtimat eſſe ſermonẽ de nuditate populi Iudæorum facta per Chaldæos, qui ciuitatem poſtea eorum expoliauerunt omnibus bonis. Cui conſentit Theodoretus, Ait enim, Vt Aſſyriis ſeruiant quemadmodũ ſeruierunt Ægyptiis. Vatablus exiſtimat, his verbis ſignificari, Synagogam eſſe expoliandam gratiis, & beneficiis Dei, fauoréque eiuſdem.

*Minatur Dominus Iſrael: niſi reſipiſcat fore, vt captiuus ſit vt erat quando à natali ſeruitute Ægypti liberatus eſt.*

*Et ſtatuam eam ſecundum diem natiuitatis ſuæ*. Nõ eſt dubium quin loquatur de ſtatu Synagogæ, antea quam in eã tot conferret Deus beneficia. Dubium tamẽ eſt, quid vocet *de natiuitatis* Synagogæ. Theoderetꝰ opinatur, *diẽ natiuitatis* hic vocari, in Ægypto viuendi conſuetudinẽ. In qua ſententia videtur eſſe D. Hier. vt colligitur ex expoſitione horũ verborum, & inferius expoſitorũ, ſcilicet, Et filiorũ eius nõ miſerebor. Idẽ ſentit etiam Haymo, atq; Rupertus. Ex horum itaque ſentẽtiæ, in memoriã huius populi reuocat ſtatutũ miſerãdum, & acerbũ, quem habebat apud Ægyptũ, tot preſſus calamitatibus, & tot expoſitus ludibriis, & contumeliis, atque in eũdẽ reducendum minatur Deus. Aliqui ex recentioribus exiſtimant, hunc *diem natiuitatis* eſſe, cũ apud Chaldæos agebat, inque illa gentium ignobilitate, atque obſcuro errore verſabatur, anteaquam, Aabrahamo patre ſuo euocato, egregiam præter cęteras nationes Dei miſe prouidẽtiã expiri cœpiſſet. Sicut ſcriptum eſt, Trãſfluuium habitauerunt patres veſtri,

ab



ab initio Thare patris Abraham, & Nachor, ſeruieruntque diis alienis. Tuli ergo patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus, & adduxi eum ad terram Chanaam, multiplicauiq; ſemen eius, &c. Non eſt dubium hoc fuiſſe exordiũ populi Iudæorum, veruntamen nequaquam dubito, hic non fieri mẽtionem huius exordij populi, ſed eius exordij, quod habuit apud Ægyptios. Nam cum verba hæc minarum ſint plena, ad eã natiuitatem ſunt referenda, in qua populus iſte plura pertulit, quod proculdubio apud Ægyptios fuiſſe, non eſt, qui ambigat. Tunc enim ſub flagellis, luto, & latere, & internitione filiorum, atque tot illudentibus dominis, miſerã agebat ille populus Iudæorum vitam. Nam in illo primo exordio, non legimus, quod acerba pertuliſſet incommoda, quemadmodum pertulit in Ægypto. *Ioſue, 24.*

Quæ autẽ fuerint veſtes, & ornamẽa, quæ Dominus maritus Synagogæ dederat, elegantiſſime ipſe Dominus refert apud Ezec. Indui te biſſino, & ſubtilibus, & ornamenta circumpoſui tibi, & dedi armillas circa manus tuas, & monile circa collũ tuum, &c Hæc dedit maritus largiſſimus, tunc ei quando inuenit illã in Ægypto idololatriæ libidine conſtuprată, & diuaricantem omnibus pedes ſuos, & nunc cõminatur, ſi ad virum ſuum noluerit reuertere, ita eam futurã abſque Deo, & viro, ſicut prius fuerat in Ægypto. *Eze. 16.*

## *Ad morum compoſitionem.*

NE *forte expoliem eam nudam. Forte* dixit ad explicandam liberi arbitrij libertatem, quam ſæpius in ſacris literis inuenies inculcatam. Nullus ergo animum deiiciat ob grauem ſarcinam ſuorum peccatorũ. Reſpicere poteſt, ſi pro viribus conetur ad reſipiſcentiã. Deus enim præſto eſt ad extendendam dexteram ſuæ miſericordię, vt de ſtercore peccatorũ eleuet hominẽ. Hinc audis Synagogæ tot oppletæ criminibus, non eſſe dictũ à Deo, *Ne expoliem eam*, ſed, *Ne forte expoliem*. Cui non animos faciet tãti Dei miſerentis dubitatio, ne omnino corruat? Quis etiã excors conſiderans verba filij prodigi, Surgam, & ibo ad patrẽ meum, Et ſurgens, venit ad patrem ſuum, non ſtudebit reſurgere, & venire ad tantum patrem, quantus eſt Deus? Lucæ 10.

Secũdò, cũ dicere potuiſſet, Ne eã nudẽ, aut eã expoliẽ, nõ ita loquitur, ſed vtrũq; cõnectit, expoliationem, & nuditatẽ.

Et

Et quid implicat hæc nuditatis, & expoliationis coniunctio? Demus hoc Rupertinæ explanationi, Timenda eſt à peccatoribus Dei ad vindictam potentia, qui poſteaquam ob peccatum lethale, hominem nudat ſpiritualibus bonis, ſi non conuertatur, vlterius progreditur in adhibendis ſuppliciis, priuat enim bonis temporariis. Eſt námque Deus ſimilis fulmini, quod, teſte Plinio, in duriora deſæuit, & illa comburit. Hinc, adusto ferreo enſe à fulmine, vagina inuenitur intacta, auro, ære, & argento aliquato intus, ſaccula ipſa nullo modo ambuſta reperiuntur, ac ne confuſo quidem ſigno ceræ. In eundem modum peccantis animum primo exuit cœleſtib. donis, cúmque addicit gehennali ſupplicio; ſed deinde, ſi non reſipiſcat, etiam de ipſa theca animi ſumit vindictam corpore videlicet. Aufert enim ſalutem, & opes, donec omnino nudum relinquat hominem, vt Synagogam reliquit. Exiſtimo, hoc ſignificare apud Deuteronomium his verbis, Si acuero, vt fulgur, gladium meum, reddam vltionẽ hoſtibus meis, & his, qui oderunt me, retribuam. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Duplex munus attribuit Deus gladio ſuo, quo ſumpturus eſt vindictam de peccatoribus, alterum eſt, acuendum eſſe, vt fulgur ad inferendum ſupplicium. Et quid eſt, eſſe inſtar fulguris? Reſpondeant philoſophi naturales. Hæc tria ſimul tempore ſunt, fulgur, tonitruum, & fulmen. Vnde Plinius ait, fulgur ſignum eſſe emiſſi fulminis. Deus igitur gladium iuſtitiæ ſuæ componit cum fulgure, quia primum ad modũ fulminis animam impetit, aufert enim vitam gratiæ ab ea, deinde ſecundò, ſi non reſipiſcunt peccatores, de ipſis corporibus ſumit vindictam. Et hoc eſt, quod ſubdit, Gladius meus deuorabit carnes, id eſt, corpora eorum perdam. Hoc ordine proceſſiſſe in plectenda Synagoga, teſtatur Dominus dicens, *Expoli m eam nudam*. Nam, cum iam nuda eſſet anima bonis ſpiritualibus, reſtabat, eſſe expoliandam bonis corporis. Vide, an hoc ſignificauerit Chriſtus dicens, Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Contingit enim, animam intus in corpore eſſe mortuam, carere videlicet gratia, de hac enim morte loquimur, quamuis multis abundet diuitiis temporariis. Et quemadmodum Marcia princeps Romanarum, icta fulmine grauida, partu examinato, ipſa intacta vixit, In eundem modum peccati fulmine animus aduritur, quamuis miſeri peccatoris corpus eſſe incolume videamus. Quadrat obſeruatio

*Plin. li. 2. c. 54.* — *Simile.* — *De mirabili fulminis potentia conſule Ariſt.* — *Deut. 32.* — *Plin. l. 2. c. 54.* — *Matth. 6.* — *Valerius. Simile.*



obſeruatio in Euangelium Dominicæ I. Aduentus, in hæc verba, Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna. Cur dicitur in nube venturus cum poteſtate magna? Quia quemadmodum, è nube fulgur egreditur, & comburit, quæ intra operimenta ſunt, Ita Chriſtus habebit poteſtatem ad comburendas in æternum animas vna cum ipſis corporibus, quæ operimenta quædam animarum ſunt. Tunc expoliabit homines nudos iam, quia nihil ſolatij, nihil ſpeciei, nihil miſerationis damnatis impertientur tortores illi ſæuiſſimi, ſed omnibus bonis expoliabuntur.

*Simile.*

Tertiò, venuſtiſſime ponit ob oculos noſtros, vt homines magis erubeſcunt, nuditatem ſuam ab hominibus cognoſci, quam à Deo. Sequitur hæc obſeruatio expoſitionem dictam Ruperti, ſiquidem quaſi vltimum ſuppliciũ ait Deus, eſſe adhuc expoliandam Synagogam. Exemplum habemus in Saule dicente Samueli, Honora me coram ſenioribus, & coram Iſrael. O cæcitatem ingentem, ô amentiam deplorandam. Quid prodeſt, impie rex, externe ab hominibus honorari, ſi apud Deum es contemptus, & humi deiectus? Proculdubio facimus contra illud, Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius. Cauſa enim, ob quam crebro bona temporaria amittunt homines, ſunt peccata. Poſt nuditatem enim à virtutibus, quid ſequitur, niſi nuditas à bonis temporariis.

*1. Re. 15.* — *Matth. 6.*

Quartò, docet hic locus, ingentem eſſe calamitatem ab honore, facultatibus, & gloria ſemel adeptis decidere. Quaſi enim grauiſſimum ſupplicium minatur Deus, eſſe Synagogam *expoliandam* his bonis, quibus fuerat cumulata, Vnde egregie dixit quidam philoſophus, Summum genus miſeriarum eſt, fuiſſe fœlicem. Rationem huius rei reddit Euripides dicens, Viro, qui fœlix aliquando fuit, moleſta eſt mutatio, cui viro ſemper ſiniſtra fortuna fuerit, nihil dolet, cum ei familiaris ſit calamitas. Et ad exaggerandam populi ſui calamitatem ait Ieremias, Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in viis, qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Filij Sion inclyti, amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea? Et apud Apocal. Angelo Epheſi inquit Deus, Memento, vnde excideris. Hinc & Iob poſtquam, c. 29. fœlicitatem priſtinam appoſuit, gloriam, & honoris ſui culmen, dicens, Quis mihi tribuat, vt ſim iuxtà menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me,

*Prioris fœlicitatis recordatio, incrementum miſeriarũ.* — *Thren. 4.* — *Apoca. 2.* — *Iob. 30.*

me,&c.ſubiungit ad maiorem commiſerationem,c.30.Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar,patres ponere cum canibus gregis mei. Quemadmodũ

*Simile.*

perículoſior eſt caſus è culmine turris,aut ex equo velociſſime currente,quam eius hominis, qui pedeſtris ambulabat, Sic ab honore impetrato decidere,acerbius cruciat,quam ad nullum euehi honoris,aut diuitiarum faſtigium. Locus eſt aptiſſimus ad commonendos diuites, vt peccata fugiant. Quadrat autem in Euangelium Sexageſimæ, in hæc verba, Aliud cecidit inter ſpinas,& ſimul exortæ ſuffocauerunt illud.Hi autem ſunt,qui à diuitiis ſuffocantur, & non referũt fructum.Eſtq; hoc ſic aptandum:Quid inde,ſi non referant fructum?Quid?Timeant diuites,ne expolientur bonis,quẽadmodum hæc Synagoga.Cauſa enim, ob quam crebro bona temporaria amittunt homines, ſunt peccata.Poſt nuditatem enim à virtutibus quid ſequitur, niſi nuditas à bonis temporariis.

Quintò,hinc diſcimus,quantum malum ſit ingratitudo, ſiquidem Deus pollicetur, expoliandum hunc populum. Docetque Deus, licere expoliare hominem collatis beneficiis ob peccata.

Sextò,hic locus probare videtur,iuſtam eſſe legem, qua hæretici bonis expoliantur temporariis,ſiquidem Deus ob idololatriam populum hunc expoliat.

*Et ponam eam, quaſi ſolitudinem,& ſtatua meam velut terram inuiam,& interficiam eam ſiti.* Lyranus in his verbis, *Ponam eam quaſi ſolitudinem*,ait,prædici combuſtionem ædificiorum, & murorum deſtructionem.Hæc autem,*Statuam velut terram inuiam*,ait,apponi propter multiplicationem ſerpentum, & aliarum ferarum ex longa vaſtatione terræ. Atque hæc, *Et interficiam*,eam ſiti,deficiente potu in obſidione. Hæc Lyranus. D. Hieronymus ſic diſpungit *Ponam eam quaſi ſolitudinem,&c.*Si noluerit,ad meliora conuerti,faciam illi,quod feci in ſolitudine,vt ducti in captiuitatem, cadant in terra aliena,patientes ſitim omnium bonorum,& ad patriam ſuam redire non valeant.Vel certe audiant in Euangelio, Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.Et mittet eis Dominus

*Mat. 23.*
*Amos 8.*

non famem panis,neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini.De quo & Iſaia loquitur,Erunt ſicut paradyſus aquam non habens. Theodoretus per ſitim, inquit,

*Iſai. c. 1.*

non aquæ penuriam innuit, ſed diuinæ prouidentiæ priuationem.Rupertus ſic,*Ponam eam quaſi ſolitudinẽ, & ipſam ſtatuã quaſi*



*quaſi terram inuiam,vt ipſa ſolitudo,*& *terra deſerta*, ſiue *inuia* ſit, deſerta à Deo,*inuia*,& ſolitaria ſcilicet,& omni deſtituta angelorum frequentia, & Michaelis quondam principis ſui peruigili præſidio. Ad hæc,non dixit,& fatigabo eã ſiti,quod itidẽ factũ eſt,quando poſt eundẽ diẽ natiuitatis eduxit illã de terra Æygpti,ſed *interficiam eam*,inquit,*ſiti*,vt iam non bibat de petra,quæ virga crucis percuſſa eſt, cuius in typum, tunc illi aquas largiſſimas fudit petra inanimata. Gloſſa interlinearis deſumpta eſt ex Diuo Hieronymo, vnde & eius verba deſumens interponit.Haymo his verbis ait ſignificari,quod plus Dominus facturus ſit huic populo, quã fecerit in die natiuitatis illius,quia quando eduxit eos de Ægypto, occiſis patribus in deſerto, filij eorum intrauerunt in terram promiſſionis, ſed nunc filij cum patribus captiuabũtur, & extra terram natiuitatis morientur. Vatablus, pro *Ponam eam vt ſolitudinem*, Anima idololatriæ dedita nullos profert fructus, eſtque inutilis prorſus,vt deſertum, in quo nihil naſcitur.Ex recentioribus referam perpaucis,quæ colligere potui.*Solitudo*,inquit quidam,& egregie,ea terrarum portio eſt appellata in ſacris Bibliis,quæ propter ſolis,aut cœli intemperiem,& propter aquarum inopiam,quas ſponte natura alias proferre ſolet copioſè,omnẽ ſui vſum hominibus,& cæteris animantibus negat, præterquam malefico ſerpentum generi,cuius naturæ frequens eſſe ſolet, ſicut ſcriptum eſt, Dominus ductor tuus,fuit in ſolitudine,in qua erat ſerpens flatu adurens,& ſcorpio, & dipſas, & nullæ omnino aquæ. Cum itaque minatur Deus dicẽs,*Ponam eam quaſi ſolitudinem*, in eorum memoriam reuocat,ad quam miſeriam ſint venturi,quæ eadem eſt cum illa,quam in deſerto Arabiæ paſſa eſt Synagoga,in die natiuitatis ſuę,in qua nihil ad eſum,aut ad potum potuerunt habere,niſi ex diuino beneficio,&miraculo.Quod nequaquam ait Dominus,in illos ſe collaturũ, ſed perdendos fore. Vnde ſubiungit, *Et interficiam eam ſiti.* Hæc collegimus ex variis expoſitoribus,quid & ego ſentiam,audite.Sed ante explanationem,primo obſeruandum eſt, aduerbia ſimilitudinaria, vt,ſicut,*quaſi*,tanquam, & alia id genus,non ſemper ad ſimilitudinem poni. Vnde D. Auguſt. Pſalm.125.Hoc verbum,ſicut,non ſemper ad ſimilitudinem ponitur,nam aliquando ad proprietatem refertur, aliquando ad ſimilitudinem. Ad proprietatem,in Pſalmo,Cum conuerteret Dominus captiuitatem Sion,facti ſumus,ſicut conſolati. Et Chriſtus vocatur, quaſi vnigenitus à patre. Et in communi

*Erit terra inuia ne pateat regreſſus Iſraeli è Babilonia in patriam ſuam.*

*Quid propriè dicatur Solitudo.*

*Deut. 8.*

*Imbre verbi diuini deſtituitur Iſrael.*

*Auguſt.*

communi locutione dicimus ad ſimilitudinem, Sicut vixit pater, ita filius. Ad proprietatem, ſicut moritur pecus, ita & homo. Quando tamen dicimus, Fecit, ſicut vir bonus, nunquid non eſt vir bonus, & habet ſimilitudinem viri boni: fecit tanquam iuſtus. Hoc tanquam, non negat, iuſtum eſſe, ſed proprietatem eius oſtendit. Et Diuus Hieronymus ad Epheſ. 5. ait, Cum dicitur, dilige vxorem tuam, ſicut teipſum, veritatis eſt, ſicut cum dicitur, Diliges proximũ tuum, ſicut teipſum, ſimilitudinis eſt. Nam prius diligo me, & poſt eã proximum, quia charitas bene ordinata à ſe ipſa incipit. Et Iacobi 1. Redarguti à lege, quaſi tranſgreſſores. Et 1. Petri 2. Siue regi quaſi præcellenti. Ambroſius etiam libro 7. epiſtol. 47. ait, Mos Scripturæ eſt, ſic loqui, Specie inuentus, vt homo, non negatus eſt homo Ieſus, cum alibi ipſe Paulus dicat, Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſed confirmat, ipſum hominem eſſe. Et alibi, Vidimus gloriam eius, quaſi vnigeniti à patre. Ergo vocatur quaſi vnigenitus, & non abnuitur Dei filius vnigenitus, ita vt homo dicitur, & perfectio fuiſſe in eo hominis, non negatur. Euthy. etiam in procemio Ioannis, ait, Tamquam, idem ſignificat, quod verè. Atque Chryſoſtomus homil. 11. in eundem Ioan. & Gregor. libro 8. Moralium c. 4. ait, in hoc ſacro Eloquio, ſicut & *quaſi* aliquando non pro ſimilitudine ponuntur, ſed pro veritate. Vnde Iob, ſicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus, quaſi inimicus, pro affirmatione potius, quam pro ſimilitudine dictum videtur. Et 25. Moral. 5. 13. ait, Quaſi aliquando pro ſimilitudine poni conſueuit, vt 2. Cor. 6. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.

*Hiero. ad Epheſ. 3.* — *Amb. lib. 7. Ep. 47.* — *Ioan. 1.* — *Philip. 2.* — *Greg. li. 8. Mor. c. 4.* — *2. Cor. 6.*

Cùm itaque hic dicat Deus, P*onam eam quaſi ſolitudinem*, id eſt, quod quærimus, an dicat ſimilitudinem tantum, an vero proprietatem, & veritatem. Theodoretus vertit in hunc modum, Et ſiccæ terræ, & deſertæ ſimilem eam reddam. Septuaginta vertunt pro, *quaſi ſolitudinem*, vt deſertam. Et Vatablus pro, *quaſi ſolitudinem*, poſuit, & vertit, vt *ſolitudinem*. Ex tranſlatione Theodoreti non eſt dubium coniunctiones iſtas, *quaſi*, & velut, ſumi pro ſimilitudine, & non pro veritate aut proprietate. Vatablus & hanc ſententiam videtur amplecti. Nullum tamen iudico inconueniens, ſi ſumamus magis pro veritate, & proprietate, quam pro ſimilitudine. Ac ſi apertius Deus dicat, Nullum erit diſcrimen inter ſolitudinem, & vallem Iezrahel, quam ego faciam terram inuiam, & deſertam, & ſiti eam interficiam. Neque ſemel tantum, ſed crebro minatum



minatum eſſe Deum terræ deuaſtationem ob ſui populi peccata inueniemus, Iſaiæ. 1. Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuppenſæ igni, regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & delinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea & ſicut tugurium in cucumerario. Idem inuenietis apud Ieremiam, c. 50. & apud Iſaiam, c. 13. minatur, Babylonem eſſe deuaſtandam, ita vt in ea ſolum immaniſſimæ feræ, & beſtiæ habitent. Atq; c. 34. de Ieroſolima, inquit, Non erit tranſiens per eam, & poſſidebunt eam onocrotalus, & hericius, & ibis, &c. Et quoniam ex collatione augetur ſupplicium, ait, multo ſeuerius ſe acturũ cũ hoc populo quàm egit cum eo, cum eduxit de Ægypto, tunc enim fatigatus eſt, nõ tamen periit, vos autẽ, inquit, *ſiti interficiam*, quod acerbiſſimum mortis genus eſt, licet petatis miſericordiam nõ miſerebor. Poſſumus & his verbis, *interficiam eam ſiti*, intelligere, quod neget populo pluuiam cœleſtẽ, vt apud vatem Ierem. c. 3. Polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis, quamobrem, prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum, & ſerotinus imber nõ fluit: frons mulieris meretricis facta eſt tibi noluiſti erubeſcere.

*Iſaiæ. 1.* — *Ierem. 50.* — *Iſaiæ. 13.* — *Iſaiæ. 34.* — *Ierem. 3.*

## *Obſeruationes ad morum compoſitionem.*

P*onam eam quaſi ſolitudinem*. Primũ docet hic locus quantũ Deo peccata diſpliceant, ſi quidem non ſolum homo propter peccatũ plectitur verum & terra ipſa, ciuitates, & agri & quod amplius demiremur tẽplũ ipſum quod ad ſuũ cultum ædificari præceperat, ob peccata populi euertendum minatur. Bone Deus quid peccauit terra, quid edificia ciuitatum quid ipſum templum honori tuo dicatũ? Luant pœnas peccatores, luãt, qui peccata patrarunt, terra peccati capax non eſt. Igitur ſi peccatum non commiſit, cur pœnæ ſubiicitur? Cur redigitur in *ſolitudinem & in terram inuiam*? Vt diſcamus, quas pœnas daturi ſumus, qui peccata patramus, quando ea, quæ non peccant, ita plectuntur. Si enim ita ſæuit in templum ſuum, vt non relinquatur in eo lapis ſuper lapidem, quid mirum, ſi ciuitates deſtruantur? Ideo autem hoc feciſſe, exiſtimo ne nos immunes à punitione putemus, ſi quid Domini apud nos habemus. Sunt enim multi peccatis onuſti, qui ſe impunè peccare putant, quod preces horarias nõ omittunt, quòd horas

*Matt. 24.*

O beatæ

*In eos qui prætextu multiplicis deuotionis impunè aliquid licere eis opinantur.* *Ierem. 7.*

beatæ Mariæ deuotè legunt, ſi eleemoſynas faciāt aut quid ſimile quos apud Ierem. c. 7. admonet dicens, Nolite confidere in verbis mendacibus, dicentes, templum Domini, templum Domini, ſcilicet, eſt apud nos, Non permittet, illud deſtrui, & propter illud parcet iniquitatibus noſtris, non ſic erit, ſed à ſanctuario meo incipite. Nunquid ſpelunca latronum domus mea eſt dicit Dominus? Hinc ab orbe condito propter peccatum punitur terra. Peccat Eua, & punitur terra Geneſ. 3. Maledicta terra in opere tuo, ſpinas & tribulos germinabit tibi. Sic & in diluuio Dominus ait, Delebo omnem ſubſtantiam, quam feci, de ſuperficie terræ. Non ſolum ſumit Deus vindictam de hominibus, verum & de cæteris animantibus, plantis, vrbibus, &c. Quadrat hæc obſeruatio in omnia Euangelia, in quibus peccati fit mētio, ſumendo argumentū ab effectis peccati. Vt in illud Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Si enim expendamus,

*Geneſ. 3.*

quantū beneficiū ſit tollere peccata, dicem⁹ quod non ſolū homo, verum & ea, quæ poſſidet, puniuntur à Deo. Quadrat etiam in Euangelium Dominicæ 3. poſt Pentecoſt. Videns Ieſus ciuitatem, fleuit ſuper illam, præuidens omnia mala, quæ erant ciuitati illi obuentura propter peccatum tum infidelitatis. Item in Euangeliū fer. 6. Dominicæ Quadrageſi-

*Ioan. 1.*

mæ, in hæc verba. Noli peccare, ne deterius tibi contingat. Eſt autem ſic aptāda obſeruatio, Quid hoc Domine? Cur ſolum partem ſupplicij detegis, & non totum ſupplicium? Nonne terram, ciuitatem, & agros, &c. ſoles ob peccatum vnius punire? Dic ergo, Ne deterius tibi contingat, & patriæ tuæ inferam mala, beſtiis, ciuitati, &c. vt ſaltem, tot malis ortis à peccato ſubiectis, oculis mentis iſtius hominis, ipſe reſipiſcat, Sed, vt opinor, hæc noluiſti adddere, vt oſtenderes propria damna magis hominem reuocare à peccato, quàm aliena.

Secundò, ex expoſitione Diui Hieronymi, *Ponam eam quaſi ſolitudinem.* Primo, faciam illi, quod feci in ſolitudine. Monemur aliorum exempla contemplari, & timere ne nobis eueniat quod aliis eodem peccato irretitis euenit Peccauit populus in deſerto, videte quam vindictam de illo ſumpſerit Deus, interimuntur à ſerpentibus, abſorbētur à terra. &c.

*Ezech. 8. & 9.*

Cur ergo & nos non timebimus, dicentes, quod filij Iſrael apud Ezechielem 8. & 9. derelinquit Dominus terram, & Dominus non videt? Quadrat hoc in Euangelium de diuite

aua



auaro. Cur, dic quæſo oculis tuis exponit Chriſtus hoc exemplum, niſi vt eo fias cautior?

*Grauis vltio Deî quæ à nobis aufert Verbi ſui doctores.* *Ioaïæ. 19.*

Tertiò, *interficiam eam ſiti*, non aquæ, ſed audiendi verbum Dñi, vt ait D. Hieronymus. Sæua ergo, & rigida punitio, deeſſe populo viros ſapientes, & docentes legem Dei, quales ſunt concionatores. Vnde apud Ezechiel. 3. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir objurgans, quia domus exaſperans eſt. Vides cauſam, ob quam permittat Deus obmuteſcere os vatis Ezechielis, nēpe quia domus exaſperans eſt? Et apud Iſaiam, Claudet oculos veſtros, & prophetas, & principes veſtros, qui vident viſiones, operiet & erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri prophetas ſapientes, nempe, oculos, amiſſo oculorum lumine, quid triſtius homini poteſt obuenire? Quale mihi gaudium eſſe

*Tobi. 5. b*

poteſt, qui lumen cœli non video? Quo pacto ſine ſapientibus rectè poterit gubernari reſpublica? Significat Ioan. Apo-

*Apoc. 5.*

cal. 5. quantum malum ſit, non habere, qui librum legis aperiat. Cum enim vidiſſem, quod nemo poterat, librum aperire neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram. Ego, inquit, flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus eſt, aperire librum, & vnus de ſenioribus dixit, Ne fleueris. Non dixit, Cur fles? Agnouit enim, iuſtiſſimam habuiſſe cauſam fletus. Nihil enim dignius lachrymis quam non habere, qui

*Amundanis morib⁹ ſeparari debent verbum qui Dei annūciāt.*

librum Dei aperire ſciat. Obſeruate etiam, vbi primum quæſiuit Ioannes, quis librum aperiret. Vtique in cœlo, quia cœleſtem vitam agere debent, qui librum Dei ſunt explicaturi. Neque etiam aliis potuit verbis magis explicare Regius Pſaltes in quam inciderat miſeriam, ac neceſſitatem diuinæ ſapientiæ, quàm ſe terrā ſine aqua nuncupando, Pſalm. 142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Quid enim magis deſiderat terra ſitibunda, quàm aquā? Vocat ergo elgantiſſime diuinam ſapientiam aquam, quia nos mundat, & fructus bonorum operum germinare facit. Cauendum eſt ergo, ne vaſa immunda ſint, quamobrem exhorreat populus, bibere de cyphis noſtris. Attendite, qualem vitam agatis cōcionatores ne peccatis veſtris detur, quod populus ſiti pereat. Legitur de Artaxerxe, cū ſiti periclitaretur, à ruſtico quopiā ſordidū

*Artaxerxes Perſarū Rex.*

vtrem aquę putris accepiſſe, quam aquā cum rex totam ebibiſſet, rogatus, ecquid illi placuiſſet ille potus, reſpondit deos teſtatus, ſe nunquā vinum potaſſe iucundius, neq; vllam aquam, quamuis puriſſimam, ſibi viſam ſuauiorē. Cur

 ergo

ergo & nos de aqua cœleſtis ſapientiæ non idem dicemus,
quamuis concionatores, qui vaſa ſunt, ſordibus ſint conta-
minati? Proculdubio, quia non accedimus ſitibundi. De ad-
*Ariſtot.* mirandis auditu, 13 Ariſtotelis ait, quod capræ in Cephalo-
nia nō pitiſſant per ſingulos dies, ſed conuerſæ in flantem
ventum aperto ore, hauſtu venti ſitim depellunt. His capris
*Simile* multi ſimiles ſunt, qui deſpiciunt concionatorum doctrinā
*Doctrinā* bibere, & ſolum è cœlo accipere volunt, quia eos ſordidos
*accipia-* male actis conſpiciunt. Augetur etiam & ſupplicium, dum
*mus non* inquit, *Interficiam ſiti*, & non fame. Sitim enim vt inquit Ari.
*mores.* 5. Proble, Sect. 28. ægrius toleramus, quàm famem.

Quarto, locus hic apptiſſimus eſt pro rogationibus, in
quibus aquam, & fructuum vbertatem à Deo petimus. De-
cet enim, prius peccata abiicere, ſi abeo, quod petimus, vo-
*Pſal. 67.* lumus impetrare. Nam ob peccata audimus hoc loco, *interfi-
ciam eam ſiti*. Pſal. 67, Pluuiā voluntariam ſegregabis Deus hę
reditati tuæ, ideſt, quoties eam voluerint, dum modo ſint hę
*Iacob.* reditas tua, hoc eſt, ſint viri iuſti. Vnde & Iacobus ait. c. 5.
Helias homo erat ſimilis nobis, & paſſibilis, & oratione o-
rauit vt non plueret, & non pluit, annos tres, & menſes ſex,
rurſum orauit, & terra dedit fructum ſuum, & cœlum dedit
pluuiam.

*Et filiorum eius non miſerebor, quoniam filij fornicationem ſunt.*
Omnem lapidem mouet Deus, vt Sygnagogam reuocet ab
idololatriæ peccato. Vnde his verbis tria implicat, quę maxi-
mè eam retrahere poſſent à peccato. Alterum eſt, ſeueritas,
*Ex. 20. a* & integritas diuinę iuſtitiæ, dū non ſolum mater dicitur pu
nienda, verum & filii eius, ſicut apud Exodum. Dominus
*Amor pro* inquit, Ego ſum Deus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem
*lis propriū* patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorū,
*ſuperans.* qui oderunt me. Alterum autem eſt, ſtudium Dei ingens ad
reuocandam Synagogam ab idololatria, quod maximè oſten
*Iſai. 49.* ditur, dum filiorū ſupplicia ante oculos eius ponit. Solent
enim parentes etiam perditiſſimis moribus, ſi non ſuis, ſal-
tem filiorum rebus conſulere, acerbius enim ſentiunt incō-
moda filiorum, quam propria. Hinc potiora vota pro filiis,
*Hoſſeæ. 9.* quàm pro ſeipſis facere parentes videmus. Vnde apud Iſaiā
dicitur Nunquid obliuiſci poterit mulier infantem ſuum, vt
non miſereatur filio vteri ſui? Hinc Hoſſeæ. c. 9, Interficiam
*Gen. 37.* amantiſſima eorum, filios nempe, Exempla duo adducam.
Attendite, quid dicat patriarcha Iacob, audiēs mortem filij
Ioſeph, Gen. 37. Deſcendā ad filium meum lugēs in infernū.
Congrega-



Cōgregatis autē cunctis liberis, vt lenirent dolorem patris, *2. Re. 19.*
noluit conſolationem accipere. Et 1. Reg. 19. Fili mi Abſa-
lon, Abſalon fili mi. Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro
te? Poſtremum vero eſt nimia ſeueritas, qua erat plectendus
iſte populus, qui ſeuerius, & acerbius erat plectendus, quam
olim in ſolitudine cum eduxit eum de terra Ægypti. Tunc
enim interfectis parētibus, filij eorum terram promiſſionis
ſunt ingreſſi, nunc autem fornicariæ matris filios, etiam pe-
rituros pollicetur. Sed quomodo, aut qua morte perituri
ſunt? Lyranus ait, Partim occidentur, & partim in captiuita-
tem ducentur, quæ omnia paſſa eſt Ieruſalem per Chaldeos
Diuus. Hieronymus perituros eſſe inquit. Conſentit Hay-
mo cum Lyrano. Eſt etiā obſeruandum ex Ruperto, filios à
matre hoc differre, quo ab inuentore malitiæ imitatorē eius
differre perſpicuū eſt. Nam ſicut in bonā partē mater eſt a-
nima quæcunq; quæ ex ſpiritu Dei verbum veritatis cōce-
pit, filius autē, vel filia, quę ex ore illius audiēdo verbū Do-
ctrinæ proficit, Sic in malā partem anima quælibet malorū
adinuētrix mater, & qui ab illa decipitur, filius eſt. Ergo in *Parū di-*
populo illo fornicaria mater Synagoga eſt, & qui ab ipſa de *ſtat in vi-*
cipiūtur, populares filij ſunt. Quamui autē plus damnatio- *tio decipe-*
nis ſit patris eiuſmodi quam filiis: tamen quia parū diſtat in *re & de-*
vitio decipere, & decipi, poſſe, recte & in filios effunditur *cipi.*
materna dānatio, dū dicit, Et *filiorum eius non miſerebor*. Et quo
niā, pœnā & ſuppliciū præcedit delictū, & culpa cauſam ſub-
iungit, ob quam filij ſunt plectendi nempe, *quoniā filij fornica-
tionū ſunt*. Lyranus in genitiuo *fornicationū*, qui eſt numeri mul
titudinis, iudicat latere myſterium. Vnde exponis, *fornicationū*
id eſt, multæ idololatriæ, & ſicut viri ſanguinum dicuntur,
multi ſanguinis effuſores. Genitiuus enim pluralis habet
virtutē huius duplicis ſingularis, quę quidem duplicatio au
get ſignificationē, vt in ſæcula ſæculorum, 1. in multa ſęcula
in filios filiorū, 1. in multas generationes generationis, & ge
nerationis, 1. multarum generationum. Hæc Lyranus. Septua
ginta, hoc nō attendentes, vertunt, filij fornicationis in nu-
mero ſingulari, quos etiā ſecutus eſt Theodoretus Varablus
vertit, Quoniā filij ſunt ex fornicatione ſuſcepti. Nō eſt du-
bium, his verbis ſignicari, genitos eſſe in cultura idolorū, vt
egregiè obſeruāt. Haymo, Theodoretus, Lyranus, licet Ru-
pertus ſic diſpūgat, Quoniam ipſi incorrigibiles ſunt, ſecu-
tus forſan eſt diuum Hieronymū, qui ait, Et mali ex malis
geniti. Sunt tamen intelligenda hæc verba diui Hieronymi,
O 3 &

& Ruperti referẽdo ad idololatriam, de qua eſt proculdubio ſermo propheticus verũtamen ad exactã huius loci intelligentiã, & aliorũ ſimiliũ, obſeruandũ eſt ex diuo Hieronymo in q. in Geneſim, vnãquamq; linguam ſua habere idiomata. Hinc Hebræi vtuntur genitiuis ſubſtantiuis loco adiectiuorũ, vt filius perditionis, ideſt, filius perditus, Deus pacis, i. pacific⁹, lex mortis 11. mortifera, terra deſolationis, pro terra deſolata, mãmona niquitatis, pro diuitiæ iniquæ, Viri miſericordiarũ. i, miſericordes. Vnde egregie inquit Euthy. Pſal. 28. Idioma eſt veteris Scripturæ, dicere, Deum gloriæ pro glorioſo: Deus veritatis, Deus vltionũ, potentiarũ, miſericordiarum, pro eo quod eſt, Deus verax, vindex, potẽs, miſericors, Cedri Dei, i. maximæ, Sagittæ Dei, i. fortes, quia nomen Elohim ſæpe non ſignificat, ſed auget ſignificationẽ. Vas vaſis quodcunque inſtrumentum ſignificat, vt vaſa iræ, & mortis vocantur inſtrumenta, quibus homines interimũtur, vt ſagittæ, enſes, vas electionis, inſtrumentum ſelectiſſimum cuiuſcũq; artis quo nomine Paulus eſt vocatus, quia maximus verbi Dei prædicator erat. Adhæc, conſueuit Scriptura, hãc habere elocutionem. Occidit hœdũ caprarũ, ſicut Pſal. 113. dicitur, Sicut agni ouium, quaſi poſſet hœdus eſſe niſi caprarũ, & agnus ouiũ. Sic. 1. Reg. 21. Hædum caprarũ vnum, quod dixit caprarum, non diſcriminis grtaia, ſed vt paruũ ſignificet, additũ eſt, ac ſi diceret, paruum, cui opus erat capra matre. Sic hircus caprarũ, qui paruus eſt. Nam Dani. 8. dicitur, Hircus caprarũ magnificauit, id eſt creuit. Vnde quo pacto genetiuus aliquando dicat augmentum, aliquãdo verô minuat ſignificationem.

*Hæbreorũ genitiui aliquãdo augent & minuunt ſignificationem.*

*Euthym. Pſal. 28.*

*Pſal. 113.*

*1. Reg. 21.*

*Dani. 8.*

Eſt etiã obſeruandũ, huiuſmodi genitiuos aliquãdo accipi actiuè, aliquãdo paſſiuè. Vt iuſtitia Dei, ideſt, quæ eſt in Deo, aut quæ eſt in me ex Dei munere. Sic fides Ieſu Chriſti ideſt, quæ ex Chriſto eſt in nobis. Demũ, optimè ait diuus Aug. li. de vera religione. c. 50. Habet omnis lingua ſua propria genera locutionũ, quæ cũ in aliam linguã transferuntur vidẽtur abſurda, *Filij* ergo *fornicationum* poſſumus actiuè, & paſſiuè, exponere, Verior autem ſenſus eſt, vt dicat paſſionẽ, & erit ſenſus, producti ſiue generati ex fornicatione, vel quod ipſi etiam fornicẽtur, hoc eſt, cõtaminati ſint peccato idololatriç. Et hũc ſenſum videtur amplecti diuus Hieronymus, vocãs eos generationẽ viperarũ. Imitabãtur enim filij maternã idololatriæ iniquitatẽ, ita vt illis dicere poſſimus, Qualis mater, tales & filij. Obſeruandũ eſt etiam, eos filios, qui

*Augu. de vera reli. c. 50.*

*Matt. 3.*



qui impudicis cõplexibus procreãtur, vt certo atq; legitimo patre carentes, ad matrẽ, velut ad certũ caput, referre diuinę atq; humanæ leges ſolẽt, ſi quid præterea vitij, ſi quid probri filiis inſit, eius rei culpã in matrẽ potius, quàm in patrẽ cõiici videmus. Sic Saul Ionathã defendentẽ Dauid, mulieris peruerſæ filium appellat 1. Reg 20 filium mulieris vltrò virum rapientis, ideſt, adulterę exponit Gloſſa interlinearis, & Lyranus, id eſt, cõcubitũ viri importunè petẽtis, licet Vatablus aliter expẽdat, ſcilicet, imitaris mores matris tuæ, quę mihi nõ parebat. Sic paſſim ſacræ hiſtorię ſuperſtitionis & impietatis filiorũ cauſam matribus adſcribũt. Sic Mat. 4. vocat genimina viperarũ, atq; adeo ad hãc rationem pertinet, quod in antiquis ſtatutis ſuis Iſraelitæ cauerent, ne qui filiũ ex gentili fœmina, aut etiam ex ſerua ſuſceptum, ſibi, ſed matri potius adſcriberet.

*Panor. in c. in præſentia & ibi Bald. in c. per tuas de probat. Cardi. Alexan. in c. per venerabilem. in. 4. q. 5. col. Extra qui filij ſint legi.*

Quærendũ eſt preterea, an cũ inquit, *filiorum eius non miſerebor*, omnes filios perſtringat, an aliquos tantũ? Refertur ex Vatablo, ad iniquos tantũ eſſe ſermonem, nõ ad probos, & iuſtos pioſq;. Nã hi filij, quibus comminatur Deus, nõ ſunt illi, qui obiurgabãt matrẽ, de quibus loquitur in principio huius capitis. Videtur autẽ in hoc loco reſpõdere Deus tacitæ obiectioni, cur puniat filios ob matris pecata, rationẽ enim reddit, quoniã filij fornicationũ ſunt, committitur hic figura Apoſiopeſis, ideſt, reticẽtia, nã breuitatis gratia, reticet, & intermittit interrogationem, & quaſi reſpondeat interrogãti ſubdit, filios eſſe puniendos, quoniam filij ſunt non mei, ſed matris impudicæ ex ſcortatione eos generãtis. Si enim mei filij eſſent, eorum proſpicerem incolumitati, eos ſeruarem, bèneficiis proſequerer, tãtũ abeſt, quod punirem.

*Miſſa eio. th. de ſanctiſſ. nup. c. 3.*

*Vatablus*

## *Ad morum compoſitionem.*

ET *filiorum eius non miſerebor.* Non ſolum punitur mater, verũ & filij. Timendum eſt ergo, & horrendũ incidere in manus Dei viuentis, qui etiã de filiis ſumit vindictã, vſq; ad quartam generationẽ, vt inquit, Deu. 20. Quadrat in Euãgeliũ. Do. 21. poſt Pẽt. in ea verba, Iuſſit rex, venũdari vxorẽ eius, & filios. Quid hoc Dñe, non ſatis eſt, pro peccato patris ipſum punire? Cur venũdãtur vxor, & filij: In maius peccatoris tormentum. Et hinc colliges, iuſtiſſimas eſſe leges punientes peccatorem vſque ad quartam generationẽ, quoniã filij, & nepotes res patrum ſunt. Vnde quaſi in reb⁹ propriis puniũtur parentes in filiis. Secũdò, cõſidera pœnarum inflictarum

ctarũ diſcrimẽ matri,& filiis,matrẽ inquit expoliandam, & in ſolitudinẽ redigẽdã,&c.de filiis vero ſecus,ſolũ ait, *Filiorũ eius non miſerebor.* Vides,quo pacto acerbius punitur mater, quã filij?Sed quorſum? Duo hic implicãtur.Alterũ eſt,commẽdatur iuſtitię diſtributio,quę magis debet deſęuire in magis peccãtes,debet.n.eſſe retributio pro meritis in Deo vt dicit diuus Thom.1.q.21.ad.3.quod deſumit ex Anſelmo. Alterũ eſt,inuẽtorem malitiæ,& autorẽ atrocius eſſe puniendum,quàm imitatorẽ.Synagoga mater fuerat inuẽtrix peccatorum,filij ſolum imitatores illius, & quia diſpar culpa, diſpari vtrique addicuntur ſupplicio.Quadrat in Euangeliũ pro doctoribus,in ea verba,Si ſal euanuerit,ad nihilum valet vltra,niſi,vt mittatur foras,ideſt,non eſt imitandus,non eſt in pectore,& corde geſtandus,vt illũ imiteris.Hinc diuus Paulus,Ro.1. connumerat inter peccatores inuẽtores malorũ.Atque Iſai.3.rationem reddit Deus,cur corruat Ieruſalẽ, & Iudas,& inquit,quia lingua eorum,& adinuẽtiones eorũ contra Dñm,vt prouocarent oculos maieſtatis eius. Optime expendit Lyranus adiuuẽtiones malorũ,id eſt, ad nouitatem malorum ſtudẽdo, & ita citatur à diuo Thoma ad Rom.1.& exponere videtur.Quẽadmodũ enim Deus oculos conijcit in primos adinuentores bonorũ,vt illis præmia retribuat,Ita & in primos malorũ,& criminum adinuentores,vt illos puniat,pre cæteris peccatoribus imitantibus eoſdem inuentores malorum.Gen.4.meminit Scrptura primos inuentores diteſcendi,& armorum,quibus homines dimicarẽt,& muſicorum inſtrumẽtorum, quibus homines delitiarẽtur,ſcilicet Iabel,qui fuit pater habitantium in tentoriis, & frater eius Iubal,qui fuit pater canentiũ cythara, & organo,& Thubal qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris.Sed ſtatim poſuit bonarũ inuentorẽ,nempe, Enos qui cœpit inuocare nomen Dñi.Obſeruandũ tamen, plures cõnumerari malorum inuentores ſcilicet Iabel,Iubal,Thubal, bonæ verò rei inuentorẽ,vnũ dũtaxat,vt hinc diſcas, quòd bonorum pauci ſunt inuẽtores,malorum vero multi,imo in immẽſum creſcũt,imo vnus ſufficit ad mile malorũ artes inueniendũ,multi autẽ vix ſufficiũt ad inueniendũ vnũ bonũ. Conſidera tamen,vt ſtatim poſt prauorũ inuentores,apponitur, qui bonum inuenit nempe Enos. O multũ fœlices qui conſpectus prauorum inuentoribus, pro virili dant operam, vt aliquod bonum ad ſupprimendum malorum inuentores ad inueniant.Vt ſi ſunt blaſphemi,adinueniant

*Iuſtitia eſt retributio pro meritis Deo.*

*Rom. 1.*

*Iſai 3.*

*Simile.*

*Gene. 4.*

*Priſci aliquot rerũ inuentores*

*Enoh quod primo nomen dei inuocandũ docuerit viuus in cœlos tranſlatus eſt.*

niant



niant ſocietatẽ qui voueant nunquam ſe peieraturos. Sunt luſores,adinueniant artẽ,& modũ pœnarũ,quibus ſe aſtringant,ſi quando vel luſerint,vel ludentiũ domos adierint,vt enim Deus nobis hoc ſignificaret,poſt inuentores malorũ, ſtatim Scriptura receenſet Enos primũ inuocatorẽ nominis Domini,id eſt cultorẽ Dei.Aduerſus enim voluptatis venereæ delitias nullus fortior clypeus,quã Domini meminiſſe, & ipſum inuocare aduerſus arma ſumentes, vel ne illa ad vindicãdũ nos ſumamus,nihil melius quàm Domini inuocatio,vt patientiæ virtute nos muniat.Quadrat hæc obſeruatio in Euangelium Annuntiationis B.Mariæ in ea verba, Quomodo fiet iſtud,quoniã virũ non cognoſco? Nam iuxta ſanctorum expoſitionẽ diua virgo prima vouit ſuã integritatẽ Domino,& ob hoc obſequium, electa eſt in matrem Dei.

Tertiò, *Quoniam filij fornicationum ſunt.* Rationẽ reddit, ob quam filiorum non ſit miſerturus,nempe,quod non ſint filij Dei per adoptionẽ videlicet,ſed ex ſcortatione nati.Si enim filij eſſent ſui,miſereretur.Quæramus ergo primũ,eſſe filios Dei,ſi deſideramus,vt nobis ſe exhibeat miſericordẽ. Hinc primũ in obſeruatione Dominica dicimus,Pater noſter. Et diuus Paul.4.c.ad Gal.multis celebrat encomiis,quod filiorum Dei adoptionẽ receperimus, atque huius rei gratia filium ſuũ miſerit in mundũ.Et diuus Ioan.1.c.3.Videte,inquit,fratres,qualẽ charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur,& ſimus.Quorſum tanti facit Ioannes, eſſe filios Dei?Reſpondeat diuus Paul.Ro.8.c.Quod ſi filij,& hęredes,hæredes quidẽ Dei,cohæredes autem Chriſti.Dicitur autem aliquis hæres alicuius exiſtere,cum principalia bona eius recipit,ſeu adipiſcitur non autem aliqua bona,ſiue munuſcula recipit,ſicut legitur apud Gen.c.25.quod Abraham dedit cuncta,quæ poſſedit Iſaac, filiis autẽ concubinarũ largitus eſt munera.Bonũ autem præcipuum,quo Deus eſt diues,eſt ipſemet.Eſt enim diues per ſemetipſum, & non per aliquid aliud,quia externorũ bonorũ non eget,vt dicit Regius Pſaltes Deus ergo ſeipſum dat filiis ſuis.Vnde in nomine filiorũ ait Dauid,Dominus pars hęreditatis meę,Et Thr. 3.Pars mea Dominus,dicit anima mea.Ait igitur Dominus, *filiorum eius,* non meorũ,non enim mei ſunt ſed ex ſcorto nati,quamobrem non mirũ ſi in eos deſæuiã.Si filij mei eſſent, nõ eſſet,cur timerẽt.Hinc egregie ait Ioã.Sciens Ieſus,quia venit hora eius,vt tranſeat ex hoc mundo ad patrẽ. Nõ addit vtiq; ad patrẽ ſuũ,ſed abſolutè ait,ad patrẽ, *porque quien*

*Oratio vo luptatum domitrix.*

*Galat. 4.*

*Rom. 8.*

*Gene. 25.*

*Deus per ſeipſum diues aliorũ bonorũ nõ egens.*

*Pſal. 15.*

*Thren. 3.*

*Ioan. 13.*

*Pro Mãdato.*

O 5 *tiene*

*Mal. 1.*

*tiene el padre alcade, ſeguro va al iuyzio.* Qui ſunt filij? Qui honorãt Deũ. Si ego pater, vbi eſt honor meus ait Mal. 1. Quarto, Docet hic locus, neminẽ innocentẽ eſſe puniẽdũ, ſiquidẽ rationẽ reddit, cur puniat hos filios Synagogæ, nẽpe *quia filij fornicationũ ſunt.* Locus eſt cõmuniſſimus, ꝙ non licet punire innocentẽ. Quintò, Docet hic locus, prudẽtis viri eſſe, aliqua diſſimulare populi crimina, verũ ſi creſcãt, adhibẽda eſt medicina. Hinc nõ dicit, *Quoniam filij fornicationis ſunt*, ſed *fornicationum*, ideſt, multæ idololatriæ, *Dios no ahorca al primer hurto, ſino da primilla.* Hinc optimè diuus Th. 12. q. 105. ar. 2. ad 9. ait, ꝙ non ſolũ propter grauitatẽ culpæ, ſed propter alias cauſas grauis pœna infligitur, & inter alias recenſet peccati conſuetudinẽ, quia à peccatis cõſuetis nõ facile homines abſtrahuntur niſi per graues pœnas. Hæc diuus Th. Et attendant hoc precor, qui confeſſionibus auricularibus audiendis vacant, ne facile iniungant pœnitentias pro conſuetis criminibus. Hinc Deut. 25. dicitur, quòd pro menſura delicti debet eſſe & plagarum modus.

*D. Tho. 12. quæſ. 105. artı. ad 9.*

*Grauior pœna infligitur peccatis aſſuefactis.*

*Deut. 25.*

¶ *Quia fornicata eſt mater eorum.*

¶ Vt tradunt Canch. in Zac. c 9. & Miſnaioth de ſanctificatione nuptiarũ, quicunq; illegitimè natus eſſet, ad eũ neq; patris hæreditas, neq; nomen venire poterat, quamobrẽ huiuſmodi homines à Synagoga excindebantur. Propterea rationẽ reddit, ob quã non ſit miſerturus filiorũ, neq; daturus hæreditatẽ. Non enim ad eos pertinet hæreditas mea, ſiquidẽ illegitime nati ſunt. Non intercedit mihi cũ illis paterna neceſſitudo, vt eorum miſerear. Quod ſi quis quærat, vnde agnoſcat, *filios eſſe fornicationum*, rationem reddit dicens, *Quia fornicata eſt mater eorum.* Exiſtimo tamen, hoc verbo nobis ſignificari, & aperiri grauitatem criminis, quod proculdubio grauius redditur, dum parentũm exempla alliciunt animos filiorum ad ſui imitationẽ. Quaſi ergo Dominus grauitatem oſtendat criminis Synagogæ, ait, *filios eſſe fornicarios, quia mater eorum fornicata fu.* Si enim mater non fuiſſet fornicata, neque filij fortaſſis fuiſſent fornicati.

## *Ad inſtituendos mores.*

*Suſpicionibus quis nõ iudicãdus Bart.*

QVia fornicata eſt mater eorum. Duo hic docemur. Primum, non eſſe temerè iudicandũ de aliquo, aut tantũ ſuſpicione quempiam eſſe dãnandum. Hinc ait, *matrem fornicatam eſſe aperte.* Ac ſi dicat, cognoſco crimen eius. Hinc & Regius Pſaltes. Pſal. 118. Amputa opprobriũ meum, quod ſuſpicatus ſum.



*in 2. col. 2. ff. de exeu.*

*Pſal. 118.*

*Gene. 31.*

Suſpicatus eſt Laban Ge. 31. ꝙ Iacob furatus eſſet deos eius, & falſus eſt. Suſpicabatur Heli 1. Reg. 1. Annã, cũ oraret, eſſe temulentã, & deceptus eſt. Quadrat hæc obſeruatio in Euang. Magdalenæ. Nã Phariſæus dicebat intra ſe, Hic ſi eſſet propheta, ſciret, qualis eſt mulier, quæ tangit eum. Quadrat & in Euangelium de phariſæo, & publicano. Dicit enim Phariſæus, Non ſum velut hic publicanus.

*Nihil turpe dicant vel faciãt parentes corã filiis.*

*Ariſt. 2. Oecono. c. 2.*

*Ierem. 9.*

Alterum eſt, parentes nihil iniquum acturos coram filiis, eorum enim exempla multum concitant filios ad imitationem. Cuius mali exempli rationnem Deo ſunt redditurı, & pœnas daturi. Hinc Ariſt. 2. Oeconom. c. 2. ait, parentes debere exemplum bene viuendi præbere filis, quod ſi negligant, timeant, ne contempti à filiis, quaſi non pene vixerint deſerantur. Eſt inter cetera, quæ adduci poterant, commendandum, cap. 11. lib. 4. Conſtitutionum Apoſtolicarum, à beato Clemente Papa, & martyre æditarũ, vbi in hunc modum alloquitur patres, Patres inſtituite filios veſtros in Domino, educãtes eos in diſciplina, atque præceptis Domini, &c. Hinc Dominus apud Ier. c. 9. Abierunt, inquit, poſt prauitatem cordis ſui, & poſt Baalim, quod didicerunt à patribus ſuis. Ecce ego cibabo populum iſtum abſynthio, & potum dabo eis aquam fellis.

¶ *Confuſa eſt, quæ concepit eos.*

¶ *Confuſam* vocat, ſecundum aliquorũ expoſitionem, ideſt, adulterij criminibus notatam, cuiuſmodi mulieres Romani damnatas appellabant, nimirum quæ adulteriorum multorum publicè conuictæ togam induere in manifeſtũ impudicitiæ ſignũ legibus cogebantur. Rupertus ſimilitudine quadã intendit exponere, quid hac voce *confuſa eſt*, velit Dominus ſignificare. Videlicet, quod quemadmodum confundi ſolet, qui conuincitur, & cauſa cadit in iudicio, non habens, quid contra iudices, ſiue accuſatores poſſit mutare, manifeſto, atque inexcuſabili conuictus crimine, In eundem modũ Synagoga *confuſa eſt.* Ego enim mittens prophetas meos dicebam illis, ſicut & nunc dico, Auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria de medio huberũ ſuorũ, ideſt, ceſſet colere vitulos aureos, & facere ſibi Baal, illa autẽ dixit, & nũc vſq; perſeueranter dicit, Nequaquã, ſed vadã poſt amatores meos. Neque verò ſolũ hoc verbis dicit, verum & factis dicta ſua defendit, eoſdem occidendo prophetas. Vnde & fugitans conquerebatur Helias, Domine altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio,

*3. Re. 19.*

gladio, & ego derelictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. Reliqui omnes expoſitores locum intactum reliquerunt. Exiſtimo tamen, aliam eſſe Spiritus ſancti mẽtem hoc in loco, aliterque eſſe expendendum, quàm prædicti explanarunt. Vatablus, pro *confuſa eſt*, vertit pudefacta eſt. Interlinearis exponit, *confuſa eſt*, id eſt, obſtupuit, verſa eſt in admirationem ſceleris. Verum pro germana huius loci expoſitione, obſeruandum eſt, in ſacris Bibliis is vocatur confuſus, qui in periculo ſpe ſua deſtituitur, & cadit, iuxta illud, Spes credentium non confunditur, id eſt, non ſua ſpe deſtituentur. Vnde egregiè diuus Thomas Rom. 5. expendit illum locum, Spes autem non confundit, id eſt, non deficit. Ille dicitur, à ſpe ſua confundi, qui deficit ab eo, quod ſperat. Sic etiam eſt intelligendus ille locus Eccl. 2. Nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt, id eſt, ſua ſpe deſtituetur. Vnde etiam egregiè Vatablus in Pſalm. 30. exponens illud carmen In te Domine ſperaui, non confundar in æternum, pro confundar, vertit pudefieri, & expendens, ne vnquam pudefiam, ait, Spe ſcilicet mea fruſtratus, ſi non exaudieris me.

*Spes non confundit. Rom. 5.*

*D. Thom.*

*Eccleſ. 2.*

## ¶ *Ad inſtituendos mores.*

C*onfuſa eſt, quæ concepit eos*, Docet hic locus duo. Alterum eſt, quis ſit peccati effectus, nempe rubor, & erubeſcentia. Peccarunt primi parentes, & ſtatim erubuerunt. Vnde Scriptura Gen. 2. ait, ante peccatum fuiſſe nudos, & non erubuiſſe. Erant, inquit, vterque nudus, Adam, & vxor eius, & non erubeſcebant, at quamprimum peccarunt, erubuerunt. Hinc Apoſt Rom. 6. ait, Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Et Ier. 31. ait, Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meũ, confuſus ſum, & erubui. Hinc etiam optime refert Ariſt. 1. Rhet. c. 9. quòd Sapho cuidam Alcæo poetæ Lyrico dicenti, ſe velle aliquid dicere, ſed impediri pudore, reſpondit, Si laudabile eſſet, quod dicere volebas non debes erubeſcere, ſed ideo erubeſcis, quia turpe erat. Quemadmodum poma primum alba ſunt, neque purpurea redduntur, donec veris calor, & ardor ſolis ea impetat. In eundem modum, peccatum, quod arbor eſt poma ferens, hyemis tempore, hoc eſt, dum non ſolis iuſtitiæ radiis afficiuntur, & ardore charitatis, ideſt, quando peccator eſt extra gratiam, quaſi pomum viride,

*Rubor & confuſio pecati indicia præbene.*

*Gene. 2.*

*Rom. 6.*

*Ierem. 31.*

*Simile.*



viride, & candidum eſt, non ſuffunditur rubore: at ſi ardor, & calor charitatis excoquat, rubicundum, & purpureum redditur peccati pomum, quod manducauerat. Hoc gratiſſimum eſt cœleſti Sponſo. Vnde ait, Sicut fragmen mali punici, ita & genæ tuæ, ideſt, ſuffuſa es rubore. Et vnde iſte rubor? Vtique cauſa huius ruboris peccata patrata ſunt, ob hæc erubeſco. Quadrat hæc obſeruatio maximè in duo Euãgelia publicani nẽpe, in ea verba, Nolebat nec audebat oculos ad cœlũ leuare. Quorſum non audebat? Proculdubio, quia erubeſcebat. Quadrat etiam in Euangelium de filio prodigo Luc. 15. in ea verba, Cum adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius, & accurrens miſericordia motus cecidit ſuper collum eius. Omiſſis aliis expoſitionibus doctorum, A longe erat filius prodigus, erubeſcebat enim domum ingredi patris. Vnde accurrit pater, vt introducat domũ. Sic enim cum erubeſcentibus agere ſolemus.

*Cant. 4.*

*Luc. 15.*

Alterum hic implicatum eſt, parentes non debere filiis opes, & diuitias acquirere contra legem Dei. Vera quippe eſt illa ſententia, De rebus male acquiſitis non gaudebit tertius hæres, imo crebro perdunt oleum, & impenſam, nam poſt multos labores, bona temporaria non aſſequuntur. Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea, ait Regius Pſaltes Pſalm. 38. Hinc optime Thob. c. 4. ait, Noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum. Et confuſam hic audimus fuiſſe Synagogam, quoniam filiis ſuis quæſiuit bona ab amatoribus ſuis, hoc eſt, peccatis, & Deum derelinquendo, quamobrem ſua fruſtratur ſpe. Quinimo hæc obſeruatio ad omnes homines extendi poteſt, qui monendi ſunt, ne peccata patrando, quærant diuitias, nempe pauperes expoliando. Et in alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum, ait Dominus, apud Ierem. c. 2. Optime diſpungens Vatablus hunc locum, inquit, In alis, id eſt, ſub veſte tua, *lo que dezimos los biuos, ô brahones, ô peſtanas.* Pauperes enim expoliabantur, & contorquebantur, atque opibus acquiſitis cum ſanguine pauperum, veſtes prætioſas emebant, & faciebant. Quadrat hæc obſeruatio in Euãgelium. 4. f. cinerum, in ea verba. Matth. 6. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. Quãtò magis dicet iis, qui iniquis viis theſauros theſaurizant, peccata cõmittendo? Hi proculdubio confundentur, quemadmodum confuſa eſt Synagoga, &c. Vnde Auguſtinus in Pſal. 72. ait, Impij ſunt, qui præſentium rerum bona à Dæmonibus

*Alludit ad Plautinũ adagiũ, male parta male dilabũtur.*

*Pſal. 38.*

*Thob. 4.*

*Ierem. 2.*

*Aduerſus magnos illos Latrones à laqueo immunesque iactitant nihil eſſe melius aut cõmodius quàm in aqua turbida piſcari.*

nibus quærunt. Quadrat & in Euang. Domi. 4. Quadrag. in ea verba, Suſpiciens in cœlum benedixit, & fregit, Matt. 14 Cur ſuſpicit in cœlum, antequam frangat? Quia bona, ſi de cœlo non ſint, deſpicienda ſunt.

¶ *Quia dixit, Vadam poſt amatores meos, qui dant panem mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.*

¶Concors omnium expoſitorum ſententia, amatores hic appellari idola, deóſque, quos deluſa gentilitas adorabat, nempe Phœbum, Dianam, Bacchum, Mineruam, Mercuriũ, Iouem, reliquoſque id genus, à quibus ſe bona temporaria accipere iudicabant. In hanc eandem amentiam, & inſaniam crebrò lapſus fuerat populus Hebræus, quinimo & deos nouos excogitauit. Nam aſcendens de terra Ægypti, fecit vitulum conflatilem, & adorauit, dicens, Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Adhæc, Ieroboam fecit duos vitulos aureos, ne aſcenderet populus in Ieruſalem, dicens, Ecce dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Sub his autem, quæ hic attexuntur, *Dant panes, & aquas meas, lanam meam, & linum meum*, &c. ait Lyranus, victũ, & veſtitum intelligi, & alia neceſſaria, quæ idolis attribuebant. Theodoretus conſentit cum Lyrano Ait enim, Seruiã idolis, à quibus omnium neceſſariorum abundantia mihi eſt. Rupertus non ſolum neceſſaria hic attexi exiſtimat, verum & ea, quæ ad voluptatem alliciunt. Nam *panes, & aquæ* ſunt neceſſitatis, quia ſine his humanæ naturæ infirmitas non ſubſiſtit. *Oleum* autem, *& potus*, res ſimul, & nomina ſunt voluptatis. Diuus Hieronymus ad allegoriam hæc detorquet omnia, quæ omittimus, quoniam nos explanando tantum literali ſenſui inſudamus, *Qui dant*, inquit, *panes meos*, Poſſet quis, nec ab re, dicere, Cererem hic ſubintelligi, ei enim tribuitur copia ſegetum à Gentibus, quas etiam imitabantur Iudæi, & in numero appoſuit multitudinis, vt diuerſa ſegetum genera hic includantur, ſcilicet tritici, hordei, milij &c. quamuis Vatablus in numero vertit ſingulari, *qui dant mihi panem meum*. Poſſet, & non ineptê, hunc amatorem *dantem panem* intelligere quiſpiam, eſſe lunam, cui tribuebatur fructuum abundantia, iuxta illud Maronis poetæ, Vos ô clariſſima mundi lumina labentem cœlo, quæ ducitis annum Liber, & alma Ceres. Et quoniam eadem luna ſecundum eos præerat fontibus, dum ait: *Vadam poſt amatores meos,*

*Exo. 32.*

*Exo. 32.*

3.Re.12.

*Panis & aqua Eccleſiaſtico docẽte ad vitæ neceſſitatem ſpectant.*

*Lana vero & linum ad vitæ delicias.*

*Virg. li. 1. Georgi.*

*Macrob⁹ & Seruius hoc loco hæc numina duo non diſtinguunt ſed Liberũ pro ſole Cererẽ pro luna capiunt.*

*qui*



*qui dant mihi panes, meos, & aquas meas*, intelligit Dominus, populum Iſrael adoraſſe, & coluiſſe, ceu verum Deum, lunam, eique attribuiſſe & frugum copiam, & imbrium abundantiam, Per *amatorem* vero *dantem oleum*, Mineruam Deam intelligit, hæc enim iudicabatur à Gentibus *olei* adinuentrix. *Amator* etiam dans *lanam*, lunam intelligit eius enim virtute, vellera pecudum augeri credebant antiqui. *Potum* dans, eſt Bacchus, ſiue ſol. Ac ſi apertius dicat, Sequar amatores meos, Solem nempe, & lunam, veneremque, atque alia aſtra ab his enim accipio non ſolum neceſſaria ad vitam, verùm. & quæ hominem voluptate perfundunt. Eſt etiam obſeruandum, cur *amatores* vocet lunam, & venerem, cum generis ſint fœminini, non maſculini, potius debuiſſet dicere, Sequar amatrices meas, quàm *amatores*. Reſpondemus, eas res, quæ neque mares neque fœminæ propriè ſunt, indiſcreti generis eſſe apud antiquos. Vnde & apud Hebræos, luna duo ſortitur nomina, alterũ maſculinũ, Iareah, alterum fœminum, lebana, quinimo Gentes diis ſuis, non alterum tantum ſexum tribuebant, ſed vtrumque. Venerẽ enim, interdũ marẽ, interdum fœminâm effingebant, atque etiam ipſum Iouem. Vnde Apuleius libr, de Mundo ait, Iupiter & mas eſt, & neſcia fœmina mortis.

*Olea Mineruæ inuentum.*

*Vtrumq; ſexum antiqui tribuebant ſuis Diis.*

Eſt præterea ad exactam huius loci intelligentiam obſeruandum, iuxta Hebrꝣorum phraſim, per *panem* non ſolum intelligi fruges, & ſegetes, verum & omnem cibum, annonã, & alimentum, atque tunc maxime, cum iuncta ſunt *panis* & *aqua*, alias non itidem. Vnde apud Iſaiam. cap. 3. dicitur, Auferet Dominus omne robur panis, & omne robur aquæ id eſt, omnem vim cibi, & potus. Carebunt potu, & cibo, quibus obſeſſi, videntur robur habere. Sic & cum dixit propheta Eliſæus. 4. Reg. 6. Pone panem, & aquam coram eis vt comedant, & bibant. Et ſequitur, Appoſitáque eſt eis ciborum magna præparatio. Sic etiam inuenietis Gen. 18. Dixit Abrahã, Ponam buceliam panis, & confortetur cor veſtrum, atque vtique non ſolum appoſuit panem, ſed cucurrit ad armentum, & tulit vitulum tenerrimum, & optimum. Sic etiam eſt intelligendus locus, Luc. 14. Cum intraſſet Ieſus domum cuiuſdam principis Phariſæorum, Sabbatho manducare panem, ideſt, accipere cibũ. Non enim ſolum inuitauerat Chriſtum ad ſumptionem panis Phariſæus. Vnde perperã philoſophantur, qui ex hoc loco Euangelij conuiuia carpunt, & ad parcitatẽ hortantur, quia Chriſtus in conuiuio Phariſæi

*Iſa. 3.*

*4. Re. 6.*

*Gene. 18.*

*Luc. 14.*

tantum

*Auguſt.*

*Panis appellatione omnia ad victũ neceſſaria continentur.*

*Miſnaioth.*

tantũ panem comederit, & ad panem tantum fuerit inuitatus. Confirmat hoc D. Aug. lib. 1. locutionis de Gen. nu. 138. vbi ait, Per panẽ vtique omnia intelligi voluit ad victũ eius pertinentia. Vnde pro quotidiano victu panis ſolus poſitus intelligitur in oratione Dominica. Vno ergo verbo ſignificantur hoc loquendi tropo, *dant mihi panes meos, & aquas meas,* omnia ad victum neceſſaria. Sequenti vero, *lanam, & linum meum,* vt egregie Vatablus notat, Veſtes laneæ, & lineæ. Ac ſi dicat apertius, Quæ ad veſtitum ſunt neceſſaria. Per *potum* autem non ſolum intelligitur vinum, ſed omnia pocula, ſiue ex pomis, ſiue ex hordeo, vel quacunque alia re. Conficiebant enim Hebræi, vt tradit Miſnaioth, de decimis, potum ex multis rebus, nempe frumento, piris, malis punicis, cornis, meſpilis, moris, aliiſque tum herbis, tum fructibus, quæ omnia quamuis non vini nomen ſortiantur, ſicera tamen, & potus in ſacris Bibliis dicuntur. Iiſdem vero rebus maxime præeſſe Sol credebatur, quòd varia caloris, & ſiccitatis efficientia res omnes ad temperatam naturæ perfectionẽ perducat. Vnde & rerum omnium dictus eſt auctor, & variis nominibus pro varia virtute appellatus. Ideo enim Apollo, Mercurius, Mars, &c. dictus eſt. Cum itaque inquit, *Sequar amatorem, qui dat mihi potum,* Solem intelligit, illi enim attribuebant fructuum vbertatem. Vnde & apud Ierem. dicebant, Sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina, ſicut fecimus & nos, & patres noſtri, & ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus. Ex eo autem tempore, quo ceſſauimus, ſacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame conſumpti ſumus.

*Ierem.*

Obſeruandum etiam eſt, verbum, *Vadam*, emphaſim habere, & ſignificare, quod ſecutura ſit ſuos amatores, quocunque & quacunque iuſſerint, licet difficilia præcipiant, & per præcipitia duxerint.

Adhuc obſeruandum, pronomen *meum*, dum inquit, *dant mihi panes meos, & aquas meas,* emphaſim etiam habere, & ſignificari, harum rerum copiam ita dari ab amatoribus, vt poſſit illis liberè, & pro voluntate, & voluptate vti.

* *

*





## *Ad morum compoſitionem.*

QVia dixit, *Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi,* &c. Trifariam peccabat Synagoga in his verbis. Primò, quod iniquis viis quærebat bona tẽporalia, nempe Deum derelinquendo, vti diximus. Secundò, quia non ſolum volebat neceſſaria ad victum, & veſtitum, verum etiam & abudantiam eorum. Ita enim expendit diuus Hieronymus dicens ſuper hunc locum, *Vadam poſt amatores meos,* qui mihi omnium rerum abundantiam præbuerunt. Vtique peruerſa Synagoga non aduertebat, quot, quantaque mala pariat bonorum abũdãtia. Vnde bene Salomõ petit Pro. 30. Diuitias ne dederis mihi, ne forte ſatiatus illiciar ad negãdum, & dicam, Quis eſt Dominus? Optimè inquiunt diuus Hieronymus, & Auguſt. ſermone 40. ad fratres in heremo, Diabolus per bonorũ abundantiam concidit. Legite hunc citatum locũ Auguſtini vbi multos attexit, qui ob abundantiam corruerãt. Egregiè, inquit Apoſtolus, 2. Cor. 8. eſſe opes ſimiles mannæ deſerti, quòd eius ſuperabũdantia generabat vermes, ita & diuitiæ multæ generant conſcientiæ vermes. Ex æqualitate in præſenti tempore, veſtra abundantia illorũ inopiam ſuppleat, vt fiat æqualitas ſicut ſcriptum eſt, Qui multum habuit, non abundauit, & qui modicum non minorauit, quod proculdubio dicit de manna. Ac ſi apertius dicat, Abundantia diuitiarũ generat vermes vtiq; conſcientiæ. Quemadmodum muſca accedens ad mel ſi ſe totam non immittit in illud, ſed tãtum ore attingens, neceſſarium ſumit, tutè abſcedit, & alio aduolat, ſin autem ſe totam ingurgitat in mel, inuiſcata in eo, volare non poteſt, ſed perit, Sic homo ſi ex diuitiis ea tantum ſumit, quę neceſſaria ſunt, vt poſſit honeſte vitam degere, poteſt eripi, & volare ad cœlum, ſin autem cupiditatis, & auaritiæ ſtimulis agitatus, ſe totum in diuitias immergit, colligatus illis perit. Quadrat in Euangelium de Omnibus Sanctis in ea verba, Beati pauperes ſpiritu. Tertiò, errabat Synagoga, dum bonis temporariis vti volebat, non tanquã miniſtra, & diſpenſatrix. Propterea enim vocat, & ait, *Panes meos, aquas meas, lanam meam, & linum meum,* &c. pronomen enim *meus* emphaſim habet, errabat tamen. Tantum enim diſpenſatores ſumus, non domini bonorum.

*Prou. 30.*

*Hiero. & Auguſt.*

*2. Cor. 8.*

*Simile*

*Simile.*

*Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Prou. 16.*

¶ *Propter hoc ecce, ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam materia, & ſemitas ſuas non inueniet.*

*De Plethora & Cacochimia vide Galenũ lib. 13. the. meth. cap. 15.*

Optimi, atque diligentiſſimi medici munere fungitur Deus, quũ homines peccatis irretitos ob abundantiã rerũ penuria afficit, vt morbo liberet. Ea .n. mala quæ ex abundãtia naſcũtur, difficillimę ſunt curationis neq; alia re melius, quàm ſubductione ſanantur Huiuſmodi morbos medici Plethorias, ſiue repletiones vocãt. Quanta itaque ſit Dei miſericordia, hic maxime ſplendet, quòd grauiſſime offenſus: tamen non perdere, ſed conuertere ad meliorem mentẽ vult Synagogam. Vndè egregiè inquit Theodoretus, Hæc ſane vltio, miſericordiæ plena eſt, quæ laborat, vt impietatem ceſſare faciat. Et quo pacto huius populi impietatem emollire contendit proculdubio maximam illam bonorum copiam, quibus ille populus affluebat, ſubtrahendo, ita vt fame, & aliarum rerum penuria laborent. Sed ſingula verba expendamus. *Propter hoc*, inquit, Rationem reddit, ob quam ſit Dñs populum puniturus. Non enim ſine cauſa ſpectat, aut punit, quod maxime obſeruandum eſt. Peccatores enim, & imperfectos homines ſic Deus ſolet punire, vt culpa pręcedat ſupplicium. Secus autem agit cum viris iuſtis, & perfectis, quos etiam citra culpam ſolet flagellare, vt Iob, Tobiam, Loth.

*Nota quod præfatũ aduerbiũ illud Ecce, in criſptura aliquid ſemper magni ſubſequitur.*

*Ecce ego*. In hoc aduerbio *ecce*, multũ ſemper momenti eſt, & rem notatu dignam, noſtris oculis ſubiici ſignificat vt tradit tota ferme turba theo logorum. Sic adnotant in illum locum Matth. Ecce magi ab oriente venerunt. Ac rurſum, Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Verum aliud hic olfacio. Bifariam Hebræi expendere ſolent hoc aduerbium *Ecce*. Primò, pro vtique vel ſane, quod frequentiſſimum eſt apud Hebræos, vt Gene. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram. Ecce pro ſane, vel vtique. Sic & in præſentiarũ, *Ecce ego ſepiam, ecce*, id eſt vtique. Ac ſi dicat, Abſque dubio ſepiã. Quod aduerbiũ additũ eſt ad maiorẽ certitudinẽ, ne iudicaret Synagoga, verba hæc tantũ eſſe comminatoria, Aliquando etiam aduerbiũ *ecce* modũ aperit loquendi Hebreæorũ, quo ſignificatur iamiam, vel cito vt Gen. 6. Ecce ego adducam, aquas diluuij, ecce eſt iam vel cito, adducam Sic & in hoc loco, *Ecce ego ſepiam*, id eſt, iamiam, vel cito ſepiam, quod maiorem incutit timorem. Imminentia enim pericula magis mouent, quam quæ remota ſunt, & procul. *Sepiam viam tuam*. *Via* in Scriptura dicitur, quicquid agimus, conuerſamur, & viuimus, omnia deniq; quibus ſtudemus ſiue bona, ſiue mala. Sic apud Iere. 2. pro vitæ ratione capitur, hinc via peccatorũ, mores eorũ ſuur, & inſtituta, negotia, incœpta opera, in quibus quaſi

*Matt. 21.* *Lucæ. 7.* *Geneſ. 1.* *Geneſ. 6.* *Ierem. 2.*



quaſi via gradientes verſantur. Metaphora eſt, qua non ſolũ ratio certa viuẽdi, aut negotij gerundi, aut ſucceſſus, ſed & rerũ quarumlibet conditio, & affectus ſignificatur. Sic Ierem. 13. Quare via impiorũ proſperatur? Id eſt, inſtitutum eorũ, vel placitum eorum obuenit illis. Vnde quod Hebræi vertunt. Pſal. 10. pro exacerbauit Dñm peccator, inſtituta eius cruciatũ afferunt, Chaldęus para phraſtes vertit, Viæ eius proſperantur. Sic ergo iuxta hanc obſeruationem eſt locus hic diſpungẽdus, *Sepiam viam tuam*, ideſt, oĩa negotia tua, opera, & inſtituta. Et quo ſepiet? Spinis. Si quis alteriꝰ iter impedire cogitet nullã neq; promptiorem, neq; magis certam viam inueniet, quàm ſi vias diſſipet, quod plenius fieri ſolet macerie atque aggere extructo, & ſentibꝰ, ſpiníſq; inductis, iuxta illud Thren. 3. Circũ ædificauit aduerſum me, vt nõ egrediar, cõcluſit vias meas lapidibus quadratis, ſemitas meas ſubuertit. Spinas autẽ hic vſurpat pro impedimẽto quouis, & pro omni votorũ difficultate ſecundum aliquos. Lyranus per *viam* hic videtur accipere, vias quibus tẽditur Ieruſalẽ ſpinas autẽ ait eſſe gladios Chaldæorũ obſidẽtium Jeruſalem, quibus gladiis erant interficiẽdi Hebræi. Gloſſa, *vias* actiones eſſe, ait, *Spinas*, punctionẽ dolorũ. Ac ſi apertius dicat, *Sepiã viã tuã*, ideſt, actiones tuas duris laboribus implicabo, & ponã obſtaculum, ne ad hoc quod vis, peruenias. Exiſtimo tamen hic aliud latere, quod & ex præcedentibus, & ſequẽtibus colligimus. Dixerat itaque Synagoga, *Sequar amatores meos*: ne poſſit ſequi eoſdem amatores quid facit Deꝰ? Decernit, deſtruere vias, per quas erat ſecutura. Quæ ſunt hę vie: Duplices, ſiue duæ ſunt. Altera eſt, qua inſequebãtur veſtigia Gentiũ, illis adhęrendo, & ſequẽdo. Altera eſt oblatio incenſi, & libaminũ, aliáq; quibus profitebatur, deos illos Gentiũ veros eſſe deos. Hę proculdubio videntur *viæ* quibus Synagoga ſequi volebat amatores, ſuos, quáſq; Deus occludere vult ſpinis, ne ſequi poſſit Et quoniam huiuſcemodi ſacrificia oblatione fiebant rerũ tẽporalium, elegãter ſignificat ſub his verbis, *Sepiam viam tuã ſpinis*, ſe ſubducturũ ab ea bona tẽporaria, & re dacturum ad pænuriã, & inopiã, neq; ſolũ hoc verum & multis calamitatibus eandem oppreſſurum, quod ſignificat ſub nomine ſpinarum. Eſt verũtamẽ inquirendũ, Cui calamitates, & anxietudines, quibus ille populus erat premẽdus, vocet *ſpinas*, magis quã calamitates, non enim ab re vtitur ſpiritus ille ſupernus hoc loquendi tropo. Reſpondeat nobis diuus Gregorius libro 22. Moralium cap.

*Tribulationibus peccantium vias Dominus ſepiet peſte, fame, languore, vt modum elabẽdi ab his malis quærant, ſed minime inueniant.*

17 ſtatim in principio capitis expendens hæc verba Iob,
[*Gregor.*] Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina,
ibi quærẽs diſcrimẽ inter tribulũ, & ſpinã, ait, Quãuis vtrũ-
que pungat, & tribulus, & ſpina, tribulus, mollior eſt, &
ad pungendum ſemper durior ſpina. *Spinas* ergo hic vocat
calamitatũ ingẽtem duritiã, & acerbitatẽ maximã laborum.
Ac ſi apertius dicat, Non erit tribulationũ acerbitas, quęcun
que, ſed erit maxima. Neq; inquit, *Sepiam viam tuã* ſpina, ſed
*ſpinis*, vt multitudinẽ pungentiũ dolorũ detegeret, qua ple-
ctẽda erat Synagoga, quæ omnia eò tendunt vt maior ter-
ror incutiatur huic populo, & ſaltem ob dolorũ, tum aug-
mentum, tum multitudinem reſipiſcat.

*Et ſepiam eam macerie, & ſemitas ſuas non inueniet.* Bifariam po
teſt hic locus diſpungi, primo referendo pronomen *eam* ad
viam. Ac ſi dicat, Non ſolum ſepiam aggere ſpinarum, ſed
etiam maceria quadam, ne poſſit ſequi amatores. Solent e-
nim homines, licet cum difficultate, ſubuertere congeriem
ſpinarum, & tranſire quò volunt. Addit ergo incrementum
*maceria*, & ſignificat, quod nullo modo poſſit ſequi amatores
ſuos Synagoga. Huic expoſitioni fauet Septuaginta tranſ-
latio, quę ſic habet, Et obſtruam viam illius. Secundò, poſſu
mus ſic diſpungere, *Sepiam eam maceriam*, referendo *eam* ad Sy
nagogam. Et ita videtur intelligere Gloſſa Interlinearis. Ait
enim, Ne poſſis ire, quò volebas. Cui expoſitioni fauet Vata
blus. Ait quippe, Vt ita non poſſit egredi, nec exire, quò ve-
[*Pſal. 24.*] lit. Eſt etiam obſeruanda perſonæ mutatio, dum ait, *Sepiam
viam tuam ſpinis*, quaſi cum ea loquatur. Deinde quaſi ad alios
vertat ſermonẽ, ait, *Et ſepiam eam macerie.* Qua loquendi for-
ma affectus ingens Dei loquentis detegitur, quo pectoris
iram aperit, qui loquendi tropus frequentiſſimus eſt in ſa-
cris Bibliis. Addit *ſemitas ſuas* ſecundũ aliquos, quaſi expoſi-
tione repetat, quid dicat viam. Qua in figura diuinus ſer-
[*Gre. 16. Moral. c. 24.*] mo frequẽs eſſe ſolet, Vt, Vias tuas Domine demonſtra mi-
hi, & ſemitas tuas edoce me. Lyranus *ſemitas* exponit, id eſt
vias, per quas poſſit effugere. Cum quo Vatablus conſentire
videtur. Hic tamen aliud latere ſuſpicor. Pro cuius intelli-
gentia obſeruandum ex diuo Gregor. lib. 16. Moral. c. 24. ex
[*Remigius Caſſiod.*] pendente hæc verba, Neſcierunt vias eius, nec reuerſi ſunt
per ſemitas illius, quod anguſtior eſt ſemita, quàm via. Vn-
de optime diuus Remigius, & Caſſiodorus diſpungentes il-
lud carmen Pſalmi. 24. Vias tuas Domine demonſtra mihi
& ſemitas tuas edoce me dicunt, inter vias, & ſemitas non
parua



parua diſtantia eſt. Vias enim dicimus, quas cõmeantium ge
neraliter licentia peruagantur, quæ dictæ ſunt à vehendo
Semitæ vero ſunt, quæ anguſto calle diriguntur, neque vul-
go notæ ſunt, ſed occultis itineribus ambulãtur. Dicta eſt
enim ſemita, quaſi ſemiuia. *Semitas* ergo, ex dictis colliges,
vocari à Domino latentia itinera nota tantum Hebræis, pa-
rúmque trita, per quæ poſſent effugere hoſtium manus, &
has ſepiendas eſſe ait ab hoſtibus, ne elabi poſſint. Vel ſic
poſſumus diſpũgere, *Semitas ſuas nõ inueniet.* Apertum eſt, ſe-
mitas eſſe breuiores, & compẽdioſiores, & quoniam ille po
pulus ſequens deos Gentium, iudicabat breuius, & facilius [*Math. 6.*]
cõſeq bona tẽporalia, adorãdo Idola quã adorãdo verũ Deũ
Dñs *ſemitas* vocat vias, quibus deos illos ſequebantur, quas
ait, eſſe deſtruendas, ne facilè adiſpicãtur bona, ob quę ſe-
quebantur eoſdem deos alienos. Si enim rem oculatius in- [*Et, in ſcrip*
ſpiciamus nulla eſt longior, & prolixior via ad acquirẽda bo *tura ſæpius*
na temporalia, quàm, relicto Deo vero, peccatis conari, ha- *ponitur*
bere eorũdem bonorum copiam. Nam vel non poterit ho- *pro vt.*]
mo adipiſci, vel iam quod adipſcatur, cito amittet. Vnde Aſ- [*Gene. 20.*]
ſertor noſter ait, Quærite primum regnum Dei, & hæc om-
nia adiicientur vobis. Verũ quia Vatablus vertit, *Sepiam eam
maceria, vt ſemitas ſuas non inueniat*, diſpungendum eſt, quęnam
hæc fuerit mutatio vt pro coiũctione *&* poſuerit *vt*. Vulga- [*Pſal. 5.*]
ta enim ſic habet: *Et ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inue-
niet.* Et opinor, acutè tetigiſſe, quo pacto ſit hic locus intelli-
gendus. Pro cuius intelligentia obſeruandum eſt, in ſacris [*1. Petri.*]
bibliis poni coniunctionem *&* ſæpe pro coniunctione *vt.*
Vt apud Gen. 20. Orabit pro te, & viues. *Et* pro *vt* viuas. Et
Pſal. 5, Secũdum multitudinem iniquitatum eorum expelle [*Hebreæ. 12*]
eos quoniam irritauerunt te & lætentur omnes qui ſperant
in te. Et pro, vt poſuit. Item 1. Petri. 5. Forma facti gregis ex
animo & cum apparuerit princeps paſtorũ, Et pro, vt apparue [*Marcĩ 9.*]
rit. Ad Heb. 12. etiã ait Paulus Multò magis obtẽperabimus
patri ſpirituum, & viuemus pro, vt viuamus. Sic etiã Marci
9. Omnis enim hoſtia igne ſalietur, & oĩs victima ſale ſalie-
tur, Et, ponitur pro vt, vel quemadmodũ, Ac ſi dicat, Quem-
admodum hoſtia abſque ſale illegitima erat, ſic ſine igne, id
eſt, tribulatione, nullus eſt Deo acceptus.

### *Ad morum compoſitionem.*

PRopter hoc ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam ma
*ceria, & ſemitas ſuas non inueniet.* Tria hic obſeruanda ſunt.
Primum, Ecce quo pacto ait cum peccatoribus punien-

dis,prius eorum proponit culpam,& crimen,quàm pœnam, & ſuppliciũ.Erant enim imperfecti,& indigni tanto beneficio,vt citra culpam flagella paterentur.Vera quippe eſt illa ſententia Diui Auguſt.lib.33.quæſt.quòd omnis tribulatio aut pœna impiorum eſt,aut exercitatio iuſtorum.Ac rurſum epiſtola,80.inquit.Auferuntur iſta bona temporaria bonis, vt probẽtur,malis autẽ,vt crucientur.Quemadmodũ nõ audes vitreum vas proiicere, quia agnoſcis frangendum, ſed cautè manibus portas,niſi fortaſſis frangere prudenter vis, quia continuit,vel habuit venenum,aut fœtorem, Sic Deus peccatores homines,& imperfectos,non proiicit è manibus velut frangendos calamitatibus,niſi cum pleni ſunt veneno peccati, iuſti vero ſunt vaſa aurea,quæ licet proiiciantur,nõ franguntur,*ſon vaſos de prueua*,& ideo crebro permittit Deus concui tribulationibus viros iuſtos. In magna domo non non ſolum ſunt vaſa aurea ait Apoſtolus,& argentea ſed & lignea,& fictilia,& quædam quidem in honorem quædam autem in contumeliam.Oportet ergo diſcernere, cũ pœnæ adhibentur,neq; facilè,& temerè ſunt homines obiurgationibus diſcutiendi,ſed prius eorum virtus ad ferẽdum penſanda eſt.Imperfecti enim facilè ſuccumbunt tribulatione; perfecti non itẽ.Quadrat hęc obſeruatio in Euangeliũ omniũ Sanctorum,in ea verba,Beati eritis, cum maledixerint vobis homines,& perſecuti vos fuerint,mentientes propter me.Mentientes,inquit,ideſt,citra culpam veſtrã. Quadrat& in Euangeliũ cæci nati,in ea verba,Neq; hic peccauit, neq; parentes eius ſed vt manifeſtẽtur opera Dei.Quadrat etiam in Euangelium mulieris adulteræ,in ea verba,Vade,& iam amplius noli peccare.Ac ſi dicat,Ob peccata tua hanc paſſa es calamitatem, & opprobrium. Caue ergo ne ob peccata tua deterius patiaris.

*Auguſt. tom.4.li. 33.quæſt.* *Simile.* *Probata vaſa iuſti ſunt quãdũ premũtur proſiciunt.* *2.Timo.2* *Principiis obſta ſero medicina paratur*

Secundò docet hic locus,non eſſe ſupplicium differendũ ſi crimẽ grauè ſit,quale erat hoc crimẽ Synagogę,ſed ſtatim adhibendam eſſe medicinam.Hoc ſignificauit Deus aduerbio demonſtrandi,*Ecce*,ideſt, iamiam, vel cito. Ante languorem adhibe medicinã,ait Sapiens,id eſt antequam morbus,nimis creſcat.Et 2.Machab.6. Etenim multo tempore non ſine peccatoribus ex ſententia agere,ſed ſtatim vltiones ahibere,magni beneficij eſt iudicium.Et Pſal.77.& Nu. 11.Adhuc eſcę eorum erant in ore ipſorum,& ira Dei aſcendit ſuper eos, & occidit pingues eorum. Quèmadmodum igni deuaſtanti ſyluam,ne tota comburatur, oportet aquam adhibere,Ita & peccato patrato,ne totum hominem perdat adhibenda eſt correctio,Quadrat in Euãgelium dẽ Transfiguratione, in ea verba,Adhuc eo loquente,ecce nubes lucida obumbrauit eos.Peccauerat Petrus dicens, bonum eſt nos hic eſſe, ſtatim adhibetur ſupplicium, priuantur enim transfigurationis gloria.Quadrat & in Euangelium de Dominico agone,in ea verba,Statim gallus cantauit, & Petrus egreſſus foras fleuit amare.Non enim diu paſſus eſt Chriſtus,Petrum permanere in peccato.

*Cum mala per longas inualuere moras.* *Eccle.18.* *Mach.6.* *Pſal.76.* *Num.11.* *Simile*



*Matt.17.*

Tertiò,docet hic locus,non ſatis eſſe verba comminatoria ad reuocandum homines à peccato,ſed oportere,adibere flagella.Hinc ait,*Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis.* *Ecce*, id eſt, vtique,vel ſane.Quod attendant reipublicæ gubernatores. Neceſſum enim eſt, non ſolũ minis agere cum ſibi ſubiectis,ſed eos certiores facere,quòd ſupplicia ſubibunt.Quadrat in Euangelia comminatoria,in quibus ponitur,Amen, quod ſignum eſt certitudinis,vt Matth.24.Non relinquetur hic lapis ſuper lapidem; eſt Dominica vltima poſt Pentecoſt.

*A uerbis ad verbera progrediendum eſt in reuocatione peccatorum.*

Quartò,docet,non decere ſuperiores,nimium eſſe crudeles,& ſanguinis exactores,ſiquidem Deus puniturus quaſi iuramento vtitur:vt credamus,abſque dubio puniturum, & non adderet.*Ecce*,id eſt,vtique vel ſane, ſi ſemper puniret. Verũ quia præſtabilis eſt ſuper malitia noſtra,vt credamus, vindictam ſumpturum,inquit, *Ecce ego ſepiam.*

Quintò docet contraria contrariis eſſe curanda.Peccabat populus abundantia,immittit illis penuriam.Sic Matth.20. reges,inquit,Gentium dominantur eorum, vos autem non ſic,ſed qui maior eſt inter vos,ſit miniſter veſter,quia in elatione peccauerant diſcipuli in humilitatem eos deiicit.

*Galenus in libro de conſtitutione artis.*

Sextò,Ecce quid efficiunt in homine peccata, nempe illũ dignum reddunt,vt nihil illi ſuccedat pro votis.*Sepiam viam tuam ſpinis*,id eſt,actiones tuas duris laboribus implicabo. Hinc Ieremiæ 32.ait Dominus,Si dimicaueritis aduerſum Chaldæos, nihil proſperum habetis. Certè nihil infœliciorem hominem reddit, quàm peccatum. Experimento didici,cum nonnulla mihi obuenirent votis contraria, cauſam eſſe,quòd Deo meo non adhæſiſſem. Audi etiam, quid dicat Samuel Sauli dicenti, Coarctor nimis ſiquidem Philiſthiim pugnat contra me, & Deus receſſit à me.Quid me interrogas, cum Dominus diſceſſerit à te? Atque Cain,

*Ierem.32.* *Votorum rarius compotes ſimus in peccatis irretiti.* *1.Reg.28.*

Ecce eiicis me à facie tua. Omnis ergo, qui inuenerit, me, interficiet me nullus enim ſeuerior hoſtis, quàm Deus offenſus. Quadrat in Euangelium Ioan. 5. de homine exiſtente in piſcina in ea verba, Ecce ſanus factus es, noli peccare, ne deterius, tibi contingat.

*Gene. 10.*

¶ *Et ſemitas ſuas non inueniet.*

Septimò, obſerua, quid, dicat, nempe *ſemitas ſuas non inueniet* Et quid *ſemita* eſt? Via breuior, qua citius tendimus, quò cupimus. Ea eſt certe hominum conditio vt exiſtiment, citius ſe conſecuturos, quod deſiderant peccata patrando. Quærit quis honorem? Longiſſimam viam iudicat ad ilium tendere, Domino Deo ſuo inſeruiendo, imo deſperat, ſe hac via adepturum. Inhiat congerendis opibus vſuris, & fraudibus credit, hoc obtinẽdum breuius. Fallitur tamẽ ſolet enim Deus has *ſemitas* deſtruere, ne impetret miſer homo, quid cupit. Nulla ergo via breuior ad aſſequendum, quod optamus, quàm nihil facere, aut committere, quo Deum offendamus, Satis enim breuiter, ſi ſat iuſtê, & contra, Satis longe, ſi iniuſte quid quærimus.

¶ *Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet.*

Conueniunt Lyranus, & Diuus Hieronymus, & Interlinearis, *amatores* iſtos Ieruſalem, & gentis Iudeæ eſſe Aſſyrios, Chaldæos, & Ægyptios, cæteraſque nationes cum quarũ idolis fornicata eſt, à quibus bellorum tempore, & prementibus malis, fruſtra ſperauit auxilium. Vatablus tamen, & nõ nulli opinantur, *amatores* iſtos eſſe idola quorum ope non fruetur Sygnagoga in periculis conſtituta. Videntur ſententiam Vatabli comprobare verba iam appoſita, ſcilicet, Vadã poſt amatores meos, qui amatores proculdubio, vt ibi diximus, idola ſunt. Ergo & in hoc loco rationi videtur conſentaneum eſſe eadem idola intelligenda per *amatores*, ſiquidem non varia, ſed eadem vox eſt appoſita, Video, non conuincere rationem. Poteſt enim reſponderi, factam eſſe perſonarum mutationem, & ſupra fieri idolorum mentionẽ, hic autẽ per *amatores*, exterarũ nationũ. Fateor, mihi magis arridere Vatabli ſententiã, quãuis & alia non ſit omnino reiicienda, ob D. Hieronymi autoritatẽ. Sed ſingula expendamus verba. *Et ſequetur*, inquit. Septuagita vertũt, Et perſequetur, Varabl⁹, Et anxiè inſequetur. Ex dictis colligitur, verbũ hic appoſitum,

*Sequetur*



*Sequetur*, emphaſim habere, & ſignificare non vulgarem, & ſimplicem loquendi modum, ſed implicare anxietudinem in actu ſequendi. Et quid ſequetur cum amaritudine? *Amatores ſuos*, ſiue dicamus, eſſe idola, ſiue Chaldæos. *Et non apprehendet eos*, hoc eſt, ad hoc vt ferant auxilium, ſed ab eis captiuabitur, vt Interlinearis exponit. Vel *non apprehendet*, id eſt, aſſequetur, vt exponit Vatablus, apertiùs, Non fruetur ope ſuorum amatorum. Venuſtiſſimum proculdubio loquendi genus, quod ſimilitudine melius percipiemus. Quemadmodum qui vmbram ſuam nititur comprehendere, id efficere non poteſt, ſed quo celerior inſequitur illam, ea magis videtur aufugere, Sic & Synagoga obnixè inſequetur deos: non tamen ei ferent opem. *Et quæret eos*, ſibi videlicet propitios, quando videbit ſe omni ope deſtitutam, *& non inueniet*, opem ſcilicet. Ita expendunt Lyranus, & Vatablus. Melius tamen ſic expendemus. *Et quæret eos*, velut amatores, quorum munus eſt, ſubuenire amico in tribulatione conſtituto. Vnde Ariſt. ait, 8. Ethicorum c. 1. amicos vnicum confugium haberi in calamitatibus. *Et non inueniet*, eos ſcilicet amatores, vel amicos. Sermo enim hic formaliter eſt accipiendus, & pronomen *eos* ſecundum formale ſignificatum refert amatores, non pro materiali ſignificato vt verbis vtar dialecticorum. Vnde cum Dominus ait, *Non apprehendet eos*, non eſt neceſſum ſubintelligere propitios, aut aliquid aliud, nempe, vt ferant opem, ſed vox eſt, vt diximus, referenda ad amatores. Sic enim dicimus, Non inueni eum amicum, aut amatorem, id eſt, non tulit opem, vt decebat, amicum ferre. *Amatores* autem vocat Deus idola, ſiue Chaldæos ironicè, licet melius homines intelligeremus, quaſi irrideat Synagogam, quòd cum tam infidis amicis inierit fœdus amicitiæ, quemadmodum & apud Geneſim, Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt. Per ironiam Deus irridet Adamum, vocans, quaſi vnum ex nobis.

*Simile.*

*Non inuenient auxiliũ ab Idolis, quæ nec oculos habent neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.*

*Ariſt. 8. Ethi. c. 8.*

Gene. 5.

¶ *Et dicet, vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc, magis quàm nunc.*

Sunt, qui intelligant hæc verba de *reuerſione* Synagogæ *ad virum priorem*, id eſt, verum Deum, ſic eſſe accipienda, vt non reliquerit idolorum cultum, ſed vna cum illis, adorauerit verum Deum, exiſtimabat enim, à pluribus diis certius fore, & maius ſibi auxilium. Non placet hæc explanatio. Nam, vt colligitur ex diuo Hieronymo, ceteriſq; expoſitorib. de vera reuerſione ad Deum videtur eſſe ſermo, quæ quidem reuerſio

*Pulchrè Propheta deſcribit mutãtem Iſraelis animũ qui affectus ergà Idola nõ vult ab eis diſuelli, et caſtigatus cupit reuerti ad Dominũ.*

P 5

uerſio vera non eſſet, ſi in errore idololatriæ permanere voluiſſet. Vnde Diuus Hieronymus illud filij prodigi ſubiungit, hæc verba expendens, aitque, Dicas illud de Euangelio, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: At qui proculdubio reuerſio filij prodigi vera fuit, & nullum cum tranſacta vita peccatis irretita habens commercium. Sed ſingula verba expendamus. *Et dicet.* Solus Vatablus vertit, pro *& dicet*, Tum dicet. Et certè acute tetigit, quam in hoc loco habeat ſignificationem coniunctio *&*, quæ non ſemper fungitur coniunctionis munere, ſed aliquando ponitur pro aduerbio tum, & ita accipienda eſt in hoc loco, vt ſignificauit Vatablus. In eundem modum Luc. 2. eſt exponenda, aut accipienda coniunctio *&* pro tùm, in eo loco; Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo, & ipſe, id eſt, tum ipſe accepit eum in vlnas ſuas. Item Marci 6. Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum, renuntiauerunt ei omnia, & conuenientes, Et poſuit, pro tum conuenientes. *Et dicet*, pro tum dicet. Quando dicet? Tum ingruente incommodorum, & calamitatum turbine, quod certè maximè obſeruatione dignum eſt.

*Luc. 2.*

*Marci. 6.*

*Vadam, & reuertar.* Aberat ergo à Deo. Peccatum enim homines ducit in regiones, & oras remotas à Deo. Ecce qui ſe elongant à te, peribunt, ait Regius Pſaltes. Neque re vlla magis homo elongatur à Deo, quam peccato. Vnde egregiè Diuus Thomas, 12. quæſt. 37. articul. 3. ad 2. ait, quod ratio principalis grauitatis peccati eſt ex auerſione à Deo. *Reuertar.* Is dicitur reuerti, qui relicto itinere priori, aliud aſſumit. Ad hæc is dicitur *reuerti*, qui eadem via, qua prius gradiebatur, retrocedit, *deſandando lo andado.* Multa hic habes implicata. Primum, Ecce auxilium Dei neceſſarium, vt quis reſurgat à peccato: Ad hoc enim Deus immittit tribulationes, vt intelligas gratiam preuenientem neceſſariam, vt homo cõuertatur. Verbum autem *vadam*, liberum implicat arbitrium. *Reuertar* vero includit, relinquendam eſſe priſtinam vitam, recogitandámque, & per viam, quá peccata fuimus ſecuti, regrediendum, vt plangamus. Vnde optimè inquit Ambroſius, Pœnitentia eſt præterita mala plangere, & plangendo iterum non committere. Sed de his in obſeruationibus ad mores ſpectantibus latius agemus. *Ad virum meum priorem.* Certum eſt, hunc virum eſſe Deum. Et rationem reddit, ob quam ſit *virum priorem* requiſitura. *Quia bene mihi erat tunc.*

*Pſal. 72.*

*D. Th. 12. q. 37. art. 3. ad 2.*

*Ambroſ. Sũma pœnitẽtia eſt dolere de præteritis peccatis & cauere à futuris.*



*tunc. Bene* poſuit pro melius, quod frequentiſſimum eſt in ſacris Bibliis, poni poſitiuum pro comparatiuo, vt in Pſalmo, Bonum eſt, ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus. Bonum poſuit pro melius. Tunc, inquit, erat melius, cum præceptis viri mei obediebam; vt notat Interlinearis, quam nunc, cum ſequor tot amatores, & idola.

*Pſal. 117.*

## *Ad morum compoſitionem.*

ET *ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos.* Amator non eſt, qui non ſemper amat, ait Ariſtotel. 2. Rhet. c. 21. Vnde optime reprehendit ſententiam Biantis, 2. Rhet. c. 13. & 21. quia dixit, quod amare debemus tanquam oſuri, imo amare debemus tanquam non oſuri. Sic amabant exterę nationes Synagogam, tanquam illam oſuræ. Sed vnde tanta amoris infidelitas, vt non redament amantem ſe? Proculdubio, quia Deus aberat in hac amicitia. Hinc non ſolum non ſunt amici, verùm & attrociſſimi hoſtes illæ exteræ nationes.

*Ariſt. 2. Rhe. c. 12.*

Docet ſecundò, non eſſe hominibus fidendum. Maledictus homo, qui confidit in homine, ait Ierem. 17. & ponit carnem brachium ſuum, & recedit à Domino cor eius. Erit enim quaſi myricæ in deſerto, ideſt, ſicut ſcopæ habebitur, cum quibus verritur humus.

*Iere. 17.*

Tertio, Ecce quis ſit Deus. Inter comminationes miſericordiæ recordatur, & immiſcet ſuauitatem ſolatij. Sic punit primos parentes, & in ipſa punitione ſolatur, faciens illis perizomata. Poſt tempeſtatem ſerenum facit. Minatur ſpinas, & ſubiungit, V*adam ad virum meum priorem.*

Quartò, obſerua, quod Deus non ſe vocat Dominum, non factorem, aut creatorem, cum vere ſit creator, & Dominus; ſed virũ, & ſponſum, ſemper enim ab hominibus quærendus eſt amor. Amari magis appetas, quam timeri, ait D. Auguſtinus. Quadrat in Euangelium, Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Et in illud, Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.

R*upert. Non eſt quod fugias à Deo irato niſi ad Deum placatũ.*

T*heodor. Pro mandato.*

Quintò, diſcamus ex hoc loco, quid Deus intẽdat, & quęrat, cum immittit nobis calamitates, aliáque acerba incommoda, nẽpe ſalutem noſtram, & quod reuertamur ad ipſum. Quemadmodum medicus medicamen propinat amarum,

*Simile.*

non quia quærat inficere guſtum noſtrum amaritudine,ſed vt conſequamur ſalutem,Sic Deus,peritiſſimus medicus animorum calamitatibus premit nos,quia ſunt potiones, amaræ certe, verùm vtiles ad conſequendam ſalutem. Hinc optimè inquit Diuus Hieronymus, quod prouidentia Dei ſæpe nobis accidunt mala,ne habeamus ea,quæ cupimus,& variis oppreſſi calamitatibus huius ſæculi, ac miſeriis, ad Dei ſeruitutem redire cogamur.Hinc & optime Diuus Auguſtinus ait in Pſalm. 21.in ea verba, Deus meus clamabo ad te per diem:& non exaudies,Non eſt exauditus, vt intelligat homo,medicum eſſe Deum,& tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem,non pœnam ad damnationem.Sub medicamento poſitus,vreris,ſecaris,clamas, non audit medicus ad voluntatem,ſed audit ad ſanitatem.Hoc etiam nobis ſignificauit Ezechiel dicens,quod Dominus eduxit illū in atrium exterius per viam ducentem ad Aquilonem. Septuaginta vertunt,Eduxit me in atrium exterius ad Orientem. Proculdubio Oriens noſter Chriſtus eſt. Hinc Zacharias ait de eo, Ecce vir Oriens nomen eius : Deus ergo ad Chriſtum nos ducere cupiens,quanam via ducit? Per viam Aquilonis,quæ aſperior eſt,& frigidior,id eſt,per calamitates,& ærumnas. Quadrat hæc obſeruatio in Euangelium de filio prodigo, in ea verba, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus,ego autem hic fame pereo?

*Hierony.* *Auguſt.* *Ezec. 8.* *Zach. 6.* *Fames reuocat quē ſaturitas exularat.*

Sextò, docet hic locus, quid maximè quærere debeant prælati, cum obiurgant,puniunt, & affligunt ſic ſubiectos, nempe eorum correctionem,& quod peccantes reuertantur ad Chriſtum virum animorum ſuorum, non propriam vindictam, & ſeipſos vlciſci. Quadrat in Euangelium, de correctione fraterna.

Septimò, Ecce quæ ſit bonorum conditio, flagellis non indurari,& deteriores fieri,ſed reſipiſcere, & conuertere ſe ad meliorem frugem. Quæritur enim Dominus apud Ieremiam,capit. 5. de hominibus: qui flagellis indurantur.Percuſſiſti eos,inquit vates,& non doluerunt,attribuiſti eos, & renuerunt, accipere diſciplinam, indurauerunt facies ſuas ſupra petram,& noluerunt reuerti.Et Iſaiæ 1.ait,Super quo percutiam vos vltra.Ac ſi apertius dicat, Omne genus flagelli adhibui,vt reſipiſcatis,vos autem in peccatis permanetis.Optimè ait Diuus Auguſtinus,capit.8.lib. 1. de Ciuitate Dei,Manet diſſimilitudo paſſorum,in ſimilitudine paſſionum,licet ſub eodem tormento,non eſt idem vitium, &

virtus.

*Ierem. 5.* *Iſa. 1.* *Ira Deī eſt nō intelligere delicta ne ſequatur Pœnitentia.* *Auguſt.*



virtus.Nam pari motu exagitatum & exhalat horribiliter cœnum, & ſuauiter fragrat vnguentum, & idem ſol indurat cœnum, & ceram liquefacit. Peccatores cœnum ſunt motum à Deo,quid ſpirant,niſi blaſphemias,& impatientiam? Iuſti vnguentum ſunt,motum à Deo quid emittunt,niſi cognitionem ſuorum demeritorum,& patientiam? Sic Regius Pſaltes ſpirauit conuerſionem ad Deum exagitatus. Conuerſus ſum,inquit,in ęrumna mea,dum configitur ſpina.Spina hæc calamitas eſt,quæ dum infigitur peccatori, conuertitur in illa ærumna. Petamus à Domino,ne induret cor noſtrum,ſicuti Pharaoni, grauiſſimum enim hoc ſupplicij genus eſt.Quadrat in Euangelium de Lazaro hæc obſeruatio: in ea verba,Ecce quem amas infirmatur. Quando quæſierūt Chriſtum? Quando calamitas morbi fratrem inuaſerat. Et Euangelium de Chananæa,illa enim Deum quæſiuit, quando filia male vexabatur.

*Pſal. 31.* *Exod. 4.*

Octauò, Apertiſſimè docet, melius eſſe,Deo coniungi, & amplecti,quam peccata. *Bene mihi erat magis tunc,quàm nunc.* Etiam ſi me occiderit,ſperabo in eum,ait Iob agnoſcens, melius eſſe,ſeruire Deo etiam flagellanti,quàm peccatis indulgentibus.Seruire enim Deo,regnare eſt.Cum enim Deo ſeruimus,omnia cedunt in noſtrum emolumentum,quando autem peccatis,in damnum.Seruietis,inquit Ieremias, diis alienis,qui non dabunt vobis requiem die,ac nocte. Ac rurſum Thren.5.Ceruicibus minabatur, laſſis non dabatur requies. Interrogemus,qui ſeruierunt voluptatibus corporis, ſcilicet libidinis,ingluuiei,quomodo fuit illis, cum his dominis inſeruiebant,& reſpondebunt, Male.Quid enim ſunt conſecuti,niſi morbos acerrimos,& fœtidos, nempe morbum Gallicum,podagram,& alios id genus? Interrogemus auarum,quid habuit ab auaritia, & reſpondet, tormentum Tantali fuiſſe conſecutum ſi quidem videbat opes,& vti illis auaritia prohibebat.

*Iob 13.* *Iere. 16.* *Thren. 5.* *Ingratus & exitialis vitiorū famulatus.*

*Et hæc neſciuit,quia ego dedi ei frumentum,& vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei,& aurum,quæ fecerunt Baal.* Optimè inquit Diuus Hieronymus,Ad ſuperiora reſpondit.Dixerat enim,Vadam poſt amatores meos,qui dant panes mihi, & aquas meas, &c. *& hæc neſciuit, quia ego ei dedi frumentum & vinum,&c.* Rupertus in hac videtur eſſe ſententia. Ait enim,Denique hoc ſuauitatis temperamento breuiter interpoſito,confeſtim illam accuſationem,quam cœperat, proſequitur, & dicit,*Et hæc neſciuit,quia ego dedi ei,&c.* Sunt, qui

hæc

hæc verba dicta eſſe à Domino iudicent, quia ſimul cum aliis diis illum adorauerint, quaſi conquæratur Dominus, quòd cum ipſe dederit populo Iudæorum bona temporaria, tum naturalia, vt *frumentum, vinum, & oleum, &c.* tum artificialia, vt *argentum, & aurum*, hæc etiam accepiſſe ab idolis arbitraretur perfidus ille populus. Verum expoſitio hæc iam à nobis reiecta eſt, & ſequendam diximus Diui Hieronymi ſententiam. Hæc autem verba animi concitati ſunt indicia, & acerbè ferentis ingratitudinem, quod tribuantur beneficia iis, qui non contulerunt, ſpreto eorum vero collatore. Iam verba diſcutiamus. *Et hæc neſciuit.* Pronomen *hæc* emphaſim habet, & concitati, & irati animi apertiſſimum eſt indicium, habetque implicatum, neſcio quid ſapiens deſpectionem. Vnde Hiſpane quaſi iniuriam irrogantes dicimus, *Eſte, ô eſſe*, quem loquendi modum audientes dicimus, *Et matadero le hizo de corteſia.* Hanc ob cauſam, vt opinor, non ait Dominus, Hęc impudica, hæc mulier iniqua: ſed tantum vſus eſt pro nomine *hæc. Neſciuit.* Procul dubio de ignorantia affectata & vincibili ſermo eſt. Vnde Vatablus vertit, Neque ipſa agnouerat, quod magis videtur explicare rationem ignorantiæ, quàm verbum *neſciuit.* Eſt enim differentia, vt egregie ait Diuus Thom. 12. quæſt. 76. ar. 2. inter ignorantiam, & neſcientiam, quod neſcientia dicit ſimplicem ſcientiæ negationem, ignorantia vero importat ſcientiæ negationem: dum ſcilicet alicui deeſt ſcientia eorum, quæ aptus natus eſt ſcire. Horum autem aliquis ſcire tenetur quædam, illa ſcilicet, ſine quorum ſcientia non poteſt, debitum actum exercere. Vnde omnes tenentur ſcire communiter ea, quæ ſunt fidei. Et ſic Synagoga tenebatur ſcire, Deum eſſe vnum. Sic enim docuerat illã Moſes Deuteronom. 6. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. Vnde inter 13. articulos, quos Iudæi habebant, primus erat, Deum eſſe creatorem, & cauſam omnium. Secundus, Deum eſſe vnum. Obiurgat ergo Dominus Synagogam & peccatum omiſſionis patraſſe conquæritur, dum *neſcit*, quæ ſcire debuerat, nempe Deum eſſe vnum. Et cum vtitur Scriptura verbo *neſciuit*, non ſumitur ſtricte, hoc eſt, pro ſimplici ſcientiæ negatione, ſed largè pro ignorare. Quod maxime obſeruandum eſt, ne impingamus verbis citatis Diui Thomæ aſſignantis diſcrimen inter ignorantiam, & neſcientiam. Ibi enim ſanctus doctor ſtrictè ſumpſit neſcientiam, hic autem non ſic ſumitur, alioquin excuſan-

[margin: *Differẽtia inter Ignorantiã & Inſcitiam.*] [margin: *Deute. 6.*]



excuſanda eſſet à peccato Synagoga. *Quia ego dedi.* Obſeruandum eſt ex Euthymio, Pſalm. 67. ſæpe in Scriptura, & præcipuè in Euangeliis, dictiones iſtas, veruntamen, quoniã, & *quia* abundare vt Verũtamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum. Et Pſalm. 101. Quia cinerem tanquam panem manducabam. Hinc etiam ſecundùm eundem Euthymium, Pſalm. 9 & 89. *quia* non ſemper cauſam reddit, neque quoniam, ſed aliquando ſunt aduerbia confirmandi, aliquando etiam abundant iuxtà idiomatis vſum. Vt, Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniuſtus benedicitur, & abundat ibi. Superfluit etiam licet, aſſeuerat in Pſalm. 36. Quoniam benedicentes ei hæreditabunt terram. Et iterum, Quoniam ego in flagella paratus ſum. Et in Euangelio, Benedixiſti, quia virum non habeo. Aliquando etiam iſtæ coniunctiones, quoniam, &, quia, ponuntur pro quod. Vt videns Herodes, quoniam illuſus eſſet à Magis. Et, Quoniam Nazaræus vocabitur. Et, Nónne ſcriptum eſt, quia domus mea, domus orationis vocabitur. Et ſcitis, quia Phariſæi, audito hoc verbo ſcandalizati ſunt. In hoc loco etiam, *quia*, ponitur pro quod. Et ita tranſtulit Vatablus, Neque ipſa agnouerat, quod ego dediſſem ei, &c. *Et argentum multiplicaui, & aurum.* Duo verba ſunt hic obſeruanda, nempe, *dedi*, & *multiplicaui*. De his, quæ ſpectant ad cibum, & indumentum, ait Dominus, quòd dederit, nón vendiderit, vel cõmodauerit, ſed gratis donauerit, quaſi non indiguerit, ꝙ ei aliquid pro his rependatur. Bonorũ enim noſtrorũ non eget. Implicatur etiã hoc verbo Dei liberalitas. *Argentum* autẽ, & *aurum* ait, ſe multiplicaſſe. *Quæ fecerunt Baal.* Relatiuum *quæ* aliqui exiſtimant, ſolum referre *aurum*, & *argentum*, ex quibus metallis, velut ex pretioſiſſima materia, nimiúmque duratura, deorum faciebant ſimulachra, ſicut ſcriptum eſt apud Iere. Argento, & auro decorauit illud, clauis, & malleis compegit, vt non diſſoluatur. Ita Vatablus ſentire videtur, & Interlinearis. Ait enim quæ, vel quo, quaſi explicet, *aurum*, & *argentum* materiam fuiſſe, ex qua *fecerunt Baal.* Lyranus tamen relatiuum *quæ* ad vtraque retulit, nempe *ad frumentum, vinum, & oleum, argentum, & aurum.* Omnia enim hęc fecit ille populus *Baal*, tum ex *frumento, vino, & oleo* ſacrificia offerendo, tum *auro*, & *argento*, velut prætioſis *Baal* ornando. Dicit autem, *Multiplicaui aurum, & argentum*, ob ingenm eorum copiam. Nam vt refertur 2. Paral. 9. Argentum in illis diebus pro nihilo reputabatur. Dubium etiam eſt, quid

[margin: *Euthym. Pſal. 67.*] [margin: *Pſal. 101.*] [margin: *Pſal. 36.*] [margin: *Iere. 10.*] [margin: *2. Par. 9.*]

quid vocet *Baal.* Diuus Hieronymus exiſtimat, *Baal* eſſe

*Baal iuxtà lexicō hebræum non eſt nomen alicuius ſpecialis idoli ſed eſt nomen generale idē valens quod Dominus.*

dæmonem Sydoniorum, ſiue Babyloniorū, quod verius eſſe iudicat, ex quo Babylonia, & Bel dicitur, quem Ezechiel plenius in ſuo ponit volumine, & omnis prophetarum narrat chorus, dicitque, *Baal* ſignificare, ſiue interpretari ſuperiorem, & deuoratiuum. Interpretatur autem *Baal* ſuperior, ſiue deuoratio, dum aut maiora ſe putat habere dogmata, quàm Eccleſia, aut in ipſa falſæ opinionis ſcientia deuoratur. Hæc Diuus Hieronymus. Inferius tamen eodem capit. refert. Quidam Ninus filius Beli, qui apud Aſſyrios, Ninum ſui nominis condidit ciuitatem, quam Hebræi vocant Niniue, quod in tantam peruenit gloriam, vt patrem ſuum Belum referret in Deum, qui Hebraice dicitur Bel, & in multis prophetis maximéque in Daniele ſub idolo Babylonis hoc appellatur nomine. Hunc Sydonij, & Phœnices appellant *Baal.* Nam Hebraice inter literam b. & l. quę ſunt in hac dictione Baal vocalis litera ponitur, qua iuxta illius linguæ proprietatem nunc Beel, nunc *Baal* legitur. Conſentit

*Gloſſ.*

Interlinearis cum Diuo Hieronymo, vocans *Baal* idolum Babyloniorum. Gloſſ. in 2. capit. Iudicum, in ea verba, Seruientes Baal, & Aſtaroth, quod & deſumit ex Diuo Augu-

*Auguſt.*

ſtino, li. 7. quæſt. ſuper lib. Iud. num. 16. ait, *Baal* eſſe nomen Iouis apud gentes illarum partium. Punici enim *Baal* dominum dicere videntur. Græci *Baal* Deum Martem eſſe putant. Nonnulli ex doctiſſimis Hebræorum commune nomē deorum Gentilium dicunt, eſſe *Baal.* Alij etiam ex peritis in lingua Hebræa dicunt, *Baal* nomen eſſe genericum, non vnū aliquem certum deum, vt Appolinem, aut Liberum, aut Mercurium ſignificans, ſed eam in vniuerſum notionem comprehendit, quæ diuinæ naturæ conuenit, ſiue illa natura vnica ſit, vt vere eſt, ſiue in plures partes, vt antiqua putauit vanitas, diffuſa ſit. Significat enim imperiū, dominationémq; & nutum illum, quo ea, quæ infra poſita ſunt, gubernantur, & aguntur. Nam nomen Baghal, à verbo Baghal deducitur, quod præeſſe, dominari, atque ſubigere Latine reddi poteſt. Hanc eandem rationem latinus ſermo explicare conatus,

*Theodor.*

commune diis vocabulum numen fecit à verbo nuo, ſiue nutu deriuatum, quod deorum nutu, atque vultu cuncta regi, atque agi putarent. In hac ſententia eſt etiam Theodo-

*Ioſephus.* *Beda.*

retus Ieremiæ. c. 32. cuius verba ſunt, *Baal* nomen eſt idolorum generale referendo ſolum ad idola, non tamen ad Deū. Ioſephus ait, *Baal* eſſe deum Tyriorum, Venerabilis Beda, lib.



*Abulenſis.*

1. expoſitionis allegoricæ in Samuelem, c. 12. ait, *Baal* eſſe idolum Sydoniorum Abulenſ. Numer. 22. q. 13. ait, *Baal,* Bel, & Belphegor eſſe idem idolū, ſed Hebræi vocabant *Baal,* Babylonij Bel, Chananæi, & Moabitæ vocabant Belphegor. Figuram quoque eius ait, non eſſe eandem. Nam Babylonij illud pingebant imagine viri præſtantis magnitudine & corporis mole vt patet Daniel 14. Hebræi autem idolo-

*Dani. 14.* *3. Re. 12.*

latræ ponebant in figura bouis, vt patet 3. Regum. c. 12. cum fecit rex Ieroboam duos vitulos aureos, & vnum poſuit in Bethel, & alterum in Dan. Quartò tamen lib. Regum Tyrij,

*4. Reg.*

quia erant cognati Græcorum, à quibus Hercules ducebat originem illum in Deum acceperunt, & quia impia Iezabel erat Sydonia, ſuaſit Achab, vt *Baal* acceperetur in Deū & coleretur quemadmodum, & apud Sydonios colebatur. In explicando hoc nomen *Baal* plus temporis conſumpſimus, quàm par erat, quoniam frequentiſſimum eſt in ſacris

*Duplex ſerſus vel aurū & argentum ſacrarunt Baali vel ex auro, & argento Baalem cōflarunt.*

Bibliis: veriorem tamen ſententiam iudico eorum, qui *Baal* nomen eſſ commune aſſerunt idolorum? Veruntamen tantum idolorum. Non enim ego auderem, verum Deum *Baal* vocare, abſit hoc, ne nomen veri Dei idolis tribuamus, quod ex additione in fine eiuſdem dictionis cognoſcemus. Inuenimus enim Baala. Baalath, Baal, Berith, Baalgad, quæ procuIdubio additio in fine poſita eſt ad aſſignandum diſcrimē inter diuerſa idolorum genera. Eſt demum obſeruandum in hac locutione, *quæ fecerunt* Baal, eſſe *Baal* in dandi caſu, qui loquendi tropus eſt Hebraiſmus, & ſic eſt exponenda, *Fecerūt Baal* id eſt, fecerunt in Baal apertius, *fecerunt Baali* id eſt, inſumpſerūt in conflando, & ornando Baal.

## *Ad morum compoſitionem.*

*Ingratitudinis quatuor gradus.*

ET *hæc neſciuit quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum.* Docet hic locus, ingens crimē eſſe ingratitudinem, & beneficia ab aliquo accepta hoſtibus, & inimicis benefactoris deferre. Quatuor inuenio ingratitudinis gradus. Magna ingratitudo, beneficium nō referre, maior, non cognoſcere, multò maior, quæ ſunt benefactoris, non tribuere ei, ſed alteri. ſed omnium maxima, ho-

*Xenoph.*

ſti benefactoris deſeruire beneficiis acceptis à legitimo benefactore. Ait Xenophon. lib. 2. de factis, & dictis Socatis, Qui beneficiis acceptis non reddunt gratias, cum poſſint

ingrati cũ iniurioſis connumerandi ſunt, eſtque manifeſta iniuria ingratitudo. Irrogat ergo iniuriam ingratus benefactori. At quanto maior erit iniuria, ſi beneficia ingratus accipiat in contumeliam benefactoris? Optime dixit idem

*Xenoph.*

Xenophon lib. 1. de Cyripædia, Ingratitudinem potiſſimum impudentia ſequitur quia certe impudentes vocandi ſunt ingrati. Quemadmodum ciſtulę, hauriẽtes aquam è puteo, refundunt quaſi agnoſcentes, a quo beneficium acceperunt, Sic nos accipientes beneficia, rependere debemus benefacientibus: ſunt ingrati ſimiles phalangis, & araneis, de qui-

*Simile.*

bus inquit Plinius, lib. 11. cap. 24. quod parentes enecant, & conſumunt, & quod ſereno non texunt, ſed nubilo. In eundem modum ingrati, quos debuerant diligere, & reſpicere

*Simile.*

velut parentes, ſiquidem paterna officia ab illis receperunt, conſumunt, ſi poſſunt, & nubilo tempore, nempe cum pro-

*Plinius.*

cella ingruit calamitatum, exeunt, vt noceant, & ſuis telis irretiant. Et quo ſupplicio iſti digni ſunt? Quòd nomen eorum non memoretur, ſicut videmus, Dominũ non cõmémoraſſe nominis Synagogæ, ſed tantum dixit, *Hæc neſciunt*, ſubtices nomen vxoris. Et iuſta quidem pœna. Nam ſi accipiẽs beneficium ſemper debet eſſe memor ſui benefactoris iuxta illud, Accipiens beneficium ſemper debet eſſe memor, cõferens immemor, qui frangit hoc gratitudinis ius, meretur, vt benefaciens nomen eius obliuioni tradat. Quadrat obſeruatio in Euangelium de decem leproſis vnus enim redit, vt gratiam referrat. Et in Euangelium 4. Dominic. Quadrageſimæ, in ea verba, Hic eſt verè propheta, qui venturus eſt in mundum. Poſtquam enim accepere cibum, gratęs referentes volebant, eum regem conſtituere.

*Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantiũ quæ meminiſſe debet is in quo collata ſunt non commemorare qui cõtulit. Cic de Amic.*

¶ *Et argentum ei multiplicaui, & aurum.*

Liberalitatem docet. Dedit enim non parcè *argentum & aurum*, ſed copioſiſſime. Sed quid effecit tanta rerum copia? Nempe quod receſſerunt à Deo. Timenda eſt ergo abũdantia, & bonorum multiplicatio. Optime Imperator Traianus

*Simile.*

autore Sexto Aurelio in vita Iuliani, theſaurum diuitum cum liene comparabat. Nam certè, vt creſcente liene, decreſcunt alia membra, & vires minuuntur, Ita dum augentur, o-

*Ariſtot.*

pes, virtutes decreſcunt, charitas humilitas, parcitas continentia, &c. Refert. Ariſtot. 2. de part. animal, c. 15. columbas tam exiguum lienem habere, vt propemodum ſenſum effugiat. Nihil nobis magis eſt impedimento ad inceſſum, quam lienis tumor, & magnitudo. Vnde lienoſi vix poſſunt incedere





dere, nedum properare. Nos columbæ ſumus nidificaturæ in cœleſti gloria, & ideo oportet exiguum habere lienem, inſtar columbæ, vt auolare, & properare poſſimus, hoc eſt, non multis inhiare diuitiis. Eſt enim *aurum*, vt ait Auguſtinus periculum poſſidentium, eneruatióque virtutum. Et Chryſoſt. hom. 7. de pœnitentia, Opes ſunt ſcholæ malitiæ, & quemadmodum lienoſi vix poſſunt incidere, Sic diuites vix poſſunt conſcendere ad cœlum hoc nobis fortaſſis ſignificatur, Cant. 2. dum ait cœleſtis Sponſus, Surge, propera amica mea, columba mea. Duæ voces ſunt hic conſiderandæ, nempe propera, & columba. Quid melius poteſt properare, quàm columba, quæ vix habet lienem? Ac ſi apertius dicat Sponſus, Non eſt onuſta graui pondere diuitiarum, vt non poſſit properare. Non voco bufonem terra ſaturum, ac propterea impotentem ad inceſſum, hoc eſt diuites compeditos opibus, ſed te ô pauper ſpiritu cuius eſt regnum Dei, Quadrat etiam hæc obſeruatio in illud Euangelium, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.

*Aurum periculum poſſidẽtiũ.*

*Chryſoſt. Opes ſunt ſcholæ peccatorum.*

¶ *Quæ fuerunt Baal.*

Docet hic locus, quàm liberales ſint peccatores in vitia, quamque profuſi. Aurum enim & argentum, cæteraque bona facile in libidines, & peccata effundimus non autem in pietatem, charitatem & cultum diuinum, cæteraque opera id genus, ad quæ exequenda tenaciſſimi ſumus, & parciſſimi. Quot ſunt hodie in mundo, qui meretricibus elargiuntur prætioſiſſima dona, cum vxores, & filios induere negligant? Quot ad ludũ alearum prodigi, à quibus pauperes vix obolũ habere, & impetrare poſſunt? Imperat virtus, & dormimus annuit, vitium, & iam currimus. De hac prodigalitate conqueritur Dominus apud Ezechiel. dicens, Ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerunt, & imagines abominationum ſuarum & ſimulachrorum fuerũt ex eo. Ac ſi apertius dicat, Ex auro, quod illis dederam, fabricati ſunt idola. Qod & apud Exodum experimento cognoſcimus eueniſſe. Petit Aaron inaures aureas pendentes ab auribus vxorum, & filiorum, & filiarum, & ſtatim auferunt ad idolum fabricãdum. Obſerua, non petiiſſe Aaron inaures, & monilia, quæ domi habebant recondita, hæc enim elargiri non ita magnũ videri poterat, ſed ab auribus pendentes, & ſtatim ſine mora reddunt. Vix Aaron verba finierat, quando iam omnia iocalia, & pretioſa ſua ad illum adducunt. Sic nos ad peccata faciles ſumus, deſides tamen ad opera virtutum Clamat pauper per horam ad oſtium diuitis, & vix fruſtrum

*In, coreatores & aleatores rei domeſticæ prodigos.*

*Ezec. c. 7.*

*Exod. 32.*

panis illi porrigitur,ſi tamen annuat libido,aurum, argentum,tũ alia pręcioſa porriguntur.Si ab vxore,aut filia monile auferas ad bonum aliquod vix tota die fletum, & turbationem compeſcere poteris.*Empeñeſe la plata,denſa las ioyas, empeñeſe el mayorazgo.* Vtinam ſic ſe ſineret homo à vitiis rogari,quemadmodum ad opera virtutum.Si inimico parcendum,pluribus opus eſt qui ad pacis negotium vrgeant. Si pro miſero interueniendum,aut regi aut principi pro eo loquendum,multis precibus, & interuentoribus opus eſt. Sic & apud Lucam amicus ille multa importunitate ab amico potui obtinere tres panes. Quam noſtra ſponte curramus in ritia,noſq; ſemper paratos inueniant,pulchrè depinxit Ierẽ. Omnes qui quærunt eam, non deficient, in menſtruis eius inuenient eam. Ac ſi apertius dicat, Tam procax eſt meretrix hæc,& tam parata ad omnium concubitum,vt non oporteat nos laborare,aut tempus expectare,ſed etiam tempore menſtrui,quando fœminę aut congreſſum fugiunt aut abhorrent,paratam inuenient. Mille ſunt impedimenta in opere bono,vt vix ad perfectum perducere queas rara verò, aut nulla in vitioſo. Cant.5. Rogat Sponſus aperi mihi ſoror mea,amica mea, colũba mea,immaculata mea. Et rationem reddens,cur aperiri ſibi efflagitet,ait,quia caput meum plenũ eſt rore,& cincinni mei guttis noctium. Et neque his verbis delinitur,ſed ait Sponſa,Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Caput ſuũ plenũ rore ait in nocte natiuitatis ſuæ ſecundũ carnẽ,tunc enim noctu ortus,frigore premebatur, & gelidis guttis pruinæ reſperſum habebat caput. Ad hæc,in nocte agonis eius caput ſpinis coronatũ,rorẽ,& guttas emittebat ſanguinis,& neque ſic ad aperiendum allicitur Sponſa quo ſignificauit,quã deſides ſumus ad bona opera exercẽda.

*Ierem. 2.* *Cant. 5.*

¶*Idcirco reuertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo & vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam, & linum meũ, quæ operibant ignominiam eius.*

In nonnullis exemplaribus, pro *Idcirco reuertar*, eſt, idcirco conuertar. Ita habet Gloſſ. Ordinaria, & Plantini Biblia, ac aliæ multæ. Diuus tamẽ Hieronymus trãſtulit, *Idcirco reuertar*, cum quo Septuaginta tranſlatio conuenit, habet enim Propterea reuertar. Opinor, maiorem emphaſim habere hoc verbum *reuertar*, quàm cõuertar. Cum enim hic Deus agat perſonã viri vxorati, ſignificat, ſe facturum, quod vir vxoratus facit iniuria affectus adulterij, qui cum iam reliquerit, & dimi-



ſerit vxorẽ, audiens eam impudicitia perſiſtere, ad eã redit vt auferat omnia, quæ contulerat bona tam ad victum ſpectantia, quam veſtitum, & ornatũ, ac tum maximè, ſi ab adulteris, & amatoribus ſe iactauerat accepiſſe bona, quæ ipſe dederat illi. *Reuertar*, inquit. Ac ſi dicat, Iam reliquerã illam. Hæc enim eſt peccati pœna, vt eius patratorem relinquat Deus, ne gratiæ beneficio proſequatur, qui ſi ad illã reuertatur, reuertitur, vt puniat. Ponam, inquit, apud vatẽ Amos, oculos meos ſuper eos in malũ, & nõ in bonũ. In eundẽ modum poſſumus explicare, ſi legamus, *Idcirco conuertar*, licet in illum magis quadrat verbum *reuertar*, vti diximus. Alij ſic expendunt. Conuertar ad inſtituta videlicet ratione ad eam, quæ hic oppoſita eſt. Promiſerat namque Deus populo Iudæorum, ſe illi daturũ bona hæc temporaria, etiam negantibus aſtris, vt ait Ierem. Audite verbum Dñi, quod locutus eſt Dominus ſuper vos domus Iſrael, iuxta vias Gẽtium nolite diſcere, & à ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ ſunt. Et quoniã iſte infidus populus didicit iuxta vias gentium, adorans eorum idola, Deus, inquit, ſe ablaturum bonorum copiam quamuis aſtra promittãt pro votis eã datura. Ac propterea inquit, *in tempore ſuo*, hoc eſt, vt optime inquit Theodoretus, ſimul, ac primũ maturuerit, in meſſis, ac vindemiarum tẽpore. Vnde & Diuus Hieronymus ait, Grauior pœna eſt, quando in tempore meſſis, & vindemiæ, ſperatæ fruges auferuntur, & vinũ, & quodammodo tentæ tolluntur è manibus. Significat autem futuram ingentem famem his verbis, *in tempore ſuo*. Si enim in tempore areæ, & pręli, & torcularis, quando ſterilitatem præteritam nouis frugibus terra fœcundat omnium rerum penuria eſt, quid de reliquo anni tempore, quando vetera conſeruantur, æſtimare debemus? Obſeruandum etiam eſt, non vno, & eodem tempore auferendum eſſe à Deo *frumentum & vinum* ſed horum quodq; *in ſuo tempore*. Apertum eſt, fruges prius matureſcere, quàm *vinum*. Duo ergo hic ſunt implicata flagella diſtincta, vt vnum poſt alterum ſequatur, tempore pręcedit ablatio ſegetũ ablationẽ vini, vt duplicato flagello, acerbius populus ille crucietur. *Et liberabo lanam meam, &c.* Pro *liberabo*, vertunt Septuaginta, auferam, quo verbo vtitur Scriptura cum quid ab aliquo tanquam ab iniuſto poſſeſſore poſtliminio reuocatur. Sic Iacob ad vxores, Deus abſtulit ſubſtantiam patris veſtri, & dedit mihi. Ac rurſum Deus tulit opes patris noſtri, & eas tradidit nobis, ac filiis

*Amos 9.* *Ierem. 2.* *Theodoretus.* *Hierony.* *Eperientia quotidiana docemur fructus terræ fallere, in tempore ſuo ſpem agricolæ.* *Gene. 31.*

 noſtris

noſtris. Vtrobiq; id verbum Hebraice legimus, quod in hoc loco *liberare*, vertit Diuus Hieronymus. Detinentur enim huiuſmodi res à poſſidentibus velut inuitæ, & quę ad dignos ſeſe trãsferri optant. Aliud etiam hic implicatum eſſe conſpicio, nempe detegi miſeram ſeruitutem illius populi: Omnia enim quæ ſeruus habet domini ſui ſunt. *Liberare* ergo quaſi à captiuitate *lanam & linum*, eſt, innuere, captiuos eſſe earum rerum poſſeſſores. Et qua captiuitate premebantur? Proculdubio peccati, & diaboli, qua ſeruitute nulla ſeuerior durior eſt. Auget autẽ ſuppliciũ, videre veſtes, & ornamẽta ab aliis poſſeſſa, quæ prius Iudæi induerant, & habuerãt. *Quæ operiebant ignominiam eius*. Minatur Dominus his verbis, adeò ſe illum populum denudaturum, vt indumentis etiam neceſſariis indigeat inquit Theodoretus. Interlinearis expendit, *Ignominiam eius*, Liberata lana, & lino, vt quam amabant velatam, nudatam contemnant. Egregiè inquit, nudatã contemnant. Viri enim iniqui ob externa veſtium ornamenta ſolent homines honorare. Vnde ſi quem viderint tritis, vel laceris veſtimentis opertum, contemnunt, & deſpiciunt. Sed magis arridet explanatio Vatabli diſpungentis in hunc modũ, *Quæ operiebant ignominiã eius*, ideſt, quæ dederam ad tegendam nuditatem ſuã, ſiue turpitudinem. Et iuſtum quidem ſupplicium hoc eſt, vt qui Dei abutuntur liberalitate, miſera veſtium penuria premantur. Non enim Deus veſtes dedit ad luxum ſed tantum ad tegendam turpitudinem.

*Seruus nihil habet ſui iuris apud Iuris peritos.*

## *Ad morum compoſitionem.*

I*Dcirco reuertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & vinũ meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius.* Non ſine cauſa ait Deus, ſe ablaturum *frumentum*, & *vinum*, ſed ob peccatum ingratitudinis. Quod aduertãt, qui ſine demeritis ſpoliant eum, in quem contulerunt beneficia. Apud Exodum, Cum rex Pharao dediſſet paleas ad cõficiendos lateres ac deinde auferri paleas iuſſiſſet, præpoſiti filiorum Iſrael venerunt ad Pharaonem dicentes, Cur ita agis contra ſeruos tuos? Paleæ non dantur nobis. Ac ſi dicant, Cur ſine culpa noſtra aufers beneficium palearum, quod in nos contuleras? Ipſe etiam rex ablaturus paleas cauſam reddit, cur velit auferre dicens, Vacant enim. Sic etiam Deus, non citra crimen ait, ſe ablaturũ terram promiſſionis, quam dederat Iudęis,

*3. Reg. 9.*



Si colueritis deos alienos, & adoraueritis eos auferã Iſrael de ſuperficie terræ, quam dedi eis.

Secũdò, hic locus maximè eſt aduerſus ingratos, à quibus licet beneficia auferre. Vnde diuus Ber. ſermone. 55. Gratiarũ ceſſat decurſus vbi recurſus nõ fuerit nec modo nil augetur ingrato, ſed quod accepit, vertitur ei in perniciẽ. Vnde & Aſſertor noſter ait, Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Timeamus ergo, eſſe ingratos Deo ne dona auferat, quæ contulerat. Optime enim inquit Auguſt. Solliloq. lib. c. 18. Recolam ad mentem meo omnia bona, quæ feciſti mihi à iuuentute mea in omni vita mea. Scio nanque, quòd ingratitudo multum tibi diſpliceat, quæ eſt radix totius mali ſpiritualis, & ventus quidam deſiccans & vrens omne bonum, obſtruens fontem diuinæ miſericordiæ tuæ ſuper hominẽ, qua & mala mortua iam oriuntur, & viua iam opera moriuntur, & vltra non adipiſcuntur. Ergo ingratitudo ex mente Auguſt. metas poteſt attingere peccati mortalis. Nequaquam enim viua opera moriuntur niſi ob peccatum mortale. Vnde & diuus Thom. 22. q. 107. art. 4. quærens, Vtrum ingratis ſint beneficia ſubtrahenda, ait, quòd ſi conſideremus, quid ingratus ignus ſit pati, certũ eſt, quòd meretur beneficij ſubtractionẽ, ſed antequã ſubtrahatur, prius debet ſe medicum exhibere, vt ſcilicet iteratis beneficiis, ingratitudinem ſanet ſi vero ex beneficiis multiplicatis ingratitudinem augeat, & peior fiat, debet à beneficiorum exibitione ceſſare. Hinc Dominus ait liberabo, id eſt quaſi iniuſte poſſideantur ab ingrato, *lanam linum* &c.

*Benard.*

*Matt. 21.*

*Aug. Inſt.*

*D. Thom. 22. q. 107. ar. 4*

*Omnes cauſæ propter quas aut filius exhæredatur vel vaſſallus priuatur beneficio ſuo vna ingratitudine voce denotantur.*

Tertiò, *Reuertar*. Implicatur hoc verbo gratia præueniens nullis enim meritis iſtius populi reuertitur Dñs, aut ipſo populo vocante Deum. Benedicta abyſſus miſerationũ Dei qui nullis noſtris meritis exigentibus, medicinam adhibet vt ſanemus, & flagellat, vt reſipiſcamus. Contra Pelagianorũ hęreſim dicentiũ, gratiã dari propter merita præcedentia. Solum enim legimus hic demerita populi quem adhuc demerentem Dominus quærit ad ſaniorem mentem conuertere.

*Fœlix infœlicitas & beatæ miſeria quę ad Deum redire facit*

Quartò obſerua, quid dicat iſte populus, Vadã ad amatores meos, qui dant mihi panes meos vinum meum, lanam meam. Et quid Deus ait, *Frumentum meum, vinum meum, lanam meam, & linum meum*. Agnoſcamus ergo, bona tẽporaria, quę poſſidemus, Dei eſſe nos autem diſpenſatores. Nam ſi non agnouerimus, Dei eſſe, timendum eſt ne reuertatur ad nos, & auſe-

& auferat illa.

Quintò, *In tempore ſuo.* Docet hic locus maximè cum ma-
tureſcunt fruges, homines debere, à peccatis gradum reuo-
care, ne tũc puniat, quando grauius eſt flagellũ, & opus, &
impenſam perdãt. Eſt enim Tantali tormentũ, opes videre
iam ori proximas, & illas nequaquam attingere poſſe. Fru-
*Leuit.26.* ſtra ſeratis ſementem, quæ ab hoſtibus deuorabitur, Daboque
vobis cœlum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam, conſu-
matur in caſſum labor veſter, non proferet terra germen,
*Rogatio-* nec arbores poma præbebunt, ait, Dñs. Hinc Eccleſia opti-
*nũ dies* me rogationes inſtituit, in quibus vt Aurelianenſe conciliũ
*Aurelia-* præcipit, triduo abſtinẽt omnes, & cibis quadrageſimalibus
*ni concilij* vtũtur. Videte de conſecrat. diſt. 3. c. Rogationes. Quadrat in
*decreto in-* Euãgelium earũ, & maximè in ea verba, Quis veſtrum habe-
*ſtituti.* bit amicum? Quæramus ergo amicos prius eſſe Dei, ſi cupi-
mus, nobis donari tres panes. Nam ſi amici fuerimus, non
*Luc.11.* ſolum dabit tres, verum & quotquot habemus neceſſarios,
ideſt, frugum abundãtiam. Si autem inimici Dei ſumus, ti-
mendum eſt, tunc enim aufert *frumentum ſuum, vinum, &c.*

Sextò, *Quæ operiebant ignominiam eius*, ideſt, quę dederam ad
tegendam nuditatem. Non inquit, quæ dederam ad luxum,
& ornatũ aureum. Deus enim ſolum dedit indumenta ad te-
*Apoc.17.* gendam turpitudinem noſtram. Si vltra procedit ornatus,
proculdubio is non à Deo eſt. Vereor autem, ne à Dæmone
*Matth.2.* ſit. Nã apud Apocalypſim meretrix illa magna, cum qua for-
*Boſſus ad* nicati ſunt reges terræ, & inebriati de vino proſtitutionis e-
*Beſſarionẽ* ius, circundata erat purpura, & coccino, & inaurata auro, &
*de immo-* lapide pretioſo, & margaritis. Vt Glo. inquit, meretrix hæc
*derato mu-* mali ſunt, hi exquiſitas veſtes adinuenere, non viri iuſti, &
*lierũ cultu* pij, qui habentes cũ Paulo quibus tegerentur, cõtenti ſunt.
Non ab re oratura Heſter prius pretioſa indumenta ſuſcepit
fortaſſis enim iudicabat ſe indignam, vt audiretur à Deo, ſi
*2.Tim.6.* monilibus aureis, & veſte pretioſa accederet oratura.
*Hebr.11.* Et Apoſtolus de viris iuſtis ait, Circũierunt in melotis, in
*Vide etiã* pellibus caprinis, quibus dignus nõ erat. Locus eſt commu-
*eundẽ di-* niſſimus, Quadrat in Euangelium Dom. 3. aduentus, in ea
*uum Baſi-* verba, Ecce qui mollibus veſtiũtur, in domibus regũ ſunt. Et
*liũ ad an-* in Euãgeliũ de diuite epulone, in ea verba, Induebatur pur-
*Nazianze-* pura, & byſſo. Optime inquit diuus Baſilius, homil. de legen-
*num* dis libris Gentilium, Veſtres ſuperuacuas curare. vel infœli-
*de vita ſo-* cium eſt, vt ait Diogenes, vel iniuſtorum. Videre hunc Baſi-
*litaria.* lij locum, mire enim loquitur aduerſus luxum veſtium.

Septimò



Septimò, Docet hic locus, quæ ſit hominum conditio,
qui, ſi quem viderint, aut tritis, aut deſpectis veſtibus indu-
tum, contemnunt, & vilipendunt. Hinc Aſſyrij & Ægyptij
videntes populũ Iudæorum ſpoliatum ſpernunt. Eſt verũ-
tamen error maximus, ex veſtibus hominem iudicare. Heu
quoties ſub ſericis indumẽtis mẽs latet iniqua, & contẽnẽ-
da, homo videlicet, multis peccatis irretitus, cõtra vero ſub
trita veſte mens latet angeli. Dedecet ergo, ob veſtes homi-
nẽ vel honorare, vel deſpicere. In huius rei typũ apud Leu. *Leuit. 11.*
interdicit Dominus eſum Cygni. Quid externè pulchrius *Simile.*
Cygno? Interdicitur tamen, quia eius caro nigra eſt. Sic ſub *Aliud ex-*
pulchris veſtibus mens latet hominis vitiorũ nigrore affe- *tra polli-*
cta, quamobrem neque in pectore velut bona recondenda. *centur, a-*
Quemadmodum viperam, aut aſpidẽ, aut ſcorpium in ebur- *liud intra*
neo, aureóne ſcrinio inſpiciens, non propter materiæ pretiũ *ſe recon-*
ipſa diligis, aut magnifacis, tanquam fœlicia animalia: ſed *dunt.*
potius propter naturæ ipſorum exitialem vim abhorres, ac *Simile.*
deteſtaris, Sic etiam in veſtibus, & faſtu fortunæ malitiam
videns ineſſe, non ad indumentorum nitorem obſtupeſce,
ſed morum prauitatem contemne.

Octauò, obſerua, quod ſit diuitiarũ, & pretioſarum veſtiũ
munus, *operire ignominiam* peccatorũ noſtrorum, non illam de-
lere. Pulchrè tangitur diuitum ſors, qui diuitiis ſua tegunt
crimina, neq; quiſquam contra ſcelera diuitũ audet obgan-
nire, & quod peius eſt, neque iudices ipſi plectere audẽt. Eſt
enim fortiſſimum tegumentum, ne reueletur iniquitas pec-
catoris, apud homines diuitiarũ copia. Hinc promittit Deus,
prius ſe ablaturum diuitias à populo Iudæorum, vt deinde
quiſquis ignominiam peccatorum eius intuens, prodat,
contemnat, & irrideat. Pauperum enim ſcelera facile quiſque
audet detegere, & irridere, non ſic autem diuitum.

¶*Et nunc reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius.*

¶Locus hic difficilis eſt ob verbum hic poſitum *ſtultitiam*,
neq; facile deprehendi poteſt, quid hic ſignificet. Vnde varia
eſt tranſlatio. Vatablus vertit, Et nunc detegã turpitudinem
eius. Septuaginta vertunt, Reuelabo immunditiã eius. Para-
phraſtes Chaldæus vertit, ignominiã. Vulgata æditio habet
*ſtultitiam.* Exiſtimant nonnulli, Deũ hoc vti loquendi tropo,
quaſi per tranſlationẽ explicet, ab omnibus deſerendam eſſe
Synagogam nõ ſine deriſione, & turpi opprobrio. Quemad- *Simile.*
modũ enim ſi maritus, ſiue vir alius mulierẽ fœditate ſangui-
nis menſtrui laborantẽ, nudo corpore inſpiciendã exponat,

id efficiet, vt cũ à cæteris, tum ab amatoribus iis, quibus ob ſpeciē, atq; ob fucatum mundũ appetebatur, inſpecta tanta deteſtatione probroſa deſeratur. In eundē modum actum iri cum gente iſta, vt priuata bonis temporariis, quæ in luxus, & libidines, atq; ſuperſtitiones conſumebat, protinus nihil habeat, quo ſuos illa amatores alliciat, & prouocet. Obſeruandũ veruntamen eſt, hic *ſtultitiam* non quamlibet vocari, ſed quæ ſit cum ſcelere coniuncta. Verbum enim Hebræum nabal, vacuitatem ſonat. Vnde & nebel, vter vacuus, & aere tantũ plenus dicitur apud Hebręos. Quemadmodum foliũ, cui ſuccus deeſt, & cadauer, eo ꝙ exceſſerit à vita Hebraicè nabal dicitur, ſic & homo, cui deſit recta ratio, veræ vitæ ſuccus, nabal, id eſt ſtultus nominatur. Hinc *ſtultitia* ſummum ſcelus Hebræis ſignificat. Vt apud Ieremiam, Pro eo quod fecerint ſtultitiã in Iſrael. Stultitiam vocat maximũ ſcelus. Vnde Vatablus pro *ſtultitia* vertit, nefas. Eo, inquit, quod nefas patraſſet in Iſrael. Erit ergo ſenſus horum verborum, *Reuelabo ſtultitiam eius*, hoc eſt, maximum ſcelus iſtius populi. Quæ quidem detectio, & ſtultitiæ reuelatio grauiſſimũ eſt ſupplicium, idque eſt, quod Deus his implicat verbis, *Reuelabo ſtultitiam eius*. Ac ſi apertius dicat, Sæuiſſime puniam, & animaduertam in hunc populum. Quemadmodum enim in nouo teſtamento ingens ſupplicium ſignificat, ligato ſaxo in mare proiicere, vt egregie inquit D. Hieron. apud Matth. In eundem modum, in veteri teſtamento verenda detegere, & corpus nudare maximum erat ſupplicij genus. Vnde apud Exod. acerbiſſimè tulit populus Iudæorum ornatus, & veſtium depoſitionem, cum dixit Dominus, Iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam, quid faciam tibi. Sic & apud Naum comminatur, Reuelabo pudenda tua in facie tua, & oſtendam in Gentibus nuditatem tuam. *In oculis amatorum eius*, id eſt, in oculis idolorum, hos enim hic vocat *amatores*, vt aliqui diſpungunt. Lyranus *amatores* ait eſſe, & idola, & Ægyptios, ſicque diſpungit, id eſt, coram idolis quibus ſeruiebat, & ſcientibus Ægyptiis, quibus confœderata erat Synagoga. Glo. ſic, *Amatorum eius*, id eſt, dæmonum, quos dicuntur dilexiſſe, eorum ſuggeſtionibus acquieſcendo. D. Hieronymus per hos *amatores* vtroſque intelligit, & Aſſyrios, & dæmones, à quo proculdubio & Gloſſa, & Lyranus ſuas explanationes dictas hauſerunt. Melius tamen opinor, per *amatores* iſtos eſſe ſolum Chaldæos, ſiue Ægyptios intelligendos, à quibus expectabat auxilium Synagoga. In quem modum

*Simile.*

*Ierre. 29.*

*Mat. 18.*

*Exod. 33.*

*Olim ſeuerum genus ſupplicij erat denudare corpus & verenda.*

*Num. 3.*



modum explanant Diony. Carthuſianus, & Vatablus. Nam cũ hęc reuelatio ſtultitiæ ſit futura, vt amatores irrideant, & contemnant Synagogam, hoc maximè ad homines, non ad idola ſpectare videtur. Verum eſt, quòd Theodoretus credit, hanc reuelationem ſtultitiæ futuram in oculis amatorum, quoniam ipſi illam inſpicientes, nequaquam ei adiumento eſſe poterunt. Cæterum explanatio dicta Dionyſij mihi magis arridet. *Et vir non eruet eam de manu mea*, Hoc eſt, neque quiſquam eruet, nam vir nonnunquam ponitur pro nomine relato implicante diſtributionem.

Hinc etiam carentibus anima in Hebraico idiomatè tribuitur, Vt, Poſuit Abraham patres cadauerum, virum contra ſocium ſuum, id eſt, vnamquamque è regione alterius. Et, Non docebit vir fratrem ſuum, neque vir proximum ſuum, hoc eſt, neque quiſquam alium docebit. Apertè conſtat, *virum* ſumi hic pro diſtributione. Vnde diuus Hieron. ſic diſpungit, *Et vir*, id eſt nullus. In quem etiam modum Septuaginta pro *Et vir*, tranſtulerunt, Et nullus eruet. Et Vatablus vertit, Nec liberabit eam quiſquam. Atque Interlinearis, *Et vir*, id eſt, nullius fortitudo. *De manu mea*, Egregiè Theophylactus ait, *Manum*, diuinam potentiam ſupplicia inferentem nominat, cum quo conſentit Interlinearis ſic diſpungens *Manu mea*, id eſt, poteſtate mea. *Iere. 31.*

## ¶ *Ad inſtituendos mores.*

ET *nunc reuelabo ſtultitiam eius, in oculis amatorum eius. Nunc*, id eſt, breui, vt egregie exponit Vatablus. Timenda eſt ergo iuſtitia Dei, & à peccatis abſtinendum, quoniam crebrò non procraſtinat, ſed quam primum homo peccat, adhibet ſupplicium. Vix attigerat arcam Oza, & percuſſus à Domino, mortuus eſt. Vix Maria locuta eſt, detrahens Moſi, & apparuit candens lepra, quaſi nix. Minabatur Ozias ſacerdotibus impedientibus, ne adoleret incenſum, & ſtatim orta eſt lepra in fronte eius. Hinc admonet Moſes populum, ne peccet. Iraſcetur enim, inquit, Dominus, & delebit te citò. Citò inquit, nõ ſerò. Quid plura? Quod hominũ millia nimiũ ſperantes de miſericordia Dei, in ipſa perpetratione peccati ſpiritũ exhalarũt? Hãc ob cauſam admonet. Sapiẽs, Nõ tardes, cõuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diẽ, ſubito enim veniet ira illius, & in tẽpore vindictæ diſperdet te. Quadrat hæc obſeruatio in Euangelium de diuite auaro, in ea verba, Dixit autẽ illi Deus, Stulte, hac nocte animã tuã repetũt à te.

*2. Re. 6.*

*Num. 12.*

*2. Pa. 26.*

*Deut. 7.*

*Hæc procraſtinatio frequenter accidit in hominibus ob ſperatã diuinæ vl tionis lõgiorẽ dilationem.*

*Luc. 12.*

Reuelabo

R*euelabo ſtultitiam eius.* Occulta erat criminum turpitudo
huius populi, Deus tamen reuelat. *Stultitia* ergo eſt, exiſtima-
re, peccata non eſſe detegenda, ac propterea licere aut poſſe
patrari ſine periculo reſerationis. Solet enim Dominus, qua
*Exod. 2.* non credunt via, reſerare, & detegere peccata, quamuis oc-
cultiſſima. Quid occultius crimine homicidij patrati à Mo-
ſe? Vnde interfecturus Ægyptium, circunſpexit huc, atque
illac, & nullum adeſſe videns percuſſum Ægyptiũ abſcon-
dit ſabulo. Altera autem die quidam ex Hebræis dixit illi,
Num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptium? Ti-
muit Moſes, & ait, Quomodo palam factum eſt verbum i-
*Dani. 13.* ſtud? Peccarunt iniqui iudices contra Suſannam, & crimen,
quod omnes latere putabant, reſerauit Deus per puerum
Daniel. Vulgò dicitur, parietes habere aures, & oculos, vt
*Habac. 2.* intueantur patrantium crimina, ac deinde detegant, quod &
Habacuc ſignificauit dicens, Lapis de pariete clamabit; & li-
gnum quod inter iuncturas eſt ædificiorum, reſpondebit.
*Matt. 10.* Quamobrem non eſt ſolitudini fidendum. Nam nihil occul-
tum, quod non reueletur, ait Chriſtus.

*Non eſt credẽdum parentibus nec amicis patrati criminis arcanum.*

Tertiò. I*n oculis amatorum eius.* Docet, crimina non eſſe pa-
tranda etiam coram amiciſſimis. Hi enim crebrò teſtes ſunt
aduerſus nos. Quis amicitior quam frater? Et hic ſolet fra-
tres accuſare, ſicut Ioſeph accuſauit fratres ſuos crimine
peſſimo. Quid charius debet eſſe filio quam pater? Et filius
Cham nuntiauit duobus fratribus nuditatem patris. Neque
quis dicat, Hunc hominem vinxi mihi multis beneficiis, ta-
*Gene. 37.* cebit crimina mea, nemini pandet. Qui pluribus vincti be-
*Gene. 39.* neficiis, quàm Ceilæ habitatores Dauid, quos liberabat à
Philiſthæis? Adhuc tamen volebant, & decreuerant, eum tra
dere hoſti atrociſſimo Sauli. Quòd ſi tacuerint, ſaltem con-
temnent. Ea enim eſt peccati natura, vt hominem reddat,
*1. Re. 23.* ſi reſeretur, contemptibilem, & eius pariat vilipendium.
Hinc optimè diuus Hieronymus reddens cauſam, ob quam
reuelet Deus ſtultitiam huius populi, inquit, Vt quam vela-
tam deſiderabant, apertam contemnant. Et Rupertus, Vt in
oculis ipſorum appareat contemptibilis. Hinc ſæpe admo-
nere ſoleo, non ſecus cum amicis agendum eſſe, ac ſi eſſent
*Dan. 13.* inimici, diligendos amicos, vt amicos, ab illis autem cauen-
dum eſſe tanquam ab inimicis. Sic viuebat illa ſancta Suſan
na coram famulis. Vnde ait Scriptura, Erubuerunt ſerui ve-
hementer, quia nunquam fuerat dictus ſermo huiuſcemodi
de Suſanna. Quadrat hæc obſeruatio in Euangelium Apo-
ſtolorum



ſtolorum Petri, & Pauli, in ea verba, Cauete, autem ab homi-
nibus. A quibus hominibus? Ab omnibus proculdubio fami-
liaribus, amicis, inimicis. Adhæc, in Euangelium fer. 2. Re-
ſurrectionis, in verba, De Ieſu Nazareno, qui fuit vir po-
tens in opere, & ſermone. Nihil ergo ſiniſtrum viderant eum
operatum: ſed omnia eius opera bona fuerant.

Quartò, Docet hic locus, cum iniquis non eſſe contra-
hendam amicitiam, & quam primum agnouerimus amicos
criminibus implicatos, ab illis eſſe fugiendum. Quorſum e-
nim ait Dominus ſe *reuelaturũ ſtultitiam* Synagogæ *in oculis a-
matorum* illius, niſi vt quam amabant velatam, ne videretur
ſtultitia eius, iam aperta, & detecta illius turpitudine, relin-
quant, & deſerant? Quoties ergò amicus noſcitur iniquus, *Simile*
monendus eſt, ab iniquitate recedat, quòd ſi noluerit reſi-
piſcere, ſoluenda amicitia eſt, ne illius familiaritas nobis
nocear. Quemadmodum enim minuta quædam animalia, vt *Lib. 2. E-*
ait Seneca, cum mordent, non ſentiuntur, adeo tenuis illis, *piſtolã*
& fallens in periculum vis eſt, tumor indicat morſum, & in *epiſt. 95.*
ipſo tumore nullum vulnus apparet, vti experimento diſci-
mus, in morſibus veſparum, & aranearum, idem certe homi-
nibus obuenit ex amica familiaritate prauorum. Nam quã-
uis non percipiat homo diem, aut horam, in qua vulnus in-
flictum eſt candidis moribus, tandem nihilominus ſe ictum
aliquando ſentiet; & corruptos bonos mores à prauo collo-
cutore deprehendet. Quod ſi iniqui homines ſunt relin-
quendi, vbi ſunt, qui eos fauore proſequuntur? Audiant iſti,
quid dicat Regius Pſaltes, Cum hominibus operantibus ini- *Pſal. 140.*
quitatem, & non communicabo cum electis eorum. Ac rur- *Pſa. 100.*
ſum, Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non ede-
bam. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuper-
biam, qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculo
rum meorum. Audi, & quid dicat vxor Tobiæ, Nunquam *Tobiæ 3.*
cum ludentibus miſcui me, neque cum his, qui in vanitate
ambulant, participem me præbui. Et Apoſtolus, Si quis non *Theſſ. 3.*
obedit verbo noſtro, ne commiſceamini cum illo, vt con-
fundatur. In huius rei typum præcipit Dominus, Non arabis *Deut. 22.*
in boue ſimul, & aſino. Iungere enim hominem, qui inſtar
bouis manſueti collum iugo Euangelicæ legis ſubmittit,
homini agenti vitam inſtar aſini, nequaquam decet. Demũ,
ne paruum peccatum iudices eſſe, te familiarem peccatori *Paral. 9.*
exhibere, audi, quid dicat Deus regi Ioſaphat, Impio præbes
auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris.
Et

Et quid inde vates Dei Ieu? Horrendum eſt, quod ſubdit, nempe, Et idcirco iram Domini merebaris. Vides, quo pacto iram Dei incurras, ſi cum hominibus irretitis criminibus amicitiam contrahas, illiſq; opem feras? Quadrat obſeruatio in Euãgelium Sexageſimæ, in hæc verba, Aliud cecidit ſecus viam, & conculcatũ eſt, & volucres cœli comederunt illud. Vnde tantũ damnum ſemini ſato ſecus viam, vt fuerit conculcatum, & ab auibus aſſumptum? Certe, quia erat iuxta viam, quam omnes prætereuntes calcabant. Age ergo tu cũ hominibus inſtar viæ tritis à peccato, & etiam ab omnibus cõculcaberis, & ſemẽ verbi Dei auferet diabolus à corde tuo.

*Hirundinum more falſi amici ſereno vitæ tẽpore præſto ſunt, ſimulatq; fortunæ hiemẽ viderint deuolãt omnes nec adhæren.*

*Iob. 6.*

*Simile.*

Quintò, *In oculis amatorum eius.* Hic detegitur fictorum amicorum conditio, qui ſi te viderint bonis affluentẽ, opibuſq; veſtitum, tibi opem ferent, at ſi in paupertatem incideris, te deſpicient, & nequaquã adiuuabunt. Fratres mei, inquit Iob, prætererunt me, ſicut torrens; qui raptim tranſit in conuallibus. Nihil potuit dici pulchrius ad explicandam amicitiam fictã. Quemadmodum, inquit, torrens non ſemper decurrit, ſed ſolum ad tẽpus, cum videlicet eſt inundatio, vt hyeme, quo tẽpore aqua neceſſaria non eſt, non indiges potu: at æſtate areſcit, cum aqua deſideratur ad ſedãdam ſitim, quãuis ſitibundus accedas, neq; guttam aquæ in torrente inuenies, Sic fictus amicus multa tibi tempore proſperitatis pollicebitur, quia tibi omnia ad voluntatẽ fluunt, ſed aduerſitatis tẽpore, cum eges conſolationis, & remedij potu quãuis ſitibundus ad illũ accurras, neq; guttã hauries. Huiuſmodi, ait Iob, fuiſſe fratres, & amicos ſuos, ſimileſq; ſunt iſti amatores Synagogæ. Et quemadmodũ, creſcẽte luna mare creſcit, eademq; luna decreſcẽte, mare ſimiliter decreſcit, Sic cum tu diuitiis creſcis, & plenus honore es, & opib⁹, creſcit amicorum numerus: verum ſi ad paupertatem veneris, aut iacturã patiaris, decreſcet amicitia. Quadrat in Agonem Chriſti, in hæc verba, Relicto eo, omnes fugerunt.

*Fluxus & refluxus maris ſecundum Lunam.*

¶ *Et ceſſare faciam omne gaudium eius, ſolennitatem eius neomenii eius, ſabbathum eius, & omnia feſta tempora eius.*

¶ Nonnulli opinantur, *gaudium* genus eſſe ad ea, quæ ſequuntur, *ſolennitatem, neomeniam,* &c. neq; diſplicet explanatio. Feſtis enim diebus homines tũ veſtibus, tum epulis gaudij indicia præ ſe ferunt. Vnde apud Tobiam legimus, Cum eſſet dies feſtus Domini, & factum eſſet prandium bonum in domo Tobiæ. Lyranus, quaſi aliquid peculiare ſignificetur, ait, *Ceſſare faciã gaudiũ eius,* ciuitatẽ, & populũ deſtruendo. Interlinearis hoc ait, eſſe dictũ propter ſeruitutem Babylonicã, quod deſumpſiſſe videtur à diuo Hieronymo. Ait enim, Tradita autẽ Babyloniæ ſeruituti, nequaquam tres ſolennitates Paſchæ, & Pẽthecoſtes, & Tabernaculorũ celebrare poterit. Quaſi ergo expenderit, quid Dominus velit, his verbis ſignificare, *Ceſſare faciam gaudium eius,* dixit, Tradita autẽ Babyloniæ ſeruituti. Et deinde ad ſequẽtia explanãda calamũ conuertẽs, explicat, quid vocet ſolennitatẽ, quo verbo tres dies feſtos ait cõprehendiſſe, nẽpe Paſchæ, & Pentecoſtes, & tabernaculorũ. A quo proculdubiò deſumpſiſſe videtur Interlinearis eoſdẽ tres cõnumerans. Neque obſtat, quòd in numero ſingulari tantũ dixerit *ſolennitatem,* nõ ſolennitates, vt aliquid peculiare ſignificaſſe videatur, alioquin dixiſſet in numero multitudinis ſolennitates, nõ autẽ in ſingulari *ſolennitatem.* Nõ inquã, obſtat hæc obiectio. Nã, vt optime hic obſeruat Lyranus, ſingulare ꝓ plurali hic ponitur, hoc eſt, *ſolennitas* pro ſolẽnitatibus, qui loquendi tropus frequentiſſimus eſt in ſacris Bibliis. Vt apud Exod. Venit muſca grauiſſima. Ac rurſum, c. 10. dixit Moſes, Ego inducã locuſtam in fines veſtros. Numerum ſingularem locuſtam, poſuit pro plurali videlicet locuſtas. Diſſeruit, & tradidit hoc, nempe poni numerum ſingularem pro plurali, diuus Aug. multis in locis, ac præcipuè in Pſal. 78. & 104. ſed multo melius lib. 2. Locut. in Exodum, vbi reddens cauſam, ob quam numerus ſingularis pro plurali ponatur in ſacris Bibliis, ait, plus ſingulari numero intelligi, quã quod pluraliter dicitur. Nã plus accipitur, cum dicitur, verbi gratia, eſt illic miles, quàm ſunt illic milites, & eſt illic piſcis, quàm ſunt illic piſces. Meminit etiam huius regulæ D. Hierony. lib. 2. contra Iouinianum, inquiens, Scriptura diuina, & vnũ pluraliter, & plurale ſingulariter appellare ſolet. Hinc & Septuaginta vertunt in numero multitudinis, pro *omne gaudium, & ſolennitatem eius,* omnes lætitias eius, ſolennitates illius. Et Vatablus vertit, dies feſti eius. *Neomeniam,* hoc eſt, nouiluniũ, vel prima dies lunę, quod diuus Hieronymus vocat Kalendarũ, non ſabbathũ, quod in fine cuiuſcunque hebdomadę celebrabant, otio, & epulis vacantes, vt inquit Interlinearis. *Et omnia tempora eius,* varia erant, vt annorum principia, iubileorum hebdomadæ, aliaque noua, aut à populis, aut à familiis, aut à regibus inuenta. Vnde apud Heſter, diem cædis, & interfectionis hoſtium Iudęorum conſtituerunt eſſe ſolennem, vt in eo omni tempore vacarent, deinceps epulis,

*Tob. 2.*



*Tres dies feſti ſolenniter Iudæis.*

*Exod. 8. & 10.*

*Auguſt.*

*Hierony.*

*Heſter. 9.*

epulis,gaudiô atque conuiuiis. Et dies victoriæ Iudith colitur à Iudæis ex illo tempore,vſque in præſentem diem. Vnde quod Lyranus intelligit,per *feſta tempora* ſignificari, quæ ſemel tantum in anno fiebant,vt Paſcha,& Pentecoſtes, & ſimilium, non adeo videtur rationi conſentaneum, neque quod ait, ſolennitatem exhauriri per ſequentia,nempe *Neomeniam,ſabbathum*,&c.ac ſi explicet,quænam ſint illæ ſolemnitates,quæ ceſſabunt. Melius enim videtur quadrare explanatio diui Hieronymi, per *ſolemnitatem* peculiare quid intelligentis,nempe Paſchæ,Penthecoſtes,& tabernaculorum feſtum, ac deinde ſequentibus alia feſta comprehendentis, *neomeniam, ſabbathum*,&c.Et quoniam tempora feſta præcipua fuerunt tria,triplici colligendorum fructuum anni tempore inſtituta, in quibus ſupplicationibus, & gratiarum actionibus vacabant, has etiam gratiarum actiones ſe explodere, & contemnere ſignificat Deus,illumque populum ità diſpergendum,vt ſine rege ſit futurus,& ſine populi, & familiarum coactione.Populi enim,& reges,& familiæ feſta tempora,vti diximus,condere ſolebant.

Indit.vlt.

## ¶Ad morum compoſitionem.

ET *ceſſare faciam omne gaudium, ſolemnitatem eius,neomeniam eius, ſabbathum eius, & omnia feſta tempora eius.* Vides, triſtitiam ſupplicium eſſe Dei, quo peccatores torquet ob patrata crimina. Cum ergo quis triſtis eſt, videat, an peccatum ſit in eius corde, ob quod triſtitia afficiatur. Vnde egregie diuus Auguſtinus ait in Pſalm. 42. in ea verba, Vt quid triſtis incedo, dum affligit me inimicus? Audiat ex Iſaia,Propter peccatum,modicum contriſtaui illum Cauſa ergo triſtitiæ tuæ peccatum eſt,cauſa lætitiæ tuæ iuſtitia ſit. Qui enim caret peccato,nõ habet cauſam triſtitiæ. Vnde Sapiens ait,Secura mens,quaſi iuge conuiuium,id eſt,hilaris eſt ſecura mens. Quæ autem ſecura eſt,niſi quæ peccato caret? Inquit Plinius. lib. 22.c. 24. Triſtitia cibo mollitur.Cibus noſter virtutes ſunt.Vnde Chriſtus ait,Operamini non cibum,qui perit,manducemus virtutes,& hic cibus profligabit omnem triſtitiam à nobis. Hinc diuus Iacobus ait, Triſtatur quis in vobis? Oret. Et apud Ezechielem, Dolore, inquit Deus, repleberis calice mœroris,& triſtitiæ.Nulla enim maior triſtitiæ cauſa,quam peccatum.

Auguſt.
Iſaia 57.
*Mens libera quæ malæ conſcientiæ ſtimulis nõ pũgitur ſolidũ verũmque gaudium dare poteſt.*
Prou. 15.
Plinius.
Eze. 23.



peccatum.Quadrat in Euangelium Dom.4. poſt Reſurrectionem,in ea verba,Quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum,Quid fuerat locutus?Quod modicum eſſet illos relicturus.Proculdubio domus, vbi Chriſtus non eſt,æquum eſt,triſtitia impleatur, El que no tiene à Dios, ha de tener ſino triſteza? Quale mihi gaudium erit,qui lumẽ cœli non video,& in tenebris ſedeo? At quantò melius dicere hoc poteſt peccator, qui creatorẽ luminis gratiæ non agnoſcit in animo ſuo,&in tenebris ſedet,in illis vtiq; tenebris de quibus ait Apoſtolus,Abiiciamus opera tenebrarũ. Et apud Ioã. Dilexerũt homines magis tenebras,quã lucẽ?

Tob.5.
Rom. 13.
Ioan.1.

Secũdò,Nullus iudicet leuem pœnã eſſe triſtitiam, ſiquidem audit,à Deo quaſi acerbiſſimo ſupplicio puniri hũc populum triſtitia. Omnis plaga triſtitia cordis,ait Sapiens. Ac rurſum ſicut tinea veſtimento,& vermis ligno ita triſtitia viri nocet cordi. Bene id cognouit Antiochus,qui incidit in languorẽ præ triſtitia,& mortuus eſt.Neminem ergo triſtemus,ac maximè viros iuſtos,qui hoc tormẽto non ſunt digni.Quadrat in Euangeliũ fer. 2.Reſurrectionis,in ea verba Qui ſunt hi ſermones,quos confertis ambulãtes inter vos, & eſtis triſtes? Loqui enim de Deo, & ſic loquentes quippiam afficere triſtitia,indignum eſt. Vnde Chriſtus eorum diſcipulorum triſtitiam lenire conatur.Sic Paulus inquit de Epaphrodito ægrotante,Miſertus eſt Dominus eius, & mei etiam ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem.Ac ſi dicat,Nõ ſolet Deus ſuos nimium triſtare.

Prou.25.
1.Mac.6.
*Diuus Auguſtinus li.21. de Ciuitate Dei ca. 9.citans hanc ſententiã permemẽ intelligit dolorem animas dãnatorum cruciantẽ.*

Tertiò,Docet hic locus,decere,peccatores triſtes reddere ſiquidem audimus,hunc populum pro peccato *gaudio* priuari.Hinc Apoſtolus,Statui autem hoc ipſum apud me,ne iterum in triſtitia venirem ad vos.Igitur iam in triſtitia venerat Apoſtolus ad Corinth.

Philip.2.
2.Cor.2.
1.Para.c.29.

Quartò, Docet hic locus,quid maxime requirat à nobis in ſacrificiis illi à nobis offerendis,nempe *gaudium*,& lætitiam cordis.Hinc vocat dies feſtus *gaudia*. Vnde Salomon, Ego lætus obtuli vniuerſa hæc,& populum tuum vidi, cũ ingenti gaudio tibi offerre donaria.Hilarem datorem,inquit Apoſtolus,diligit Deus.Hinc apud Leui.dixit Aaro,quãdo obierãt duo filij eius,Quomodo potui comedere eam,aut placere Domino mente lugubri?Quod cum audiſſet Moſes,recepit ſatisfactionem,

2 Cor.9.
Leuit.10.

*¶Et corrumpam vineam eius,& ficum eius,de quibus dixit, Mercedes hæ meæ ſunt,quas dederunt mihi amatores mei.*

r ¶Inter

¶Inter cætera, quæ hominè acerbiſſime cruciare poſſunt,
primũ locũ obtinet deſperatio, cũ videlicet homo deſperat
ingruente calamitatum procella, ſe aliquod conſecuturũ re
*Ierem.11* mediũ aduerſus eas. Hinc Ierem ait, Quare factus eſt dolor
*Spes alit* meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis? Proculdubio cũ
*agricolas* homines annonæ, & vini, & olei copia priuantur, adhuc illis
*ſpes dulcis* dicere poſſumus, Spes in fundo. Manẽt enim arbores, & vites
*credit ara* quæ ſi hoc anno nõ tulerũt fructu, ferent ſequẽtibus annis
*tis ſeminas* Verum ſi ipſis agris, arboribus, & vitibus priuẽtur homines
*quæ mag-* hoc ſummũ miſeriarum pelagus eſt. Nã nihil ſpei illis re-
*no fænore* lictũ eſt, tum ad ſarciendã tranſactã penuriam, tũ ad tranſi-
*reddat a-* gendã vitam in poſterũ. Fuerat Dñs cõminatus, ſe ablaturũ
*ger.* ab hoc infido populo terræ fructus, quoniã dixerat, ſe à diis
Gẽtiũ illos accepiſſe. Nũc vlterius progreditur in adhibẽdis
ſuppliciis, & quia adeo ſtultus erat populus Iudæorũ, vt pro
fiteretur, ipſos agros, vineas & hortos ab idolis accepiſſe, vi
neas enim Baccho, oliuas Mineruæ, ficus, & cætera Pomonę
munere, & aliorũ idolorum beneficio dicebat ſe poſſidere,
*Simile.* minatur Deus, ipſis etiam rebus fructus producentibus eſſe
*In cenſua* priuãdũ. Quemadmodũ enim pro annuo cenſus redditu vin
*li contra-* cula cenſualia immobilia adigũtur, quæ non eſt fas, vende-
*ctu Domi* re aut alienare abſque facultate hominis habẽtis ius directi
*num dire-* dominij hac enim lege tradidit hæreditatẽ, vt annuũ ſolue-
*ctum ac* ret cenſum, quod ſi non ſoluat, & fructibus, & ipſa hæredi-
*quic in re* tate iure optimo priuatur, Sic Deus hac lege bona ipſa im-
*cipientem* mobilia nobis contulit, vt illum ſemper directi dominij poſ-
*transfertur* ſeſſorẽ cognoſcamus, annuũ cenſum rependentes. Et quis,
*& quid* quãtuſue eſt iſte cenſus? Certe non nummos exigit, ſed gra-
*certũ an-* tiarũ actiones, quas ſi nõ repẽdat homo velut vero Deo, nõ
*nuũ inſi-* ſolũ adimet fructuũ prouentũ, verùm & ipſam hæreditatem
*gnum ſer-* auferet ſicut videmus, huic populo eueniſſe. Sed ſingula ver
*uitutis ſol-* ba expẽdamus egent enim expoſitione. *Corrũpam*, inquit, *vi-*
*uitur. Bar.* *neã eius corrũpam*, ideſt, diſperdã, vt Septuaginta tranſtulere
*Paul. l. 1.* Vel vaſtabo, vt vertit Vatablus. *Vineã eius & ficum eius*, ideſt, vi
*§. 1. ff. de* neas, & ficus. Numerũ enim ſingularẽ poſuit pro plurali, vt
*pub.* ſupra diximus, & hic annotauit Lyranus. Neq; ſolũ exiſtima
mus, *vineas & ficus* deuaſtandas: verum & alias arbores. In ſa
cris enim Bibliis vuarum, & ficuum nominibus omnes alij
fructus & poma, præter frumentum, vinum, atque oleũ con-
tinentur, ob præſtantiã, qua hi fructus cætera poma antecel-
lunt. Vel iuxta diui Hieron. explanationẽ, in *vinea* lætitiam,
in *ficu* ſuauitatem, & dulcedinẽ intellige. Et quo corrumpet
Deus



Deus? Gloſſa exiſtimat, grãdine gelu, & ariditate: vt nullã
habeant arborem fructiferam. Diuus tamen Hieronymus,
Rupertus, Lyranus & recentiores melius dicunt, hæc ab Aſ-
ſyriis, & Chaldæis, cæteriſque gentibus corrumpenda. Com
modiſſimè autem terræ vaſtationem, & gentis etiam abdu-
ctionem in *vinearum* & *ficuum* vaſtatione implicauit. Nunquã
enim huiuſmodi populatur hoſtis niſi cum extremum omni
no vrbibus, ac gentibus excidium animo meditatur. Nam ſi *Iſaiæ.36.*
agris, vineis, atque arboribus parcit non exitiale bellum ge-
rere indicamus, ſed tantum propagandi imperij gratia ſu-
ſcepiſſe cognoſcimus, vt dux Aſſyriorum agebat; qui apud
Iſaiam ait, Hac dicit rex Aſſyriorum, Facite mecum benedi- *Iub.14.*
ctionem egredimini ad me, & comedite vnuſquiſq; vineam
ſuam, & vnuſquiſque ficum ſuam. Neque inquit, præſcindã
ſed *corrumpam*, quod maius inuoluit ſupplicium. Nam in ar-
borum præciſione aliqua ſpes eſt iterum germinandi in cor *Exod.2.*
ruptione autem tota deperit ſpes. Vnde Iob ait, Lignum ha
bet ſpem, ſi præciſum fuerit rurſum vireſcit, & rami eius
pullulant, &c. *De quibus dixit*, Interlinearis expedit, *dixit*, ideſt *Iſai.42.*
putabat. Optime tetigit, in qua ſignificatione ſumat hoc ver
bum, *dico*, Scriptura. Frequentiſſime enim accipitur pro cogi
tare deliberare, ſtatuere, & aſſeuerare. Sic Moſes dixit, Vadã,
hoc eſt, intra ſe cogitauit. Sic etiam crebrò in Euangelio le- *1.Cor.12.*
gimus dicebat intra ſe Phariſęus, id eſt, ſecũ cogitabat. Apud
Iſaiã, Non eſt, quid dicat, redde, ideſt, cogitet, reſtituere. Ne-
que ſolum dicere cogitare ſignificat, verum & credere, &
aſſeuerare. Vnde locus Apoſtoli, Nemo poteſt dicere Domi-
nus Ieſus niſi in ſpiritu ſancto, dicere ſumpſit pro aſſeuera-
re, ſiue credere, alioquin peccatores, in quibus non eſt ſpiri-
tus ſanctus, imo infideles poſſunt proferre has voces, Domi
nus Ieſus. Quod ſi aduertiſſent diuus Tho. ſuper hũc locũ, *D.Tho.*
& 12. q. 109. ar. ad 1. & Caietanus, nõ ſe torquerẽt diſtinctio-
nes fingentes, de Spiritu ſancto mouẽte, ſed nõ habito. Ita
eã in hoc loco ſumitur *dicere*, pro aſſeuerare, ſiue credere
quod plus eſt, quàm cogitare. Vnde ſic eſt hic locus diſpũgẽ
dus, *De quibus dixit*, id eſt, credidit, ſiue aſſeuerauit. Verũ eſt *2.Cor 12.*
ſecundã expóſitionẽ, quæ aſſerit, *dicere* ſumi trifariã, nẽpe co.
de, ore, & opere, deſumptã eſſe à diuo Hieronymo in c. 66
Iſaiæ. vbi expendens citatũ locũ Apoſtoli inquit, Dicere nõ
ſermone, qui facilis eſt, ſed affectu, & operibꝰ cõprobatur.
*Mercedes hæ meæ sũt*, hoc eſt Nõ à Deo vero accepi, ſed à numi


nibus

nibus illis, quorum religiones colo. Tria autem his verbis
ſunt implicata crimina Synagogæ, eáq; maxime deteſtanda,
*Deut.8.* Primum, quod omnia bona iam dicta ab idolis ſe inquit ac-
cepiſſe, cum verus Deus in dotem, & ſponſalia illla dona-
uerit. Vnde ſcriptũ eſt, Dñs Deus tuus introducet te in ter-
rã bonã terram riuorũ, aquarũq;, & fontiũ in cuius cãpis, &
mõtib⁹ erũpũt fluuiorũ abyſſi, terrã frumenti, & hordei, & vi-
nearũ, in qua ficus, & malogranata, & oliueta naſcũtur terrã
olei, ac mellis, vbi abſque vlla penuria comedes panem tuũ,
& rerum omnium abũdantia perfrueris, cuius lapides ferrũ
ſunt, & de montibus eius ęris metalla fodiuntur, vt cũ come
*Simile.* deris, & ſaturatus fueris benedicas Dño Deo tuo pro terra
optima, quam dedit tibi. Secundum crimen hic implicatũ eſt
ſibiipſi arrogaſſe, & tribuiſſe primã cauſam, ob quã hæc bona
acceperit Synagoga, nẽpe ob numinũ cultũ, & religionem.
Hinc meretriciæ *mercedis* vtitur nomine, vt nõ gratis ſe ac-
cepiſſe, ſed iure illa dona ſibi vẽdicare demõſtret. Vt enim
meretricis quęſtus, quãuis turpis, ꝓprius meretricis iudica-
tur, neq; tã donũ, quàm *merces* dici conſueuit. Ita Synagoga
non donorũ, ſed propria opa, imò ꝓpria nequitia titulo cõ-
paratæ mercedis ea omnia bona, quæ acceperat, ſibi attri-
buenda eſſe prædicabat. Tertium huius populi crimen eſt,
in eam fuiſſe lapſum mentis amẽtiam, vt ea ſibi bona colla-
ta iudicaret, vt delitias ex hiſce bonis perciperet. Obſerua-
uit hoc poſtremum Theophylactus.

## *Ad instituendos mores.*

ET *corrumpam vineam eius, & ficum eius, de quibus di-
xit mercedes meæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei*
Plectũtur vineæ, ficus, agri, & amœnitas horto-
rum propter peccata hominum, cum huiuſce-
modi res non peccauerint. Quorſum Domine
Deus? Proculdubio, vt hinc agnoſcamus, quantum malum
*Gene.6.* peccatum ſit, ob quod non ſolum committens illud punitur
*Alius pec-* verum & loca ipſa, in quibus peccata patrantur. Sic Gene.6.
*cat alius* Ob peccatum inquit Deus, Delebo hominẽ, quem creaui à
*plectitur.* facie terrę ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad
*Pſal.107.* volucres cœli. Ac paulo poſt, Vniuerſa, quæ in terra ſunt, con
*Iere.22.* ſumentur. Hinc & Regius Pſaltes ait, Terrã fructiferam po-
ſuit in ſalſuginẽ, à malitia inhabitantiũ in ea. Et Ieremias ait
Vſquequo lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur
propter



propter malitiam inhabitantiũ in ea? Quemadmodũ Deus
terræ & arboribus ſolet benedicere, vt feraciores ſint pro-
pter iuſtos. Vnde de Ioſeph legimus, quod propter eũ bene-
dixit Deus domui Aegyptij, & multiplicauit tã in ædibus, *Gene.39.*
quam in agris cunctam eius ſubſtantiã. Sic propter iniquos
ſolet Deus de ipſis agris ſumere vindictã, & ſterilitatis pu- *Deut.28.*
nire flagellis. Videte c.28. Deuteronomij, vbi multas cõge-
rit in bonos benedictiones, in malos autem maledictiones.
Si audieris vocem Domini Dei tui, benedictus in ciuitate,
& benedictus in agro, benedictus fructus terræ tuæ benedi-
cta horrea tua, &c. Si autem audire nolueris vocẽ Dñi Dei
tui, maledictus eris in agro, maledictum horreum tuum, &
fructus terræ tuę

Secundò, docet hic locus, quam malum ſit peccatoribus,
cõmiſceri in peccatis, ſiquidẽ terra ipſa plectitur propter pec
cata inhabitantium. Audi Iſrael, Deus tus ignis conſumens
eſt, ait Moſes apud Deut. Venuſtiſſime explicat, quẽadmodũ
Deus vindicet peccata, nẽpe inſtar ignis. Quid facit ignis? *Deut.4.*
Cõburit, ac deinde, quæ alba ſunt, ita fumo percutit, & im-
petit vt nigrore quodã fœdo deturpẽtur, Sic Deus ignis eſt,
ait Moſes, peccatores cõſumẽs, & quę circa peccatores ſunt *In eos qui*
nõ intacta relinquẽs. Vtinã luſorũ inſpectores, & loca adeun *in histrionũ*
tes, in quibus alia peccatorum genera cõmittuntur, hoc ad- *aut morio-*
uerterẽt ne in ipſo peccati loco pereant. Quoties adit homo *num dele-*
inſpectatũ taurorũ ſpectacula, & ruit domus vel tabulatũ, *ctantur*
& hũc interficit, huic crura frangit, illi brachiũ cõterit. Vti- *ſpectaculis*
que id non effecit fera ſæuiens, & laceſſita. Quid ergo? Adi-
tus procudubio loci in quo peccatũ fit. Deus oſtendit, ſe i-
gnem eſſe: Permittit enim, hunc cornibus feræ transfigi, &
circunſpicientes retro pœnarum nigrore afficiens, huic con-
terit brachium, illi caput, &c.

Tertiò, obſerua, vt multiplicet flagella, neque vnũ, aut al
terũ adhibet: ſed creſcit flagellorũ numerus, aufert linũ, la-
nã, fructus terræ deinde ipſos agros. Bone Deus, quando ſi-
ſtes gradũ, quando modum impones? Conſidera, quantũ ma
lum eſt, flagellis non emendari, adhibet enim Deus ſæuiora
flagella. Primum aufert fructus terræ, quod ſi non reſipue- *Leuit.26.*
rimus, acerbius impetit, aufert ipſas arbores, gelu vel grãdi-
ne lacerãs, adhuc ſi in peccato perſiſtat miſer homo, ipſos a-
gros aufert, & deuaſtat. Addam, inquit Deus, corruptiones
veſtras ſeptuplũ propter peccata veſtra. Addã, inquit, quo-
niã alia iam appoſuerat. Dixerat. n. Fruſtra ſeretis ſementẽ,

quæ ab hoſtibus deuorabitur, ponam faciem meam contra
vos,& corrueris coram hoſtibus veſtris,& ſubiiciemini his,
qui oderunt vos,fugietis,nemine perſequente,Sin autē nec
ſic obedieritis mihi addam correptiones veſtras ſeptuplũ,id
eſt,multò grauiora adhibebo flagella,creſcet in ſeptuplum
*Ezec.16.* flagellum.Hinc apud Ezech.ait Deus ,Multiplicaſti forni-
cationem tuam ad irritandum me,ecce ego extendam ma-
num meam ſuper te.Certe extenſio brachij ſiue manus du-
*Simile.* rius,& acerbius infligit vulnus.Dum ergo ait, Extēdam ma
num meam,ſæuius ſe puniturum indicat.Eſt enim Deus i-
gnis,in quem quò plura combuſtibilia iaciũtur,cò maior eſt
& ſæuior,& quò magis aufers cōbuſtibilia,mitior redditur,
Ita Deus,quò magis multiplicamus peccata,ſeuerior reddi-
*Pſal.105.* tur,ſi autēſubtrahamus ligna,hoc eſt,à peccatis deſiſtamus,
minuetur ſupplicicium.Hinc etiam & Regius Pſaltes ait,Ir-
ritauerunt eum in adinuentionibus ſuis,& multiplicata eſt
in eis ruina.Quadrat in Euangelium de piſcina,in ea verba
Ne deterius tibi contigat.Non ait.Idem,aut ſimile,ſed dete
rius.Acerbius enim ſolet cruciare,ſi multiplicetur peccatũ.

Quartò,obſerua quid dicat Deus,& quid iniquius popu-
lus.Populus *Mercedes meæ ſunt*.Deus autem,*corrumpam*,quia in
iuſte poſſidetis.Detegitur iniquorum conditio qui ſuis me-
ritis arrogant,& tribuunt,quod tribuendum eſt, miſericor-
*D.Tho.* diæ Dei. Nam quid *merces* eſt? Dicat diuus Tho. 12,
*Actus Iu-* queſt.114.articu.1. Merces eſt id , quod recompenſatur
*ſtitiæ mer-* pro retributione operis Vnde reddere mercedem eſt actus
*ces.* iuſtitiæ, ſicut reddere pretium rei emptæ. Egregie in-
*Auguſt.* quit Auguſt.libr.9.Confeſſionum,ca.13.Quiſquis tibi enu-
merat vera merita ſua,quid tibi enumerat, niſi munera tua?
Quid habes quod non accepiſti?Si autem accepiſti,quid glo
*Corint.4.* riaris,quaſi non acceperis?Ita fatetur Salomon dicens,Tua
ſunt Domine vniuerſa,& quæ de manu tua accepimus,red-
dimus tibi.Quadrat in Euangelium de Phariſæo,qui cõnu-
*2.Par.29* merabat multa bona opera,Ieiuno bis in ſabbatho,decimas
do omnium,quæ poſſideo.Vnde hæc opera facit ô Phariſęe?
Quia Deus cõtulit velle & perficere.Quare ergo gloriaris,
quia nō acceperis?Quadrat etiam in Euangelium Domini-
cę.3.Aduentus in ea verba Ioãnis.Ego vox clamantis.Quid
hic ſignificat Baptiſta?Certè,ſe nō aliud eſſe,quã quod Deus
*Ezech.1.* contulit.Vox enim non aliud eſſe habet,quàm quod cõtulit
proferens eam Ego vox clamantis,id eſt, Chriſti vt expo-
nunt Tho.& Aug.& Origenes.Ac ſi apertius dicat. Totus
quantus



quantus ſum,à Deo accepi.Ezech.1. Cum fieret vox ſuper
firmamentum,quod erat ſuper caput animalium,ſtabant, &
ſubmittebant alas ſuas.Quid alæ ſunt,niſi virtutes,& bona
quæ ſurſum hominem attollũt?Hæc omnia ,loquente Deo, *Gene.15.*
ſubmittenda ſunt. Ipſe enim dedit abſque meritis noſtris
virtutes,& cætera bona.

Quintò,obſerua,quàm pulchrè detegitur hominum con-
ditio qui oculos coniiciunt in miniſteria Deo exhibita,non
autem in mercedem ab eo receptam.Quot quantaque bene
ficia acceperat is populus à Deo;Eduxerat multis portentis
ab Ægypto,flagellauerat Pharaonē,& eius regnum propter
eum ſubmergerat in mari,&pauerat in deſerto,dederat terrã
promiſſionis.Horum beneficiorũ immemor eſt populus,&
conſiderat quòd priuetur bonis tēporariis vnde diuertit ad
deos Gentium.Sic patriarcha Abrahamus obliuiſcitur mul-
torum beneficiorum ſuſceptorum à Domino,eique dicēti,
Ego protector tuus ſũ,& merces tua magna nimis, reſpō-
det, Domine Deꝰ quid dabis mihi?Quaſi dicat,Nihili facio
quæ hucuſq; cõtuliſti,ſi hoc non cōcedis,nēpe ſemē hæredē
bonorũ meorũ.Auſculta bone ſenex,quid propter Deũ hu-
cuſq;feciſti,quod tibi tantũ arrogas, & tanti æſtimas Deo
miniſteriũ exhibitũ?Num ſubſtantiã dediſti,aut caput iugu
lo ob eius gloriã tradidiſti;Minimè ſed ſolum patriã, & pa-
trē mercede præuia reliquiſti.Nunquid tanti hoc facis,vt nō *Praua hō-*
ſint pluris facienda , quæ à Deo accepiſti? Nam propter te *minũ natu-*
Pharaonē plagis maximis affecit,vxorē tuã ab eo contingi *ra quæ*
prohibuit,tantã ſubſtantiã contulit,vt ad debellandos reges *ſuis labo-*
pluſq̃ trecētos expeditos vernaculos habueris vt amaueris *ribus bene*
Sed omnia hęc ꝑ nihilo ducit,& ait,Dñe Deꝰ,q̄d dabis mi- *ficia diui-*
hi?Ea eſt enim hominũ nequitia,vt nihili pendãt beneficia *na metitur*
à Deo recepta,pluris vero,ſi quid pro eo facimus.Vnde hoc *1.Reg.12*
cognoſcens Deus ait ad Dauid,Ego vnxi te,vt eſſes rex ſu-
per Iſrael,eruiq; te de manu Saul,dediq; tibi domum Dñi
Dei tui,& vxores Dñi tui,& tradidi tibi domum Iſrael , &
Iuda,etſi parua ſunt iſta,adiiciam multò maiora. Quid hoc *Pſal.43.*
Domine mi.Nonne hæc ſunt maxima beneficia?Sunt certè,
ſed agnouit,eam eſſe hominum nequitiam,vt parua iudicēt.
Nos vero,ſi quid parum pro eo facimus, ſtatim oſtendimus
ſudores,labores euehimus.Audi Iſrael labores extollentem,
Propter te mortificamur tota die,ęſtimati ſumus velut oues *Pſal.118.*
occiſionis.Quid dicis Iſrael?Nonne propter peccata tua hęc
pateris?Priuſq̃ humiliarer,ego deliqui,ait Dauid. Neq; ſatis

r 4 fuit

fuit ꝓpter Deũ hæc pati dicere quæ propter ſcelera ſua patiebatur néq; dicit ſe propter Deũ diuexatũ, aut percuſſum, ſed auget, & exterminat dicẽs mortificari. Neq; ait ſemel aut bis, aut ſaltem ter, ſed tota die. Ecce quo pacto amplificat ſuum miniſteriũ. Sic & modo ait. *Mercedes meæ ſunt*. Digna miniſterio, quod præſtiti accipio, & quæ debentur mihi Deus autem non ſic rependebat, miniſtrabamus ei, & flagellabat. O impudicitiam populi. Quadrat in Euangelium feſti ſancti Petri in ea verba, Ecce nos reliquimus omnia. Quam parum reliquiſti Petre, & exageras miniſterium.

¶ *Et ponam eam in ſaltum, & comedet eam beſtia agri.*

¶ Locus hic licet facilis videatur, ſubobſcurus tamen eſt & hinc variam ei adhibent expoſitores explanationẽ. Diuus Hieronymus, Theodoretus, Rupertus, Lyranus, & recentiores hic verbis, *Ponam eam in ſaltum*, ſignificari dicunt, eſſe Ie- *Hieroſolimæ futura deſtructio.*
ruſalem deſtruendam, ac multo tempore incolas, & ciues n habituram qui agros, & vineas, & hortos colãt, quamobre & creſcẽtibus ſpinis omnia ſylueſcere, & in ſaltum redigenda, quod proculdubio ingens ſupplicium eſt. Cuius enim, etiam ſaxeum, non percutiet animum, & dolore afficiet, videre amœnitatem pulchram hortorum, & vinearum ita vaſtatam vt magis ſylua, & ſaltus, quam hortus ſit appellanda? Et vbi arbores erant ferentes pulcherrimos, & ſuauiſſimos fructꝰ, arbores ſint infructiferę? Vbi vinea ſelecta, arbuſta, & myricę? Vbi ficus, & malꝰ, aliæq; id genus arbores, illices, & quercus, &c? Nonne æquũ eſt, ad dolorem, & cruciatum hæc mutatio pectus humanũ emolliat? Sunt, qui dicant his maximè implicari, abolendos eſſe Iudæos, & in captiuitatem ducendos, & non fruituros fructibus vinearum & hortorum, Nam beſtiæ hiſpotientur, vel quia homines non erunt, qui frui poſſint, vel quia fructus adeo erit degener, & ruſticus: vt tantum feris in vſum cedat. Verum non explet animum hæc expoſitio. Beſtiæ enĩ non his fructibus veſcuntur, ſed carnibus *Eam* igitur, cum ait, *Ponam eam in ſaltum*, non ad vineam refe-
*Pſal. 79.* rendum eſt, ſed ad populum, & Synagogam, quicquid recentiores dicãt, nempe quod refertur ad vineam, quatenus populũ Iudæorum ſignificat, iuxta illud Pſalmi, Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Deus virtutum conuertere, & reſpice de cœlo, & vide, & viſita vineam iſtã. Vbi regius Pſaltes vineam vocat populum Iſrael Nam licet verum ſit, populum Iſrael eſſe vineam Domin.





ſabbaoth: hoc tamen loco pronomen *eam* non ſub ratione vineæ videtur ſignificare Synagogam. Atque hinc Vatablus ſecus diſpungit. *Ponam eam in ſaltum*, inquit, id eſt, faciam, vt habitent in terra, quæ erit inculta, & deſolata, vt ſaltus, in quo habitant beſtiæ agri, quæ omnia deuorant, non faciam, vt illic eos beſtiæ deuorent. Quibus verbis videtur Vatablus ſignificare, relegandos Iudæos in exilium terræ infrugiferæ, vbi pro hortis, & vineis habeant ſæuiſſimas feras, quæ eos trucident, & dilanient. Non diſplicet expoſitio. Ita enim videmus, principes, & reges agere cum deuictis populis, ductiſq; in captiuitatem, illis namque tradunt terrã peſ- *4. Re. 17.*
ſimam habitãdam, & colendam. Sic legimus, Salmanaſar regem Aſſyriorum tranſtuliſſe Iſrael in Aſſyrios, poſuiſſeque eos in Hala, & in Habor, iuxta fluuium Gozan, in ciuitatib. *Iere.* 17.
Medorum. Et apud vatem Iere. minatur Dominus huic populo, Seruire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras. Ac paulòpòſt, Habitabit in ſiccitate, in deſerto, in terra ſalſuginis, & inhabitabili. Eſt & alia huius loci explanatio, ꝙ hic ſit metaphorica locutio, & erit ſenſus. Quemadmodum beſtia deuorat omnia, quæ ſunt in ſaltu, Ita hoſtes deuorabunt filios Synagogæ atrociſſime, ſeuient enim hoſtes in eos, non ſecus ac immaniſſimæ beſtiæ. Quod autẽ vocat huiuſcemodi beſtiã, *beſtiã agri*, ad augmentum ſupplicij eſt. *Beſtiæ* enim *agri* immittes ſunt, & immanes aduerſus homines. *Beſtiam* ergo hic hoſtes vocat ob cladem crudeliſſimã, quam erant in Iudæis facturi, vt optimè obſeruat D. Hiero, qui etiam hic inquit, metaphoricam locutionẽ eſſe. Lyranus *Dan. 4.*
*beſtiam* hanc ait, eſſe Nabuchodonoſor regem, qui verſus in amentiã electus fuit ab hominibus, & cum beſtiis fuit habitatio eius. Melior tamen videtur expoſitio Hieronymiana. Nam per *beſtiam* non vnus ſingularis hoſtis eſt intelligẽdus: ſed illi omnes, à quibus omnia erant deuorãda. Quòd ſi quęras, Quinã iſti hoſtes ſunt? Reſpondet Gloſſa, Tria hic ſunt *Synagogæ*
implicata hoſtiũ genera, qui Synagogã perdiderunt, nempe *côtrariſſime hoſtes.*
Aſſyrij, Chaldæi, & Romani. Melius tamen D. Hiero. plures Iudaici populi hoſtes attexens, inquit, Deuorauerunt eam primum Aſſyrij, Atque Chaldæi, Medi, & Perſæ, & Macedones. Ad extremum ſæuiſſima deuorauit beſtia Romanorum imperium. Et obſeruandum eſt, numerum ſingularem pro plurali hic eſſe poſitum, videlicet *beſtiam* pro beſtiis. Quòd autem Scriptura ſacra tyrannos, & milites vocet *beſtias*, quòd bella ſemper meditentur, & ſanguinem effundant

abſque miſericordia, deſpicientes fletum, & preces hominũ
*Iſa. 11.* miſerorum, quos vnguibus, & dentibus laniant, teſtis eſt
vates Iſaias, dicens, Habitabit lupus cum agno, & pardus
cum hœdo accubabit. Quid hic vocat lupum, & pardum, ni-
*Iob 5.* ſi homines ferinos mores habentes? Hinc & apud Iob iuxtà
expoſitionem Diui Thomæ, Beſtiæ terræ erunt tibi pacificæ,
homines crudeles, beſtiæ appellantur terræ.

## *Ad morum compoſitionem.*

ET *ponam eam in ſaltum, & comedet eam beſtia a-
gri.* Obſerua, quo nomine appellet milites
vaſtantes Ieruſalem, & Iudæos, non homi-
nes, non hoſtes, ſed *beſtias*, & non quaſcunq;
ſed *agri*, quæ non miteſcunt, & crudeliores
ſunt. Quoniam homines in alios ſæuien-
tes, indigni ſunt, quòd vocentur homines, tunc enim non
ratione ducuntur, neque cœlum aſpiciunt, vt parcant, ſed ter
*Pſal. 73.* ram, vt ſanguinem hauriant. Hinc Regius Pſaltes ait, Ne
tradas beſtiis animam confitentium tibi. Quid vocat be-
ſtias, niſi homines crudeles? Vnde Chaldæa paraphraſis le-
*Ezec. 7.* git, Ne tradas populis ſimilibus animalibus ſylueſtribus a-
nimas diſcentium legem tuam. Hinc etiam milites vaſtatu-
ros Pharaonis regnum apud vatem Ezechielem vocat be-
ſtias Dominus, Beſtiis terræ dedi te ad deuorandum. Neque
ſolum ferus homo, & vindictę auidus vocandus eſt *beſtia*, ſed
*beſtia agri*, quæ immaniòr eſt, & truculentior. Optimè enim
*Plin. li. 7.* dixit Plinius, Cætera animalia in genere ſuo propriè degũt,
*Fœdũ ſpe-* congregari videmus, & ſtare contra diſſimilia, leonum feri-
*ctaculum* tas inter ſe non dimicat, ſerpentũ morſus non petit ſerpen-
*hominem* tes, neque maris quidem belluæ, ac piſces niſi aduerſa in ge-
*homini* nera ſæuiũt: at homini plurima ex homine ſunt mala Et D.
*inſidiari* Chryſoſt. Præ omnibus malis homo eſt peſſimum malum.
*videre.* Quælibet beſtia vnum habet, & propriè malum, homo au-
tem omnia. Diabolus enim ad iuſtum accedere non audet,
*Matt. 7.* ſed malus homo non timet, ſed contemnit. Meritò ergo illi
qui homines magis vocandi ſunt *beſtiæ*, quàm homines. Tã-
*Ezech.* tum enim iuſti à Deo vocantur homines, apud Ezech. Vos
inquit, greges mei, greges paſcuæ meæ homines eſtis. Ac ſi
apertius dicat, Vos, qui paſcimini lege mea, & me agnoſcitis
paſtorem, obedientes voci meę, homines eſtis, hoc nomine
eſtis appellandi, non ſic autem peccatores, & iniqui. Quærit
Diuus



Diuus Auguſtinus lib. 12. de ciuitate Dei, c. 26. cur Deus in *Auguſt.*
principio mundi, vnum hominem tantum creauerit, & non *Cur Deus*
plures. Et reſpondet, vt ſic commodius vitium diſcordiæ, o- *hominem*
ſtenderet, eſſe cauendum, hac enim admonitione etiam in *vnũ ſolũ*
multis concors vnitas ſeruanda docetur. Nihil enim eſt, *creare vo-*
quàm hoc genus tam diſcordioſum vitio, tam ſociale natu- *luerit non*
ra. Egregie his antithetis diſcordioſum, & ſociale, explicuit *plures.*
Auguſtinus, quemadmodum homines ferinos imbibant mo
res. Quadrat hæc obſeruatio in Euangeliũ de Purificatione,
Luc. 2. in ea verba, Et homo erat in Ieruſalem, & homo iſte.
Cur bis ait, Simeonem eſſe hominem? Prius enim dixerat,
Homo erat in Ieruſalem, ac ſtatim repetit, Et homo iſte. Vt
oſtendat Simeonem dignum, quòd homo vocaretur. Item
in Euangelium Diui Pauli, Cauete autem ab hominibus.
Cur cauendum eſt ab hominibus? Quia crudeliores ſunt
nonnulli ipſis feris. Vnde & Scriptura eos reptilia, & beſtias
appellare conſueuit.

¶*Et viſitabo ſuper eam dies Baalim, quibus accendebat incenſum, & ornabatur inaure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & meì obliuiſcebatur, dicit Dominus.*

¶*Viſitare* hic ſumitur, pro punire, vt D. Hieronymus, &
Interlinearis, & Lyranus obſeruant. Quod & frequentiſſimũ
eſt in ſacris Bibliis. Vt apud Exodum, Ego autem in die vl-
tionis viſitabo & hoc peccatum. Viſitabo, id eſt, puniam. Et *Exo. 23.*
Pſal. 88. Viſitabo in virga iniquitates eorum. Vnde & Se- *Pſal. 88.*
ptuaginta pro *viſitabo*, vertunt, Et vlciſcar *ſuper eam dies Baa-
lim.* Et quoniam crebrò accipitur *viſitare*, pro recordari, ſiue
numerare, vt apud Geneſim, Viſitauit Dominus Saram, id
eſt, recordatus eſt Saræ, vel numerauit tempus Saræ, ſic *Gene. 21.*
poſſumus diſpungere hunc locum, *Viſitabo ſuper eam dies Baa-
lim*, id eſt, recordabor dierum Baalim ſuper eam. Quando
grauiſſima nota inuritur honori alicuius, vel ingens irro-
gatur iniuria, dicere ſolet, Dum viuam, recordabor, vel non
obliuiſcar huius contumeliæ. Sic Deus ad modum hominis
loquitur his verbis, *Et viſitabo*, id eſt, recordabor, quo verbo
aperit magnitudinem contumeliæ ſibi illatæ. V*el numerabo
dies Baalim*, *diem* autem poſuit pro tempore. Ac ſi apertius
dicat, Omne tempus, quo coluit Baalim, numerabo
ſuper eam, id eſt, contra eam. Præpoſitio enim *ſuper* po-
ſita eſt pro præpoſitione contra. In quem modum plerum-
que accipitur in ſacris Bibliis, Vt Philiſtiim ſuper te Sanſon. *Iudic. 16.*
Super te, id eſt, contra te. Hinc & Vatablus vertit, *Viſitabo*
*contra*

*contra eam dies Baalim*. Neque ſolum inquit, dies Baal, ſed *Baalim*, in numero multitudinis, quod maioris procacitatis eſt, & impudicitiæ. Turpe eſt, fœminam cum vno amatore coire, turpius, cum duobus, turpiſſimum, cum multis. Et hoc eſt, quod Deus probro vertit Synagogæ, nempe, quod multa ſit complexa idola, quamobrem & maiori digna ſupplicio. Quamuis tamen, quæ dicta ſunt, vera ſint, aliud præterea hic olfacio. Ad cuius exactam intelligentiam obſeruandum eſt, coniunctionem *&*, poni pro propterea aliquando in Scriptura, vt apud Ioan. Ego vidi, & teſtimonium perhibui, *&*, pro propterea ponitur. Et apud eundem rurſus, Spiritus eſt, Deus, id eſt, propterea, eos, qui adorant eum, in ſpiritu oportet adorare. Et c. 5. Sicut audio, iudico, & iudiciũ meum iuſtum eſt, & pro propterea iudicium meum iuſtum eſt. Sic & in hoc loco, *Et viſitabo per eam dies Baalim*, *Et*, ponitur pro propterea. Ac ſi rationem reddat Deus, ob quam vindictam ſit ſumpturus de hoc populo, nempe, quia dixit, Mercedes hæ meæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei. Verum quo vltra poteſt progredi ſupplicium, aut quid eſt hæc tua Domine viſitatio? Si populus iam eſt vaſtatus, & beſtiæ comederunt illum, actum eſt de populo hoc. In quo ego, aut quomodo poteris, percutere, & punire? Vnus Rupertus reſpondeat dicens, Poſt numerata ſupplicia nondum finis eſt, neque enim pœna impœnitentis conſumanda eſt, vel finienda erat tantum vaſtitate hoſtili, ſed temporalem vindictam comitatur æterna. Sicut Moſes in Cantico Deuteronomij proteſtatus eſt, Ignis ſucceuſus in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima Hæc Rupertus. Audiant, & timeant, qui flagellis multis hic à Domino adhibitis, non reſipiſcunt, ſiquidem eos acerbior expectat pœna in inferno. *Quibus accendebat incenſum.* Quidam dicunt, *accendere incenſum*, pro omni colendi, & ſacrificandi actione hic ſumi. Thuris enim, & odoriferarum reſinarum ſuffitus, quia ſacris aris adoletur maxime cultui veri Dei contrarius eſt, ſi alteri deferatur. Eſt enim Deo tantum huiuſcemudi cultus offerendus. Vnde ſpecies hic ponitur pro genere, nempe, *adolere incenſum*, pro quocunque cultu exhibito. Huic expoſitioni fauet tranſlatio Septuaginta. Habet enim, Immolabat, quod communius eſt, quam accendere inceoſum. Diuus Hieronymus *dies Baalim* vocat ſolennitates, quibus accendebat thura dæmonibus. Cum quo conſentit Rupertus. Vnum tamen hic eſt obſeruandum, quod & obſeruat Interlinearis, deſumpſitque

*Ioan. 1.*

*Ioan. 4.*

*Ioan. 5.*

*Deut. 32.*

*Thure deo ſupplicamus ſcribit Plinius lib. 1. cap. 24. Saba appellatur quod ſignificare græci myſterii dicunt.*



deſumpſitque à Diuo Hieronymo, nempe, horum verborum ſenſum genuinum eſſe, quod in ipſis ſolennitatibus, quibus incendebat thura dæmonibus, populus hic viſitabitur in plagis, & corripietur in pœnis. *Et ornabatur inaure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos.* Seruat perſonam meretricis: quæ auro ornatur, & gemmis, vt placeat amatoribus ſuis, & quicquid pulchritudinis non habet, arte conquirit, vt ſaltem ſic ad ſe amatorum animos allicere valeat. Et ſignificat, in honorem, & cultum idolorum Iudæos ſe ornaſſe diebus eorum feſtis, auro, & gemmis, atque pretioſis veſtibus, ſicut viri catholici in Dei, & ſanctorum feſtis agere conſueuerunt. *Et mei obliuiſcebatur.* Bifariam poſſumus exponere. Primò, quòd in huiuſcemodi feſtiuitatibus idolorum, auro, & veſtibus ornata, Deum tradat obliuioni. Vel ſecundò, quòd in diebus feſtis Dei non eo vſus ſit populus, ornatu veſtium, & auri quemadmodum vtebatur in ſolennitatibus idolorum.

*Olim mulieres ornatæ inauribꝰ & monilibus ibant poſt imagines idolorum ſuorum.*

## *Ad inſtituendos mores.*

V*Iſitabo dies Baalim*, id eſt, numerabo omne tempus. Decet ergo, & debet iudex attendere, quantum temporis in peccato maneat homo, vt augeat ſupplicium, ſi non reſipiſcat peccator. Hinc Iſaiæ, 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, neque curata medicamine, nec fato oleo. Quid his verbis ſignificat, niſi peccati vulnus eſſe inueteratum, à Deóque maxime obſeruatam peccati repetiti diuturnitatem? Hinc & Regius Pſaltes hanc fatetur conſuetudinem, velut dignam reprehenſione, Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ, hoc eſt, vt optime inquit Remigius, peccata ſanata in conſuetudinem duxi. Quadrat in Euangelium de Reſurrectione Lazari, Quatriduanus eſt, iam fœtet. Et Marci 9. Interrogauit parentes arreptitij Chriſtus, Quantum temporis eſt, ex quo ei hoc accidit? Et ait pater, Ab infantia, & frequenter eum in ignem, & in aquam miſit.

*Iſaiæ 1.*

*Pſal. 37.*

Secundò docet, cauendum à peccatis, ne adimpleatur numerus peccatorum noſtrorum, & ſumat vindictam Deus. Certum enim eſt, eſſe numerum criminum cuique peccatori ita ſignatum, vt neque minimum aliud patrare poſſit. Hinc Abrahamo de Amorrhæis ait Deus, Nondum completę ſunt

iniquitates

*Ezec. 22.* iniquitates eorum vſque ad hoc tempus. Et apud Ezechielem, Ciuitas effundens ſanguinem in medio ſui, vt veniat tempus eius, & appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tempus annorum tuorum. Quid eſt, facere appropinquare dies ſuos, & adducere tempus annorum ſuorum, niſi feſtinanter tendere ad complendum tempus, quo peccatorem expectat Deus, vt compleat numerum ſuorum peccatorum? Nam cum agnouerit Dei bonitas, limitem peccatoris eſſe mille, vt ita loquar, peccata, quo citius illa patrat, ſibi mortem maturius accerſit. Vnde ſi quinquaginta annos eſſet victurus, quoniam viginti quinque annis illa mille crimina commiſit, ipſe ſibi ſua properatione dimidiam vitam ademit. Vnde Dauid, Viri ſanguinum, & doloſi non
*1. Theſ. 2.* dimidiabunt dies ſuos. Et Apoſtolus, Sunt inter vos, qui omnibus aduerſantur, prohibentes nos Gentibus loqui, vt ſalui fiant, vt impleant peccata ſua ſemper. Quid eſt implere peccata ſua ſemper? Optimè Caietanus diſpungit, id eſt, indeſinenter addant peccata peccatis quouſque impleant præuiſam, ac permiſſam menſuram peccatorum ſuorum.
*Ezec. 21.* Sic & rurſum aduerſus Sedechiam ait Dominus, Tu autem prophane, impie dux Iſrael, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita, ideſt, cuius venit dies, atque tempus
*Deut. 32.* quo finem capiat iniquitas tua. Et apud Deuteronomium, Mea eſt, inquit Deus, vltio, & ego retribuam eis in tempore, Quando erit hoc tempus? Quando compleuerit eum peccatorum numerum, quem ego iam ab æterno in mente mea præfixi, tunc non dabitur vltra facultas ad peccandum. Hinc bene ait Diuus Gregorius, Qui ſæpe volens cadit in culpam, quandoque nolens trahitur ad pœnam. Vtinam quoties homo miſer peccatum committere decernit, ſecum cogitaret, an illud compleat numerum ſuorum peccatorum, ita vt ad aliud Deus tempus non concedat. Quem enim hæc conſideratio non reuocaret à peccato?

Tertiò, timeant peccatores his maxime diebus, quibus patrarunt peccata, audientes populum iſtum iis plecti, quibus offenderunt Deum, *Dizen, tal dia fue aziago para mi*, for-
*Amos 8.* taſſis eo die peccaſti. Amos, 8. Conuertam feſtiuitatem in luctum, hoc eſt, iiſdem ſumam vindictam de vobis, in quibus
*Iere. 51.* peccaſtis. Et apud Ier. Tempus vltionis eſt à Domino viciſſitudinem ipſe retribuet ei. Quid eſt hæc viciſſitudo, niſi pares eſſe dies ad vindictã, ſicut fuerant ad culpam, & ſicut feſtis diebus Deum offenderunt, ita & iiſdẽ eſſe plectendos?

Quartò,



Quartò, *Ornabatur inaure, ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos.* Quid tua intereſt Domine Deus, ornari pretioſis Synagogam, quod tanta vigilantia, & diligentia obſeruas, quo pacto *ornetur inaure, & monili, vt iret poſt amatores ſuos*? Si oculos conijceres in adulteram, vt aſpicias euntem ad ſuos amatores, non mirarer. Cæterum & ipſa ornamenta tam ſolerti indagatione perquirere, quibus committit adulterium, quid habet, quod ita ipſa percurris, & deſcribis? Docuiſti nos certe, vt omnes circumſtantias peccatum comitantes conſideres, vt ſæuius peccatorem punias. Hinc *ornatus, inauris, & monilis* meminis, vt cuncta te conſiderare, cum peccamus, animaduertas. Quemadmodum enim cum iuſti nauant virtutum actionibus operam, omnes circunſtantias conſideras, vt cumulatius præmium conferas, Sic & in peccato circunſtantias contemplaris, vt acerbius punias. Nam in Magdalenæ conuerſione cuncta illius miniſteria accuratiſſimè recenſes, quod lachrymis abluerit pedes tuos, capillis abſterſerit, oſculata fuerit, neque contentus fuiſti dicere, Hæc lachrymis meis abluit pedes meos, ſed rigauit, vt ingens fuiſſe fletus profluuium indicares. Sic etiam de Nichodemo legimus, non ſolum quod te quæſierit, ſed quod nocte ad te venerit. Et de Abrahamo, quod in ipſo feruore diei inuitauerat angelos, vt oſtenderes, quod radij ardentes ſolis non retraxerunt à pietatis officio Abrahamum, ſicuti neque nocturnæ tenebræ obſtarunt, quominus Nichodæmus te quæreret. Video æquiſſime Deus, quod circunſtantias peccati inſpicias, dum apud Iſaiam dicis, Erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, pro criſpanti crine caluitium, & pro faſcia pectorali, cilicium. Quid enim hi ornatus fœminarũ erant, niſi circũſtantiæ comitantes earum peccatũ? Quamobrem, & mutata ſorte, iiſdem plectuntur, quibus peccauerant, partibus, & ornatibus.

*Deus meritorũ & peccatorũ noſtrorum circunſtantias librat.*

*Gene. 18.*

*Iſa. 3.*

Quintò, docet hic locus profuſiores eſſe homines ad peccata, quam ad virtutes. Nam cum totius ornatus Synagogæ meminit, quo colebat Baalim, ſtatim ſubdit, quod dolendũ eſt, & ſine lachrymis proferri non decet, *Ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebatur*, id eſt, non parem cultũ mihi impendebat.

*Duo peccantium genera.*

Sextò, Bene adiungit, *Et mei obliuiſcebatur.* Inuenies duo peccatorum genera, quidam obliuioni tradunt Deum, cum tẽdunt ad patrãdũ peccatũ. Nõ enim recordantur maieſtatis offenſæ Dei ſui, q̃ quidẽ obliuio ingẽs nocumẽtũ infert. Alij etiã peccaturi, Deum ante oculos mentis habent, dicuntque

Quamuis

*Recordatio Dei frenũ animæ propetis ad peccata.*

Quamuis in hoc crimen labar, ſtatim pœnitentiam agam, & reuertar ad Deum meum, atque crebrò antequam peccatum perficiant, gradum reuocant, à peccato iam patrando recedunt, vel ipſe Deus impedimenta interponit, ne, quod ſemel cœperant, abſoluant. Vnde his peccatoribus tantum bonum? Certe ex memoria Dei ſui. Non enim eſt aliud Dei recordatio, quàm frænum ad cohibendum hominem, ne perficiat peccatũ. Exemplo nobis eſt Dauid pręcidens oram chlamydis Saul, qui percuſſit cor ſuum, eo quod abſcidiſſet,

*1.Re.24.*

dixitque, Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Chriſto Domini, vt mittam manum meam in eum. Studeamus ergo, ne Deus memoria noſtra excidat, eius enim recordatio ingens eſt remedium, vt à peccatis retrahamur. Audi etiam, quid dicatur apud Iob, Nunquid vire

*Iob 8.*

re poteſt ſcirpus abſque humore? aut creſcere carectum ſine aqua? Cum adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit, Sic viæ omnium, qui obliuiſcuntur Deum. Venuſtiſſima certe eſt hæc comparatio, vt aperiatur, quantum afferat damni, Dei obliuiſci. Quemadmodum enim ſcirpus perit, ſi aqua irrigans illi deſit, Ita & homo, ſi Deum non reuocet in memoriam, proculdubio corruet. Agnouit

*Pſalm.*

hoc, qui ait, Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper. Et cur prouidebas? Quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.

¶ *Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.*

*Duodecim malis præpoſitis, totidē bona in hac parte premittit dominus quæ per Chriſtum magnificè præſtita ſũt.*

Iam ex hoc loco incipimus, profundum obſcuritatis pelagus ſulcare, & laborioſam adire Corinthum. Sunt enim ſequentia verba vſque ad finem capitis, ſicut difficultate plena, ita multis myſteriis ſcaturientia. Donet nobis Dominus cœleſte lumen, vt profunda fluuiorum ſapientiæ eius ſcrutari valeamus. Iudicat Lyranus, hunc locum non eſſe coniungendum verbis immediatè præcedentibus, (quamuis iungat Rabi Salomon, quẽ ait ſequi multos expoſitores catholicos, & ita verum eſt, vt ſtatim videbimus) ſed eſſe attexendum verbis ſuprapoſitis, Dicite fratribus veſtris, *Populus meus, & ſorori veſtræ*, id eſt, gentilitati ad fidem conuerſæ, *Miſericordiam conſecuta. Propter hoc ecce ego lactabo eam, &c.* Rationem reddit Lyranus huius explanationis, quoniam hæc verba, *Propter hoc ecce ego lactabo eam, &c.* non poſſunt exponi de captiuitate Babylonica, & eius liberatione, cum obuiet litera in pluribus locis, ac maxime in fine huius capitis, his verbis



bis, dicam populo meo, Populus meus es tu. Accedit his, quòd locum hunc Apoſtolus in Epiſtola ad Romanos explicat de conuerſione Gentium ad fidem. Ergo iuxta Diui Pauli ſententiam Gentilitatis vocatæ hic ponitur conſolatio, ac conſequenter ad modum dictum hæc verba ſunt attexenda ſuperioribus. Rupertus partim conuenit cum Lyrano, partim vero diſſentire videtur. Conuenit, quia inquit, hæc verba eſſe referenda ad illam, quæ dixerat ſuperius, Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quam eſſe ait, omnem animam, quæcunque ad Dominum conuertitur, ſiue ex Iudæis, ſiue ex Gentibus: diſſentit tamen à Lyrano, quoniam citatum locum Apoſtoli ait, quadrare ad omnem hominem ad Deum conuerſum: ſiue Iudæus ſit, ſiue Gentilis. Reliqua omnis ſanctorum, & expoſitorum turba hunc locum coniungit verbis immediatè præcedentibus, vt videre potes apud Gloſſam, Hieronymum, Theodoretum, Theophylactum, ac recẽtiores, licet in expoſitione diſſentiant. Prima Lyrani, & Ruperti ſententia, quod hæc verba non ſint attexenda immediatè præcedentibus, ſed his, *Dicite fratribus veſtris*, maximè fulciri poteſt conſuetudine Scripturæ, quæ frequentiſſime ſolet cum immediatis verbis non coire, vt probabimus tum multorum ſanctorum Patrum teſtimoniis, tum eiuſdem ſcripturæ ſacræ multis locis. Primo Diuus Hieronymus Nahum, capit. 2. ait, Hinc vel maximè prophetæ obſcuri ſunt, quod dum repente aliud agitur, ad alios perſona mutatur. Vnde apud Nahum, Celebra iuda feſtiuitates tuas, & redde vota tua, quia nõ adiiciet vltra, vt pertranſeat in te Belial, &c. Et ſermonem conuertens ait, Aſcendit, qui diſpergat in facie tua, cuſtodiens obſidionem. Idem repetit Pſalm. 80. Prophetæ, inquit, & Pſalmi, ideo obſcuri ſunt, quoniam ſubito, cum neſcis, perſona mutatur, & cum dicat propheta, Exultate Deo adiutori noſtro, ſumite pſalmum, & buccinate in neomenia tuba. Denique ſubito inducitur perſona Domini loquens ad populum, In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te. Sic etiam Pſal. 119. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis. Quæ verba, indicant Diuus Auguſtinus, & Euthymius, cõſtare ex interrogatione, & reſponſione ad hunc ſenſum. Quænã vindicta ſcæleratæ imminet linguæ? Reſpõdet propheta, Iã ſagittæ Domini paratæ ſunt

*Rom. 9.*

*Hierony. Nahum.*

*Pſal. 80.*

*Obſcure quidã cẽſētur ideo ſacræ ſcripturæ loci quod conſequentia verba variis interpoſitis clauſulis diuidãtur ſeu manus confundãtur.*

vt hoſtes eorũ interimãt. Vide perſonæ mutationẽ. Philipus etiam presbyter lib. 2. commen. in Iob, cap. 21. ait, Scripturæ diuinæ hinc obſcuræ ſunt, quia ſolent, ſuperioris intellectus conſequentiam non tenere. Origines etiam ad Rom. 2. ait, obſeruamus non ſolum dicentis perſonam latenter, & ſubito commutari, verum & eorum ad quos ſermo, vel de quibus ſermo fit. Sic Paulus perſonam mutat. Nam aliquando Paulus ſpiritualis loquitur, Viuo iam non ego, viuit in me Chriſtus, aliquando carnalis Paulus, vt cum dicit Ego carnalis ſum, venundatus ſub peccato. Cum ergo crebro fiat in Scriptura mutatio, nemini mirum videri debet, ſi etiam in hoc loco fiat perſonæ mutatio, & quod huiuſcemodi verba ſint exponenda de vocatione Gentium. Oppoſita tamen ſententia reiicienda non eſt, cum tot ſit ſanctorũ Patrũ, & doctiſſimorum virorum, nẽpe quod de populo Iudaico hic eſt ſermo, & quod verba hæc cum immediate præcedẽtibus coniungenda ſunt. Sed ſingula verba diſpungamus. *Propter hoc ecce ego lactabo eã, &c.* Septuaginta vertunt pro *lactabo*, ſeducã eam. In cuius expoſitione maximè Theophylactus laborat, & bifariam exponit. Primo, ſeparabo ipſam, vt erret, & de loco in locum tranſmigret, partim quidem, quod fugiat, partim, quod captiua ducatur, omnibuſque bonis ſupra commemoratis ipſam priuabo. Secundo ſic, quod probe currentem in malitia, & ad ſimulachra abductam, ipſam declinare faciã hoc eſt, eam transferam à tali itinere, quod maximum ſane eſt beneficium. Aberrans enim à via praua, hoc eſt, conuerſus, ad bonum omnino iter traducitur. Ex his duabus explanationibus priorem amplectitur Theodoretus, reiiciendam tamen exiſtimo. Non enim poſſum, in hanc ſententiam animũ inducere: vt hæc verba de ſeductione, & errore Synagogæ ſint exponenda. Rupertus magis videtur, attigiſſe veritatem. Ait enim, Lactari eſt, dulciter foueri, & propter imbecillitatem ad infantiles delitias reduci, quod & videtur amplecti D. Hierony. Exponit enim, *Lactabo eam*, id eſt, blandietur ei. In eadem ſententia eſt Gloſ. & Lyranus, licet variè expendant, quomodo Deus ſit hunc populum lactaturus. Diuus Hieronymus ait, lactaturum eſſe, vt poſt pœnarum magnitudinem dolores priſtinos promiſſione mitiget proſperorum. Gloſſa ait, *Lactabo*, id eſt, blandiar illi, vt ad me conuertatur. Lyranus *lactandam eſſe*, ait conſolationibus Spiritus ſancti. Vatablus vertit pro *lactabo eam*, pelliceam eam quod

*Philippus presbyter.*

*Origenes.*



quod expendens ait, ſuaſurus ſum illi. Verum his verbis quid implicet Deus, *lactabo eam*, colligemus, ni fallor, ex Iſaia dicente de hoc populo, Sugges lac Gentium, & mamilla regum lactaberis, quibus verbis ſignificat, potiturum bonis Gentium, & regum. In eundem modum ait Deus, *Ego lactabo eam*, id eſt, potietur bonis meis? Quid ſunt hæc bona? Haud dubium, quin conſolationes ſint Spiritus ſancti, cæterorumque bonorum abundantia, quibus comminatus fuerat, hunc populum eſſe priuandum. *Et ducam eam in ſolitudinem*, Vatablus expendit, vbi ſcilicet aberit ab idolis. Lyranus ait, hoc dici, quia tempore Apoſtolorum multi ad fidem conuerſi transferebant ſe ad loca ſolitaria. Theophylactus ſic expendit, Faciam eam deſertam, ſiue aridam, & inutilem planè idolis. Antea quidem viuida ipſis videbatur, & inhabitabant in ea tanquam requieſcentes, ac omnino quieti dæmones. Nunc vero deſertam eam reddam, nihil retinentem, quod idolis ſit in deliciis, ac eam ob rem ipſis euitabilem. Verum hi omnes à genuino literæ ſenſu aberraſſe videntur. Nam his verbis, *Ducam eam in ſolitudinem*, vt egregiè dicunt Diuus Hieronymus, Rupertus & Gloſſa, ſignificat, ſe educturum de malis, multaque bona collaturum, ſicut & prius de Ægyptiaca eduxerat ſeruitute, multis hunc populum cumulans beneficiis. Omnia igitur illa beneficia aut ſaltem ſimilia, quæ in hunc populum contulerat, ſubmergens Pharaonem in mari, & exercitum eius, ſuſcitans illis admirabilem ducem Moſem, paſcens in deſerto; veſtimenta conſeruans, donans terram promiſſionis, & multa alia, quæ longum eſſet recenſere, hoc modo verbo perſtringit. *Ducam eam in ſolitudinem.* Qui loquendi tropus frequentiſſimus eſt in ſacris vatibus. Vnde apud Ezech. ait Dominus, Abducam vos de populis, & congregabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuſo, regnabo ſuper vos, & adducam vos in deſertum populorum, & iudicabo vobiſcum ibi facie ad faciem: Sicut iudicio contendi aduerſus patres veſtros in deſerto terræ Ægypti, ſic iudicabo vos, dicit Dominus, & ſubiiciam vos ſceptro meo, & inducam vos in vinculis ferreis. Vide quam aperte dicat, ſe acturum cum hoc populo quemadmodum egerat cum eo, quando eduxit de Ægypto. *Et loquar ad cor eius.* Hebraiſmus, eſt quam egregiè explicuit D. Hieron. in hunc modum, *loquar ad cor eius* verba molla

*Iſaiæ 60.*

*Chriſtus ſua doctrina populum demulcebat atque lactabat in ſolitudines ducebat verbæ vita & diſcipiura docens.*

*Ezec. 20.*

mollia, verba conſolatoria, vt triſtitia gaudio tẽperem, iuxta idioma Scripturarum, quibus verbis & Sichem locutus eſt ad cor Dinę, & apud Iſaiã, Conſolamini, conſolamini populum meum, loquimini ad cor Ieruſalem. *Loqui* itáque *ad cor* alicuius, eſt loqui ſecundum cor illius, aut iuxta cor illius Præpoſitio enim *ad*, ponitur pro præpoſitione ſecundum, vel iuxta. Cor autem ponitur, & accipitur pro deſiderio. *Loqui* ergo *ad cor*, eſt, conſolari, aut blanda, & quæ cor deſiderat loqui, & quicquid mœroris eſt, aut metus, leuiſſima oratione adimere.

*Geneſ. 3.*
*Iſaiæ. 40.*

## *Ad morum compoſitionem.*

PRopter hoc ecce ego lactabo eam, &c. Docet hic locus, peccatorem non eſſe deſpiciendum, ſi conuertatur. Sunt enim multi toruo reſpicientes vultu, & cum grandi ſupercilio agentes cum peccatore, quãuis eum pœniteat tranſacti criminis. Audiant iſti, quid fecerit Dominus cum hoc populo, quamuis multis peccatis irretito. Quamprimum namque dixit, Reuertar ad virum meum priorem, nempe Deum, cum lactat Dominus, hoc eſt, blanditur ei, & dulciter fouet, atq; paſcit conſolationibus, non contumelia afficit, non exprobrat ob peccata commiſſa. Cũ eſſet peſſimus Achab omniũ regnum Iuda, ita vt dicat Scriptura, Non fuit alter talis, ſicut Achab qui venundatus eſt, vt fecerat malum in conſpectu Domini quamprimum conuertitur ad Deum, ait ad Eliam Deus, Nonne vidiſti humiliatem Achab coram me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius. Patrat deteſtandum adulterij crimen Dauid, & quamprimum ait, Peccaui Domino, ait Nathan, Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum, non morieris. Videte etiã apud Geneſ. quomodo ſuſcipiat Ioſeph fratres ſuos, cum proni adorantes dixerunt, Serui tui ſumus, Nolite timere. Conſolatúſque eſt eos, & blande, ac leniter eſt locutus. Quadrat in Euangelium de filio prodigo, Cum enim veniret ad patrem, à longe ſuſcepit, & oſculatus eſt eum. Item de Magdalena, quæ leniſimè ſuſcepta eſt à Chriſto.

*1. Reg. 21*
*Deus a ſe auerſos & reſilientes quærit & deprecatur ne ſe deſerant quos tanta vi amoris ſuſcepturus eſt.*
*2. Reg. 12*
*Geneſ. 50*

Secundò, Ecce à quo pendet conſolatio noſtra, nempe, à conuerſione noſtra. Cõuertitur hic populus, & ſtatim lactatur à Domino. Nullus ergo mihi dicat, deſolatus ſum. Quærat Deum, & inueniẽt conſolationem. Benedictus, inquit paulus

*2. Cor. 11*



Paulus pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericodiarum & Deus totius conſolationis. Si ergo Deus totius conſolationis, ab eo quærenda eſt conſolatio. Et quomodo quærenda proculdubio conuertendo nos ad illum, Peccata enim noſtra, ſunt cauſa deſolationis noſtræ propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum, & percuſſi eum vias eius vidi, & ſanaui eum, & reduxit eum, & reddi conſolationes ipſi, & lugentibus eius Abiiciamus ergo peccata, & reddet nobis Dominus conſolationes, quas abſtulerat. Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur. Lugeamus peccata noſtra, & proculdubio conſolabimur.

*Iſaiæ 57.*
*Luctu ſuo anima peſcitur, cum ad cœlum flendo peccata, ſubleuatur.*

Tertiò, Oſtendit hic locus, quomodo ſit agendum cum nuper conuerſis. Hi lactandi ſunt non illis cibus porrigendus ſolidus donec adoleſcũt in virtute. Propterea, *Ecce*, appoſuit aduerbium quod, attentionem captat. Hoc aduertant, qui magna opera exigunt ab infantibus, &, paruulis in virtute, cum gigantes, hoc eſt, maxime adulti in virtute, ſub tãto onere gemant. Quis à plantis recens conſitis perfectiſſimos poſcit fructus? Refert Ariſtot. tandiu habere animalia lactantia lac, quandiu poſſit genitum animal ſibi acquirere victum. Non valent nuper conuerſi cibum virtutis ſibi acquirere, & ideo illis porrigendus eſt. Meliora ſunt hubera tua vino, fragantia vnguentis optimis, ait Sponſa, Cant. 1. Bernardus in ſententiis bene ait, Duo ſunt hubera, compaſſio de qua fluit lac conſolationis, quo nutriuntur infirmi, congratulatio, vnde fluit lac adhortationis quo ſuſtentantur validi. Sponſa ergo hubera petit, lactari vult cum venerit ſponſus: aberat enim propter peccatum Sponſæ Sponſus. Deſiderat ergo cum uenerit, lactari hoc eſt, paſci lacte conſolationis, ſuſcipi compaſſiione, non vnguenta, hoc eſt, medicamina apponi, acria quidem ad ſananda vlcera. Nondum enim in ſe vires ſentit, vt acrem medicinam obiurgationis, & pœnarum ferre poſſit. Hinc ait Moſes, Num ego concepi vniuerſum populum iſtum, vel genui eum vt dicas mihi, Porta eos in ſinu tuo, ſicut nutrix portare ſolet infantulum? Non ait Dominus, Porta in brachiis, aut in cruribus, ſed in ſinu tuo, & ſuper cor. Solent matres etiam pedites portare infantes, nec onus eorum ſentire, propter amoris ſingularis affectum quem habent erga eos. Sic etiam debent agere prælati cum nuper conuerſis ad Dominum. Sic acturum cum illis Chriſtum pollicetur Iſaias. Brachio, inquit, ſuo congregabit

*Cant. 1.*
*Bernardus*
*Num. 11.*
*Simile.*
*Iſaiæ. 15.*

agnos,& in ſinu ſuo leuabit,fœtas ipſe portabit. Quid intelligit per agnos,& oues fœtas,niſi incipientes? Hi portandi ſunt,non ſolum velut mater,aut pater, ſed etiam velut nutrix,quæ æquanimiter fert eius ſordes,& nimio amore abſtergit. Quadrat in Euangelium de oue errante, quam cum

*2. Reg. 14*

inuenit,ſuper humeros ſuos impoſuit gaudens,dicens,Congratulamini mihi,quia inueni ouem,quam perdideram. Vides quod ouem,quam portet,non graue onus imponat?

Quartò,Docet hic locus,peccatoribus,ſi reſipiſcant,verba,& beneficia danda. Inuenimus triplex hominum genus. Quidam lapſis poſt peccatum,quamuis conuertantur,& verba negant,& officia,ſemper,deinceps toruo vultu, & ingenti ſupercilio eos reſipicientes. Alij illis ſolum verba porrigunt,negantque opera. Alij vero iam quod officia conferant

*Simile.*

verba,& faciem negant. Sic rex Dauid Abſaloni ſe exhibet munificum:verba tamen negat. Aiebat enim, Reuertatur in domum ſuam,& faciē meam nō videat. Deus vtrumque largitur huic populo ad ſe conuerſo, & verba, & opera, vt doceat nos quo pacto ſit agendum cum peccatoribus poſt eorum conuerſionem. *Ducam*,inquit, *eam in ſolitudinem*, hoc eſt,illi conferam officia,quæ contuli in eum,cum eduxi de Ægypto. *Et loquar ad cor eius*, id eſt, verbis conſolabor. Quemadmodum exiguus ignis flatu oris iuuatur,ne extinguatur,ſic cum aſpicimus in aliquo ſcintillam diuini amoris,verbis illi ſimus adiumento, inſufflemus, ne pereat igniculus. Nam de Meſſia ait Iſai. Lignum fumigans non extinguet. Quadrat hæc obſeruatio in Euāgelium de Chananæa,cui Dominus neque verbum reſpondebat.

*Iob. 29.*

Quintò,docet hic locus,conſolandos eſſe triſtes,eorumque dolorem verbis liniendū. Sic Iob,Eram,inquit mœrentium conſolator.

Sextò,Docet bona opera cœlanda nuper conuerſis. Vt enim Dominus loquatur cum hoc populo prius ducit eum in ſolitudinem. Eſtque locus optimus contra hypocritas.

Septimò,Docet, fugiendā eſſe occaſionem,& locum, in quo peccator ſolet patrare peccata. Quorſum enim ducit in ſolitudinem Deus hūc populum,niſi vt auertat,& ſe moueat à loco,in quo peccatum committebat idololatriæ? Sic apud Geneſ. Iuſſit Deus Abimelch relinquere vxorem alie-

*Geneſ. 20*

nam,& ſtatim de nocte conſurgens diſceſſit à loco, donec reddidit eam viro ſuo Abrahę.

Octauò,locus hic communiſſimus eſt pro commendatione



heręmi,& ſolitudinis. Egrediamur in agrū,ait in Canticis Sponſa ad dilectum ſuum. Agnouit enim,quot quantáque beneficia largiatur Deus in ſolitudine. Et vates Ezechiel ait,Facta eſt ſuper me manus Domini,& dixit ad me,Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. Quorſum Domine non loqueris ad vatem tuum in oppido? Quia aptior locus ſolitudinis ad meam confabulationem. Vnde obſerua,quid viderit egreſſus in campum Ezechiel. Ecce inquit, gloria Domini ibi ſtabat. Demum, quando Iſaac ſeſe obtulit obuiam Rachel? Certè cum egreſſus eſt ad meditandum in agrum. Tunc proculdubio pulcherrima Rachel, id eſt,vita contemplatiua, & cœleſtis ſapientia ſeſe nobis offert,cum eam in ſolitudine quærimus.

*Vt ſponſus ſponſam adducebat in agrum vti cuptiùs frueretur amplexibus ſine rerum corporalium interpellatione.*

*Cant. 7.*

*Ezech. 3.*

¶ *Et dabo vineatores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam ſpem.*

Varia eſt huius loci tranſlatio, quapropter & difficultatē ingerit. Septuaginta vertūt, dabo ei poſſeſſiones ſuas inde. Theophylactus vertit, Dabo ei facultates ſuas inde, quod idē eſt. Cum his cōſentire videtur Textus Hębraicus,& Gręcus. Paraphraſtes vero Chadæus,*pro dabo et vinitores* legit, dabo ei gubernatores eius & ita,credo,eſt hęc vox explananda,*vinitores*,id eſt gubernatores. Vinitores ergo hic vocat gubernatores. Nam cū vocet populū Iſrael Dominus vineam, vt egregie ait Diuus Hieronymus. Et apud Iſaiam, Vinea Domini ſabbaoth,domus Iſrael eſt. Et Regius Pſaltes, Vineam ex Ægypto tranſtuliſti. Atque vt multa omittam, apud Matthæum paterfamilias vineam locauit,& fructus nō recipiens,& interfecto filio ſuo,nouiſſimè locauit eam aliis Vinitoribus iure optimo vinitores hic appellantur ij, quibus vinea Domini traditur excolenda, hoc eſt, populus Dei. Hoc igitur propheralis ſermo promitit, quod principes huius vineæ exeuntes de gentibus, & de captiuitate hoſtium, ſiue vitiorum de ipſo ſint genere Iudeorum, id eſt, Apoſtoli. In eadem ſententia eſt Rupertus,licet fuſius proſequatur,probans,quod vbicunq; eſt Eccleſia,ſemper in medio eius viuūt,& ambulāt aliqui,quos Eccleſia prælatos ſibi eligere poſſit,id ordināte, & agente qui loquitur dicens, *Et dabo ei vinitores*,ex eodem loco. Néq; ab hac ſententia diſſentit Lyranus. Apoſtolos enim ait eſſe iſtos vinitores,qui vinū doctrinæ Chriſti fidelibus propinauerūt. Vnde& Saluator inquit de ſe,Ego ſū vitis vera cuius vinū germinat virgines. Venuſtè explicat Deus quo pacto ſit

*Chriſtus id præſtitit per Apoſtolos & Pontifices Eccleſiæ, quæ apud Iſaiam vinea eius eſt.*

*Iſaiæ 5.*

*Matth. 21*

*Ioan. 15.*

reuocaturus hũc populum ab idololatriæ peccato, nempe
per vinitores, qui porrigentes ei vinum doctrinæ Chriſti,
efficient eum virginem, hoc eſt, ſoli Deo viro ſuo ſeruient
*Zach.9.* fidem ſeruientes. Vinum enim Dei, vt ait Zacha. germinat
virgines. *Et ipſi vinitores ſint ex eodem loco*, quia nati ſunt in
Iudæa, ſicut & Chriſtus, Theophylactus tamẽ aduerbiũ *inde*,
quod vertit *pro ex eodem loco*, non ad locũ refert, ſed ſic expẽ-
dit, Inde, hoc eſt, ab eo, quod loquitur in cor ipſorũ. Inde.n.
talibus, tantiſque bonis ditati ſumus. Et quæ ſunt iſtæ fa-
cultates? Reſpõdet Theophylactus, Porro cuiuſlibet in Chri
ſtũ credẽtis, & baptizati facultates ſunt ipſa peccatorũ re-
miſſio, ſupernæq; in cœlis manſiones, quas ſibi quiſpiã ob-
tinet, & acquirit, qualibet via, per hanc ad illã ducente. Et ſi
Theophylacti mentem penetremus, nõ ait, Dabo facultatẽ
inde, ſed facultates. Nã vt variæ ſunt cœli manſiones, ſic di-
uerſę ad illas viæ, oẽs tamẽ per vnũ Chriſtũ eò tẽdũt. Bene
ergo facultates variæ ſunt, quia & varia donorũ Spiritusſan
cti genera ſunt. *Inde* itaque Theophylactus ad cor refert. Nã
*Luc.17.* vt ait Aſſertor noſter, Regnũ cœlorũ intra nos eſt, hoc eſt,
*Philip. 3.* intra cor noſtrũ. Vnde & Apoſt. ait, Signati eſtis ſpiritu ꝓ-
miſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Cum
*Hic locus* Theophylacto recẽtiores partim vidẽtur cõſentire, partim
*ab Iſaia* diſſentire. Diſſentiũt, qm̃ aduerbium *inde* non ad cor, ſed ad
*explicatur* locum referunt, & ita proculdubio referendum eſt, ſi rem
*65.cap.* occulatius inſpiciamus. Aduerbium n. poſitũ hic ſecũdum
*Hæreditа-* textũ Hebraicũ, Chaldaicũ, & Grecũ, relationẽ videtur ípli-
*bunt eam* care ad locum, non ad cor, neq; ad locutionem cordis. Con-
*electi mei* ſentiunt veruntamen iuniores cum Theophylacto, quia ſic
*& ſerui* expendũt, *Dabo eis ex eodem loco vinitores*, hoc eſt, ex eodem
*mei habi-* deſerto incipiẽt habere vineas, & poſſeſſiones, videlicet ex
*tabunt ibi* hoc ſæculo, quod deſertum nuncupatur, dum hic vitã agunt
*& erũt cã-* accipient quaſdam primitias, & pignus hæreditatis æternæ,
*peſtria in* quod ſæpe inculcat Apoſt. Vnde ad Rom. ait. Quicunque
*caulas* ſpiritu Dei aguntur, ij filij Dei ſunt. Ac rurſum, Accepiſtis
*gregum &* ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba
*vallis A-* pater. Ipſe.n. ſpiritꝰ teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quod
*chor in cu* ſumus filij Dei. Si autẽ filij, & hæredes. Vera eſſe, quæ dixi-
*bile armẽ* mus, nõ dubitamus. Verum ſi rẽ penitius diſcutiamus, inue
*torum.* nimus. hic Dñũ vſum eſſe antithetis, quæ venuſtiſſimã red
*Rom. 8.* dũt orationẽ. Eſt autẽ antithetõ figura, qua cõtrariis cõtra-
*Ephes.1.* ria opponũtur. Dixerat Dñs ſuperius Corrũpã vineã eius,
&



& ficum eius, nunc contraria apponit ſe facturum, nempe, da
turum vineas. Dixerat etiam, eſſe vaſtandam Ieroſolymã,
& ponendam in ſaltum, nunc ita ab hominibus colẽdam, &
habitandam prædicit, vt ex eodem loco habitura ſit princi-
pes, & reges, quos vocat *vinitores*. Demum, ſub copia bonorũ
temporalium ſpiritualia bona intelliguntur. Iam enim ab
initio Euangelij omnia proſpera, & læta cedent fidelibus.

*Et vallem Achor ad aperiendam ſpem.* Si pro *Achor* legeremus
Achar, vt ait Theodoretus, ſe inueniſſe apud Syrum, dirime-
retur tanta quæſtio, quanta eſt inter doctores. Verum cum
*Achor* inueniamus in omnibus exẽplaribus Græcis, Chaldai-
cis, Hebraicis, hinc orta eſt quæſtio, & inter expoſitores diſ-
ſenſio. Gloſſa ordinaria exiſtimat, nomen illius hominis eſ-
ſe, qui furatus eſt de anathemate, ob cuius peccatum terga
vertẽtes filij Iſrael, victi fuerunt ab hoſtibus, ſed ipſo Achor
ob tantũ ſcelus interfecto in valle, quæ ex ipſo nomẽ habet
mœror Iſraelitarum in gaudium conuerſus eſt, deſperatio in
ſpẽ. Sic etiã deſtructa Ieruſalẽ, & templo per Romanos, ex-
punitis iniquis, qui peccauerunt in Chriſtum, iam Apoſtoli
habent gaudium, & ſpem, quòd totum mundũ Chriſto ſub-
iiciunt. Lyranus exiſtimat, *Achor* non eſſe nomen loci, vt di-
cit Rabbi Salom. quia *Achor* non eſt nomen propriũ, ſed ap-
pellatiuum, & turbationem ſignificat, vt probauit Ioſ. 7. Et *Ioſue 7.*
ideo per *vallẽ Achor* intelligitur humilis contritio de pecca-
tis, ſicut dicit, idem Rabbi Salo. Propter quod Andreas, & a-
lij ſequẽtes eũ, dicentes, quod *vallis Achor* eſt hic nomen loci
iuxta Ierícho, quã primo intrauerunt redeuntes de Babylo-
ne, non minus iudaizant quantum ad hoc, quam ipſe Rabbi
Salo. Hæc Lyranus. Contra quẽ hic inſurgit Burgenſis pro-
bans ex Gloſſa citata, Achor eſſe nomen propriũ, ſignificare-
que illũ tranſgreſſorem, de quo fit mentio Ioſ. 7. In hac eadẽ
ſentẽtia ſunt Rupertus, & Theophylactus, ꝙ ſit nomen pro-
priũ tranſgreſſoris. Videtur autẽ hoc non adeo rationi con-
ſentaneum, quoniam tranſgreſſor ille non eſt appellatus A-
chor, ſed Acham, & 1. Par. 2. appellatur Achar. Et in Gloſſa *1. Par. 2.*
Interlineari Ioſ. 7. dicitur, hoc idem ſentire beatum Hiero-
nymũ, ob hoc Replicator, Lyrani defenſor ait, in odiũ Lyræ
Gloſſam prædictam citatam à Burgenſe, concluditque non
eſſe verum, quod vallis iſta ſit ab illo tranſgreſſore dicta *val
lis Achor*, ſed eſt dicta à tranſgreſſione quamobrẽ Achor eſt
appellatiuum nomen nõ propriũ, & ſignificat turbationem.

Diuus Hieronymus apertè ait, *Achor* ſignificare conturbationem, & tumultum, atque perperam eſſe ab his intellectũ qui dicunt, *Achor* ſignificare peruerſitatem, in quem modũ interpretatur ſignificationem huius vocis Achor Theophylactus. Probatq; egregiè D. Hieron. *Achor* interpretationẽ eſſe conturbationem, ſiue tumultum, non autem peruerſitatem: ex verbis Ioſue 7 loquẽtis ad Achan, Quia turbaſti nos conturbet te Dñs in die hac. Vnde appellatus eſt locus ille *vallis Achor*, id eſt, vallis cõturbationis. Reiicienda eſt ergo expoſitio adhibita huic voci Achor à Theophylacto, & amplectenda eſt interpretatio D. Hieronymi. Ex cuius expoſitione etiam colligitur, *vallem Achor* eſſe nomen proprium loci, non appellatiuum, licet quæcunque turbatio, ſiue tumultus vocatur *Achor*. Nam ita inquit D. Hieronymus expendens hunc locũ. Quod autẽ *valis Achor*, in qua interfectus eſt Achan, ob furtũ, &c. Vides, q̃ apertè dicat ſanctus doctor, hic *vallem Achor* eſſe eam, in qua periit ob furtum

*Hieron.*

Achan? Sed ad diſpungendam literam accingamur D. Hier. ſic exponit, *Dabo vallem Achor ad aperiẽdam ſpem, vallis* Achor, id eſt, turbationis, mutabitur in oſtium ſpei, ſiue ad aperiendã ſpem, atque patientiam, quod idcirco ſupplicia, & tormenta perpeſſa ſit, vt per hæc ad proſpera perueniret. Ecce quid parit turbatio, ſcilicet certam aperire ſpem? Simulq; intelligimus, quod in principio terræ ſanctæ iuxtà Iericho, quando de ſolutione egreſſus eſt populus prope fluenta Iordanis, in prima Iſraëlis victoria, mœror in gaudium commutatus ſit, ibíque aperta eſt ſpes, vbi fuerat deſperatio, vt punitis his, qui peccauere in Chriſtum, & cõmiſere ſacrilegium, ſaluẽtur ex eis, qui blaſphemantes Iudæos fuerint deteſtati, & quãtum in ſe eſt, interfecerint.

*Significabat vallis illa terræ promiſſiõis ingreſſus Baptiſmũ primũ vitæ Chriſtianæ limitẽ.*

*Rupertus.*

Rupertus ſic expendit, Sicut tunc quãdo interfectus eſt Achor, ſumpſerunt filij Iſraël ſpẽ vincẽdi hoſtes, nec fruſtrati ſunt, Sic poſtquã Synagoga Iudæorum cũ ciuitate Ieruſalem deſtructa eſt à Romanis, tẽplúmque ſuccenſum, & ipſi Iudæi interempti, & in totum mundum ſunt captiui, Apoſtolis, cæteríſque credentibus aperta eſt ſpes victoriæ qua totum mundum fidei in Chriſtum ſubiugauerunt.

*Gloſſ.*

Cum hac expoſitione conſentit Gloſſa iam ſuperius appoſita in principio.

*Lyranus.*

Lyranus verò explicat, *Dabo vallem Achor*, id eſt, humilẽ contritionem de peccatis, & hæc *aperiet ſpem* ſalutis.

*Theoph.*

Humilis enim contritio de peccatis aperiet ſpẽ ſalutis. Theophylactus inquit, Quemadmodũ veteres illi propter Achor ſupplicium didicerunt, quantum

malum



malum eſſet trangreſſio. Conſimiliter & illi captiuitatis nomine ſenſum propriorum delictorum capient, ne amplius tranſgrediantur, vel renitantur mandatis Dei.

*Theodoretus.*

Cum Theophylacto conuenit Theodoretus.

*Recentiores.*

Recentiores magis iudicio meo videntur ſcopum attigiſſe. Sic enim diſpungunt, Nõ erit in iſta mutatione tale initium, quale fuit in ingreſſu terræ ſanctæ, illic fuit turbatio, hic, nempe initio Eccleſiæ, læta, & proſpera omnia.

*Nos hodie Eccleſiam ingreſſi, vetere homine defũcto & diabolo victo ſpem cõcipimus aſſequẽdi vitam æternam.*

Ait autem *ad aperiendum ſpem*, ſiue, vt Hebræi habent ad hoſtium, ſiue ianuam ſpei, hoc eſt, ingreſſum, ſiue introitum ſpei. Quemadmodum Latini dicunt, aperire fores amicitiæ, id eſt, occaſionem dare amicitiæ ineũdæ, Sic *aperire ſpem*, ſiue oſtium ſpei, eſt occaſionem dare accipiendæ ſpei, hoc eſt, vt apertius loquar, Vallis Achor culpam deſperationis dederat Iſraelitis olim, nunc contra accidet, non deſperationis, ſed ſpei ianuam primo ingreſſu ſibi aperiri cognoſcent, Huc vſque recentiores. Verum id eſt, quod nos quærimus vlterius progredientes, quo pacto, aut in quo aperitur ianua ſpei *in valle Achor*? Proculdubio, quia peccatores non lapidabuntur, quemadmodum Achan ob patrata peccata; ſed condonabo illa, iuxta illud, Nolo mortẽ peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat,

*Ezec. 18.*

Lapidatus eſt Achan, erat enim tunc lex timoris, licet confeſſus fuerit crimen dicens, Peccaui Domino Deo Iſrael. In Eccleſia ex Gẽtibus congregata non ſic. Eſt enim lex gratiæ. Vnde Apoſtolus ait, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei. Ac rurſum Nihil damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto.

*Rom. 8.*

Non enim lapidantur peccatores conuerſi ad Deum, ſed benignè ſuſcipiuntur. Hinc Aſſertor noſter ait, Diſcite, quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium.

*Matth. 9.*

Hunc autem eſſe literæ ſenſum, & præcedentia, & ſubſequentia verba demõſtrant: præcedentia, quia ex eadem gente peccatrice eligit gubernatores, non ergo deſperandum peccatoribus. Sequentia etiam verba magis hoc patefaciunt, dum illa diſpungemus, ſunt enim plena amoris, & dilectionis, dum cantus eorum meminit, & ait, Non vocabit me, Baalim, ſed vir meus. Et certe æquum eſt, nobis aperiat ianuam ſpei veniæ conſequendæ; crimina condonata eſſe Magdalenæ, Petro, Matthæo, Paulo, nec ob peccata patrata animum deiiciamus.

Ad

## ¶ *Ad morum compoſitionem.*

ET *dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem*, &c. Quaſi pe-
culiare, & ſingulare beneficium Dei ſit, gubernatores,
& prælatos eſſe de eadem gente, quam ſuat gubernaturi, ait
Dominus, D*abo ei vinitores ex eodem loco.* Et proculdubio ſi ſa-
cra Biblia euoluamus, comminari Dominum populo pec-
*Deut. 28.* canti quaſi ſæuiſſimum ſupplicium inueniemus, quod ab ex-
teris, & alienigenis gubernetur. Sic apud Deuteronom.
ait Moſes, Aduena, qui tecum verſatur in terra, erit ſuper te,
eritque ſublimior, tu autem deſcendes, & eris inferior, ipſe
*Iſa. c. 1.* erit in caput, & tu eris in caudam. Et apud vatem Iſaiam ait,
*Amor pa-* Regionem veſtram alieni coram vobis deuorant. Neſcio,
*triæ.* quid habet patria, quid genus, quid conuictus, quod homi-
nem mitiorem, & beneuolentiorem erga ſuos reddit. Vnde
*Gene. 42.* merito obſeruat Scriptura, quod Ioſeph ad fratres ſuos, qua-
ſi ad alienos, durius loquebatur. Solent homines, leniores
ſe exhibere ſuis, quàm alienis. Hinc ingens Dei munus eſt,
*Iere. 30.* à ſuis, vel genere, vel patria, vel conuictu gubernari. Apud
Ieremiam etiam ait Deus populo Iſrael, Conteram iugum
eius de collo tuo, & vincula eius diſrumpam, & non domi-
nabuntur ei amplius alieni, ſed ſeruient Domino Deo ſuo,
& Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. Obſeruanda ſunt
hæc verba. Conteram, inquit, iugum eius, & vincula dirum-
pam. Quod eſt hoc iugum, qualiaque hæc vincula? Vtique
*Nõ vt do-* iugum pluſquam ferreum, & vincula ſtrictiſſima, gubernari
*minantes,* ab exteris. Hi enim dominari ſolent, non gubernare, vt fra-
*ſed forma* tres, dominos ſe exhibent, non miniſtros, obliti ſententiæ
*facti gre-* Salomonis, Rectorem te pôſuerunt? noli extolli, eſto in illis
*gis ex ani* quaſi vnus ex ipſis. Et Dauid, regi ſuo ſeruient. Suo, inquit,
*mo. Petr.* quia caro de carne ſua, & os de oſſibus eorum, vt melius eis
*Eccl. 32.* compatiatur, lenius gubernet, &c. Hinc Deus in initio huius
plantationis, quando comprimebatur inter ſpinas Ægypti,
Moſem, & Aaronem ex eodem loco vinitores dedit. Sic e-
tiam quando in Babylone captiua tranſmigrauit Zoroba-
bel, Ieſum, Neemiam, & Eſdram vinitores dedit. Vnde egre-
gie diuus Thom. 22. q. 63. artic. 2. ad 4. ait, quod ille, qui de
*Deu. 17.* gremio Eccleſiæ aſſumitur, conſueuit, eſſe vtilior quantum
ad bonum commune: quia magis diligit Eccleſiam, in qua
eſt nutritus. Et propter hoc etiam præcipitur apud Deut. c.
*Simile.* 17. Non poteris, alterius gentis hominem facere regem, qui
non ſit frater tuus. Quemadmodum planta, ſiue arbor pe-
culiariori



culiariori eget cuſtodia, & maiori aquarum imbre, ſi trans-
feratur, quàm aliæ in eodem loco conſitæ, videmus enim, ſic
arborem tranſplantatam citò areſcere, niſi impenſius cola- *Iſa. 45.*
tur, & irrigetur, Sic & homo tranſlatus ad regimen aliorum
ex alia terra, maiori eget auxilio Dei, vt recte gubernet. Hoc
egregie Dominus ſignificauit apud Iſaiam, dum regem Cy-
rum vocat ſuum, eiuſque apprehendiſſe dexteram ait, vt cũ
eſſet exterus homo, leniter gubernaret Iudæos, & reduceret
in Ieruſalem. Hæc, inquit, dicit Dominus Chriſto meo Cy-
rò, cuius apprehendi dexteram, &c. Cur ait, ſe apprehendiſſe
dexteram Cyri Deus? Certe, quia ſpecialius, vt ita loquar,
auxilium præſtitit illi, vt benignum ſe exhiberet Iudæis. Ne
nobis mirum videatur, ſi alienigena rex mitem ſe exhibeat
populo extraneo. Quadrat obſeruatio in Euangelium. 4.
Dom. Aduentus, in hæc verba, Anno quintodecimo imperij
Tiberij. Ob peccata enim populi ab exteris gubernabantur
Iudæi. Vnde & Pilatus agebat præſidem Iudææ.

Secundò, docet hic locus, difficilem prouinciam eſſe gu- *Oneroſa*
bernationis munus. Vocat enim gubernatores *vinitores*, vt au *prouincia*
res arrigant, & aduertant, quale eſt munus prælatorum, & *publicum*
principum. Inter omnes enim arbores nulla maiori indiget *munus ſu-*
ſolicitudine, & cura, quàm vinea. Vnde apud Iſaiam multa *ſcipere.*
recenſet Deus. Sepiui, inquit, eam, & lapides elegi ex illa, *Iſa. 5.*
plantaui eam, non qualemcunque, ſed electam, & ædificaui
turrim in medio eius, & torcular extruxi, neque ſtatim quę-
ſiuit fructum, ſed expectauit, vt faceret. Vide, quàm pulchrè
depingit, quanta egeat ſolicitudine gubernator. Bene inquit
Apoſtolus, qui præeſt in ſolicitudine. Non enim decet, eſſe *De Vitis*
pigrum, & oſcitantem præſulem. Neque ſolum inquit, *dabo* *labore &*
*vinitorem*: ſed *vinitores*. Plures enim ſunt neceſſarij ad cuſtodiã *cultura*
vinearum, neque vnus vinitor ſatis eſt. Sex autem ſunt hic *maxime*
implicata in hac voce *vinitor*, maximè obſeruanda. Primum, *vide.*
quòd homo ſimilis eſt vineæ ratione plantationis. Secundũ *Vergil. li.*
ratione putationis. Tertium ratione ligationis. Quartum ra *2. Georg.*
tione foſſionis. Quintum ratione occupationis. Sextum ra- *Columell.*
tione fructificationis. Primò componitur homo cum vinea *li. 3. ca. 3.*
ratione plantationis, quia quemadmodũ vinea in terra, Ita *Plinij li.*
anima in corpore creatur. Quamuis enim de anima primi *17. c. 22.*
hominis dubium ſit inter doctores, vtrum creata ſit in cor- *Simile.*
pore, an extra corpus, & deinde vnita corpori: de aliis tamẽ
certum eſt, quod in corpore creantur, vt ait Magiſter Sent.
lib. 2. diſt. 17. Et ſicut vinea non poteſt, fructum facere, niſi
quamdiu

quamdiu in terra manet , ſic nec anima noſtra mereri niſi
*Ierem. 2.* quandiu eſt in corpore;vt in 4. diſt.50. ait Magiſter.De plan
tatione vero huius vineæ ait Deus apud Ier.Ego plantaui te
vineã electam,omne ſemen verum Eſt enim hæc vinea ele-
cta ratione finis,ad quẽ eſt creata,& habet omne ſemen ve-
rũ ratione fructus,ad quẽ eſt ordinata.Sicut enim ſemen in
ſe habet virtutẽ fructificandi,Sic Dominus dedit animæ vir
tutẽ;qua fructificare poſſit,ideſt,intellectũ ad ipſum cogno
ſcendum,voluntatem ad ipſum diligendum, memoriam ad
ipſius ſemper recordandum. Secundo ratione putationis,
quia ſicut vinea putatur,vt fructus plus afferat,& ne ſylue-
ſtris efficiatur.Ideo enim putata plus fructificat , & melius
conſeruatur,quia virtus radicis eius ad pauciores palmites
tranſmittitur,& ſic virtus magis vnita eſt efficacior , & po-
tentior,Sic etiam putare non eſt aliud,quam virtutẽ ad mul
tos palmites diſperſam,ad vnũ reducere,in quẽ modũ putan
da eſt anima noſtra,quia tota virtus eius ad vnũ ſolũ Deum
eſt reducenda,vt intellectus noſter,omnibus aliis abiectis,
ad Dei contẽplationẽ intendat.Voluntas ad Dei dilectionẽ.
Memoria ad eius recordationem.Si enim ad multa velint ſe
iſta diffundere , anima efficietur ſylueſtris , & infructuoſa.
Quod ſi obiicias, Nónne licet,alia cogitare,& diligere præ-
ter Deũ?Reſpondemus,illa omnia in Deũ eſſe dirigenda,In
*Leuit.2.* cuius rei typũ præcipit Dominus apud Leu.Sex annis puta-
bis vineã tuam,ſeptimus autẽ requietionis erit,non putabis
eã.Nam dum hic viuimus,neceſſum eſt,amputare palmites
animæ noſtræ,ne ſylueſcat.Hinc & Cant.2.ait Sponſus,Tẽ-
*Cant. 2.* pus putationis aduenit.Quod eſt hoc tẽpus?Vtiq;vitæ præ-
ſentis.Alioquin ſi negligentes ſimus,Dominus cõqueretur.
Poſui vineam meam deſertã.Tertiò ratione ligationis,quo-
*Ioel.2.* niã ſicut vinea putata ligatur ſudibus,& ſtipitibus quibuſ-
dam,ne corruat fructus ad terrã,Sic anima à peccatis putata
ſurſum erigenda eſt,& Chriſto alliganda,ne rurſus ad vitia
tranſacta redeat,& in eo ſolum ſpes noſtra collocanda, vt
fructum ferre valeamus.In cuius rei typũ Chriſtus in horto
à diſcipulis ſegregatus eſt,oraturus,& ſtatim in terram cor-
ruentes dormierunt,neq; vigilare potuerunt,quia niſi Chri-
ſto iungamur,nequaquã fructũ ferre poſſumus bonorũ ope
rũ.Quartò fodienda eſt vinea,fodere autẽ eſt, terram occul
tam aperire,& detegere.Tunc autem terrã fodimus,cũ pec-
cata cõfitemur,& reſeramus in ſacramẽto pœnitẽtię.Quintò
ingenti indiget ſollicitudine. Vnde paterfamilias exiit pri-
mo



mo mane,cõducere operarios in vineã ſuã.Quo exitu matu *Gregor.*
tinali huius vineæ curam difficilem eſſe , & labore plenam, *Cant. 2.*
demonſtrauit.Vnde bene Gregorius ait,Ars artium,ſcientia *Bernard.*
ſcientiarum,regimen animarum.Et Bernar.Cantic.2. ſe de-
flet Sermo.30.quod vineam,id eſt,animarum ſuſceperit cu-
ram,qui ſuam non ſuffecerit cuſtodire.Poſuerunt,inquit,me
cuſtodem in vineis , vineam meam non cuſtodiui , licet &
melius ſecundò explicet,quia gubernator nõ debet ſua quę-
rere,ſed,quæ ſpectant ad emolumentum ſubditorum.Poſue
runt me cuſtodem in vineis,& vineã meã,hoc eſt,non,quod
mihi vtile eſt,quæſiui.Sextò,& vltimò fructus eſt colligen- *Iſa. 1.*
dus à vinea,nempe vinum,quod,vt egregie ait Baſilius, ca. *Baſilius.*
1.Iſaiæ.nequaquam aqua miſcendum eſt.Tunc autem aqua
miſcetur,cum indulgendo ſubditorum voluptatibus, vt de-
mereantur ipſorum gratiam,per blandiloquia, & ſuaues ſer
mones alunt eorũ vitia,ipſorum perditionẽ, per hæc ener-
uantes auſteritatem,& vigorem ſcripturarum. Cum itaque
ait, *Dabo ei vinitores*,omnia hæc officia perſtringit,*vinitores*,in-
quam,qui doceant populum , quo pacto anima immortalis
eſt immerſa corpori,& tamdiu mereri poteſt, quãdiu in eo
plantata eſt.Qui doceant,putare palmites,ne animus ſylue
ſcat:ligare putatos ſtipiti,qui Chriſtus eſt,terram occultam *Matt. 10.*
peccatorum in auriculari,detegere confeſſione,quod fodere *Pro Sept.*
vineã eſt.Qui cum ingenti ſolicitudine laborent,ſuam poſt
habentes vtilitatẽ.Qui bonũ vinum colligant, & propinẽt.
Non enim ſemper eodẽ debet fungi munere vinitor,ſed pro
qualitate tẽporis,& cõditione pſonæ,Nã paterfamilias mit-
tẽs operarios in vineã ſuã,nõ explicat,quidnã facturi ſint o-
perarij Nõ enim vni tãtũ debẽt incũbere muneri,ſed interdũ
putare,interdum fodere,interdum ſudibus coniungere , &c.

Tertiò,docet hic locus,neminem ob locum,in quo degit, *In gratiã*
aut,natus eſt,eſſe deſpiciendum,ſiquidem gubernatores , ſe *eorũ qui*
daturum pollicetur *ex eodem loco*.Et quis eſt hic locus?Deſer *ex humili*
tum proculdubio.Solet enim crebro ex vili loco guberna- *loco nati*
tores virtutibus inſignes eligere.Et tu Bethleem terra Iuda *ſunt.*
nequaquam minima es in principibus Iuda,Hoc eſt,vt egre
gie diſpungit diuus Hieronymus,Minima quidem eſt in ci- *Mich. 5.*
uitatibus Iuda,& tantis millibus comparata,vix paruus vi-
culus,ſed ex hoc viculo egredietur Chriſtus,qui eſt domina *3. Re. 9.*
tor in Iſrael. Legimus, Salomonem dediſſe regi Hiram ter-
ram Chabul,id eſt,infrugiferam,&arenoſam,quam deſpexit
Hiram. Rex ille Salomon cœleſtis etiam terram poſſidet
infru-

ipfrugiferam,& ex ea fructum colligere ſolet non contem-
nendum,licet non deſint,qui contemnant , vilitatem loci.
*Ioan. 1.* probro vertentes,ſicut ille vertebat,qui dicebat,A Nazareth
*Cant.7.* poteſt aliquid boni eſſe ? Vtinam iſti aduerterent , quod ait
Sponſa,Dilecte mi commoremur in villis.In his enim magis
ſolet Deus commorari,quam in magnis ciuitatibus. Qua-
drat in feſtum Natiuitatis Chriſti in hæc verba , In Betle-
hem. Vides , quo pacto vilem locum eligit Deus ad or-
tum ? Non ergo ob loci vilitatem homo eſt deſpicien-
dus.

Quartò,Non ait,Vendam vinitores eius:ſed *dabo*, Nihil
*In ſimo-* enim magis faſtidit Deus quam gubernatores ementes vi-
*niacos.* neam ſuam.Hinc conqueritur,Ipſi regnauerunt,& non per
me,principes extiterunt , & non cognoui. Locus eſt mirus
*Hoſ. 8.* aduerſus Simoniacos Et quadrat in Euangelium, 4. Domi-
nicæ Aduentus,in ea verba,Sub principibus Anna , & Cay-
*Pro Do.* pha.Iam enim venale erat ſacerdotium. Duos attexit pon-
*4. Aduẽt.* tifices Lucas,quoniam alternis annis Cayphas, & Anna ſa-
cerdotij munere ſummi fungebãtur.Vides, quid pariat am-
*Simile in* bitio,& quo pacto ſimilis ſit textori , qui fila eadem deiicit
*Ambitio-* nunc,atque poſtea eleuat,vt ſic telam ordiatur ? Væ filij de-
*ſos.* ſertores,ait Deus apud Iſaiam,vt ordiremini telam , & non
per ſpiritum meum.

Quintò,ait,*Ex eodem loco*, hoc eſt , vt ait diuus Hierony-
mus,de eadem gente,quæ peccatis fuerit irretita,creabo præ
ſules,& gubernatores. Quorſum Domine ex huiuſcemodi
gente eligis *vinitores*?Vt condoleant , & compatiantur infir-
mitatibus ſubditorum. Ob hoc Petrum maximũ vinitorem
in crimen negationis labi permiſit. Moſem homicidam
creauit ducem.Dauid adulterium patraſſe legimus, cum eſ-
ſet rex.Vbi ergo ſunt,qui propter peccatum tranſactum ho
minem deſpiciunt,& ad præſulis munus eligere,vel accipe-
re formidant , aut contemnunt ? Ecce ex gente peccatrice
creat Deus *vinitores*.Verum obſerua, quid prius Dominus fe
cerit,Nempe,eduxit in ſolitudinem,& conuertit ad ſe.Prius
enim,quàm peccatori iniungatur munus *vinitoris* , ſe debet
conuertere ad meliorem mentem , & relinquere peccatum.
Si enim agnouerimus,crimine ſaltem mortali eſſe irretitũ,
is *vinitoris* munere indignus omnino eſt. Hinc optime ait
*D. Tho.* Diuus Thom.22.quæſt.185.artic.3.c.requiri in electo,quod
nihil in ſe inueniat,per quod illicitum ei reddatur,aſſume-
re prælationis officium. Atque Petrus creandus præſul re-
ſpondit



dis Chriſto,Tu ſcis Domine,quia amo te. Debent enim a-
mare,& diligere Deum,qui aſſumendi ſunt in præſulis mu-
nus.Vide fratrem Dom.de Soto.libr.3 .de Iuſti. & iure art.
2.queſt.6.Vbi de iure diuino eſſe ait,eligere digniorem,eſſe- *Soto.*
que creandum præſulem,qui candidis ſit ornatus moribus,
vt docet Apoſtolus 1.Tim.3.Oportet , Epiſcopum irrepre- *1. Tim. 3.*
henſibilem eſſe.Ad poſtremum,vt aliquid deferamus Theo-
phylacti,& recentiorum explanationi,diſce ex hoc loco,re-
linquentibus ſæculum,eligentibuſque ſolitudinẽ,quod ma-
xime quadrat in monachos,& moniales,quam primum con
uertuntur ad dominũ,dari vinitores,poſſeſſiones,& pigno-
ra,ſicut ait Chriſtus in Euangelio, Qui reliquerit patrem,
aut matrem,aut agros,&c.propter me, centuplum accipiet,
& vitam æternam poſſidebit. Centuplum accipiet, bene ait
Benardus,etiam in hac vita.Quis enim dubitat, ad Chriſtũ *Bernard.*
conuerſos in religione accipere pignus hæreditatis æternæ,
nempe gratiam,& remiſſionem peccatorum ? Obſeruent e-
tiam,qui ſic conuertuntur,plures vinitores eſſe in religio-
ne,qui non patiantur vineam animi ſui ſylueſcere, ſed eam
colant,prout ratio popoſcerit.Quid enim prælatus,quid e-
ius vicarius,quid inſtitutor nouitiorum , quid cultores ob-
ſeruationis ſilentij , ſunt, niſi vinitores nauantes operam
cultui vineæ Domini,ne ſylueſtris efficiatur ? Vide,quæ di-
ximus ex Theophylacto in explanatione literæ.

¶ *Et vallem Achor ad aperiendam ſpem.*

¶Docet hic locus,calamitates eſſe ſingulare Dei benefi-
cium.Deprehendes autem hoc ex munere,quod præſtat tri-
bulatio,& calamitas,nempe quod immittitur à Deo *ad ape-
riendam ſpem*.Magni ergo facienda res eſt , quæ nobis aperit
thecam,ſiue domum,in qua reconditus eſt theſaurus ingens
pretioſus eſt theſaurus ſpei,& ſalutis. Quæ eſt clauis , qua
aperitur tantus theſaurus?*Vallis Achor*,id eſt , locus humilis
conturbans,flagella nempe Dei,& ſupplicia. Ita enim ex-
pendit Diuus Hieronymus. Venuſtiſſimè ergo dicitur , tri-
bulationem aperire fores ſpei.Eſt enim clauis ad aperiẽdũ
locum,in quo inuenitur ſpes. Et quemadmodũ nõ ſatis eſt,
habere clauem,vt aperias thecam ad habẽdum theſaurum,
ſed neceſſum eſt , ſcias aperire,alioquin fruſtraberis ſpe,Sic
neque ſatis eſt,calamitatibus concuti.Habebis, tũc clauem,
verum ſi aperire neſcias,parum proderit. Viri pij,& iuſti ha
bent clauem ſpei , & docet eos Deus,quo pacto aperire de-
t beant.

beant. Quando enim teruntur calamitatibus, agnoſcunt hanc eſſe viam ad conſequendam ſpem veniæ de peccatis & ad obtinendam gratiam, & gloriam, quamobrem æquanimiter ferunt flagella. Hinc Apoſtolus Paulus, & Barnabas diſcipulos docebant, Quoniam per multas tribulationes oportet nos, intrare in regnum Dei. Si ergo intramus per tribulatiões tribulatiões claues ſũt aperiẽtes regnũ Dei. Hinc rurſus Paul⁹ ait, Gloriamur in tribulationib. ſcientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit. Diſcurſus optimus eſt. Nuſquam enim, ſi patientiã habeamus, fruſtrabimur ſpe. Spes enim circa diuina, vt inquit Theophylactus, non excidit. Pulchre hoc ſignificatum eſt apud Iſaiam dũ ait, Percutiet terram virga oris ſui, id eſt, puniet homines terræ deditos, ſapienteſque terrena. Et quo percutiet, ſiue flagellabit Chriſtus huiuſmodi homines? Virga oris ſui. Quę eſt hęc virga? Dicat Ioannes Apoc. 1. Vidi in medio ſeptem candelabrorũ ſimilem filio hominis, & pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti, & vox illius tanquã vox aquarũ multarum. Quid ſunt pedes in camino ardenti, & quid vox aquarum multarum? Reſpondeat Gloſſa, pedes vltimi fideles, qui multis concuſſionibus, non retinebunt priorem naturam, ſicut aurichalcum, quod ſæpe incenditur, & meliorem accipit colorem. Pedes ergo Chriſti corporis myſtici, qui vilipenduntur, & in fornacem tribulationum mittuntur, homines ſunt fideles. Et quorſum in camino ardenti? Vt meliorem accipiant colorem, & quorum facies denigratæ fuerunt peccatorum nigrore, rubicundiores fiant ebore antiquo, in camino ardenti tribulationum. Et vox eius, tanquã vox aquarum multarũ. Quid ſignificatur per hanc vocem aquarum? Dicat Lyra, Efficacia verbi tã in prædicando, quam in corripiendo. Hinc aquæ vocantur calamitates, & flagella. Pſalm. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, ac rurſum Tranſiuimus per ignem, & aquã, & eduxiſti nos in refrigerium, Vox itaque Chriſti aquarum eſt, quia dum nobis immittit calamitates, loquitur, vt reuertamur à peccatis. Voces ſunt Chriſti proculdubio tribulationes, quibus clamat relinquẽdã prauitatis viã. Et recte per aquas ſignificantur tribulationes, quoniã ſicut in aqua res leues ſupernatant, & eminent, vt lignũ, res autem graues ſuqmerguntur, Sic homines peccatorum pondere non grauatos aduerſa ſurſum eleuant

*Act. 14.* — *Rom. 5.* — *Spes tanto in Deũ ſolidiori ſurgit quãto pro illo quiſquis grauiora pertulerit.* — *Iſai. 11.* — *Apoc. 1.* — *Pſal. 68.* — *Simile.*



eleuant per gratiam ad Deum, ſed malos, qui graues ſunt, onera peccatorum per impatiẽtiam ſubmergunt. Et Sapien. 10. Tranſuexit illos per aquam nimiam: inimicos autem eorum, ſcilicet malos, demerſit in mare. Vides diſcrimen inter bonos & malos? Boni tranſuehuntur ad portum ſalutis per aquas tribulationum, mali vero inuoluuntur fluctibus. Terram ergo percutere virga oris ſui, quæ virga aquarum multarum vox eſt, punire, & flagellare eſt. Et quid flagellat? Terram. Ad quid? Vtique vt conuertatur in ſilicem, & det pro ſilice torrentes aureos, vt legimus apud Iob. Quid vocat terram? Homines peccatis irretitos. Quid vocat ſilicem? Silex lapis eſt, qui percuſſ⁹ ferro ſcintillas ignis emittit. Quoties ergo peccatorem percutit, quid intendit Chriſtus? Vtique quod excutiamus ſcintilas diuini amoris, vt pro hoc ſilice ſic excutiente ignem amoris, det torrentes aureos hoc eſt, regnum cœlorum. Apud Geneſ. enim legimus, in fluuio paradyſi Phiſon naſci aurum, & aurum terræ illius optimum Per aurũ Gratiam, & diuinitatem intelligimus. Et vbi inuenitur hoc aurum; In fluuio calamitatum. Quoties ergo homo percuſſus, & flagellatus ſcintillas diuini amoris excutit, pro hoc ſcilice dat torrentes aureos gratiæ, & gloriæ Deus. Quadrat obſeruatio hæc in Euangeliũ feriæ ſecundæ reſurrectionis, in ea verba, Oportebat, pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriã ſuã. Et in euangeliũ de omnib. ſanctis, in ea verba, Beati eritis, cũ maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint. Et in Euangeliũ Dom. 3 poſt reſurrectionem, in ea verba, Amen dico vobis, quia plorabitis vos, mundus autem gaudebit.

Secundo, docet hic locus, quantũ emolumenti adferat, punire iniquos. Deus ait, *Dabo vinitores ex eodem loco, & vallem Achor*, hoc eſt qui faciant, quod fecit Ioſue in valle Achor, ſcilicet punire iniquos zelo intenſæ charitatis, qui non diſſimulent crimina, ſed corripiant. Crebrò enim ob vnius hominis ſcelus punitur totus populus, vt patet Ioſue 7. Victi n. fuerunt filij Iſrael ob peccatũ Achan ſed hoc punito cõcedit Deus victoriã filiis Iſrael dicens Ioſue, Ne timeas, neq; formides, conſurgens aſcende in ciuitatẽ Hai, &c. Docet ergo hic locus, domum Dei eſſe, punire malefactores. Signum enim, eſt, quod huiuſmodi populus Deo gratus eſt.

Tertio docet hic locus ex expoſitione Lyræ, humilem contritionem de peccatis aperire ianuam ſpei ſalutis conſequendæ. Per *vallem* enim humilitatem intelligit.

*Sap. 10.* — *Iob. 22.* — *Gen 2.* — *Pro fer. 2. Reſur.* — *Ioſue 7.*

Per *Achor*, id eſt, turbationē, cōtritionē. Et bene inquit Theophylactus, eſſe locū depreſſum, ſiue *vallē* ipſum peccatū. Vallis quidem, ſeu humiles faciens, & ad infera præcipitans. Decliuis autem locus, vel imus, eo quod nos à Deo diſſociet. Obſeruate, precor, quid dicat de peccato, quod homines humiles facit. Sic Paulus ſe deiiciebat dicens, Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Nihil ægrius ferri poteſt, quàm peccatoris extollentia, cum debeat omnium pedibus ſubiici. Per tria inquit Salomon, mouetur terra, per ſeruum, cū regnare cœperit. Quis ſeruus niſi peccator? Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, ait Aſſertor noſter. Is igitur regnare, & ſe extollere, ferri non poteſt. Quemadmodū ſine alis auis, & ingenti pondere grauata, non poteſt ſurſum euehi, aut volare, Ita peccator, cum ſit onuſtus peccatis, quę plumbo grauiora ſunt, & plumis careat virtutum, cur ſe ipſum extollet? Sed obſerua, quid ferre non poſſit ſeruum, cum regnare cœperit. Terra, inquit Salomon, mouetur, nam viri ſpirituales, qui cœlum ſunt, peccatores ferunt æquo animo. Libenter ſuffertis inſipientes cum ſitis ipſi ſapientes, ait Apoſtolus.

*Prou. 30.*

*Simile.*

*Commouetur ob id terra cordis noſtri quod carnalis affectus quo ſpiritui deberet ſeruire imperet rationi.*

Quartò, docet hic locus magnitudinē miſericordiæ Dei qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Non, inquit, puniam, ſicut in valle Achor punitus eſt Achā, ſed condonabo peccata. Miſericordię eius non eſt numerus. Nulla Geometria poteſt magnitudinem menſurare; nulla Arithmetica, multitudinē numerare, quia adhuc poteſt, dari maior numerus, & maior magnitudo, ita & maior poteſt eſſe miſericordia Dei in magnitudine, & numero, quàm ſint hominum peccata. Vnde peccator hæc duo debet ſemper ante oculos habere, cum conſiderat magnitudinem ſuorum peccatorum, & eorum numerum, debetq; dicere, Maior eſt miſericordia Dei, & plures eius miſerationes ſunt, quàm ſint peccata mea. Sic conſiderabat Dauid. Dicebat enim, Miſerere mei Deus ſecundù m magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam Cur magnam Dei miſericordiam petit? Eſtne in Deo parua miſericordia? Nonne attributa diuina immenſa ſunt? Non ergo in Deo parua, & magna miſericordia reperiri poteſt. Reſpondemus, Regium Pſaltem conuertiſſe oculos mentis ad effecta miſericordiæ diuinæ, quæ varia ſunt. Cum enim homini confert Deus bona temporalia, vt opes, honores, ſalutem corporis, & alia huiuſmodi, non Deū

vſum



vſum magna miſericordia dicemus, ſed parua, quia hęc omnia, ſi componantur cum remiſſione peccatorum, perexigua iudicanda ſunt, non magna. Cōtulerat Deus Dauid regna multa, victorias multas, eripuerat è multis periculis. Cæterū cōparatione remiſſionis patrati adulterij, & homicidij Vriæ parua illa, & merito iudicabat. Vnde propheta Nathan illi ait Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ego vnxi te in regē ſuper Iſrael, & erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & vxores domini tui in ſinu tuo, dedique tibi domū Iſrael, & Iuda, & ſi parua ſunt iſta, adiiciam tibi multo maiora Quid hoc eſt Vates Dei? Parua tibi videntur, creari paſtorē humilem regem, illi innumeratas conferre opes, dare victoriam contra inimicos, aliaque à te connumerata, vt arbitrio Dauidis relinquas, quanti tot beneficia ei exhibita à Deo ſint æſtimanda? Certe oſtendiſti, eam eſſe ſeruorum Dei conditionem, vt parua eſſe bona temporalia cenſeant, ſi bonis ſpiritualibus comparentur. Tu fili hominis ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem, ait Dominus Ezechieli. Cur Domine in exiguo latere præcipis, deſcribere Ieruſalem principem, ac pulcherrimā omnium vrbium? Qui fieri poteſt, vt tanta ciuitatis amplitudo tam exiguo concludatur limite? Aperuiſti nobis Domine Deus, non magna, ſed parua eſſe cēſenda quæcunque temporaria. Quemadmodum ciuitates maximæ, & ampliſſima regna parua papyro depinguntur, Ita cum ſerui Dei omnia regna mundi animo contemplantur, illa paruiſſima iudicāt ſecus vero bona ſpiritualia maxima eſſe cenſent, quamobrē & tunc ſentiunt, Deum ſecum vti miſericordia, magna, cum illis peccata cōdonat. Magna eſt, ait Dauid, miſericordia tua ſuper me. Quænam eſt hæc magna Dei miſericordia, bone rex. Obſerua, quid ſubiungit, Eruiſti animam meam ex inferno, hoc eſt, de morte æterna. Hinc & hoc loco, quaſi ſingulare Dei beneficium ſit remiſſio peccatorū, ait, Deus, *ſe daturum vallem Achor ad aperiendam ſpem.*

*Remiſſio peccatorum onge excellit omnia bonæ temporaria quæ celitus nobis dantur.*

2. Re. 12.

*Ezech. 4.*

*Simile.*

Pſal. 85.

¶ *Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxtà dies aſcenſionis ſuæ de terra Ægypti.*

¶ Varia eſt hius loci tranſlatio. Septuaginta vertunt pro canet, humiliabitur. Symachus, Affligetur. Theodotion, Reſpondebit. Aquila: Obediet. Diuus Hieronymus ab Hebræo ſe magis accepiſſe ait, præcinet, quod plus videtur implicare, quàm canere. Præcinere enim: eſt ante canere: quod optime ſignificauit Vatabus vertens: Et canet ibi alternis; hoc eſt:



erit

erit chorus præcinens, & deinde reſpondens alius chorus & ita eſt exponenda vox noſtræ vulgatæ æditionis. *Et canet ibi*, id eſt, docent choros, canent quidam, & alij reſpondebũt. In quem modum diſpungit diuus Hieronymus, dicens, Præcinentibus aliis, alij reſpondent concinentes. *Iuxta dies iuuentutis ſuæ*. Iuuentutem illius gentis vocat ætatem eam, in qua liberatus hic populus de ſeruitute Ægypti, ſubmerſo Pharaone in mari rubro, canticum cecinere Moſes. & filij Iſrael, & Maria ac reliquæ mulieres Hebreæ Atque in expoſitione huius loci optimè obſeruat diuus Hieronymus, hic duplicem implicari iuuentutem, quod cæteri expoſitores ſilentio præter miſerunt, cum res ſit obſeruatione digna. Cõparatur enim iuuentus huius populi cum iuuentute populi eiuſdem egredientis de terra ægypti. Et eſt ſermo collationis, ſiue comparationis ſic aptandus. Quemadmodum populus Iſrael à Deo lactatus, ductus in ſolitudinem habuit vinitores ex eodem loco, ac vallem Achor, & totam hiſtoriã exeuntium de ægypto, & pergentium in terram ſanctam breui ſermone perſtringit, etiã nunc ſimilitudinẽ hiſtoriæ conſeruans ait. Quomodo tẽpore, quo egreſſus eſt de terra Ægypti, ſubmerſo Pharaone, & eius exercitu arripuit Maria tympanum, & præcinens cœteris exultauit, & dixit, Cãtemus Domino glorioſè enim magnificatus eſt. Equũ & aſcenſorẽ deiecit in mare &c. Sic nũc quoque *ſecundũ diẽ iuuentutis ſuæ*, ſiue adoleſcentiæ ſuæ, quando egreſſa eſt de terra Ægypti, canat, atque lætetur, & regnum Chriſti, ac ſuam ſalutem inter Eccleſiæ choros concinat, Hoc ita contigiſſe in Eccleſia, vt fideles laudibus canendis ob ſuſcepta beneficia fuerint intenti aperuit diuus Petrus dicens qui vocauit vos è tenebris in admirabile lumen ſuum, vt ſimus in laudem gloriæ ipſius & virtutes eius annuncietis. Verum Rupertus in expoſitione huius loci cæteros videtur antecellere expoſitores, venuſtiſſime in hũc modum diſpungens, *Iuxta dies iuuentutis ſuæ*, id eſt, ſecundum quod in illis diebus præfiguratum eſt, quando, merſo Pharaone cum curribus, & equitibus ſuis, cecinit carmen hoc cantemus Domino glorioſe enim magnificatus eſt. Ecce Eccleſia ſancta nunc, exterminato primogenito mortis, id eſt, peccato originali, tranſiens mare rubrum id eſt, ſacri baptiſmatis ſacramentum ſanguine Chriſti rubicundum ſepultis omnibus peccatis, carmen glorioſum cecinit, cuius canticũ Moſis fuit figura. Hoc nobis Ioannes in ſua Apocalypſi elegantiſſimè explicuit dicẽs

*Num per chriſtum euaſimus pericula peccatorũ iubilamus lætitia inenarrabil.*

1. Petri. 2.

Rupertus.

Vidi



Vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos, qui vicerunt beſtiam, & imaginem illius, & numerum nominis eius, ſtantes ſupra mare vitreum habentes cytharas Dei, & cantantes canticum Moſis ſerui Dei, & canticum agni dicentes, Magna, & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens, &c. Ecce, quid potuit dici apertius ad explanandum locum noſtri vatis Hoſſeæ, quàm locus Apocalypſeos. Vere illud vmbra hæc autem lux illud figura, hæc autem, veritas. Poſſumus etiam, de ſacramento pœnitentiæ exponere hunc locum. In mari vitreo lachrymæ deſignantur, in his dicuntur ſtare, qui vicerunt beſtiam, hoc eſt, Sathanam. Mixtum etiam eſt igne, Spiritus ſancti videlicet. Ardore enim charitatis ſuccenſi pœnitentes, ſua debent deflere peccata vincere diabolum, & imaginem eius videlicet iniquos. Hi enim nõ aliud ſunt, quàm imago diaboli, & omnia nomina eius, ſuggeſtiones ſcilicet à diabolo immiſſas. Hi habentes cytharas, canticum Moſis canunt, & agni, id eſt, gratias agentes Deo ipſi referunt victoriam, & agno, illi inquam agno, qui abſtulit peccata mundi. Nihil enim ſuis arrogant meritis, & viribus, ſed gratiæ omnipotentis Dei. Obſerua etiam in his verbis, *Canet iuxta dies iuuentutis ſuæ*, quinq; eſſe implicata, ſcilicet lætitiam, cãtus enim lætitiæ ſignum eſt. Ad hæc, quod fuerit hæc lætitia omnibus communis. In cantico enim Moſis communem fuiſſe lætitiam deprehendimus, omnes enim tam viri, quàm fœminæ canticum cecinere. Tertiò victoriam de hoſtibus, ob illam enim canticum cõpoſuere. Quartò gratitudo, & gratiarum actio hic eſt implicata. Quintò, & poſtremò quod, merſis hoſtibus ipſi quaſi victores extiterunt. Quæ quinque fideles in ſua conuerſione ante oculos habere debent.

Apoc. 15.

## *Ad inſtituendos mores.*

ET *canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti.* Solebãt olim ſancti, & populus Domini, quoties aliquod præſtabat illis beneficium, noua cantica in gratiarum actionem componere, quo non ſolum beneficij ſubſtantiam, ſed omnes circunſtantias complectebantur, & decantabant. Neque ſolum ob magna beneficia, ſed etiam ob parua. Sic Anna mater Samuelis pro impetrata prole, præ-

*olim victoriæ aut beneficij accepti memoria hymnis decantabatur.*

1 Reg. 2.

clarum canticum Domino edidit. Sic & Deborah ob par
tam ab inimicis victoriam. Sic Zacharias ob filium Ioannē
ſibi conceſſum. Sic diua virgo cum mater eligitur Dei, ceci-
nit Magnificat. Sic Simeon habens in vlnis ſuis Chriſtum,
canticum componit. Demum Dauid quot pſalmos edidit
pro paruis beneficiis, ita vt vix munus acceperit, & iã pſal-
mum ad decantandum Dño parabat. Sed ploranda eſt ingra-
titudo noſtra, reprehendendus torpor noſter, qui cum mul-
to plura accipiamus à Domino quotidie, ei laudes offerre
neſcimus. Tacite hunc noſtrũ torporem reprehendit Deus
*Leuit 22.* apud Leuit. dum ait, Si immolaueris hoſtiam pro gratiarum
actione quaſi noſtræ reliquerit voluntati, offerre ſacrificium
pro beneficio ſuſcepto. Vtique Dño præceptum nobis erat
imponendum. Immolate hoſtiam pro gratiarum actione, di
cere debuiſſes. Sed non præcipere voluiſti, quia cognoſcis,
quam deſides ſimus ad hoc offerendum ſacrificium. Sed ob-
ſeruandum eſt, non eſſe ſilentio prætermiſſum, quando erat
hic populus cantum in laudē Dei compoſiturus, ſed addiſſe,
*ibi*, Vbi canet populus; Ibi, vbi accepit beneficium. In quo lo
co? In eodem vbi accepit. Ibi ſtatim non differt, gratiarũ a-
ctiones reddere, quod ſemper ante oculos habere debemus,
ne procraſtinemus. Duo ergo hic implicauit hoc aduerbio
*ibi*, locum, & ſolicitudinem ad offerendum gratiarum actio-
*Leuit. 22.* nes. Bene hoc adumbrauit Dñs citato loco Leuitici dicens:
Eodem die comedetis hoſtiam oblatam pro gratiarum a-
ctione, non remanebit quicquam in mane alterius diei. Nõ
enim decet, differre gratiarum actiones, ſed ſtatim ſolue-
*Qui citò laudibus at gratia tarda perit.* re debemus. Diſcamus ergo à populo, & patribus Iſraël, pro
beneficiis à Deo ſuſceptis, non ſolum gratiarum actiones
reddere, verum etiam non differre.

Secundò obſeruandum eſt, Vbi canit pro ingenti gaudio,
& lętitia hic populus, *ibi*, nēpe in ſolitudine in deſerto. Et qđ
hoc eſt; Quando hoſtes noſtri, nēpe peccata noſtra, ſubmer
guntur in pœnitentia, ibi ingẽs lætitia eſt. Sed quid? Nónne
dolere debemus de peccatis? ita eſt, verum intra hãc amari-
*Simile.* tudinē doloris abſcõdita eſt ſuauiſſima dulcedo, ſicut intra
*Cant. 6.* corticē nucis eſt nucleus dulcis. Nã apud Cãtica ait ſpõſa,
Deſcendã in hortũ nucũ. Deſcendã, inquit, vt colligã nuces,
quia cũ peccata defleumus, intra hanc amaritudinē, nucleum
ſuauiſſimum inuenimus. Interfecit leonē Sanſon, & de ore
*Iudic. 14.* eius egreſſa eſt dulcedo. Diabolus tanquam Leo rugiens,
inquit



inquit Apoſtolus, circuit nos quærens, quē deuoret, hunc in
pœnitentia ſicut Sanſon laceremus, & poſtea in ore eius in-
ueniemus nimiam conſolationem. Inuenerunt aquas ama-
ras filij Iſrael Et quo abſtulit amaritudinē aquarũ Eliſeus? *4. Reg. 4.*
Sale proculdubio. Quid amarius ſale? Quomodo ergo abſtu
lit amaritudinē? Latet myſteriũ, amaritudo contritionis, au- *Deus conſolatur flentes, dolē es curat, plures ſi*[illegible] *tas mentis ſequitur atque cõſolatio.*
fert amaritudinē culparũ noſtrarũ, & facit, quod ibi non ſit
mors, neque ſterilitas, ſed omnis dulcedo. Hinc Regius Pſal
tes, Secundũ multitudinē dolorũ meorũ in corde meo, cõſo
lationes tuæ lætificauerunt animam meam. Beati qui lugēt,
quoniam ipſi conſolabuntur, ait Aſſertor noſter. Atque apud
Iſaiam, ait Dominus, Ponam deſertum eius, quaſi delitias
& ſolitudinem eius quaſi hortum Domini, gaudium, & læ-
titia inuenietur in ea, & gratiarũ actio, & vox laudis. Vides,
quid faciat Deus ex deſerto & ſolitudine, hoc eſt, cum fugis *Pſal. 93.*
peccata, hortũ videlicet, in quo gaudiũ eſt, & lætitia? Erat *Matt. 5.*
prius deſertũ in quo ſerpentes inferni, habitabant, nulla ibi *Iſa. 51.*
arbor fructifera virtutũ, nulli flores odoriferi, ſed ſi hoc de- *Animæ gratiæ vacua deſertũ inferni dracomb. hoſpitabile dicitur.*
ſertũ cordis tui tradas Deo, optimus cultor eſt, & in hoc de-
ſerto ita te viuere faciet, vt gratiarum actiones Deo referas
quod te de peccati voragine liberauerit.

Tertiò, *Iuxta dies iuuentutis ſuæ.* Bene obſeruat Rupertus,
Eccleſiam, cum aſcendit de Ægypto fuiſſe iuuenem, & quaſi
calorem ſanguinis ſecutam iuuenilem ætatem, tunc enim
iudicium non habuit maturæ, & ſæcuræ ſenectutis. Spiritua *Tres claſſes fidelũ.*
lia enim corporalibus, & cœleſtia terrenis poſtpoſuit. Hinc
diſcemus tres gradus fidelium, incipientium, proficientium
& perfectorum. Et benè cõiungit, *canet ibi iuxta dies iuuentutis
ſuæ*, non canet, vt decebat virum prouectæ ætatis. Referre e-
nim Deo tantum gratias, cum liberat nos à calamitatum
preſſura, id iuuentutis eſt, non maturæ ætatis. Tunc autem
quis perfectioris eſt ætatis, cum etiam propter aduerſa gra- *Ephes. 5.*
tias agit Deo, ſicut docet Apoſtolus, Gratias agētes ſemper
pro omnibus. In quem locum egregiè ait D. Hieronymus
Pro omnibus, quæ nobis ſcilicet accidunt, Deo gratias refe-
ramus, vt non tantum pro his, quæ bona putamus, ſed etiã
quæ nos coarctant, & contra noſtram veniunt voluntatem,
&c. Vide locum Hieronymi.

Quartò, optimè obſeruat D. Hieronymus, quod quando
eximus de Ægypto, & ad meliora tranſimus, dicamur aſcē-
dere, quia Hieruſalem in montibus ſita eſt, ad eos autem
qui Ægypti, id eſt, ſæculi huius quærunt auxilia, dicitur,

*Iſaiæ,31.* Væ qui deſcendunt in Ægiptum, Hinc & Iſaac præcipit
*Gene.26.* Deus, Ne deſcendas in Ægyptũ. Vides ergo non faciles eſſe
vias, ſed labore plenas, quibus Deus nos ducit ad virtutes:
Aſcenſionem enim vocat viam qua relinquitur Ægyptus, id
eſt mũdus, non deſcenſum, ad quẽ homines proni ſunt. Ob-
ſerua etiã, quo pacto laborem cum letitia coniungat. Quid
enim aſcenſus eſt? Laborioſum, ac difficile iter. Et quid can-
tus inuoluit? Vtique gaudium, & lætitiam. Cũ igitur tu pro
Deo tuo labores ſubis, da operã, vt lætus id facias. Ieiunas,
quod laborioſum eſt? Vnge caput tuũ, & faciem tuam laua,
hoc eſt, eſto hilaris. Elargiris aliquid pauperi; Dato hilariter
*1. Pa.29.* Sic Dauid, & populus Iſraël læti offerebant Deo dona ſua,
Ego, inquit Dauid, lætus obtuli vniuerſa hæc, & populum
tuum, qui hic repertus eſt, vidi cum ingenti gaudio tibi of-
ferre donaria.

Quintò, *Iuxta dies iuuentutis ſuæ*. Optimè obſeruat D. Hie-
ronymus, hunc populum iterum rediturum ad adoleſcen-
tiam, & iuuentutem, quemadmodum cum exiuit de Ægyp-
*Coloſ.3.* to, rediit. Nónne audis Apoſtolum dicentem, Exuentes ve-
terem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouũ, eum
*Pſal.102.* qui renouatur in agnitionem Dei? Et Dauid quid ait? Reno
uabitur, vt aquilæ, iuuentus tua. Quæris, quo pacto reiuue-
neſcat aquila? Id nimis tritum eſt, paucíſque abſoluam, quę
fuſius tum Philoſophi, tum ſancti Patres tradunt de renoua
*Iſaia.40.* tione aquilæ. D. Hieronymus in hæc verba Iſaiæ, Qui ſpe-
rant in Domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas
vt aquilæ, volabũt, & non deficient, inquit, Crebro diximus
aquilarum ſenectutem reuireſcere mutatione pennarũ. Atq;
in Epiſtola ad Præſidium ait, Aquila quando ſenuerit, gra-
uantur illius pennæ, & oculi, quæritque fontem, & erigit
*Alber.ma* pennas, & colligit in ſe calorem, & ſic oculi eius ſanantur,
*gnus.* & in fontem ſe ter mergit, & ita ad iuuentutem redit. Aper-
*Aquila re* tius tamen Albertus magnus, lib. 33, de animalibus hanc a-
*nouatione* quilæ renouationem detegit, in hunc modum dicẽs, Iorath,
*pennarum* & Adelinus dicunt, aquilam, quando ſeneſcit; conſiderare
*reuireſcere* fontis limpidi, & ſcaturientis aquas, & ſuper eas in altum
*dicitur.* extolli, & cũ incaluit, & iã exuri videtur, ſubitò demiſſis, ac
*Vide* Pro- contractis alis: ruere in fontis frigidas aquas, vt ex frigi-
*uerbiũ* A- ditate externa calor internè ſe colligens medullas ipſas fo-
*quilæ ſene* ueat, & ad priſtinã iuuentutis virtutẽ reducat. Deinde verò
*ctus.* à fonte auolat ad nidum, & inter alas polorum tecta reſol-
uitur



uitur in ſudorem, veteréſque plumas deponit, & nouas in-
duit. Igitur cum ait Deus, *Canet iuxta dies iuuentutis ſuæ*, reiuue
neſcendum eſſe Synagogæ ait, abiectis plumis peccatorum,
in fonte aquarum contritionis, nouíſque induendam virtu-
tum. Quadrat in feſtum Inuentionis ſanctæ Crucis, in hæc
verba, Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo
non poteſt, videre regnum Dei. Quomodo poteſt homo re
naſci? Vtique deponendo plumas veteris hominis in aqua
lachrymarum, ac deinde auolans ad nidum. Et quis eſt hic
nidus? Vulnera Chriſti pendentis in Cruce. Vnde bene ſub-
iungit Chriſtus, Exaltari oportet filium hominis, vt omnis
qui credit in ipſum, non pereat. Quid eſt, credere in ipſum
niſi ibi in cruce commorari tanquam in nido? Credere enim
eſt cum aſſenſu cogitare, dicunt Theologi. *Canet ibi iuxta dies
iuuentutis ſuæ.* Ad poſtremum, obſerua, quo pacto cum iuuene
Synagoga agat Deus, non vtique triſtia initio præcipit, ſed
læta, & quæ ad cantum, & non ad fletum inuitant *Canet*, in-
quit. Vide ergo, quem te exhibeas nuper conuerſis, quæque *Iſa.42.*
illis præcipias. Non erit triſtis, neq; turbulentus, ait de Meſ
ſia Iſaias. Tu etiam lætum te exhibe: &c.

¶ *Et erit in die illa, ait Dñs, vocabit me vir meus, & non vocabit me vltra Baalim, & auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur, &c.*

¶ Diſcruciat ſe Diuus Hieronymus in explanatione hu- *Tribus*
ius loci, atque poſt multa ait Pammachio. Ignoſce obſcuri- *modis ob-*
tati, quæ tribus naſcitur modis; aut rerum difficultate, aut *ſcurum a-*
magiſtri imperitia, aut diſcẽtis nimia tarditate. Neque enim *liquid ef-*
Hebræum prophetã ediſſerent; oratoris debeo declamatiũ- *ficitur.*
culis ludere; & in narrationibus; atq; epilogis, Aſiatico mo-
re cantare; ſed auxilio orationum tuarũ, & incredibili diſcẽ-
di ſtudio; aperire, quæ clauſa ſunt. Hæc referimus; vt quam
obſtruſus ſit hic locus, percipiatis. Hinc etiã & orta eſt in-
ter expoſitores diſſenſio. Nos priuſquam ſingulorum opi-
niones adducamus; hæc verba expendamus. *Et erit in die illa*,
ait Dominus; non enim decet; aliquod verbum intactũ re-
linquere, cum minimus Scripturæ apex multis ſcateat ſacra-
mentis. *In die illa*. Conſuetudo eſt Scripturæ ſacræ, diem pro *Dies pro*
tempore accipere, vt obſeruant Diuus Hieronymus Iſaiæ *tempore ſu*
19. in illa verba, In die illa erit altare Domini in medio ter- *mitur.*
ræ. Et Diuus Auguſtinus Epiſtola 78. & Pſalm. 87. in quem *Hierony.*
modum eſt diſpungendus locus Geneſeos 2. In quacumque *Auguſt.*
die *Geneſ. 2.*

die comederis ex eo, id eſt, quandocunque, vel quocunque tempore. Sic etiam in hoc loco, *Erit in die illa*, hoc eſt, continget eo tempore. Et quando hoc tempus erit? Interlinearis ait, Poſtquam in me veraciter crediderit. Lyranus inquit, Tempore noui teſtamenti, cum quo conſentire videtur Rupertus dicens, Hoc, vt dicitur, ita factum eſt, & fit. Docente namque magiſtro, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Spiritu ſancto, nunc didicit beata Eccleſia, Deum vocare virum ſuum, maximè quia bona & magna Eccleſię pars beata virgo Maria ſic Deo altiſſimo coniuncta eſt mirabiliter, vt ſemen eius, id eſt, verbum eius, vnicum filium eius, vtero proprio conciperet, Deumque, & hominem ad ſalutem omniũ credentium fœliciter pareret. Poſt ipſam omnis anima quęcunque verbi eiuſdem incarnati fidem mente ad iuſtitiam concipit, & oris confeſſione ad ſalutem parit, vniuerſa Eccleſia, quæ de multis huiuſmodi credentibus conſiſtit, recte dicit Deo, vir meus, quia vxor Dei dici, & eſſe meretur.

*Theophy.* Theophylactus inquit, *In die illa*, hoc eſt, tempore afflictionis, adeoque captiuitatis me agnoſcent Deum, & ſponſum ſuum, iam olim ipſis optatum. Et in hac expoſitione Theophylacti ingens eſt incluſus theſaurus. Agnoſcere enim Deum in ipſis verberibus tanquam maritum, & diligere, etiam cum flagellat, cognoſcendo, tunc magis diligere nos, cum flagellis cedit, hoc ſingulare Dei eſt beneficium. Omnẽ enim filium, quem recipit, flagellat, ait Apoſtolus ad

*Heb. 12.* Hebræos, c. 12. Addit deinde hæc duo verba, *Ait Dominus*, quæ creberrimè ſunt inculcata in ſacris Bibliis. Vnde & Moſes, & prophetæ plerunque apponunt, Hæc dicit Dominus, hæc dicit Deus, quo loquendi tropo duo indicant. Alterum eſt, dictis, vel dicendis fidem eſſe adhibendam. Ad maiorem enim fidem conciliandam additur, Hæc dicit Dominus. Alterum eſt, ingentem captare attentionem. Decet enim, homines aures arrigere, cum audiunt Deum aliquid dicentem. Cum ergo immenſum Charitatis pelagus Dei, & vix credibile ſit dicturus vates Hoſſeas, ne dicendorum magnitudine ſuccumbamus, ſe teſtatur veriſſima, & credenda

*Hierony. Abominatio idolorũ in populo Chriſtiano.* aſſerere, in cuius rei teſtimonium ait, *Deum illa dicere*. Et quæ ſunt hæc? *Vocabit me vir meus, & non vocabit vltra Baalim.* Diuus Hieronymus ait, lingua Hebræa, & Syra Baal interpretari, id eſt, habens. Si voluerimus dicere, habens me, dicimus Baali, & apud vtramque gentem viros vocare ab vxoribus *Baali*, id eſt, *vir meus*, quod intelligitur, habens me,



me, & eſt ſenſus, qui me habet in coniugio. Eadem lingua Hebræorum vocatur vir, Is. Vnde & vxor, quæ de viro ſumpta eſt vocatur Iſa, quaſi à viro virago. Quod ergo dicit Dominus, *vir meus*, hoc eſt, cum vtroque ſermone Iſchi, & *Baali* appelletur *vir meus*, ſiue maritus meus, tantum odi idolorum nomina, vt etiam, quod bene dici poteſt, propter ambiguitatem, & uerbi ſimilitudinem, nequaquam velim dici, ſed appellari me Iſchi, magis quàm *Baalim*, ne dum aliud loquitur, alterius recordetur, & virum nominans, idolum cogitet. In hac eadem ſententia eſt Rupertus dicens, poteſt quidem *Baalim* tolerabilem habere interpretationem, id eſt, habens me, quod de Deo vero fidelis anima recte poteſt dicere: ſed hoc nomen *Baalim*, quod ab Iezabel introductum eſt in idolo Sydoniorum, quod illi Baal dicunt, nimis pollutum eſt, & inquinatum, & idcirco nulla nominis eiuſdem interpretatio quamuis pulchra placere debet. Conſentit etiam cum dictis Gloſſa dicens, quod licet ſecundum etymologiam poſſet dici Deus *Baalim*, quod ſimiliter interpretatur vir meus: tamen idolorum odio dici non debet, ne in cultu Dei recordemur nominis idolorum & ne dum virum nominet, idolum cogitet, quod poteſt eſſe propter ambiguitatẽ verbi. Et ſubdit Gloſſa, Hinc habem⁹, ex ſolis vocibus inordinatè prolatis hæreſim poſſe incurri. Conſentit etiam cum his interlinearis. Ait enim, Etſi recte poſſet dici: tamen propter ſimilitudinem nominis idoli vitari debet. Vatablus etiam idem ſentit. Inquit enim, Hæc vox *Baalim*, Dominum meum ſignificat. Quaſi dicat, Non vteris hac dictione Baal. Nam hoc nomen male audit & ſonat, quod idolum ſignificet, idcircò in deteſtationem idololatriæ deſines, me vocare Baal. Vnus Lyranus ab his omnibus diſſentit dicens, Rabbi Salom. hunc locum exponere magis catholicè quantum ad hoc dicens, quòd *vir meus* hic accipitur, id eſt, ſponſus meus, quæ eſt nominatio amoris. *Baalim* verò ſecundùm proprietatem Hebraici ſermonis, idem eſt, quod dominus meus, quæ eſt nominatio timoris iuxta illud Malach. 1. Si ego Dominus, vbi eſt timor meus? Et ſic eſt ſenſus, quòd ex familiaritate cum Deo, populus eius vocabit eum ſub nomine amoris, & non timoris, quod propriè conuenit ſtatuti nouæ legis, cum illa ſit lex amoris, ſecundum illud Auguſtini, Breuis differentia legis, & Euangelij timor, & amor. Sic igitur timori ſucceſſit amor. Cum Lyrano conſentiunt aliqui ex recentioribus,

*Rupert.* *Gloſſa.* *Interlinearis.* *Malach.*

centioribus, deducentes etymologiam huius vocis *Baalim* à verbo Bagal, quod ſignificat præeſſe, dominari, ſubigere, & nuere. *Baalim* ergo id ſignificat, cuius nutui, vel dominio parere oportet, quod Hiſpane dicimus, *amo*. Et neſcio quid metus adfert, quemadmodum Dominus apud Latinos odioſum nomen erat, eo quòd ſeruitutem quandam denuntiabat. Quamobrem Auguſtus Cæſar, dominum ſe vocari, vetuit, quod leuius ſuum imperium dominio eſſe voluerit. *Baalim* ergo cum Dominum ſignificet, non ita gratum eſt, perinde, ac vir. *Vir* autem non ſolum ſignificat hominem ea ratione, qua mas eſt à fœmina diſtinctus: ſed etiam, qua animi virtutibus excellit. Sic enim legimus de Gedeone, Gedeon filius Ioas vir Iſrael. Ac rurſum, Nónne tu vir es? Quis ſimilis tui in Iſrael? Significat præterea *vir* eum, qui mariti munere apud fœminas fungitur. Hinc *vir* amorem, & dilectionem, & gratitudinem quandam complectitur, qua homo redditur gratioſus, & amabilis. Erit ergo ſenſus huius loci, Adeo magnum amicitiæ fœdus, & coniugij cum hoc populo inibo, vt ingenti amore me proſequantur, & deinceps nihil metuant irarum, ſed profligata timore, dilectionis, & charitatis ſuauitate ducti, vocabunt me non *Baalim*, quod dominium inuoluit, ac propterea neſcio quid timoris: ſed vocabunt me *vir meus*, quod amorem redolet, & charitatem. Ita enim inquit Apoſtolus, Non accipiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater.

*Octauianus Cæſar huius vocis vim intelligens dominum ſe nominari vetuit.*

*Iudic. 7.*

*3. Re. 27.*

*Rom. 8.*

## ¶ *Ad componendos mores.*

ET *erit in die illa, vocauit me vir meus, & non vocauit me vltra Baalim, & auferam nomina* Baalim, *&c.*

Primum demus hoc Theophilacti explanationi. *In die illa*, id eſt, tempore afflictionis, *vocauit me vir meus*, quod nomen dilectionem implicat. Ecce quæ ſit conditio animarum, quas Deus in ſponſas vocat, nempe cum flagellat, flagella agnoſcere, eſſe certa dilectionis ſigna, flagellat omnem filium, quem recipit ait Apoſtolus. Ac rurſum, Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius particeps facti ſunt omnes ſancti, ergo adulteri, & non ſcij eſtis. Quemadmodum arbor cum altius radices deſixerit, nec vehemens quidem eam procella agitare poteſt, ſecus autem, ſi fibras ſuperficie tenus porrexerit, neque ad profunda deſcenderit, paruus licet venti flatus irruat, eam à radicibus euellit, Ita & in nobis, ſi affixerimus diuino amore carnes noſtras, nihil mouere nos poterit, quominus Deum diligamus, quamuis acerbiſſimum ſit. Ob hoc Apoſtolus ait, In charitate bene radicati, & fundati. Nam quid eſt, in charitate bene radicari, & fundari, niſi quamuis venti tribulationum hinc, & inde ſufflent, ita immobiles eſſe, vt non à charitate dimoueantur? Et quemadmodum in pelagus immenſum decidens ſcintilla facilè deletur, Sic diligentibus Deum, quantacúnque ſit tribulatio, illuditur, & extinguitur. Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium, in refrigerium, ait Dauid. Quorſum bone rex tribulationem vocas ignem? Quoniam licet quoſdam comburat, non tamen me comburit, alios quoniam non habent charitatis altum pelagus, in quo tribulationum ignem extinguant: ego habeo in viſceribus adeo magnum charitatis pelagus, vt in illud immittens ſcintillas tribulationum extinguam. Quadrat obſeruatio in Euangelium de omnibus Sanctis, in hæc verba, Beati, qui perſecutionem patiuntur. Cur beati? Quia in ipſa perſecutione agnoſcunt Deum veluti ſponſum. Quadrat etiam in ſecundam feriam Reſurrectionis, in hæc verba, Oportebat, Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Cur oportebat, pati? Vt ſuo exemplo oſtenderet, non eſſe deſpectos in conſpectu Dei, qui incommoda patiuntur tribulationum, quinimo à Deo velut chariſſimas ſponſas diligi. Viri enim iuſti in tribulationibus Deum vocant virum ſuum, id eſt, ſponſum ſuum.

*Hebr. 12.*

*Simile.*



*Pſal. 65.*

*Pro feria 2. Reſur.*

*Sicut in tritura paleæ grana premũtur, & flores inter ſpinas prodeũt, ſic in tribulationibus hominis iuſtitia.*

Secundò, *Vocabit me vir meus*, quod nomen amorem reſonat, neque vltra vult, vocari *Baalim*, quod timorem redolet. *Baalim* enim dominum meum ſignificat. Bene inquit Diuus Gregorius, Quando Deus vult timeri, Dominum ſe vocat, iuxta illud, Si ego Dominus, vbi eſt timor meus? Quando verò amari, ſponſum. Ac per quam egregie plus appetit Deus amari, quàm timeri. Plus enim fit amore, quam timore. In vinculis charitatis traham eos, ait Hoſſeas alio loco. Hinc Ariſt. ait, propter metũ nõnunquã ſubditos inſurgere aduerſus eos, qui dominãtur. Malus ergo dominorũ cuſtos timor: bonus verò amor. Nam, vt inquit philoſophus Antiſthe-

*Gregor. in Proto. canticor.*

*Hoſſe. 11.*

*5. col. 10.*

Antiſthenes, Quiſquis alios metuit, ſeruus eſt, licet neſciat. Igitur ſi metuis ſubditos, magis vocandus es ſeruus, quam dominus. Cupis vere domini nomen obtinere? Dilige tibi ſubiectos. Quod enim eſt nauigio gubernator, quod in ciuitate magiſtratus, quod in mundo ſol, hoc inter mortales eſt amor. Nauigium ſine gubernatore labeſcit, ciuitas ſine magiſtratu periclitatur, mundus ſine ſole tenebroſus efficitur, & gubernatoris reipublicæ ſine amore vita vitalis non erit. Tolle à gubernatore amorem, ſolem è republica ſuſtuliſſe videberis, totamque in tenebris iacere, nō eſt dubium. Significauit hoc optimè Diuus Gregorius dicens, habent maximam cognationem amor, & poteſtas. Secus modo faciunt qui rempublicam gubernandam ſuſcipiunt. Exiſtimant enim gubernationem eſſe inſtar arboris ſpinoſæ, quæ ad ſe accedentes pungit, & lacerat. Quadrat obſeruatio in feſtum Apoſtolorum, in hæc verba. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Item in mandatum, in hæc verba, Cum dilexiſſet ſuos, in finem, &c. Obſerua autem, quæ verba ſubſequuntur: ſcilicet, Sciens, quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, & quod pater omnia dedit ei in manus. Quid hæc ad amorem, de quo prius egerat? Multum ſane per omnem modum. Oſtendit enim, quid maxime debeamus deſiderare in gubernatore, cui tradita eſt in manus reſpublica, amorem videlicet.

*Quē metuunt oderunt, quē quiſquis odit periiſſe expetit.*

*Simile.*

*Marcus Anton. nihil quicquam eſſe dicebat quod Imp. Ro. magis deceret quā clementia & ſubditorum amor.*

*Gregor.*

Tertiò, hic locus maximè ſpectat ad *viros*, qui vxores duxerunt. Hi enim hoc vnum maximè debent, deſiderare ab vxoribus, appellari *viros* ſuos, quod amorem ſapit: non dominos, quod timorem. Hinc Apoſtolus, vnuſquiſque vxorem, ſicut ſeipſum, diligat. Et ſapiēs, in tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus concordia fratrum, amor proximorum, vir, & mulier ſibi bene conſentientes. Quemadmodum ferrum non vnitur ferro niſi vtrumque ſit ignitum, Sic matrimonium bene conſtare non poteſt, niſi vxor, & vir charitate ſint ſuccenſi. Sic ſancti Patriarchæ vxores ſuas diligebant. Nam Iacob videbantur pauci dies viginti anni præ amoris magnitudine. Iſaac ſic Rebeccam dilexit, vt eius amore oblitus fuerit doloris vehementiſſimi, quem illi mors matris attulerat, ſed obſerua quas bonus amor debet, habere cōditiones. Prima eſt, quod debet, eſſe permanens, & ſtabilis. Ait enim, *Non vocabit me vltra Baalim.* Ac ſi apertius dicat, Semper durabit hic amor. Sic Chriſtum dilexiſſe legis, Cum dilexiſſet ſuos, in finem dile-

*Ephe. 5.*

*Eccle. 25.*

*Triplex cōiunctio Deo gratiſſima.*

*Simile.*

*Gen. 24.*



dilexit eos. Debet deinde, eius conditionis eſſe amor: vt nō te ad infernum trahat, in baratrumq; præcipitet, ſed quēadmodum currus igneus tulit Eliam in cœlum, ſic amor te deferat in cœlum. Audis enim, poſteaquam dixerat, Vocabit me vir meus, auferam de ore eius nomina Baalim, hoc eſt, idolorum. Sic Chriſtus ſuos Apoſtolos dilexit in finem, id eſt, in Deum, vt explanat Diuus Auguſtinus. Quemadmodum quamuis piſces, & aues produxerit Deus ex aquis, vt literæ diuinæ teſtantur, piſces deſcendunt ad imam aquarum altitudinem, aues vero cœlum petunt, Sic degentes in pelago amoris, non eodem tendunt, ſed quidam diligunt, vt ad cœlum ferant, alij vero, vt in voraginem inexplicabilem inferorum dilectum dent præcipitem. Diſces etiam ex hoc loco, quem ſcopum debeat tuus amor, habere, nempe auferre peccata à dilecto. Audis enim, Deum tuum in hoc ſtudium incumbere, vt auferat nomina Baalim ab vxore ſua Synagoga. Igitur ſi cui copulatus es amore, & illum crimine irretitum agnoſcis, da operam, vt peccatum relinquat, & caue, ne ſordidis veſtibus indutus, conſcendas currū amoris, vbi prunæ dilectionis ſunt: ſed quēadmodum legis apud Ezechielem, hominem veſtitum lineis, id eſt, candidis fuiſſe ingreſſum, & hauſiſſe manus plenas prunis, vt effunderet ſuperciuitatem, Ita tu non niſi puris moribus ornatus exhibe dilectionis opera amato.

*Pro mandato.*

*Simile.*

*Simile.*

*Ezec. 10.*

Quarto obſerua, quid contendat Deus, nempe non ſolum *auferre nomina Baalim de ore*, verum & de intellectu. Parum ergo eſt, non peccare ore, ſed danda opera eſt, ne memoria, & intellectu pecces. Ab vtraque enim parte vult Deus, vt hic legis peccata auferre. Diſces etiam, nō ſolum verbo diligere, ſed etiam corde. Non enim contentus eſt Deus, *auferre nomina Baalim de ore*, è corde cupit etiam delere. Filioli non diligamus verbo, neq; lingua, ſed opere, & veritate, ait D. Ioā.

*1. Ioā. 3*

¶*Et percutiam fœdus in die illa cum beſtia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ.*

¶Locus hic tantum eget expoſitione Hieronymiana, ac propterea omnes expoſitores quaſi vno ore ſequuntur eius explanationem licet nonnulla ſint obſeruanda ad exactiorem intelligentiam. Igitur obſeruat Rupertus loquendi modum, *percutiam*, inquit, *eis*. Quibus? Singulari namque numero vtebatur dicendo, Vocabit me vir meus, & auferam nomina Baalim de ore eius, & nominis eorum nō recordabitur. Nū ę

autem in plurali numero loquitur dicens, *Et percutiam eis.*
Quibus ergo reſpondet Rupertus, Nimirum ſupradictis vi-
*Ruper.* nitoribus eius, id eſt, prædicatoribus eius. Illis namque per-
cuſſit Dominus fœdus *cum beſtia agri: & cum volucre cœli, & cũ*
*Deus percutiens fœdus cum Christi humanitate, demcũ omnibus fecit qui ſunt membra eius.* *reptili terræ*, quod iuxta literam ita contigit. Habentes enim
gratiam operationis virtutum Apoſtoli: & Patres ſancti, &
beſtiis, & volucribus, & reptilibus imperaſſe leguntur, at-
que ita obediiſſe, vt miracula eſſent ad gloriam Chriſti, cun
ctis videntibus. Rupertus itaque coarctat pronomen *eis* ſo-
lum ad vinitores, quod deprehendit ex varia loquendi for
ma. Nam cum prius ſermo eſſet ſingularis, deinde ad plures
ſermo dirigitur. Non ita Diuus Hieronymus arctat pro-
nomen *eis* ad vinitores, ſed ad omnes Eccleſiæ fideles ex-
tendere videtur, quem cæteri omnes etiam ſequuntur. Fauet
expoſitioni Ruperti conſuetudo Scripturæ ſacræ, quæ cre-
*Hierony.* bro intercidit ſenſum, & alium in medio ponit, & rurſus ad
primum argumentum redit. Ita obſeruant Euthymius, Pſal.
*Euthym.* 180. & 117. Et Hieronymus Iſaiæ 16. Et Gregorius lib. 5, Mo-
*Hierony.* ral. c. 29. Et Auguſt. Pſal. 44. Vnde,, vt multa omitta-
*Gregor.* mus, cum Iſaias loqueretur de Moab, ſubdit, Emitte agnum
*Auguſt.* Domine dominatorem terræ de terra deſerti ad montem fi-
liæ Sion. Et Cant. 3. Oſculetur me oſculo oris ſui, quia me-
*Cant. 1.* liora ſunt hubera tua vino. Ecce trãſit ab vna ad aliam per-
ſonam: ſcilicet à tertia ad ſecundam. Pro ſententia etiam Di
ui Hieronymi conſuetudo Scripturæ citari poteſt. Nã ſolet,
numerum pluralem pro ſingulari ponere. Vt Geneſis 19. Cũ
*Gene. 19.* ſubuerteret Dominus vrbes, in quibus habitauit, id eſt,
vrbem illam, quam habitauit. Et iudicum 7. de Achan Pecca
*Iud. 7.* uit Iſrael, & tranſgreſſi ſunt pactum meum & acceperunt de
anathemate. Ecce vnus eſt tranſgreſſus, & ait in numero plu
*Ambroſ.* rali, tranſgreſſi ſunt, & acceperunt. Sic obſeruat Ambro-
ſius, libro 10. Comment. in Lucam, capit. 22. cuius verba
*Act. 4.* ſunt: Aliquando numerus pluralis de vno dicitur. Vt in
Pſalmo, Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt
in vnum: Solus enim Rex Herodes: & princeps Pilatus, in
Apoſtolorum actibus conſpiraſſe aduerſus Chriſtum Petri
*Hebr. 21.* voce produntur. Et in Paulo ad Hebræos legimus, In ca-
*Mat. 27.* prinis pellibus ambulabant, ſecti ſunt, leonum molas ob-
*Luc. 23.* ſtruxerunt. Cum ſolus Elias melotem habuiſſe, & Iſaias ſe-
ctus eſſe, & Daniel intactus à leonibus legatur. Sic etiã ali-
qui concordant Euangeliſtas: quando dicitur, duos blaſphe
maſſe



maſſe latrones, cum vnus eorundem blaſphemaſſet. Vide-
te D. Chryſoſt. homil. 4. in Geneſ. Auguſtinum lib. 3. de con-
ſenſu Euangeliſtarum, capit. 16 Euthim. Pſalm. 79. & apud
Exod. 32. Hi ſunt dij tui. Iſrael, & tamen de vno vitulo tan-
tum eſt ſermo. Sic apud Matthæum, Defuncti ſunt, qui quæ- *Matt. 2.*
rebant animam pueri, Videte Hieronym. Daniel tertio
Auguſtinus quæſt. in Geneſ. quæſt 149. Verum quando no-
men eſt collectiuum, aut ſingularis numeri conſtans ex plu-
ribus, tunc ſolet, eſſe numeri ſingularis mutatio in nu-
merum pluralem in ſequentibus. Vt apud Exod. Dimitte *Exod.*
populum meum, vt ſeruiat mihi. Et apud Geneſ. 15. Scias,
quod peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, & ſub- *Geneſ. 15.*
iicient eos ſeruituti, & affligent eos quadringentis annis.
Legite Auguſtin. lib. locut. in Exodum. Ex dictis colligitur,
veriorem eſſe ſententiam Diui Hieronymi, quàm Ruperti
& pronomen *eis* non eſſe arctandum ad vinitores, ſed de om
nibus eſſe ſermonem. Vnde quod prius per nomen collecti-
uum dixerat in numero ſingulari, deinde explicuit per rela
tiuum in numero multitudinis. Iam ſenſum enodemus.
*Percutiam eis.* Pronomen, *eis*, eſt in dandi caſu, quod venuſtiſſi
me explicuit Varablus dicens, Eis, id eſt, in gratiam, & vtili-
tatem eorum, fidelium ſcilicet. Quaſi dicat, Precipiam illis, *Pſa. 90.*
ne noceant fidelibus. Hæc dicuntur iuxta id, quod apud Da
uidem legitur. Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis & *Mar. vlt.*
conculcabis leonem, & draconem. Et Marci vltimo, Si mor-
tiferum quid biberint non eis nocebit. Quibus verbis pro-
mittit ſummam fidelibus tranquillitatem, & pacem tempo- *Domeſtice fuerunt ſanctis Martyribus ferè nihil nocẽtes virginibus tigrides atque leones ſerpentes & alia venenata.*
re Euangelij, nec aliquid eis nociturum. Et ita legit D. Hie-
ronymus in dandi caſu, & textus Gloſſæ Ordinariæ, & Se-
ptuaginta, & Thophylactus, atque vetuſtiſſimi Codices, li-
cet in recentioribus exemplaribus in ablatiuo inuenitur,
ſcilicet cum eis, & non in datiuo, *eis fœdus cum beſtia agri & vo
lucre cœli, & reptili terræ*. Exiſtimat Rupertus, ita cõtigiſſe iux-
ta literam. Feræ enim, & beſtiæ, & volucres cœli obedierunt
Apoſtolis, & ſanctis tempore Eccleſiæ primitiuæ. Deinde a-
ptat hæc verba, *beſtia agri, volucre cœli, & reptili terræ*, variis ho-
minum generibus, verum hoc refert ad anagogicum ſenſum
non ad literalem. Non tamen ita eſſe exiſtimo: ſed quod e-
tiam ſit genuinus literæ ſenſus, referre hæc tria *beſtiam agri,
volucrem cœli, reptile terræ* ad varias hominũ ſortes, & cõditio-
nes. Vnde Theophylactus egregie inquit hũc locũ diſpũgẽs,

 Vel

Vel hoc dicit,quod ſicut cum indignarer ipſis, tradidi fru-
ctus terræ beſtiis,& volucribus,& reptilibus,ita reconcilia-
tis mihi ipſis deſiſtent feræ iſtæ,tanquam & ipſæ perſuaſæ,
vt parcant,abſumere fruges.Vel beſtias, & reptilia, excita-
tos, inſurgentéſque aduerſus ipſos hoſtes intelligens,ait,
Efficiam,vt ipſi pacis fœdera ſanciant cum Iſraelitis. Vide-
tis ergo,quo pacto Theophylactus ad literalem ſenſum re-
ferat,quod ad anagogem retulit Rupertus. Atque Theodo-
retus ait,Non de beſtiis,& volucribus loquitur:ſed de effe-
ratis hominibus in omnia inuolantibus more volatilium,&
venenatorum ſerpentium ſimilibus.In hac eadem ſententia
eſt Gloſa ordinaria,& Interlinearis Gloſſa ait, Nomine *be-
ſtiarum & volucrum*,Gentiles ſignantur. Hoc idem ſentit Ly-
ranus,ſic expendens, *cum beſtia agri*, id eſt, cum crudelibus
tyrannis *& cum volucre cœli* id eſt, cum regibus ſuperbis, *&
cum reptili terræ*,id eſt,cum eorum miniſtris, quia & iſti, qui
in principio perſequebantur Chriſtianos, & fidem Chriſti,
ad fidem ſunt conuerſi,& maximè tempore Conſtãtini.Hos
veruntamen omnes expoſitores longe antecellere videtur
Diuus Hieronymus expendens iuxta prædictum ſenſum
hunc locum de variis hominum generibus, & venuſtè hoc
confirmans teſtimoniis duobus,altero noui teſtamenti, al-
tero veteris inſtrumenti. De hoc inquit, tempore loquitur
*Iſaiæ* 11. Iſajas dicens,Habitabit lupus cum agno & pardus cum hœ-
do accubabit,vitulus, & ouis,& leo ſimul morabuntur,&
puer paruulus minabit eos?vitulus, & vrſus paſcentur, ſi-
mul requieſcent catuli eorum,& leo quaſi bos comedet pa-
leas,& delectabitur infans ab hubere,ſuper foramina aſpi-
dis, & in cauernam reguli manum ſuam mittet, qui abla-
ctatus fuerit. Quis dubitat,his verbis ſignificari varia ho-
minum genera? Quod & in Actis Apoſtolorum ſcriptum
*Act.* 10 eſt. Et vidi cœlum apertum,ait Diuus Petrus,& deſcendens
vas quoddam,velut linteum magnum, quatuor initiis ſub-
miſſum de cœlo in terram,in quo erant omnia quadrupe-
dia, & ſerpentes terræ &,volatilia cæli. Et facta eſt vox ad
eum, Surge Petre, occide, & manduca. Per quæ, non eſt
dubium, Gentes ſignificari, vt ipſe Diuus Petrus inferius
expoſuit.Hic itáque locus iuxta literalem ſenſum exponi
poteſt,& de beſtiis veris,& de hominib⁹ induentib⁹ ferinos
mores. Per *reptile* temen exiſtimo,intelligi homines viperi-
nas linguas habentes,& laxantes habenas in aliorum ho-





norem. Hos inquit; ſe refrænaturum, vt qui prius detrahe-
bant eorum famæ,iam non detrahant:ſed defendant viden-
tes eos conuerſos ad Deum.

## *Ad inſtruendos mores.*

ET *percutiam eis fœdus cum beſtia agri, & cũ volu-
cre cœli, & cum reptili terræ.*

*Percutiam fœdus eis*, id eſt,in eorum gratiã,
& vtilitatem. Vide,quid efficiat animi con-
uerſio,nempe pacis fœdus in vtilitatem ſer-
ui Dei. Deſæuiant hoſtes,circundent,minẽ-
tur,ſi ad Dominum confugiamus,non ſolum non nocebunt
hoſtes,verùm & in noſtrum commodum inietur fœdus pa- *Pſal.* 26.
cis. Rex Dauid quid ait? Dominus protector vitę meæ,à quo
trepidabo? Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit
cor meum:ſi exurgat aduerſum me præliũ, in hoc ego ſpe- *Simile.*
rabo. Quemadmodũ aues,cum impetuntur ab accipitre, ſo-
lent ad homines confugere,qui quadam ducti beneuolentia
& mititate illas protegunt & liberas dimittunt, Sic,vaſtanti-
bus hoſtibus cuncta,ſi ad Deum confugiamus,ipſe nos de-
fendet,& in noſtram vtilitatem pacem ſtabiliet,nõ in dam-
num,vti contingebat Regibus Iſrael,& Iuda,qui cum ingen-
ti dedecore,& damno pacis fœdus percutiebant,ingẽs ſol-
uentes tributum. Sic rex Oſee regis Salmanaſar factus eſt *3. Re.* 17
ſeruus,reddebatque illi tributa. Sic etiam Ezechias ſeruie-
bat Sennacherib,quem precabatur dicens, Peccaui, recede à
me,& omne quod impoſueris mihi,feram. Indixitque Rex
Aſſyriorum Ezechiæ regi Iuda trecenta talenta argenti, & *2. Mac.* 13
triginta talenta auri. Itaque docet hic locus,pacem cum ho-
ſtibus à Domino eſſe petendam. Sic Antiochus Iudæos eſt
deprecatus honorauit templum,& munera poſuit,& Macha-
bæum eſt amplexatus.

Secundò,docet hic locus,quomodo ſeruis Dei omnia co- *Rom.* 8.
operantur in bonum, vt ait Apoſtolus.

Tertiò,hic locus eſt ad pacis commendationem, ſiquidẽ,
quaſi peculiare beneficium,ſe,ait, *percuſſurũ pacis fœdus cũ ho-* *Iob* 5.
*ſtibus*. Sic Iob Eliphas dicebat,in bello eruet te de manu gla-
dij in vaſtitate,& fame ridebis,& beſtias terræ non formi-
dabis, ſed cum lapidibus regionum,id eſt,cum hominibus

lapideis,& crudelibus,& beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi, &
ſcias quoniam tabernaculum tuum pacem habeat. Quemad
*Simile.* modum, concitato mari ventis, naues etiam tempeſtati
ſubiiciuntur, Ita ſi intra nos non ſit pax cũ Deo, ſed bellũ, ex
tera bellum gerent aduerſum nos Et ſicut, irato Domino ad
uerſum nos irantur etiam eius famuli contra nos, Sic, irato
*Pacis & gratiarum conciliator Christus.* Deo omnia concitantur aduerſum nos. In cuius rei typum
oritur Chriſtus tempore pacis, vt diſcamus, tunc nos pacem
habituros, cum oritur intra nos. Abeſt Chriſtus, & eſt diſcor
dia inter Pilatum, & Herodem, venit Chriſtus, & facti ſunt
*Iob 9.* amici habeamus ergo pacem cum Deo, & ſtatim etiam cum
proximis habebimus. Quis reſtitit ei, & pacem habuit.

Quartò, obſeruandum eſt, quo nomine appellet reges ſu
perbos, ſcilicet *volucres cæli.* Sic rex Aſſyriorum aquila voca-
*Ierem. 48.* tur. Quaſi aqila, inquit, volabit ad Moab. Et inferius Hoſ-
ſeas ait de Nabuchodonoſor, Quaſi aquila ſuper domum
*Hoſſeæ 8.* Domini Demum apud Ezechielem proponit Dominus æni
gma, Aquila grandis magnarum alarum, plena plumis, & va
rietate. Quid ſunt alæ, niſi exercitus? Vnde apud Iſaiam, Erit
*Ezech. 17* extenſio alarum eius implens latitudinem terræ plena plu-
mis, & varietate. Quid plumæ ſunt niſi opes, & potentia, va-
rietas, magnificentia? Et merito cum plumis hęc comparan-
*Iſaiæ 8.* tur, quia quemadmodum plumæ aues ferunt in ſublimiora,
Sic mundi diuitiæ, & dignitates ſolent homines, extollere,
& in vanitatem aeris leuare. Sed ad plumas Deus præcipit,
euellere, & in locum cinerũ proiicere. Locus cinerum eſt me
*Simile.* moria mortis, vbi proiiciendæ ſunt opes, conſiderantes quã
breui illæ euaneſcant Et quemadmodum accipiter, falco, &
niſus dum viuunt, magni æſtimantur: mortui verò deſpi-
ciuntur, & dum viunt, magnis delitiis nutriuntur, & in mani
*Leuit. 1.* bus magnatum geſtantur, Ita principes ſæculi, licet dum vi-
uunt, magnifiant, tandem poſt mortem multi ex illis mit-
tentur in ſterquilinium inferni. Pręterea meritò principes
*Simile* dicuntur *volucres cæli*, quia bona à Deo in illos collata de-
bent eos à terra in cœlum erigere. Eſt Deus venator ma-
ximus, cuius manus habet in cœlum cibum ad alliciendum
accipitrem, vel niſum, Sic principes Niſi ſunt, qui debent vo
lare ſurſum in cœlum, vt è manu Dei accipiant cibum. Ve-
rum melius vocabimus opes huius ſæculi, *el cebo.* Nam
quod maxime deſiderat, eſt, opibus, & diuitiis huius ſæculi
allicere eos ad opes ſupernas cœleſtes capiendas. Hoc do-
cuit



cuit Eliu, Iob 31. dicens de eo, Qui erudit nos ſuper volu-
cres cœli, hoc eſt, maiorem ſapientiam nobis præſtat, quàm
auibus cœli. Ac ſi apertius dicat, Multo propenſius debe- *Iob 31.*
mus, accurrere ad regem Deum venatorem habentem ci-
bum in manu, quàm aues acurrunt ad manum venantis au-
cupis. Quadrat obſeruatio in Euangelium, Beati pauperes
ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Sunt enim
monendi diuites, eſſe appellatos, *volucres cœli*, vt diſcant, vo-
lare ad cœlum, & terram contemnere. Et cap. 39. Iob ait
Deus, Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, in
arduis ponit nidum ſuum, in petris manet, inde contempla-
tur eſcam? Quid aquila, niſi viri potentes? Eſt enim aquila
regina auium, ac propterea reges adumbrat, & principes. In
arduis ponit nidum ſuum. Quorſum in arduis ponit nidum
Proculdubio, vt ait Diuus Tho. pulli eius ſtatim nati conſue
ſcant, in altis morari, Pulli noſtri cogitatus ſunt. Quis de-
bet, eſſe eorum nidus? Deus qui cunctis celſior eſt. Vnde in
Hebræo eſt, in ſublimi loco, pro nidos. In petris manet, id eſt
in ſanctorum exemplis. De his enim inquit Petrus, Vos tan-
quam lapides viui. Iſtam, decet, contemplentur principes
eſcam, gloriam videlicet ſupernę maieſtatis. Ad hanc enim
adipiſcendam, debent, intendere pro virili.

Quintò, merito vocat principes, & reges, *volucres cœli*. Quo
loquendi tropo explicuit, quàm cito tranſeat eorum poten- *Iob 8.*
tia, & opum abundantia. Iob ait, c. 9. Dies mèi pertranſierũt
ſicut aquila volans ad eſcam. Nihil enim velocius auis vola
tu. Vidi impium exaltatum, ſicut Cedrus Libani, tranſiui, &
ecce non erat, ait Pſaltes.

Sextò, *volucres* vocat principes, quia eorum muneris in-
tereſt, quia in eminentiori loco collocantur, proſpicere,
vbi peccatorum ſunt cadauera, vt puniant, & lanient.

Septimo, *Et cum reptili terræ.* Diximus, homines vocari *repti-* *Homines*
*lia*, qui viperino dente vitam aliorum mordent, & laniant. Et *ingenio*
meritò ſubiungit tèrræ, quia eorum conditio eſt cum dæ- *prædiii in*
mone, cui dictum eſt, Terram comedes omnibus diebus *ſtercore va*
vitę tuę, proſpicere vitam aliorum terrenam, ſcilicet pec- *riim mun-*
cata, vt detractent, & obgãniant. Nunquam autem reſpi- *danarum*
ciunt, ſi quid in te cœleſte ſit, id eſt, piũ, & candidũ. Similes *verſantes*
hi ſunt ſcarabæis ſtercora mãducantibus, cum habeant alas *ſcarabej*
ad volandum, & miluis in extalia oculos figentes non in *dicuntur.*

 cœlum

Philip. 3. cœlum. De quibus inquit Apoſtolus, Qui terrena ſapiunt.
Egregiè inquit Apoſtolus, ſapiunt. Sunt enim peritiſſimi; &
doctiſſimi ad terram peccatorum aliorum voluendam; & di
ſcutiendam. Sunt doctores à dæmone laureati. De quorum
Iacob 3. ſcientia ait D. Iacobus; Non eſt iſta ſapientia de ſurſum de-
ſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. De quibus etiam
Ierem. 9. egregiè ait Ieremias, Quis dabit me in ſolutionem diuer-
ſorum viatorum, & derelinquam populum meum, & recedã
ab eis; Extenderunt linguam ſuam; quaſi arcum mendacij,
& non veritatis. Vir fratrem ſuum deridebit, & veritatẽ non
loquentur. Docuerũt enim linguam ſuam loqui mendaciũ,
ſagitta vulnerans lingua eorum. Quid ais Ieremia? Non eſt
melius degere in ciuitate, quam cùm ſerpentibus & reptili-
bus? Non, Quia nocentiora ſunt reptilia ciuitatis; ſcilicet;
homines mordaces; qui linguam extendunt, quaſi arcum,
vt impetant abſentes, quod reptilia non faciunt. Et, quod
eſt deteſtabilius; arcum habent mendacij, & non veritatis.
Extendunt enim rem minimam efficientes maximam, & cre
bro mentiuntur, non attendentes, quod vulnerẽt honorem,
& famam, quod vulnus acerbius eſt; quàm ſagittæ corpus
Eccle. 28. transfigentis. Ait enim Sapiẽs, Flagelli plaga liuorem facit,
*Grauius* plaga autem linguæ comminuet oſſa. Docuerunt linguam
*quis lædit* ſuam. Non ait, Loquuntur ſua lingua, ſed docuerunt, vt ha-
*lingua im* bitum detegat obtrectationis; & ſcientiam exactiſſimam,
*proba quã* quàm habet ad detrahendum. Fugiamus ergo fratres mei
*flagello,* detractionẽ, ne reptilia terræ vocemur à Deo. Quadrat ĩ ea
*& proinde* verba Euãgelij, Beati eritis, cũ maledixerint vobis homines.
*ea magis* Octauò, docet hic locus, poſt peccatoris conuerſionem
*metuenda* non eſſe illius honori detrahendũ, ob peccata tranſacta: ſed
*et vitãda.* decet; viperinam linguam cum eo fœdus inire, ne mordeat
quem agnoſcit, iam reſipuiſſe. Solent enim homines iniqui
conuerſis nunquam parcere, ſemper ore voluentes peccatũ
Iſaiæ. 11. quod patrarant. Audiant iſti; quid dicat de filiis Eccleſię va-
tes Iſaias, Delectabitur infans in hubere ſuper foramina a-
Pſal. 139. ſpidis. Quis infans? Quis aſpis? Infans proculdubio eſt nu-
per ad Deum cõuerſus. Ita enim inquit Apoſtolus, Tanquã
paruulis in Chriſto, vobis lac potum dedi. Hi ergo paruuli
delectantur; non triſtitia afficiuntur ab aſpide, id eſt; detra-
ctore, & maledico. Ita enim inquit Regius Pſaltes, Acuerũt
Cor. 5. linguam ſuam ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labiis
eorum. Aſpides ſuo morſu necant, & loquentes ſua lingua
famam



famam abſumunt; & perdunt delinquentium. Parcent tamẽ infantibus, id eſt, hominibus reſipiſcentibus, inient fœdus cum huiuſmodi reptilibus, hoc eſt, tãtum abeſt; quod mordeant, quod proſpicient honori conuerſorum, protegent, & defendent. Non vertent dedecori vitam tranſactam, & ignominiam priorem, vt multi facere ſolent, nomina probroſa, & contumelioſa ob peccata tranſacta hominibus imponẽtes. Audientes enim, quid dicat Chriſtus Chananeæ peccatrici, videlicet; Non eſt bonum, ſumere panem filiorũ; & mittere canib. ac perſiſtenti deinde in oratione nõ dici, O canis magna eſt fides tua: ſed, O mulier. Sic quem prius canem appellauerat, iam non canem appellat; ſed ſeruum Dei, vt Chriſtus Chananæam in honorem illius mulierem vocat, nõ canem. Apud Lucam etiam de Magdalena, quid legimus? Prius ait, Mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Sed poſt eius cõuerſionem quid ait Chriſtus? Simon vides hanc mulierẽ? Cur Dñe non ais, Simon vides hanc peccatricem? Nónne prius eam ita appellat Euangeliſta? Proculdubio non decet, eam peccatricem appellare, ſed mulierẽ. Iam enim conuerſa eſt; & cum conuerſis ſecus agendũ eſt. Cur ergo appellabo hominem veſtitum nudum? Cur candidum Æthiopem? Nudus fuerat peccator, & ſine veſte gratiæ, at poſtquam induit eũ
Dñs veſte gratiæ, cur ſine ea eſſe dicemus? Poſtquàm abluit Thren. 4.
faciem denigratam ſuper carbones profluuio lachrymarũ; & candidus eſt, imò candidior niue, nitidior lacte, rubicundior ebore antiquo, & ſaphyro pulchrior effectus; quare deformem appellabo?

¶ *Et arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter.*

¶ Summam pacem his verbis promittit adumbrantem Luc. 2.
pacem internam, de qua Lucæ 2. dicitur; Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Argumentum autem eſt à deſtinatis, ſine quibus res effici non poteſt, dum ad ſignificandã pacem hoc vtitur loquendi tropo, *arcum, & gladium, & bellum conteram*. Nam ſi hæc inſtrumenta bellica, *arcus, & gladius* auferantur, bellum ſepultum eſſe conſequitur. Nomine etiam belli, vt egregiè inquit Vatablus, cętera inſtrumenta bellica implicantur. Eſtque metonymia figura. Continens enim pro contento ponitur. Bellum námque inſtrumẽta includit multa, quibus efficitur. Obſeruandus eſt etiam modus loquẽdi.

*De terra,* inquit, *conteram gladium, & arcum, & bellum,* Non ait, de hominibus. Quid hoc eſt? Nónne homines bella gerunt? Ab his ergo debet, auferre *bellum, & arcum, & gladium.* Proculdubio non ſine ratione ait, *de terra,* & non de hominibus vt poſtea dicturi ſumus. Nunc prius expendamus, quid in-
*Theop.* telligat per *terram.* Theophylactus ait, intelligi Iudæam, vel
*Hieron.* vniuerſam terram. D. Hieronymus vniuerſam terram intelligit. Ait enim, Tũc iungetur Iſrael Gentibus, & implebitur illud Deuteronomij, Lętamini Gentes cum populo eius. Ac
*Pſal. 85.* rurſum illud Pſaltis, Factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, ibi confregit potentias, arcum, ſcutum, gla-
*Iſa. 4.* dium, & bellum. Et Iſaias, Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, neque exercebuntur vltra ad prælium. Vnde bene pro *terra* poſuit: Interlinearis, Eccleſiã. Vatablus autem ait, per *terram* intelligi eam, in qua habitabunt fideles conuerſi ad Chriſtũ. Sunt, qui dicant ſignificari pacẽ, quæ tempore ortus Chriſti fuit. Tunc. n. Auguſto Cæſare imperante omnis belli tumultus ceſſauit. Iamq́ue templum occluſum eſt, & vniuerſus orbis deſcriptus; vt teſtatur Luc. Euangel. Attendite etiã, quid dicat, *Conteram,* non auferam. Habet. n. emphaſim hoc verbum, *Conteram,* quo verbo magnitudo pacis exprimitur, & in longum tempus duraturæ. Neque ſilẽtio prętermittendum eſt, quod Theophylactus obſeruat, his verbis implicare, conuerſos ad Chriſtum res ipſius corporis poſthabituros, propter quæ non pauca bella oriuntur, nullamq́ue futuram dominandi libidinem. Dominãdi. n. libido cauſa belli eſt, ait Aug. lib. 3. de Ciuit. c. 14. Qui enim dixit in Euangelio, Ei qui voluerit tecũ in iudiciũ contendere, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium, idq́ue genus talia, pacem habere nos voluit, quam & nobis reliquit, atque etiam deſpecturos bona temporaria, Vera quippe eſt ſententia D. Auguſt. li. 15. de Ciuit. c. 4. bella, & lites oriri ex amore temporalium rerum. *Et dormire eos faciam fiducialiter.* His verbis, *dormire* cubare, quieſcere, & ſimilibus optata rerum pax, atque tranquillitas, & ſumma ſecuritas deſignatur. Sic Pſal. 3. Dormiam, & requieſcam, id eſt, nimia fruar ſecuritate. Sic & Dñs promittit apud Deuteronomiũ populo legem ſeruanti ad quietem iacebitis, & non erit, qui exterreat. Sic & apud Ezechielem de ouibus ſub paſtore ſuo Dauide degentibus inquit, Habitabunt in deſerto ſecurè, & dormient in ſaltibus, id eſt, nimia fruentur tranquillitate, & ſecuritate. Vnde Vatablus

*Iuxta Marcelli theatrum Romæ tẽplum extructũ fuit Iano cuius geminæ erant ianuæ pacis tempore clauſæ, belli apertæ.*
*Luc. 2.*
*Bellorum mater regnandi inſana libido.*
*Matth. 5.*
*Aug.*
*Pſal. 3.*
*Ezec. 34.*



Vatablus vertit, Efficiam, vt habitent ſecuri. Et Lyranus ait, *Dormire eos faciam,* id eſt, quieſcere faciam. Robertus tamen bifariam diſpungit, *Dormire eos faciam* ſubauditur, inquit, in illa pace. Ibi enim dormitur fiducialiter, videlicet ea dormitione, de qua in Canticis loquitur Sponſa, Ego dormio, & cor meum vigilat. Vigilante námque corde, fiducialiter dormitur, quando remotis curis ſæcularibus, & repreſſis vitiorum motibus; ſolum Deum libera per gratiam Dei anima ſuauiter contemplari delectatur; vel certè, *Dormire eos fiducialiter,* id eſt, ſomnum mortis excipere eos faciam confidenter videlicet pro bona conſcientia, quali fretus Apoſtolus, diſſolui, & eſſe cum Chriſto cupiebat. Et proculdubio ſatis frequens eſt in Scriptura, vocare mortem ſomnum. Sic crebrò legimus, Dormiuit cum patribus ſuis, in libris Regum. Sic Apoſtolus mortuos vocat dormientes, Nolo, vos fratres ignorare de dormientibus. Et Chriſtus ait, Lazarus amicus noſter dormit. Dicuntur autem mortui dormientes, vt egregiè inquit Auguſt. Epiſt. 120. ad Honoratum, propter futurã reſurrectionem, velut euigilationem, vel quia, vt dicit Euripides; & citatur ab Ariſtotele. 8. Polit. c. 5. Vt ſomnus curas ceſſare facit, Ita mors eſt finis curarum, & anxietudinum. Ad hunc etiam ſenſum hunc locum detorquet Interlinearis dicens. Modo quieſcunt animę ſanctorum in ſpe futuræ reſurrectionis. Hic autẽ ſenſus magis videtur eſſe tropologicus, quam literalis.

*Cant. 5.*
*Philip. 2.*
*1. Theſ. 4.*
*Nihil aliud eſt mors quàm ſomnus & requies tranquillis portus perturbationis, ô liberatio & a vita curis libera. Chryſ.*

## *Ad morum compoſitionem.*

*ET arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter.* Pollicitus fuerat Dominus, hunc populum, iam ad ſe cõuerſum fœdus pacis habiturum cum beſtia agri, volucre cœli, & reptili terræ Nunc & aliud vlterius promiſit, nempe bellica inſtrumẽta contriturum. Quid hoc Domine mi? Peccarunt ne hæc inſtrumenta, quod illa perdere conterere decernis? Potius tibi inſeruierunt, ſiquidem ad correctionẽ profuerunt delinquentiũ. Vtiq; illa à bellantib. mota ſunt, non à ſe. Non ergo peccarunt. Quorſum ergo plectuntur? Oſtendit hic locus, Deum bonitate ſua & dolere ob calamitates in hunc populum à ſe immiſſas: Quemadmodum enim pater virgam, qua filium flagellauerat, *ſimile.* ſolet

ſolet proiicere in ignem, vt oſtendat, ſe pœnitere ob verbe-
ra, quibus illum afflixerat, atque vt oſtendat, iam non eſſe
iratum, ſed vnice diligere, Ita Deus poſt punitionem pecca-
*Heb.* 12. toris flagellum conterit, comburit, & in terram proiicit, &
*Duplex* calcat, vt oſtendat, ſe pœnitere ob inflicta vulnera. Omnem
*Dei fla-* filium, quem recipit Dominus flagellat, ait Apoſtolus. Et
*gellum.* quæ ſunt Domini flagella? Duplicia. Animatum, & inanima-
tum: inanimatum, vt gladius, arcus, & alia id genus, mor-
bus, dedecus, paupertas. Alia ſunt animata, nempe homines
*Auguſt.* impij, quos Aug. Pſal. 73. flagella vocat iuſtorum. Quos etiã
Dominus poſt flagellationem iuſtorum, ſolet conterere, &
in ignem proiicere, vt oſtendat, ſe iam pœnitere, ingentique
filios proſequi amore, Verùm multo apertius hoc ſignifica-
*Iſa.* 10. uit Dominus apud Iſaiam, dicens, Væ Aſſur virga furoris
mei, & baculus ipſe eſt in manu eius indignatio mea, ad gen
tem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei
mandabo illi, vt auferat ſpolia, & diripiat prædam, &c. Ve-
rum videte, quid faciat de virga furoris ſui. Et erit, cum im-
pleuerit Dominus cuncta opera ſua in monte Sion in Ieru-
*Ezec.* 21. ſalem, viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur,
& ſuper gloriam altitudinis oculorum eius. Et apud Ezech.
de rege Babylonis aduerſus Sedechiam, Mucro, mucro eua-
gina te ad occidendũ, limita te, vt interficias, & fulgeas. Atq;
poſtquam vſus eſt Dominus rege Babylonis pro flagello,
attendite, quid dicat, Reuertere ad vaginam tuam, & in ter-
ra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam ſuper te indigna-
tionem meam, in igne furoris mei ſufflabo te, igni eris ci-
*Exo.* 32. bus. Attendite etiam, quid dicat apud Exodum, Placatus
eſt Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduer-
ſus populum ſuum. Placari hoc loco, pœnitere eſt. Et ita
*Iud.* 10. vertunt Hebræi pro placatus, pœnituit. Verbum enim Na-
chal ibi poſitum ſignificat, conſolari, & pœnitere. Audite
etiam, quid dicat Scriptura, poſtquam conuerſi ſunt filij I-
ſrael ad Deum, proiicientes idola, doluit Dominus ſuper
miſeriis eorum. Caueant ergo, qui alios affligunt, & timeãt,
quia flagella ſunt bonorum in manu Domini poſt conuer-
*1. Ma.* 7. ſionem flagellandorum à Domino conterenda. Si enim ina-
nimata flagella, vt *arcum, & gladium, & bellum conterit*, quan-
tò digniora ſunt contritione animata flagella? Hoc bene co-
gnouit ille adoleſcẽs dicẽs regi Antiocho, Nos pro peccatis
noſtris hæc patimur, & ſi nobis propter increpationem, &
correptionem Dominus Deus noſter modicum iratus eſt,
ſed



ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis. Tu autem ô ſceleſte,
& omnium hominum flagitioſiſſime iudicio Dei ſuperbiæ
tuæ pœnas exolues. Hinc & apud Michæam ait Ieruſalem *Mich.* 7.
Babyloni ſe affligenti, Ne læteris inimica mea, quia cecidi
conſurgam. Ac paulò pòſt, Et aſpiciet inimica mea, & ope-
rietur confuſione, quæ dicit ad me, Vbi eſt Dominus Deus
tuus? Ac ſi apertius dicat, Tu Babylon flagellum es Domini
mei, quo nunc me flagellat: verum poſt flagellationem non
effugies iudicium: ſed operieris confuſione, dum te videris
contritam à Domino. Quadrat hæc obſeruatio in Euange- *Matt.* 2.
lium vigiliæ Epiphaniæ in ea verba, Defuncti ſunt, qui quæ-
rebant animam pueri. Ecce flagellum, nempe Herodem con
triuit. Quadrat & in Euangelium ſancti Stephani in ea ver-
ba, Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & ſcribas,
& ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in
ſynagogis veſtris. Quadrat etiam in Euangelium Apoſtolo-
rum, Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. De-
mum, hic locus communiſſimus eſt, quoties de tribulatio-
ne ſermo inciderit. Secundò, docet hic locus, vt quid conſe-
quaris, omnia, quæ poſſunt eſſe impedimento, eſſe auferen-
da. Poterant eſſe impedimento, ne pax ſtabiliretur, arma,
propterea illa conterit Deus, ac tunc maximè, cum homo *Radicer-*
eſt propenſus ad aliquod peccatum. Tunc, quæ ad illud alli- *tus euellen*
ciunt, ſunt longe releganda. Eſt aliquis facilis ad vindictã, *da eſt pec*
& iram? Proiiciat arma. Eſt pronus ad detractionem? Fugiat *catorum*
confabulationem. Demũ omnia, quæ poſſunt nocere virtu- *cauſa vt*
ti, ſunt fugienda. Quid poterat paci nocere? Superſſe inſtru- *tollatur*
menta bellica. Illa conterit Deus. Hinc apud Deuterono- *effectus.*
mium Dominus præcipit, aras idolorum ſubuertere, & con- *Deut.* 7.
fringere ſtatuas, & ſculptilia comburere. Et apud Exodum, *Exo.* 32.
vitulum aureum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem
Moſes, vt doceret, nihil earum, rerum, quæ nos ad peccatum
reducere poſſunt, aut à bono reuocare, eſſe retinendum. A-
gnouit Deus hominem propenſum ad dominandum aliis,
& ad amorem rerum temporalium, ob quæ bella oriuntur,
vt ait Aug. li. 3. de Ciuit. Dei, c. 14. dicens, Dominandi libido
cauſa belli eſt. Hinc lites oriuntur, & bella: verùm ne in bel-
lum prorumpant, inſtrumenta conterit, *arcum, gladium, & bel-*
*lum.* Vocatur Eliſæus ab Elia, & obſeruate: quid, fecerit. Bo- 3. Re. 19.
ues, quibus arabat, mactauit, & coxit carnes aratro boum.
Quorſum aratrum combutit? Quorſum boues interficit? Ne *Luc.* 5.
quid maneret, quod eſſet impedimento, ne miniſtraret Eliæ,
aut

Gene. 31. aut ab eo miniſterio reuocaret. Sic Matthæus, relictis omnibus, ſecutus eſt Chriſtum. Et apud Gen. Rachel furata eſt idola patris ſui. Quorſum furata eſt idola? Vt, amotis impedimentis, patrem ab idololatria reuocaret.

Tertiò, Ecce, quo pacto Deus non ſolum hominibus ſe exhibet munificum: verum & terræ, in qua homines ſunt. Quemadmodũ enim propter iniquos ſolet, terram punire, ita & propter bonos, ei bene facere. Apud Iſaiam ait Dominus, Luxit, & elanguit terra, confuſus eſt Libanus, & factus eſt Saron ſicut deſertũ, &c. Saron ferax agri planities erat: verũ ob peccata facta eſt, vt deſertũ. Contra vero de obſeruantibus legẽ ait Iſ. Dabitur pluuia ſemini tuo, vbicũq; ſeminaueris in terra, & panis frugũ terræ erit vberrimus, & pinguis. (Iſa. 3. / Iſa. 30.)

Quartò, Obſeruatur, quo pacto Deus *arcum, gladium, & bellum conterit*: non autem beſtiam agri, non volucrem cœli, non reptile terræ. Cur potius illa, quàm hæc conterit, & perdit? Vt doceat nos, parcendum eſſe his, qui nos iniuriis affecerunt, atq; de illis vindictam non eſſe ſumendã. Diligite inimicos veſtros, benefacite iis, qui oderunt vos, ait Chriſtus. Quamuis aliquis ſe tibi exhibeat beſtiam laniantem, quamuis reptile mordens, non illum conteras, non lanies, non perdas. Melius eſt, cum his pacem inire. Aduertant hoc homines faciles ad ſumendam vindictam, & ob minimum damnum tragœdias excitantes, & nunquam parcentes iis, qui ſibi minimum nocumentum intulerunt. Hi ſimiles ſunt cuidam ſpecui Dalmatiæ, in quem ſi quis vel minimũ pondus deiiciat, quamuis die tranquillo, magna protinus oritur tempeſtas. Sic ob verbũ paruiſſimi momenti, vel exiguum damnum, ita concitatur, vt nullus poſtea valeat, componere lites. Non ſic hic populus, ſed poſt acerbiſſimam calamitatem ſibi illatam, fœdus pacis ineunt. (Matth. 5. / Ariſt. de admiran. aud.)

Quartò, Docet hic locus, non eſſe dormiendum ſine pace, & antequam homo conuertatur ad Deum, & neſcio, quis poteſt, ſomnum capere, ſi ſentiat, ſe non habere pacem cum Domino Deo ſuo, & cũ proximo. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ, donec inueniam locũ Domino, ait Pſaltes. Et Paulus ait, Sol nõ occidat ſuper iracundiã veſtrã. Quando hic populus dormit fiducialiter? Poſt eaquam contrita ſunt, *arcus gladius & bellum*. Abiiciamus ergo prius arma, quibus Deũ oppugnamus, & cũ eo pacẽ ineamus, alioquin neſcio, quo pacto dormire poſſit peccator. In pace in idipſum dormiã, & requieſcã, ait Pſaltes, cũ ſe ab hoſtibus (Non poterit habere concordiam cũ Chriſto qui diſcors voluerit eſſe cum Chriſtiano. / Pſal. 131. / Epheſ. 4.)



ſtibus videret circunſeptũ. Eripuit Dominus animã meã de medio catulorum leonum, dormiui cõturbatus. Per catulos leonum, dæmones intelligit, vt ait Euth. Verum ſic circundatus dæmonibus, ob peccata, non potuit, dormire confidẽter, ſed conturbatus. Atque Iob ait Sophar Naamathites, Si iniquitatẽ, quæ eſt in manu tua, abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia, defoſſus ſecurus dormies requieſces, & non erit, qui exterreat. Quid eſt, defoſſus ſecurus dormies? Vertit Vatablus, Iacebis ſecurus, velut foſſa circunducta, id eſt, in ſumma fiducia dormies. Ad conſuetudinẽ bellantium alludit, qui foueis quibuſdã, Hiſpanè dicimus *Trincheas*, ſe muniunt ab hoſtiũ inſidiis, & impetu. Nulla fortior fouea, vt ſecuri ſimus, quàm ad Deum conuerſio, Ideò hic populus, poſtquã eſt conuerſus, & pacẽ habuit, dormit fiducialiter, ſicut Iob dicitur, ꝙ ſi conuertatur, velut vallatus fouea dormiet ſecurus. Quadrat obſeruatio in Euangelium de diuite auaro, in ea verba, Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te. Atq; in Euangeliũ de Confeſſoribus, in ea verba, Si ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique. Nõ ergo peccatori dormiendum eſt. Sic dormire nõ audebat Sponſa agnoſcẽs, ſe eſſe ſine Sponſo: ſed ſurgit prius, vt quærat. In lectulo meo per noctes quæſiui, quẽ diligit anima mea, quæſiui, & non inueni, ſurgã, & circuibo ciuitatẽ. Tandẽ donec illũ inuenit, non quieuit, nec dormiuit. Quadrat & in Euangeliũ de Paſſione in ea verba, Simõ dormis? Quæ verba dicit Chriſtus, vt oſtendat, nemini dormiendũ, ſi abfuerit ab eo Chriſtus per gratiam. Abfuerat Chriſtus, à diſcipulis meritò obicit illis, quod dormierint. (Pſalm. 4. / Pſal. 16. / Iob 11. / Cant. 3. / Iona. 4.)

Sextò Obſeruate, qui pacem ineat, nempe, Deus. Is etiam *conterit arcum, & gladium, & bellum*, non aliquid aliud, videlicet emolumentum. Ea quippe pax eſt ſemper quærenda, quã Dominus Deus percutiat, & ſi Deus abſit, illa abiicienda eſt, qualis eſt pax iniquorum hominum. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis, ait Aſſertor noſter. (Nec opes nec imperia nec voluptates cũ hac pace conferenda.)

¶ *Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide, & ſcies, quia ego Dominus.*

¶ Obiecit noſtris oculis initia reconciliationis, & præambula quædã neceſſaria ad reconciliationem populi cũ Domino. Iam verò ipſam reconciliationẽ deſcribit, expẽdẽs, quib. ceremo-

cæremoniis ſit celebranda. Pro quarum cæremoniarum reſeratione, & apertiori intelligētia obſeruandum eſt, Dominũ alluſiſſe ad conſuetudinem Iudæorum, in libello repudij, & reconciliatione adulteræ, ſi vir ad eam redire vellet, atque ad conſuetudinē nuptiarũ eorundē. Diximus ex Miſnaioth de libello repudij, ſiqua fœmina veniret viro ſuo in ſuſpitionem dedecoris, eã poſſe à viro repudiari legum, & iudicum permiſſu, atque ſi argumenta ſuſpicionis certa fuiſſent, iudicum iudicio omnibus rebus licere eam expoliari, quæ ſponſaliũ iure aut mariti liberalitate accepiſſet. Verũ ſi maritus poſtea, vel temporis interuallo tranſacto, vel conceptæ de vxore mutationis odium, atque iram depoſuiſſet, neq; tamē illa interim alteri nupſiſſet, repudiatam in priſtinum conſortium, & antiquam gratiã admittere poterat. Hæc de repudio & reconciliatione repudiatę. De ſponſalibus etiã quam breuiſſime ait idem Miſnaioth de pactis nuptialibus, poſtquã vir & fœmina matrimonio coniungendi mutuum ſibi præbebant conſenſum, puella arrabonis nomine, aut argentum, aut tabulam aliquam publicè ſignatã accipiebat, quibus ſeſe illi traditam, & velut venditam profiteretur. His acceptis muneribus, fœmina in coniugis domũ ducebatur, eiuſque vxor eſſe dicebatur. Ad hanc ergo Dominus alludens conſuetudinē, Synagogã quæ ſuum virũ, nempe Deũ, ad iracundiam concitarat ob adulteriũ idololatriæ, expoliauerat multis beneficiis, & expoliatã repudiauerat, Verũ cũ illam Dominus vehementiſſimo proſequeretur amore, & cerneret, reſipuiſſe, rurſum in gratiã recipit, & in inuiolabile coniugij fœdus reuocat, conferens illi pro dotis arrabone, *iuſtitiã, iudicium, miſericordiam & miſerationes.* Hoc eſt, quod hoc carmine depingitur. Verum cum non ſemel, neq; bis dicat. *Deſponſabo* te mihi, ſed ter, iure optimo quæritur, quorſum toties repetat, *Deſponſabo te mihi.* De quo non concors eſt ſanctorum patrũ, & expoſitorũ ſententia, licet multi hunc lapidem moueãt. D. Hieron. inquit, triplicē tangi Dei deſponſationē. Prima fuit in Abrahã, ſiue in Ægypto, tunc. n. accepit circuncisionē in ſignũ, quod eſſet populus Dñi. Secũda fuit in mõte Sinai cũ dedit illis pro ſponſalibus legis iuſtitiã, atq; iudicium, & iunctã legi miſericordiã. Tertia deſponſatio fuit, cum venit nouiſſime filius Dei Dominus Ieſus. Ait autem, *in iuſtitia, & iudicio, & miſericordia,* quia duo calices ſunt in manu Domini, alter eſt plenus *miſericordia,* alter *iuſtitia,* & de ca-

*Indiuidua vitæ conſuetudo.*

*Ter domiſnus nobiſcum ſponſus eſſe voluit.*





lice miſericordiæ fundit in calicem iuſtitiæ, & de iuſtitiæ calice in calicem miſericordiæ, iuxta illud Pſal. 84. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Temperat enim miſericordiam cum iuſtitia, & iuſtitiam cum miſericordia. Hoc autem fit, vt quando peccauerit tradatur captiuitati, cum egerit pœnitentiam, reuocetur in patriam, & miſericordiam conſequatur. Sic Pſalm. 102. Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. *Deſponſauit* autem ſic ſibi, quando per legem aſſumpta fuit. Conſentire videtur Interlinearis cum Hieronymo. Ait enim, Circũciſio data Abrahæ fuit ſignum ſempiternũ inter Deũ, & ſemē illius. Rupertus has tres deſponſationes tantum refert ad tēpus Eccleſiæ; in qua ter deſponſatus eſt Deus. Primo, quando naturam aſſumpſit humanam. Hanc enim naturam ita ſibi deſponſauit, vt eam nũquam dimiſerit. Vnde ortum eſt axioma Theologorũ deſumptũ à Damaſceno, Quod Deus ſemel aſſumpſit, nunquã dimiſit. Hinc eſt, quod non ſolũ dixit, *Deſponſabo te mihi,* ſed addidit, *in ſempiternum.* De hac deſpõſatione loquitur Regius Pſaltes dicens, Ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Quid thalamus, niſi vterus virginis? Et ita exponit Aug. Ser. 14. de Natiuitate Dñi. Secundã deſponſationē, quã ait, eſſe *in iudicio, & iuſtitia, miſericordia,* & miſerationibus, fuiſſe inquit, quãdo mortuus eſt propter delicta noſtra. Tũc enim *in iudicio deſponſauit* ſibi Eccleſiam, quoniã contra principē mundi fecit iudiciũ, vt illũ foras eiiceret, iuxta illud Ioã. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Tunc etiam *Deſponſauit in iuſtitia,* quia iuſtitia noſtra eius reſurrectio eſt. Crucifixus eſt, inquit Paulus, propter delicta noſtra & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. *Deſponſauit* etiam, *in miſericordia* quia moriens condonauit peccata nobis. Miſericordia eius, ait Rupertus, eſt remiſſio peccatorum, quod eſt primum Spiritusſancti datum, de quo poſt reſurrectionem ait ſtans in medio diſcipulorum, & in illis inſufflans, Accipite Spiritumſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. *Deſponſauit in miſerationibus.* Miſerationes, ait Rupertus, diuiſiones gratiarum ſunt quod eſt ſecundum eiuſdem Spiritus ſancti datum, de quo ſcriptum eſt, quod in die Pentecoſtes apparuerũt Apoſtolis diſpertitæ linguæ. Erit itaq; ſenſus, iuxta Ruperti ſententiam, *Spõſabo te mihi in iudicio, & iuſtitia, & miſericordia, & miſerationibus,* id eſt fundã ſanguinē meũ, & moriar pro te. Vnde iudicatus princeps mundi huius, eiiciatur foras, & reſurgã propter iuſtificationē tuã, & miſerebor tui,

*Pſal. 84.*

*Pſa. 104.*

*Axioma Theologicum.*

*Pſal. 18.*

*Auguſt.*

*Roma. 4.*

*Ioan. 20.*

dando Spiritum ſanctum in remiſſionem peccatorum, & mi
ſerebor etiam dando,& diſtribuendo tibi diuiſiones gratia-
rum,id eſt gratiam ſanitatum,& operationẽ virtutum gene
ra linguarum, &c. Theodoretus hanc deſponſationem eſſe
intelligendam de Eccleſia,& non de Synagoga probat, quo
niam Synagoga periit,& proiecta eſt: Eccleſia autem coniun
cta Sponſo,expectat bona æterna. Ait ergo iuxtà Theodore-
ti expoſitionem, *Deſponſabo te mihi in ſempiternum*,quoniã frui-
tura ſit Eccleſia bonis æternis. Addit autẽ, *in iuſtitia, & iudi-
cio*,quia vſus eſt Sponſus in tyrannum. *Miſericordia* autem *&
miſerationibus* vtitur in eos,qui tyrãno ſeruire coacti ſunt.Nõ
eſt dubiũ,quin per tyrannũ intelligat diabolũ. Theophila-
ctus myſteriũ latere exiſtimat in datiuo mihi,dicens, Quid
*Hebr. 1.* eſt mihi ipſi? Quoniã non per angelũ,vel aliquẽ natu magnũ
ſed per ſe ipſe Dñs nos ſeruauit. Patribus enim locutus eſt
Dñs per prophetas,nobis autẽ per filiũ,vel quia veterẽ il-
lam Synagogam Moſi deſponderit. Vnde & ad ipſum, Popu-
lus,inquit: tuus inique egit. Credenti autem incarnati filij
aduentui Eccleſiã ſibi ipſe deſpondit, quemadmodũ & Pau-
*Ephe. 5.* lus teſtatur, Dico autem in Chriſto & Eccleſia. Neq; in æ-
ternũ ſibi Synagogã deſponderat. Nam tẽporaria erat legis
ſeruitus,nunc vero ſibi in æterna ſæcula deſpondet creden-
tes. *In iuſtitia*,ait,quia ſicut per hominẽ,mors,ſic & per homi
nem reſurrectio mortuorũ. *In iudicio vero*,quod cõdemnaue-
rit principem mundi huius,miſericordiã, & miſerationes er
ga omnes homines cõmonſtrauit,quos non è ſuis operibus
ſeruauit,verũ per ſuam ipſius miſericordiã. Lyranus in his
verbis, *Deſponſabo te mihi in ſempiternum*,de eccleſia Spõſa Chri
ſti ait,eſſe ſermonem,cui non ſuccedit niſi ſtatus gloriæ. *In
iuſtitia* autẽ, ait,quia fides ſine operibus mortua eſt. Recen-
tiores dicũt ter dici,*deſponſabo te mihi*, ob certitudinem,quod
redierit Sponſa in gratiã, Ternarius enim numerus certitu-
dini in omni idiomate fere apud omnes ſeruit. Præterea, ter
ait,*deſponſabo te mihi*.ad reſerandum arcanum ineffabilis Tri
nitatis,quoniã Eccleſia: quæ deſponſata Chriſto fuit, Patri
*Ioa. 20.* etiã, & Spiritu ſancto deſponſata fuiſſe dicitur, quo loquen
di tropo Chriſtus vſus fuit apud Ioannem,cum gregem ſuũ
Petro cõmendaret,dicens ter, Paſce oues meas,meos agnos
vt ũ egregẽ totius Trinitatis proprium eſſe affirmaret. *In iu-
ſtitia* vero,ait ſecundum hos recentiores,vt iuſtiſſimi viri iu
ſtiſſima coniux eſſet. *In iudicio* etiam, vt nihil in ea, eiuſque
actioni-



actionibus deprehenderetur,cuius honeſta ratio reddi non
poſſet. In miſericordia,& miſerationibus, qm̃,vt ait Apoſto *Rom. 9.*
lus,nõ currentis neq; volentis opera,ſed Dei miſerentis do
no,hæc in arrabonem illi donnada erant. Vatablus hæc duo
*in iuſtitia*,& iudicio, exponit in hunc modum, *in iuſtitia*,erga
Deũ ſcilicet,*& in iudicio*,id eſt,iuſtitia erga proximũ. Hic. n.
deſcribi ait officia hominis Chriſtiani, qui debet,eſſe iu-
ſtus erga Deũ,& in proximũ beneficus,& miſericors. D. Ber. *Berna.*
Sermo 5. de Dedicatione Eccleſiæ prope finẽ, expẽdens hũc
locũ, *Deſponſaui te in iuſtitia & iudicio*,ait,eius nõ tuã. Dona.n.
ſunt Spiritusſancti,vel quod ipſe habeat iudiciũ, & iuſtitiã,
ecto,hęc nõ habeat Spõſa. Quę à nobis dicta ſũt,collegim⁹
ex variis expoſitoribus. Quis autem verior ſit ſenſus, nõ eſt
facile iudicare. Quis enim audeat, inter tot proceres cenſo-
rem agere,ac præſertim cũ venuſtiſſimè omnes fuerint phi-
loſophati? Illud tamen obſeruandum iudico immerito dam
nari Diui Hieronymi ſententiam dicentis, primam deſpon
ſationem fuiſſe in Ægypto neque ratio conuincit, quod illa
non eſt facta in ſempiternum, ſed temporaria,cum circun-
ciſio abolita fuerit. Nam licet ita ſit,non obuiat expoſitioni
Hieronymianæ,quoniam apud Gen. cap. 17. ſic legimus. Sta- *Gen. 17.*
tuam pactum meum inter me, & te, & inter ſemen tuum
poſt te fœdere ſempiterno,vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui
poſt te. Ecce ſicut in hoc loco ait, *In ſẽpiternum*,ita apud Gen.
ait,fœdere ſempiterno, quæ quidem vox non ſignificat æ-
ternitatem,ſed id,quod longo tempore durat,vt egregiè ait
Abulenſis ſuper hunc locum Gene. & ita aliquando procul-
dubio Hebræi accipiunt æternũ,non pro perpetua duratio-
ne,ſed pro duratione,quæ tamen aliquando rũpatur. Ita do
cet Rabbi Moſes. Verũ ꝙ ita ſit accipiendũ æternũ,non pro
perpetua duratione,crebrò in ſacris litteris multa oſten- *Gen. 17.*
dunt teſtimonia. Promittitur Abrahæ à Domino, Dabo tibi,
& ſemini tuo omnem terram Chanaam in poſſeſſionem ęter *Gen. 6.*
nam,quæ tamen poſſeſſio æterna non fuit. Rurſum apud
Geneſ. cap. 6. ait Dominus, Non permanebit ſpiritus meus *Aeternũ*
in homine in æternum. Vbi æternum non durationem ſigni *pro ſeculo*
ficat æternam: ſed aliquam durationem. Sic etiam & Dauidi *accipien-*
promittitur ſceptrũ perenne futurum in domo ſua,quod ce *dum.*
leriter tamẽ eſt ereptum. Nõ igitur ex hoc loco,quia dixerit
*deſponſabo te mihi in ſempiternum*, ob hanc vocem, ſempiter-
num colligitur, non eſſe ſermonem de deſponſatione

Synagogæ, cum hæc fuerit temporaria. Licet hinc ſumant argumentum Theodoretus, & Theophylactus, quoniã ſempiternũ non accipitur pro æterna duratione. Et diuus Hieronymus ſuper Ezechielem ait. c. 26. ſempiternũ vnum ſæculum aliquando ſignificare in Scriptura. Et Aug. li. 16. de Ciuit. Dei, c. 26. idem ait, ęternum ſcilicet idem ſignificare, quod ſæculum. Et lib. 3. locutionum in Exodũ. ca. 21. Eſt verumtamen fortius argumentum aduerſus diui Hieronymi expoſitionem, quod nõ ſit ſermo de deſponſatione Synagogæ in his verbis, *Deſponſabo te mihi in ſempiternũ*, quoniam hęc locutio, *deſponſabo te mihi*, futuri temporis eſt. Vnde & ad futurum eſt referenda: non ad tranſactũ tempus, quo fuerat celebrata illa deſponſatio cum Abrahamo. Video, poſſe reſponderi huic obiectioni, conſuetudinem eſſe Scripturæ, ponere tempus futurum aliquando pro præterito, Vt apud Exodum. c. 15. Abyſſi operient eos, pro operuerunt. Cæterũ in hunc locũ nõ videtur hęc explanatio quadrare, quod futurũ dixerit pro præterito, cum ipſa res, de qua agitur, de re futura indicet eſſe ſermonem. Popterea veriorem iudico Theodoreti, Theophylacti, & Lyrani expoſitionem referentium has deſponſationes ad Eccleſiam? nullam vero earum ad Synagogã. Poſſe etiam hunc locum aptari cuilibet peccatori ad Deum conuerſo, nemini dubium eſt, cui ſicut Eccleſiæ ex Iudæis, & Gentibus congregatæ pollicetur ſempiternum fœdus pacis. Per Deum enim non ſtabit, quin perpetuo pax duret: ſed per homines Hi fœdus frangunt, hi terga vertunt, non Deus. Ac ſi apertius dicat, Per te, nõ per me ſtabit, quominus, cum mihi ſemel deſponſata ſis, non in ſempiternũ hęc duret deſponſatio. *Et deſponſabo te in iuſtitia.* Bene ait Interlineatis, ſcilicet, vt iuſte viuas, *& in iudicio*, ſcilicet diſcretione inter bonum, & malum. Duo ergo hic ſunt implicata, ſanctitas, & diſcretio. *Iuſtitiam* enim pro ſanctitate poſuit, in quem modum crebro ſumitur in ſacris literis, *iudicium* pro diſcretione. *In miſericordia, & miſerationibus.* Licet expoſitores prætererint diſtinctionẽ inter *miſericordiam & miſerationẽ*, & pro eodẽ hoc loco ſumi videantur, nos adhibeamus, myſterium enim latere exiſtimo. *Miſericordia* ſignificat interiorem hominis miſerentis habitum: *miſeratio* autem actum dicit externum. Eſt enim *miſeratio* miſerantis actio. Verùm cum in Deo miſericordia ſolum ſit ſecundum effectum: non tamen, vt theologiæ ſcholaſticæ vtar vocibus, ſecundũ paſſionis affectũ, teſte Diuo Thō. 1. p. q. 20. ar. 3. Quæritur

*Miſericordia & Miſeratio differunt ſicut fons & riuulus, miſericordia enim quaſi fons eſt affectus, miſeratio quaſi riuulus effectus. Hug. de. 3. volũt chriſti. D. Thō.*



ritur, penes quid diſtinguantur in Deo *miſericordia, & miſeratio. Miſeratio* enim Dei effectum dicit, & eundem etiam dicit *miſericordia* in Deo. Ob hãc rationem fortaſſis ſancti patres non aſſignarunt in expoſitione huius loci diſcrimen inter *miſericordiam, & miſerationem.* Verum ſi rem oculatius inſpiciamus etiam in ipſo Deo diſcrimen eſt inter *miſericordiam, & miſerationem.* Nam *miſericordia* dicit, bene velle in Deo, ſecluſa paſſione triſtitiæ, quæ in Deo eſſe non poteſt: *miſerationis* autem actus eſt benefacere, & quia in Deo eſt voluntas ad bene volendum miſeris, ob illud vocatur miſericors, & quoniam benefacit miſeris, vocatur miſerator. Vel rurſus duo ſunt attendenda in *miſericordia* Dei, quantitas continua, & quantitas diſcreta. Quantitas continua eſt implicata in hac voce *miſericordia.* Illa eſt enim magna iuxta illud Pſaltis, Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Et quoniam non ſemel, aut iterum miſeretur: ſed infinities, dixit, *miſerationibus.* Ac ſi apertius dicat, Non vos terreat magnitudo veſtrorum peccatorum, quoniam maior eſt miſericordia mea, neque etiam multitudo eorum, quoniam ſi fuerint ſuper numerum arenæ maris, etiam miſerebor. *Deſponſabo* enim *vos* non in vna miſeratione: ſed etiam in multis miſerationibus. Licet irretita fueris multis criminibus, non propterea deſperes neque animum deiicias. Omnia enim condonabo, hoc eſt, *deſponſabo te in miſerationibus.* Pſal. 50.

*Et deſponſabo te mihi in fide.* In poſtremum locum coniecit *fidem.* Quorſum? Nonne primum fundamẽtum deſponſationis eſt fides: ergo inuerſo ordine procedit propheta. Prius enim dicere debuiſſet, *Deſponſabo te mihi in fide*, ac deinde, *deſponſabo te mihi in iudicio: & iuſtitia*, &c. Vnde diuus Tom. 22. quæſt. 3. art. 9. ad. 1. ait, quod fides comparatur ad charitatẽ, ſicut diſpoſitio præcedens vltimam formam. Atque quęſt. 4. artic. 7. ait, ordine per ſe primam, inter omnes virtutes eſſe fidem. Et. 4. Sentent. idem diuus Tho. diſti. 39. art. 6. ad 2. ait.

*Deſpõſatur anima Deo per fidem. D. Thō.*

Prima coniunctio animæ ad Deum eſt in fide. Vnde, *Sponſabo te*, ait, *in fide*, quia per eam anima deſponſatur Deo. Vnde in Scriptura per fornicationem idololatria, & infidelitas deſignantur, ſed alia peccata magis remota ſignificatione dicuntur fornicationes. Hæc diuus Thomas Si ergo hoc ita eſt, primo loco dicendum erat, *Deſponſabo te mihi in fide.* Tenet etiam hoc diuus Auguſtinus multis in locis, ac maximè lib. 1. de prædeſtinatione ſanctorum, c. 2. prope finem. Et diuus Hironymus, c. 3. ad Epheſ. vbi ait,

*Auguſt. Hieron.*

 Chriſtum

Chriſtum fabricare habitationem ſuam in nobis per ex-
*Concil. Pariſien.* ordium fidei. Et ita Concilium Pariſienſe, lib. 1. c. 1. vocat fi-
dem catholicam, fundamentum Chriſtianæ religionis. Si er-
go fundamentum, & ita vocat eam Paulus ad Hebræo. 11. di-
*Heb. 11.* cens, Fides eſt ſubſtantia, &c. hoc eſt, fundamentum; cur in
*Chriſtianæ religionis baſis fides.* poſtremo loco poſuit, *Deſponſabo te mihi in fide?* Fortaſſis ob
hoc argumentum diuus Hieronymus tantum tertiam deſ-
pōſationē retulit fidei Euāgelicæ, & reliquas duas ad Abra-
hamū, & legem Moſaicam, vt dictum eſt, ne ordo præpoſte-
rus eſſet, non quod fides veteris teſtamenti alia ſit omnino
à fide, quam in nouo profitemur teſtamento: ſed quòd illa
legalia & Abrahamo, & Moſi tradita ceſſauerint. Video, poſ-
ſe, reſponderi huic obiectioni bifariam, Primo, quòd Spiri-
tus ſupernus non magnificet hunc ordinem, & licet fides ſit
prima omnium virtutum, eam in vltimo loco poſuit, vt o-
ſtendat, præſtātiora eſſe opera virtutum aliarum hic appoſi-
tarum; quàm actus fidei ſiquidem fides ſine operibus mor-
tua eſt. Quo oſtendit, non eſſe nobis multum gloriandum
*Sicut vita animalis, ita fides vita ex motu & operatione cognoſcitur.* de fide, ſi bona opera non interſint. Nam licet ſit arra deſ-
ponſationis animæ cum Deo, & non deſpicienda, fides, ſi a-
ctiones aliarum virtutum illam non comitentur, parui-
facienda eſt. Secundò, poſſet reſponderi quod hic ſermo eſt
de fide formata charitate, quæ proculdubio ordine poſtre-
ma eſt. Verum cum diuus Thomas egregie dixerit, primam
coniunctionem animę cum Deo eſſe per fidem, iudicauerim
hic eſſe ſermonem de *fide* per ſe ſumpta. Et cū quæris, Quor-
ſum ergo, cum ſit prima, in poſtremo loco poſuit? Reſpon-
demus, hic non attendi ordinem generationis harum virtu-
tum: ſed ordinem ornatus. Diximus, has virtutes iuſtitiam,
iudicium, miſericordiam, & miſerationes eſſe dotes, & arras
à Domino ſuæ Sponſæ collatas, quibus ornata, pulchra in
oculis ſui Sponſi appareret, vltima autem ad ornatum quæ
eſt? Proculdubio *fides*. Hinc Paulus fidem vocat ſcutum, In
omnibus ſumētes ſcutum fidei. Quid eſt, fidem eſſe id, quod
poſtremò nos ornat, & munit aduerſus hoſtes ſpirituales.
Nam primò ornatur homo, & armatur aliis armis, quibus
poſſit, hoſtem offendere, ac deinde ſumit ſcutum, cæteraque
arma, quibus ſe poſſit defendere. Virtutibus aliis oppugna-
mus hoſtes: fide vero nos ab illis protegimus. Hinc exiſti-
mo, collum Sponſæ componi cum clypeis. Collum tuum ſi-
cut turris Dauid, mille clypei pendent ex ea, ait Scriptura
Quid collum, per quod vox formatur, & egreditur, niſi fide-
les.



les credentes? Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem *Cant. 4.*
confeſſio fit ad ſalutem, ait Apoſtolus. Quid mille clypei, ni- *Prou. 3.*
ſi veritates Eccleſiæ? Vnde in prouerbiis dicitur, ſermo Dei
clypeus ignitus.

*Et ſcies quia ego Dominus* hoc eſt, agnoſces Dominū, vt ver-
tit Theophylactus, & obſeruant Hebræi. Poſt ſuſceptas ar-
ras agnoſcit Dominum. Qua cognitione? Proculdubio cog-
nitione fidei, & ita expendit diuus Hieronymus dicens, Qui *Hierony.*
in fide fuerit deſpōſatus, & crediderit Euāgelio, ſtatim ſciet
quia ipſe ſit Deus, credens in eum, quem prius negauerat.
Credens, inquit, ergo de cognitione fidei loquitur. Et Theo- *Varia fidei deffinitio.*
phylactus ait ſuper hunc locum, In fide eſt agnitio Dei. Et
Theodoretus, Fidem poſſidens in Dei notionem venit. Fides
enim eſt id quo primum eſt imbuenda anima atque *Auguſt.*
purganda, vt ait Auguſtinus de Ciuitate Dei libro
11. captu. ſecundò vt ambulet ad agnitionem veritatis
Et homilia 32. ait, Fides eſt gradus intelligendi. Hinc
apud Iſaiam, & citatur ab eodem Auguſtino, & à Theophy- *Iſai. 7.*
lacto ſuper hunc locum, Niſi credideritis, non intelligetis.
Hinc & Theologi lumen quoddam fidem vocant, quo aſſen-
timur credentis. Et egregie diuus Thom. 22. q. 2. art. 3. ad 3. *D. Tho.*
ait, quod inuiſibilia Dei altiori modo quantum ad plura per-
cipit fides, quàm ratio naturalis ex creaturis in Deum pro-
cedens. Et Apoſtolus cognitionem fidei, viſionem quandam
vocat. Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate, ait. Hoc *1. Cor. 13.*
aduertendum duximus, ne labatur quis, iudicans, certo eſſe
experturos ſe Deum habere quàm primum has arras habue-
rint, alioquin certus eſſet homo de ſua iuſtificatione, quod
dānatur à Cōcilio Tridētino. Scire itaque in hoc loco non ſu-
mitur ſtrictè: ſed largè pro cognitione. Et ita vertit Theo-
plylactus, pro *ſcies: quia ego Dominus*, agnoſces Dominum, co-
gnitione fidei, non experientia, neque ad hunc ſenſum eſt lo-
cus hic explanandus, quod quilibet has arras habens, reue-
lationem diuinam, vt ſciat ſe eſſe in gratia, accipiat. Abſit
hoc.

## *Ad morum compoſitionem.*

Et *ſponſabo te mihi in ſempiternum*. Primo, ex hoc loco colli-
ges fidem Eccleſiæ nunquam periturum. Ait enim

X 4 Spo

*Sponſabo te mihi*, non certo tempore: ſed *in ſempiternũm*. Quod
Luc. 22. & habetur extra. de baptiſmo, & eius effectu. Aſſertor & no
ſter apud Lucam pollicetur dicens, Ego pro te rogaui Pe-
tre, vt non deficiat fides tua.

Secundò, vide dignationem Dei, qui non eſt dedignatus,
vocari vir, & ſponſus viliũ animorũ hominũ, & eos ſibi cõ.
iungere ſtrictiſſimo vinculo amicitiæ, qualis eſt viri ad vxo
Ariſtot. rem. Eſt. n. hæc, vt docet Ariſt. 8. Ethic. c. 7. amicitia excellen-
tiæ. Vnde poſt execrandũ idololatriæ peccatũ, non ait, Ducã
te vxorem, non, cõciliabor tibi, ſed Sponſam vocat. Nũ itera
ri poſſunt ſpõſalia? Si fuerint ſpiritualia, poſſunt. Et, vt egre.
Hierony. giè ait D. Hieron. vide, quid interſit inter Dei coniunctionẽ
& hominum. Homo, cũ vxorem acceperit, de virgine mulie
rem facit, id eſt, non virginẽ. Deus etiam meretricibus copu
Iere. 3. latus, eas mutat in virgines, iuxtà illud Ieremiæ poſt adul-
terium ſpirituale, Tu fornicata es cũ amatorib. multis, tamẽ
reuertere ad me, & voca me, dux virginitatis meæ tu es.
Quorſum poſt adulteriũ vocat ducẽ virginitatis, quod & a-
2. Cor. 11. pud Apoſtolũ inueniemus, Nã Corinthiis poſt idolorũ cul-
tum credentib. ait. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam
exhibere Chriſto? Certè tria hic ſunt ĩplicata. Primũ eſt, ve-
rã interueniſſe reconciliationẽ, ſiquidẽ priora dona redonat.
Quoties. n. rex irat⁹ abſtulit ab aliquo, quę cõtulerat, nũquã
iudicamus eſſe placatũ, donec omnia, quæ abſtulit, reddat,
Sic Deus, vt oſtendat, ſe eſſe placatũ reddit virginitatẽ ſpiri
tualem priorẽ. Secundum hic implicatum eſt gaudium, quo
perfundi debemus in conuerſione peccatorum. Quando. n.
celebrãtur ſponſalia, lętantur homines. Cõgratulamini mihi
Luc. 15. quia inueni ouem meã, quam perdiderã, ait apud Lucam. Et
quanta erit hæc congratulatio? Quanta hæc lætitia? Certè,
quantá eſt in die deſponſationis. Egredimini filiæ Sion; &
Cant. 3. videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eũ
mater ſua in die deſponſationis eius; & in die lætitiæ cordis
illius. Omnes inuitat ad alacritatem fideles, ſiquidem res
digna lætitia eſt, hominẽ peccatorẽ eſſe conuerſum ad Deũ.
Gaudium eſſe angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiã
Leuit. 23. agente. Tunc enim deſponſatur Deus cum anima ad ſe cõ-
uerſa. In huius rei typum apud Leuiticum præcipit Dñs, Se
ptem diebus azima comedetis. Dies primus erit vobis cele-
berrimus, & ſanctus, & offeretis ſacrificium in ignẽ Dño ſe-
ptem diebus. Dies autẽ ſeptimus erit celebrior, & ſanctior.
Cui



Cur Dñe ſeptimum diem celebriorem eſſe commemoras?
Qm̃ quoties Deo offerimus ſacrificium, celeberrimus ille
dies eſt. Licet crebrò peccauerimus, & ſeptima conuerſio nõ
eſt minor celebritate, quàm prima.

Tertium hic implicatum eſt, non decere, poſt conuerſio-
nem probro afficere hominẽ. Nõ enim Deus vocat adulte-
ram, non corruptam, ſed ſponſam, hoc eſt, virginem. Solent
enim homines, contumelioſo, & probroſo nomine compel-
lere peccatores, quamuis cõuertantur. Audiant iſti, adulterã
à Deo vocari virginem. Quadrant iſtæ obſeruationes in E- Matt. 22.
uangelium, Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui fe
cit nuptias filio ſuo. Quæ ſunt hæ nuptiæ, niſi illæ, de quib.
nunc dicitur, *Sponſabo te mihi in ſempiternum*.

Quartò, obſerua, qua conditione ſpondeatur, nempe *in ſem
piternum*. Peccata ergo omnino ſunt relinquenda, & vinculũ
cum Deo debet eſſe inſolubile, ne ſimiles ſimus Eſau dicen-
ti, Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem Gene. 27.
meum. Et Sauli, qui cum incidiſſet in manus Dauidis, voca-
uit eum flens filiũ verùm, paruo temporis interuallo tranſa
cto, iterum perſequitur Dauid. Vt euellas, & diſſipes, & di- 1. Re. 24.
ſperdas, & deſtruas, elegi te, ait Deus Ieremię. Quid tu vides
Ieremia? Virgam vigilantem ego video. Virga, quæ eſt iuſti- Iere. 1.
tia, ita in nobis operetur: vt euellat peccata radicitus, ne pu
temus, vt multi faciunt, vt deinde pullulent. Refert Ariſt. de *Ariſt.*
admirãdis auditu. 6. Leucophylum eſſe arbuſculam naſcẽtẽ *Simile.*
in flumine Phaſidis, qui perlabitur Scythiam, cuius ramum *Arbor*
ſi zelotypus detraxerit, & ad vxoris lectum pertulerit, aiũt, *qua Zelo-*
homines immaculatam fidem deinde ſeruare ſibi inuicẽ, & *tipiæ inſa-*
ſuſpicionem illam delere, Sic in lecto conſcientiæ ſemper *no ſympto-*
habeamus Chriſtum ramum æternæ Trinitatis, vt immacu *matis me-*
latè fides ſeruetur. *detur.*

Quintò, hæc verba quadrant in Euangelium Annuntia-
tionis beatæ virginis Mariæ, in ea verba, Aue gratia plena.
Ex quo tempore, & in quod tempus plena? In ſempiternum
certè. Nuſquam enim non ſibi deſponſauit eam, ſemper fuit
Dei ſpõſa, & eam in iuſtitia, iudicio; miſericordia, & miſera-
tionib. deſponſauit, &c. Cui. n. diua virgo nõ miſeretur? Sex
tò, videte, quid efficiat *iuſtitia, & miſericordia*, Sponſam nẽpe
Dei. Amplectamur ergo *iuſtitiã* erga proximũ, *& miſericordiã*
vt tantũ dignitatis apicem aſſequamur. Et abſque dubio ni-
hil magis ſolui Remp. quã iuſtitiæ tranſgreſſio, inquit Ariſt. 5. Pol. c. 7.
Vnde elegantiſſimè D. Aug. de Ciuit. Dei, lib. 2. c. 21. veriſſi- Aug.
 mum

*Nec dom⁹ nec Reſp. ſtare poteſt abſque Iuſtitiæ officio.*
*Omnes virtutes morales vno Iuſtitiæ nomine complectitur*
*Plato in dia. Eraſt.*
*Cant.3.*
*Plato.*
*Pſal. 64.*
*Deut.16.*
*Alex. ab. Alex. ſcribit lib.3. Thebanos Iudicum imagines ſine manibus, principis verò ſine oculis in foro propoſuiſſe vt ſignis oſtenderent illos affectibus capi non oportere.*
*Deut.13.*

mum eſſe inquit, Rempublicam ſine ſumma iuſtitia regi nō poſſe, vt aſſerebat ille Scipio Africanus, nihilque eſſe ciuitati tam inimicū, quàm iniuſtitiam. Hinc & rurſus ait lib.4.c.4.de Ciuit. Dei, Remota iuſtitia, quid ſunt regna; niſi magna latrocinia? Caro etiam Senior dicebat, iudicem, & magiſtratum neq; pro iuſtis orandum, nec pro iniuſtis exorandum, ſentiens, culpā eſſe iudicum in perniciē ingentem Reipub. æquitatem non ſeruare. Hinc & optimè ait Ariſt. 5. Ethic.c.1. Iuſtitia legitima præclariſſima omniū virtutum eſſe videtur, & neq; heſperus, nec lucifer ita admirabilis. Egregiè cū heſpero, & lucifero cōponis iuſtitiam, qm̄ eſt velut polus, ne pereat reſpublica tempeſtate peccatorum. Eſt enim lux ad fugiendas tenebras delictorum. Et hinc optima eſt conſuetudo; vt noctu vigilent; & cuncta cōpita ciuitatis circūeant iudices. Sunt enim heſperus, & lucifer Reipub, qui fugare debent tenebras peccatorū. Inuenerunt me vigiles; qui cuſtodiunt ciuitatē. Ad conſuetudinē iudicū alludit Spōſa; qui noctu cuncta proſpiciunt. Neq; mirum eſt, ſi Ariſt. dicat non eſſe ita admirandas cœli ſtellas, quemadmodum eſt iuſtitia, cū Plato in Theæteto dicat, nō inueniri poſſe quicquā ſimili⁹ Deo, quā qui inter homines iuſtiſſimus fuerit. Et Dauid, Sanctū eſt tēplū tuū, mirabile in æquitate; non im marmoribus. Nullis enim lapidibus Eccleſia fulciri poteſt magis, quàm æquitate. Hinc merito Conſiliū Cabilonenſe ſub Carolo Magno, c.21. decernit in hunc modum, Comitib. verò, & iudicibus obſeruandū eſt, vt iuſtè iudicent, & nequaquam in iudicio munera; ſeu perſonas accipiāt, dicente Dn̄o Nō accipies perſonam; neque munera, quia munera excæcāt oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorū. Sed & miniſtros iuſtos habere debent, ne forte eorū auaritia, aut rapacitate populus grauetur. Si quærat à me quiſpiā, Quiſnā populus magis dilectus eſt à Deo? Dicā, In quo magis viget iuſtitia Nam ſi, vt ait Plato, qui iuſtiores ſunt, Deo ſunt ſimiliores, ergo vbi eſt maior ſimilitudo Dei; maior dilectio. Quia dilectionis, vt ait Ariſt. cauſa eſt ſimilitudo. Hinc maximè Deus commendat iuſtitiæ obſeruationem. Nam ad Deuter. ante punitionem peccati, diligentiſſimè inueſtigandam veritatē præcipit. Quære; inquit, ſollicitè, & diligēter, & rei veritate perſpecta, ſi inueneris, certum eſſe, quod dicitur; & abominationem opere perpetratam, ſtatim percuties. Obſeruate, quanta cum circunſpectione iubet, inquiri veritatem criminis;



*Clemens Papa.*
*Innocentē cōdēnare peius eſt quā nocētem dimittere.*
*Iſa.1. ca.*
*Iob 29.*
*Simile.*

minis. Nam vt ait Clemens Papa, lib.2. Conſtitutionum Apoſtolicarum, c.52. Iniuria in iudicio interueniens multum prouocat Deum ad iram. Demum, vt multa omittamus, quanti ſit æſtimanda iuſtitia, Dn̄s docet apud Iſaiam, cum ob iniuſtitiam promittat, ſe populum Ieruſalem acerbiſſimè puniturum. Quomodo facta eſt, inquit; meretrix ciuitas fidelis; plena iudicij, iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ, principes ſui infideles; ſocij furum, omnes diligunt munera, &c. Propter hoc, paulò pòſt, ait Dominus exercituum; Vindicabor de inimicis meis, & conuertam manum meam ad te, id eſt, ſeueriſſimè puniam, &c. Secus agebat ille ſanctus Iob, ſiquidem ait; Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me, ſicut veſtimento; & diademate iudicio meo. Elegantiſſimè vocat iuſtitiam veſtimentum. Nam quemadmodum turpe eſt homini; eſſe nudum: Ita in iudicio alicui facere iniuſtitiam, turpe eſt; & dedecori vertitur, non ſecus, ac ſi nudus ſit, & irriſione dignus. Iudicium etiam iuſtitiæ, ait eſſe diadema, quod capiti imponitur, vt oſtendat, ſuper omnia extollendam æquitatem iudicij. Super caput enim ceu magis honorandam ponebat, ſe ſubdens æquitati illius. Quadrat obſeruatio in Euangelium de omnibus Sanctis, in ea verba, Beati, qui eſuriunt, & ſitiūt iuſtitiam, qm̄ ipſi ſaturabuntur. Quomodo ſaturabuntur? Velut ſponſæ Dei in regno cœlorum.

*Simile.*
*Colloſ. 3.*
*Clemen. Papa.*
*Iob 29.*

Septimò, *Deſponſabo te mihi in miſericordia, & miſerationibus.* Locus etiam eſt communis pro *miſericordia*, ſiquidem hæc virtus arra dicitur, qua ſpondetur Deo anima fidelis. Quēadmodum Indus fluuius; teſte Ariſt. creſci; luna decreſcēte, Ita & nos videntes decreſcere quempiam ob inopiam, ſiue calamitates, debemus creſcere compatiēdo. Induimini ſicut electi Dei, ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ, ait Apoſtolus. Quid eſt, ſicut electi, & dilecti niſi ſicut ſponſa Dei? Illa enim magis eliguntur, & diliguntur. Sic ſanctus Clemens Papa; lib.5. Conſtit. Apoſtolicar.c.2. Omnes fideles per Epiſcopum veſtrum, de facultatibus, ac labore veſtro, miniſtrate ſanctis. Si quis copia bonorū abūdet, plura pro ratione facultatū præbeat, ꝙ ſi poſſit, venditis ſuis facultatibus, eos carceribus liberare, beatus cēſebitur, & amicus Chriſti. Quantum amicus cenſebitur, ô pontifex maxime? Vt ſpōſa, qua nihil clarius eſt, *Deſponſabo te mihi in miſericordia, & miſerationibus*, inquit. Sic erat deſpōſatus ſanctus Iob. Ait enim,

Benedictio

Benedictio perituri ſuper me veniebat. Sic ſanctus Samuel. Flebat enim, quòd Saul à regni culmine cecidiſſet. Nam dicit illi Dominus. Quouſq; tu lugebis Saul, cum ego proiicerim eum? Quadrat in Euangelium de omnibus Sanctis in ea verba, Beati miſericordes. Vnde D. Hierony. in Epiſtola ad Nepotianum ait, Non memini, me legiſſe mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit. Et Ambroſius, Omnis ſumma diſciplinæ Chriſtianæ in miſericordia, & pietate eſt.

*1. Re. 30.* *Hierony.* *Amb.*

*Miſericordia & Pietas duo diſciplinæ Chriſtianæ præcipua lumina.*

*In iuſtitia & iudicio*, deinde ait, *in miſericordia, & miſerationibus*. Obſerua, diſcrimen eſſe inter bonos, & malos. Nam boni occaſiones quærunt, & cauſas, vt miſereantur: mali verò, vt puniant. Deus propterea donat prius iuſtitiã, vt hac, tanquam cauſa alliciat ad miſerendum.

¶ *Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram. & terra exaudiet triticum vinum, & oleum, & hæc exaudient Iezrahel.*

*Elemẽta hominibus peccatis illaqueatis renuũt ſuas impendere vices ſed gratia Dei recuperata ipſa terræ Chriſti ſanguine reſperſa clamat pro nobis et feracior redditur.*

Bifariam hic locus explanatur. Primo referendo hæc, *cælos, terram, triticum, vinum, & oleum*, ad ſpiritualia, non autem ad temporaria. Imo contendit Rupertus, ſolum ſpiritualiter eſſe intelligenda, rationem adhibens. Nã ſi ſolum, inquit, ſpectes in iſtis dictis literã valde exile eſt, neq; maieſtati eius, qui hæc loquitur, Domini Dei condignum apparet, quod ſonuit litera hæc. Etenim metonymica quidem trãsfiguratione litera decorata eſt, dum *cæli, & terra, & triticum, & vinum, & oleum exaudire*, vel *exaudire dicuntur*. Sed hic in ſuperficie nihil aliud repromitti ſentitur, niſi quòd temporale eſt, quo anima non reficitur: ſed ſolus venter, qui deſtruendus eſt, repletur. Hæc Rupertus, atque philoſophatur multa, *cœlos* dicens hic appellari, vel prædicatores, vel Apoſtolos. Et ſic expendit, *Exaudiam cælos*, id eſt, Spirituſancto implebo Apoſtolos, *Et illi exaudient terram*, id eſt, illis prædicantibus, audiẽt inhabitantes terram. Terram enim pro habitatoribus terræ poſuit. *Terra autem exaudiet triticum, & vinum, & oleum*, id eſt, terreni homines credendo ſuſcipient bonum Dei verbum. Quemadmodum terra hæc inanimata ſuſcipit ſemen, ſiue plantaria paritura *triticum, & vinum, & oleum*, Sic nimirum, & non aliter, non, niſi audiendo, credere poterunt. Quomodo enim credent ei, quẽ non audierunt? Deſumpſit hæc Rupertus ex Interlineari, licet latius extendat, quæ etiã deſumpta eſt ex Diuo Hieronymo, tanquam ex primo fonte. Lyranus, cum quo Dionyſius Carthuſianus conſentit, non ſolum ad ſpiritua-



ſpiritualia, verùm & ad temporaria hoc referunt. Theophylactus, & Theodoretus, & Vatablus, & ſi qui ſunt recentiores, ſolum ad temporaria. Iudicauerim iuxta intelligentiam literalem eſſe hunc locum de temporariis bonis ſolum explanandum, quòd ſi ad ſpiritualia referat, ad tropologicum eſſe non dubito. Sed literam diſpungamus. *Et erit in die illa*, *diem* pro tempore poſuit, vti & ſupra. Atque ita optime vertit Vatablus pro, *erit in die illa*, erit eo tempore. Diuus tamen Hieronymus vtrumque complexus eſt ſub hac voce *die*, diẽ videlicet, & tempus. Sic enim expendit, *Erit in die illa*, in die illa, & in eo tempore. Et quis eſt hic dies? vel quando erit hoc tempus? Reſpondeat Diuus Hieronymus, Quando te mihi, inquit, in fide deſpondero, & cognoueris, quòd ego ſim Dominus. In eundem etiam modum expendit hunc locum Interlinearis. Vnde ex Diuo Hieronymo deſumpta videtur. *Hierony.*

*Exaudiam dicit Dominus, exaudiam cælos.* Verbi, *exaudiam*, repetitio ad rem aſſeuerandam ponitur, quod frequens eſt in ſacris Bibliis. Vt, Amen amen dico vobis. Et apud Ezechielẽ, Diſperſi ſunt greges mei, & non erat, qui requireret, non erat, inquam, qui requireret. *Exaudiam cælos*, per cœlos, Apoſtolos, & prædicatores intelligunt Rupertus, Interlinearis, & Dionyſius. Deſumpſerunt, vti diximus, ex Diuo Hieronymo. Ait quippe, *Exaudiam cælos*, qui enarrant gloriam Dei. Nam quis dubitat, cœlos enarrantes gloriam Dei eſſe Apoſtolos? Vnde & ipſi hoc citant Pſa. vaticiniũ, Cœli enarrant gloriã Dei. Lyranus tamen ſecus, qui per cœlos angelos intelligit, qui tunc exaudiri dicuntur, qui, cum ſint ciues cœleſtes, impetrant apud Deum etiam bona pro regnis, & perſonis ſuæ cuſtodiæ commiſſis. *Et illi exaudient terram.* Ad quid *exaudient terram*? Et quæ eſt terra? D. Hieronymus ait, Propterea exaudient, vt illam cœleſti pluuia irrigent. Eſt autem terra hæc, de qua orta eſt veritas, & in cuius agrum paterfamilias egreditur, vt ſeminet ſemen ſuum. Lyranus per *terram* habitatores terræ intelligit, in cuius ſententia ſunt etiam Rupertus, & Dionyſius, vti diximus. *Et terra exaudiet triticum.* Spiritualiter per triticum verbum confortationis, & ſuſtentationis internæ intelligit, ait Dionyſius. *Et vinum*, ſpiritualis videlicet, ac myſticæ intelligentiæ de quo Sapientia ait, Bibite vinum, quod miſcui vobis. *Et oleum*, conſolationis, de quo ſcribit Pſalmiſta, Vnxit te Deus oleo lætitiæ. Propter quod monet Apoſtolus, Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Adhuc eundem modum explanant,

*Ezec. 34.* *Pſa. 118.* *Prou. 9.* *Pſal. 14.*

explanant, qui contendunt, locum hunc ſpiritualiter eſſe intelligendum. Cæterum nihil aliud hic implicari conſpicio, ſi intelligentiæ literali enodandæ nauemus operam, quàm bona tẽporaria pro votis populo Dei euentura. Vnde optimè inquit Theophylactus hunc locum expendens, Poſt cœleſtiũ prædictionem bonorum corporalia etiã illis dona pollicetur. *Exaudire* ergo hoc loco pro obaudire, vel annuere pa ſuit vates, & ita expendit Theophylactus, & transfert Vatablus. Ac ſi apertius dicat, Cœli influent in hæc inferiora. Nã aliquãdo cœlum fuit clauſum propter flagitia. *cæli* præterea reſpondebunt votis terræ, quæ humorem deſiderat, velut ipſa clamet propter ſiccitatem ſui. Illa enim pluuiis irrigata dabit *frumentum, & vinum, & oleum. Et hæc exaudient* Iezrahel. Per *Iezrahel*, quod ſemen Dei ſignificat, Chriſtum intelligit D. Hieronymus. Cæteri omnes expoſitores velut vno ore per *Iezrahel*, id eſt, ſemen Dei, congregationem fidelium intelligunt.

## *Ad inſtituendos mores.*

*Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient, &c.* Non immeritò tempus: quo ſe ait fore exauditurum, diem vocat Deus enim bona collaturus, non differt, cõferre, ſicut mala collaturus differt, vt pœniteamus. Hinc Eccl. 5. dicitur, Altiſſimus patiens eſt redditor. Hinc etiam vocatur in Pſal. patiens, & multum miſericors. Non enim eſt pronus ad puniendũ, ſicut ad miſerendum, & bona donandum. Vnde ait Habacuc, Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. Et D. Petrus, Non tardat Dominus promiſſionem ſuam: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire. Ac ſi apertius dicat, Bona collaturus non differt, ſicut mala irrogaturus. Hinc etiam apud Iſaiam vocatur nomen Chriſti, Accelera, ſpolia detrahere, feſtina prædari. Citò, enim adeſt, vt ſubueniat. Quadrat obſeruatio in Euangelium de Samaritana, Ieſus autem fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Cur fatigatus ex itinere? Quoniam non patitur dilationem, ideò acceleratione veniens, fatigatus eſt. Hinc Dauid ait, Velociter exaudi me. Quam velocitatem crebrò inculcat hic vates, auxilium à

*Nemo ob vindictæ dilationẽ ſibi debet polliceri peccatorũ impunitatem.*

*Eccl. 5.*
*Pſa. 144.*
*Habac. 2.*
*1. Petr. 2.*
*Iſa. 8.*
*Pſa. 101.*

Domino



Domino implorans. Quadrat & in Euangelium de Chananæa, in ea verba, Egreſſus Ieſus receſſit in partes Tyri, & Sydonis. Quadrat & in illud Euangelium, Dum ſteteritis ante reges, & præſides, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora. In hora, inquit, non in die, aut menſe, quia non differt, ſubuenire.

Secundò, per figuram metonymiam, vt ait Rupertus, & videtur inſinuare Lyranus, angeli hic per *cælos* intelliguntur, qui in cœlo ſunt. Contentum enim intelligit ſub continente. Angeli ergo pro nobis exorant Deum, non ſolum, vt parcat: verũ, vt dona conferat. Ingenti enim amore nos proſequuntur. Vnde apud Lucam ait Dominus, Gaudiũ eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Hinc & aliqui ex ſanctis Patribus intelligunt, cultorem vineæ orantem pro ficu arbore, & mittente ſtercora ad radicẽ eius, vt ferat fructum, eſſe angelũ cuſtodem. Is enim in memoriã noſtram reuocat ſtercora, id eſt, peccata noſtra, vt pœnitentiæ fructus agamus. Hinc & Iudic. 2. angelus apparens in Galgalis etiam reducit in eorũ memoriã beneficia, quæ filij Iſrael à Domino acceperant, & peccata quæ commiſerant, audientes, vocẽ ſuam eleuauerunt filij Iſrael, & fleuerunt, & vocatum eſt nomen loci illius, locus flentium, ſiue lachrymarum, immolaueruntque ibi hoſtias Domino. Sed multo elegantius apud Apocalypſim ſignificatur, quantum pro nobis orent angeli. Stetit angelus ante altare habens thuribulum aureum, & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus Sanctorum Omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei, & aſcendit fumus incenſorum de manu angeli, & impleuit thuribulum de igne altaris, & miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura.

Tertiò, hic cõmendatur ordo. Prius enim *cæli* audiuntur, deinde terra, tertiò *fructus*, quartò *Iezrahel*. Omnia, inquit Apoſt. in vobis ſecundũ ordinẽ fiant. Et apud Exo. iuxtà ordinẽ natiuitatis ſuæ iubet Deus ſcribi nomina filiorum Iſrael in ſuperhumerali. Atque Eccleſiã, ait in Canticis, terribilem eſſe, vt caſtrorum aciem ordinatã. Nihil enim magis deuincit diabolũ quã ordo, nihilq; ordine fortius. Et de inferno quid ait Iob? Vbi nullus ordo. Quadrat hæc obſeruatio in Euangelium de Transfiguratione, in ea verba, Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioan. Cur primò aſſumpſit Petrum? Vt doceat, ordinem ſeruandum. Item pro mandato,

*Anima per angelos veluti per optimos duces, ad bonorũ omnium principem promoueri poſſunt.*

*Diony. de diu. nom. cap. 4.*
*Iud. 2.*
*Apoc. 8.*
*Cor. 14.*
*Exod. 28.*
*Cant.*
*Iob 10.*

*Vbi nullus ordo ibi confuſio §. inordinatũ vbi gloſſ. in Auth. de hæred. & falcid.*

in

in ea verba,Venit itaque ad Simonem Petrum, aliqui dicunt prius veniſſe ad Chriſtum,Petrum.Quorſum?Vt doceat,ordinem eſſe ſeruandum.

Quartò, hæc audient *Iezrahelem*, id eſt,ſemen Dei,id eſt, reſpondebũt votis fidelium vberes *fructus frumenti vini & olei.* Vides,quid efficiat integritas vitæ, & candor morum, qui non permittit,fame cruciari viros iuſtos, imo ob illum vberrimè paſcit Deus?Hinc regius Pſaltes ait,Iuuenis fui, etenim ſenui,& non vidi iuſtum derelictum,neque ſemen eius quærens panem.Hinc & apud Deuteron.ſeruantibus legem Dei promittit Moſes,Benedict⁹ fructus terræ tuæ benedicta horrea tua,&c.Hinc & viduæ Sareptanæ,quoniam Eliæ impendit miſericordiam,non defecit farinæ hidria,nec lecytus olei eſt diminutus. Hinc & idem Elias à coruis paſcitur. Nullus ergo dicat,Fame compulſus à Deo recedo,quoniam ad ſubleuandam famẽ nulla commodior,& breuior via, quã accedere ad Deum.Non habent neceſſe ire, dixit Chriſtus Apoſtolis dicentibus,dimitte turbas?vt diuertant in caſtella ad quærendum cibum, & eos pauit Ieſus quinque panibus,& duobus piſcibus.

*Deu.* 28.

3.Re.17.

*Oleum pietatis quanto copioſius in fraternas neceſſitateſe ffunditur tanto donis potioribus augetur. Caſsiod.*

Ioan 6.

Quintò,Ecce,vt omnia,fauẽt bonis *Deus,cæli,terra,fructus.* Eſt.n.vir iuſtus ab omnib.iuuandus,& fauendus.Doleo,nũc ſecus euenire. Video enim,iniquos faueri ab omnibus, cum viro probo non ſit,qui manum porrigat,ſi ceciderit. Cadit impius,at plures illum adiuuant, at virum iuſtum non eſt, qui iuuet.

Sextò,Obſerua,cœlos non exaudire terram, donec ipſi audiantur, quo docent ſubditos obedientiam. Nihil enim terræ præſtare cœli volunt,donec facultatem habeant à Domino.Vides etiam viros iuſtos,qui cæli dicũtur, ita eſſe addictos Deo ſuo,vt eo inuito,nulli ſubueniant.

Septimò,Obſerua ex Theophylacto, quod anima deſponſata verbo, tum ſupernos affluxus recipit, atque cœleſtia fluenta,ac producit *frumentum*,ſolidam nempe alimoniam,& viuificantem,ac *vinum*,diuinam nimirum lætitiam, & *oleum* hilaritatem dico, & manſuetudinem,ac erga infirmos tolerantiam,patientiámve, animaduertens Paulum dicentem, Si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos,qui ſpirituales eſtis, corrigite hunc in ſpiritu manſuetudinis, infirmum autem in fide ſuſcipite.

Octauò,obſerua ex Diuo Hieronymo venuſtiſſimam allegoriam,ſcilicet,quando te mihi in fide deſpõdero, & cognoue



gnoueris,quod ego ſim Dominus, *exaudiam cælos*,qui enarrant gloriam Dei, *& cæli exaudient terram*,vt eam cœleſti pluuia irrigent,& terra de qua orta eſt veritas, & in cuius agrũ pater familias egreditur,vt ſeminet ſemẽ ſuum, *exaudiet triticum & vinum & oleũ*, de quibus ſupra diximus,& hæc omnia *exaudient Iezrahel*,id eſt,ſemen Dei,vt intelligatur,omnium rerum abundantiam,atque fertilitatem ob Dei ſemen, qui Chriſtus eſt,condonari.Quod Dei ſemen ſeminatur in terra,vt multiplices fructus afferat centenarium, ſexagenariũ, & tricenarium.Si hæc verba expendantur,locus eſt pulcherrimus pro Euangelio Sexageſimæ, in ea verba præcipuè, Exiit,qui ſeminat,ſeminare ſemen ſuum. Qui enim exit,vt ſeminet;Paterfamilias, pater videlicet cœleſtis. Et quid ſeminat?Semen Dei.In qua terra ſeminatur?In cordibus fideliũ. De hac enim terra poſtea veritas egredietur,iuxta illud Pſal.Veritas de terra orta eſt,&c. Hæc veritas eſt ipſe filius Dei.Quod autẽ cecidit in terram bonam.fert fructum in patientia.Quẽ fructum? Triticum ſermonis Dei, vinum eſt gaudium Spiritus ſancti.Replet enim eos, qui ſeruant verbũ Dei in corde bono,& optimo Spiritus ſanctus ingenti gaudio.Fert etiã oleum,quo & ſuis vulneribus medeatur, illuminet mentem,cõpatiatur & proximis.Cœli etiam, illi videlicet,qui enarrant gloriam Dei,cœleſti pluuia terram irrigant,vel quando orant pro terra, vel quando ſanctis ſuggeſtionis,& conciliis alliciunt,vt ferant fructum.

*Nicol. Papa dicit diſpenſatio cœleſtis ſeminis nobis cõmiſſa eſt væ ſi non ſparſerimus væ ſi tacuerimus diſt. 43. ſit rector c.deſponſato.*

*Pſal.84.*

¶*Et ſeminabo eam mihi in terra: & miſerebor eius quæ fuit abſq; miſericordia & dicam non populo meo,populus meus es tu, & ipſe dicet,Deus meus es tu.*

¶Relatiuum *eam* debemus referre ad Iezrahel,id eſt, ſemen Dei.Quo loquendi tropo ſignificat, eſſe nimis propagandum populum Eccleſiæ.Nam quemadmodum:cum terra ſeminatur, plenis manibus ſpargitur ſemen, Ita inquit, *ſeminabo*.Vnde optime Vatablus diſpungit,*Seminabo eam*, id eſt,inſtar ſementis ſpargam ipſam.*In terra* autẽ ait, non hac vel illa,non Chanaã:aut Iuda,ſed abſolute, quia in vniuerſam terrã ſeminatus eſt populus Dei, In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ,& in fines orbis terræ verba eorũ. Act. 1. ait Aſſertor noſter,eritis mihi teſtes in Ieruſalẽ,& in omni Iudæa. & Samaria,& vſque ad vltimum terræ. Theodoretus exponit,*ſeminabo eam*:hoc eſt,agricolam meam efficiã: & iuſtitiã feram.Pro agricola legendum eſſe exiſtimo agriculturã. Ita enim

*Simile.*

*Actor.* 1.

enim inquit Paulus, Dei agricultura eſtis Rupert⁹ ad verbi
1. Cor. 3. prædicationis refert relatiuum *eam*, & diſpungit *Seminabo*
*eam mihi in terram* ſubauditur vniuerſam id eſt, diſſeminabo
verbum prædicationis. Eccleſiam Catholicam toto orbe ter
rarũ diffundam, vt non ſit tantũ in vna Iudaica gente, ſed in
Pſal. 2. omni gente, & natione, iuxta quod teſtatur in Pſal. filius ſi-
bi dictum à Patre, Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæredi-
tatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Theo
phylactus ait ſic eſſe ſeminandam, hoc eſt, demonſtrabo, eſſe
meã agriculturam. Ex quibus verbis colligitur, mũdum eſ-
ſe apud Theodoretũ, vti diximus, & legendũ eſſe pro agri-
cola, agriculturã. Et quæ ſunt ſemina, quæ Dñs deiecturus
eſt in hac terra? Reſpondet Theophylactus, Semina iuſtitiæ,
& diuinæ cognitionis, ac ſcientiæ, quæ typicè contigiſſe ait
tempore Zorobabelis poſt reditum à captiuitate, ſecundum
veritatẽ autẽ, poſt incarnationẽ filij Dei. Tum enim, qui cre-
diderunt in ipſum, populus eius verè appellati ſunt, ipſe ve-
ro illorum Deus eſt dictus verè, ac purè, ac veluti fæcundã
ſibi ipſi ſeminabit terram filius Dei, animas videlicet ad fidẽ
Ioan. 4. accommodans, & quas & fructum proferentes iã cernens,
quarũ de numero animæ Samaritanorũ erant, dicebat diſci-
pulis, Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quoniã al-
Luc. 10. bæ ſunt iã ad meſſem, & qui metit, mercedẽ accipiet. Ac rur-
ſum apud Lucam. Meſſis quidem multa. *Et miſerebor eius quæ*
Ro. 9. & *fuit abſque miſericordia.* Gentilitatem intelligit, & ita expen-
Ephes. 2. dit Apoſtolus hunc locum. Poteſt tamen etiam intelligi de
decem tribubus, quæ vocantur Iſrael, vt aiunt D. Hieron. &
interlinearis. *Miſerebor eius*, Synagogæ videlicet, quæ erat ſine
miſericordia, dum idola colebat. Ita etiam diſpungũt Theo-
doretus, & Theophylactus.

## *Ad morum compoſitionem.*

ET *ſeminabo eam mihi in terra: & miſerebor eius quæ fuit abſque*
*miſericordia. &c.*

¶Num eſt ſeminatio in cœlo, aut aere, aut igne: Cur ergo
ait, *Seminabo in terra?* Egregiè ait, *Seminabo in terra*, non in pe-
tra. Nam ſemina, quæ ceciderunt ſuper petram, aruerunt, vt
Luc. 8. dicitur apud Lucam. Non ergo ſimus lapidei. Lapides non
ſunt apti ad ſuſceptionem diuini ſeminis. Non ſimus ſu-
perbi, & elati, ſed agnoſcamus, nos eſſe terram, quæ infi-
mum



mum eſt elementum, vt fructum feramus. Sic ſe terram eſſe
agnoſcebat Abrahamus, Loquar, dicens, ad Dominum, cum Gen. 18.
ſim puluis, & cinis. Valles etiam abundabunt frumento,
ait Pſaltes. Quid valles, niſi qui magis ſe deiiciunt? Atque Pſal. 64.
apud Iob ait Eliphaz, Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ,
& irrigat aquis vniuerſa, faciem terræ prius reſpexit quam Iob 5.
cætera vt irriget. Atque egregiè ait Diuus Gregorius, vni- Gregor.
uerſitatis nomine hominem intelligit, quia vniuerſorum na-
turam participat. Vnde vniuerſa creatura, ſiue omnis crea-
tura homo appellatur apud Marcum, Prædicate Euange- Mar. 16.
lium omni creaturæ, id eſt, homini, Veruntamen audis, inter
homines terram præponi, id eſt, qui non lapidei ſunt, non
ſuperbi, ſed ſe deiiciunt, & calcandos ſe præbent ſicut terra.
Dabo, inquit: Dominus legem meam in viſceribus eorum, Ierem.
& in corde eorum ſcribam eam. Quid hic ſignificat, niſi ſe-
minationem, de qua nunc loquitur? Et quæ viſcera elegit
maximè? Tenera, non dura, Dabo eis cor carneum, & aufe- Ezec. 11.
ram cor lapideum, vt in præceptis meis ambulent, & iudi-
cia mea cuſtodiant, & ſint mihi in populum. De lapideo au-
tem corde quid ait Sapiens? Cor durum male habebit in no Eccle. 3.
uiſſimo. Quomodo male habebit in nouiſſimo? Quia deſcen
det ad infernum, ſicut lapis ad centrum. Vnde & apud Exo- Exod. 7.
dum dicitur de Pharaone, Induratum eſt cor Pharaonis. Et
paulò poſt de eodem Pharaone, & Ægyptiis dicitur, Deſcen
derunt in profũdum, quaſi lapis, Infernus enim erat eorum Exod. 15.
centrum. *Seminabo*, inquit, *eam*, ſcilicet, Iezrahelem, id eſt,
ſementem Dei in terra. Et vnde agnoſcis, eam eſſe terram?
dico ſponſam tuam? Quia contritione ſciſa, precibus meis
iam eſt deflexa, minis meis ceſſit, & flagellis non eſt obdura-
ta, ſed reſipuit. Illud enim cor durum eſt, vt ait, Bernardus Bernard.
de conſideratione: quod contritione non ſcinditur, precibus
non flectitur, minis non cedit, flagellis obduratur. Ad ſigni-
ficandum ea, quæ diximus, egregiè ait Interlinearis, *Semina-*
*bo*, inquit, *mihi in terram*, ſcilicet bonam.

Secundò, obſeruandum, non explicuiſſe, quid eſſet, aut
quale hoc ſemen: ſed tantum ait, *Seminabo eam.* Neque apud
Lucam, cum ait, Exiit, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum.
Neque rurſus cum ait, Meſſis quidem multa. Quæ eſt hæc
meſſis? Nũ hordeacea? Nũ triticea? Num viciaria? Cuius etiã
cõditionis ſemẽ eſt? Myſteriũ latet, reuelet aũt Iſaias, Nũq d
tota die arabit arãs, vt ſerat, proſcindet, & ſarriet humũ ſuã?

Nónne cùm adæquauerit faciem eius, ſeret gith, & cyminum ſparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus ſuis? Et erudiet illum in iudicio Deus ſuus docebit illum. Non enim in ſerris triturabitur gith, nec rota plauſtri ſuper cyminum circuibit: ſed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo, panis autem comminuetur, verum non in perpetuum triturabit illum, neque vexabit eum rota plauſtri. Et hoc à Domino Deo exercituũ exiuit, vt mirabile faceret conſilium, & magnificaret iuſtitiã. Ingens in his verbis eſt abſconditus theſaurus. Cõponit ſe Deus cum agricola, qui varia habet ad ſerendum ſemina, ex quibus non eodem modo exit fructus ſed quoſdam grauiore, quoſdam vero leuiore trituratione excutit. In eundem modum Deus à ſuis, quos lege ſua donauerit, bona opera iure ſuo quodam exigit, & illi per tribulationes grauiores, vel leuiores, velut trituratione quadam, elicit, & excutit, quoſdámque grauius, quoſdam verò leuius pro conſtantia, & robore fidei terit, quoſdam tantùm velut virga leuiter percutit, ſicut gith, quod non patitur triturationem, cyminum aliquantulum acerbius non tamen tribulatione, ne comminuatur. Dei enim agricultura ſumus, vt ait Apoſtolus, ac ideo varia ſeminat, varieq; fructus colligit. Quid tu vides Ieremia? Virgam vigilantem ego video. Bene vidiſti, ait, Deus, quia quoſdam leuiter excutio, vt fructum ferant, in quorum agrum velut cyminum vel gith ſeminaui in aliis triticum, quod tritura opus habet, vt colligatur fructus, id eſt multis tribulationibus contundam. Hinc in Euangelio ait, illos eſſe bonam terram, qui in corde bono ferunt fructũ in patiẽtia. Quorſum meminit patientiæ; Quia bonus agricola variis excuſſionum modis fructus colligit. Quod à Domino Deo exiuit, ait Iſaias, vt mirabile faceret conſilium ſuum, & magnificaret iuſtitiam id eſt, hac in re oſtendit ſe conſultiſſimum, & ſapientiſſimum, dum agnoſcit, qua ſorte quiſque ſeminandus eſt. Obſeruandum etiam eſt, quod triticum ſolum per ordinem ponit, quia maioris triturationis capax. Sunt autem triticum maximè religioſi, quos ordine quodam educit è ſæculo, & in agrum religionis ſeminat.

*Ierem. I.*

Tertiò, egregiè ait Theophylactus, ſemina hic eſſe iuſtitiæ diuinæ, cognitionis, ac ſcientiæ. Et cui ſit ſeminatio? Nũ ſubticuit. *Mihi*, inquit, quia Deo debemus ferre fructus, non mundo, vel diabolo. Qui enim his ferunt bonorum operum fructus, receperunt mercedem ſuam. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, hoc eſt, ſeminate mihi, ſolum quærentes gloriam Dei. Neque gloriam quærentes ab hominibus, ait Apoſtolus. Quemadmodum dolium, niſi vndique ſit pice illitum, & nullas habet rimas, vinum continere non valet, & cito aceſcit, nullúſque bibere audet, quoniam acerbitate inficit guſtum, Ita ſi opera noſtra non tegamus, ne ab hominibus videantur ingrata ſunt Deo, indignũque vinũ eſt actionum noſtrarum, quod deo offeratur, quoniam illum non in locis profundis recondimus. Nonne experimento didiciſti, vinum in ſubterraneis abſconditum purius, & odoratius fieri, quòd verò ita occluſum non eſt, euaneſcere? Sic & opera noſtra, ſi occulta ſint, Deo gratiſſima ſunt: ſecus autem, ſi ad captandam auram hominum facis. Ducam te, ait Sponſa in Sponſo, in cubiculum genitricis meæ, & dabo tibi poculum ex vino condito. Vides, quo pacto occluſum vult habere Sponſum, vt illi tradat poculum vini, quod condierat, id eſt, actiones virtutum, quibus inſudauerat: non autem in foro, aut in plateis, vbi ab hominibus videatur.

*Matth. 6.*



*I. Theſſ. 2.*
*Simile*
*Vis virtutes tuas augere? prodere noli.*
*Iſi. in ſyn.*
*Cant. 8.*

# CAPVT TERTIVM.

ET *dixit Dominus ad me, Adhuc vade, & dilige mulierem dilectam amico, & adulteram, ſicut diligit Dominus filios Iſrael.*

*Hierony.*

Scopus huius tertij Capitis ex Diui Hieronymi ſententia eſt, ſub typo dilectionis fœminæ adulteræ ſignificare, quo pacto Deus filios Iſrael peſſimos diligat, qui cum diligantur à Domino, ad deos alienos, idoláque reſpiciunt. Priori enim mulieri in typum decem tribuum, vel totius populi Iudaici fornicantis propheta coniungitur matrimonio. Vel ſecundũ Gloſſam, ſicut per fornicariam decem tribus, ita per hanc adulteram, Iudæam ſpecialiter intelligimus. Poteſt tamẽ addit Gloſſa, & per illam, & per iſtam vniuerſaliter Iſraeliticus deſignari populus. Rupert. exiſtimat, priori fœmina adumbratum populum Iſrael, de quo dixerat Dominus, *Quia non addam vltra miſereri domui Iſrael: ſed obliuione obliuiſcar eorum.* Hac autem fœmina adultera adumbrari domum Iuda, quã vocat *dilectam amico*, quia Dominus miſertus eſt domui Iuda. Et ſi quæras, In quo miſertus eſt? In eo nimirum, quod

*Gloſſ.*
*Rupert.*

cum domum Iſael transtuliſſet Salmanaſar rex Aſſyriorum domum autem Iuda captiuaſſet rex Babylonis, domum quidem Iuda Dominus ſoluit de captiuitate poſt ſeptuaginta annos: domum autem Iſrael non ſoluit, ſed tenentur capti-
4.Re.17. ui in Aila, & in Abor iuxta fluuium Gozan in ciuitatibus Medorum. Tranſlatus eſt, inquit Scriptura, Iſrael de terra vſque in diem hanc dilecta ergo recte dicitur Iuda, quia parcius
Lyranus. percuſſa eſt à Domino, quàm domus Iſrael. Lyranus, priorem fœminam figuram eſſe populi Gentium, inquit, hanc autem
Vatablus. populi Iudæorum. Vatablus ait, hanc fœminam repræſentare Synagogam, quam fauore ſuo proſecutus eſt Deus, reiecta Iſraele quæ dum in deſerto agebat, vnicè à Deo dilecta eſt ſiquidē illi tribuit neceſſaria omnia? & tamen fuit adultera, vt quæ mox vitulum, poſtea Gentium deos coluerit.
Theophy. Theophylactus priorem vxorem, inquit figuram fuiſſe populi Iudæorum fornicantis, ac diſcedentis à Deo ad idolorum culturam, poſteriorem verò figuram Iudæorum captiuitate preſſorum. Abducti quippe per captiuitatem ceſſabūt ab idololatria, interim tamen neque diuina vere facta facient, ſed ſegnes, & otioſi erunt ita vt neque ſacrificare neque fungi ſacerdotio queant, Vnde ſubditur dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, ſine ſacrificio &c. donec ad Dominum Deum ſuum conuertantur. Sunt, qui hunc locum diſpungant de populo Iudæorum, quem in tria tēpora diſtinguunt ſeu tres ſtatus. Primus eſt, quando hic populus egenus, & pauper fuerat, atque Dei beneficio auctior effectus ad maximum honorem eſt euocatus. Alter eſt quando is populus ob ingratitudinem, & fidem viro ſuo, id eſt, Deo violatam, pœnas ſubiuit, & tandem in gratiam, diuina benignitate, eſt reuocatus. Supereſt tertius, gradus, ſiue ſtatus, quem is populus complexurus eſt dum optatiſſimus malorum, & calamitatum finis aderit. Hic ſtatus eſt, qui in hoc capite deſcribitur, nempe quod erunt ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio. &c donec ad Dominum Deum ſuum conuertantur. Sed literam diſpungamus, Inde enim colligemus, quis ſenſus germanior appareat. *Et dixit Dominus ad me*, Licet Septuaginta & vulgata æditio conueniunt, Vatablus ſecus tranſtulit, nempe, Dixit autem Dominus ad me. Quæret aliquis quorſum coniunctionem copulatiuam mutauit in aduerſatiuam Et reſpondemus, quoniā vſus Scripturæ ita habet, vt aliquādo pro coniunctione aduerſatiua, ponat & coniunctionem
Prouer.21 vt apud



vt apud prouerbia, in Hebræo eſt, Equus paratur ad bellum & ſalus à Domino eſt, vbi coniunctio copulatiua, & poſita eſt pro autem. Et ſic habet Æditio vulgata. In eundem modum Geneſeos, c. 42. in Hebræo eſt, Non Domine mi, & ſerui tui venerunt ad emendum cibum. Æditio vulgata tranſtulit, Non eſt ita Domine, ſed ſerui tui, pro coniunctione & poſuit ſed. Agnouit enim, hanc cōiunctionē & poni pro aduerſatiua. Et proculdubio in exordio capitis poſita magis videtur ſe vergere in aduerſatiuam, quàm in copulatiuam *Dominus ad me*. Attentionē his verbis captat maiorē. Ob eam enim rem diuini vates ſolent, hæc verba proponere, Hæc dicit Domin⁹. Verba enim à Domino facta, auditu digniora ſunt. *Adhuc vade*, particula *adhuc*, nouam deinceps agendi rationē ſignificat, vt apud Exodum, Adhuc vna plaga tangam Pharaonem, & Ægyptum. Sic hoc loco, *adhuc vade*. Ire autem imperandi modo poſitum agendi ſedulitatem & maturitatem ſuadet, vt ſuperius, Vade ſume tibi vxorem fornicationis *& dilige mulierem dilectam amico & adulteram*. Non conueniunt expoſitores in expoſitione huius loci. Nā Theophylactus ſic legit, & diſpungit, Vade, dilige vxorem amātē prauā, & adulteram. Et ita etiā videtur diſpungere Theodoretus. Ait quippe, Rurſus Deus hortatur prophetam, vt mulierem adulteram, & in ſceleribus verſantem diligat. Videtur etiam cum his conuenire æditio Septuaginta Habet enim, Dilige mulierem diligentem mala, & adulteram. Itaque vbi noſtra æditio habet, *mulierem dilectam amico*, legunt iſti, diligentem mala. Cauſa autem varietatis eſt vox Reagh, quæ, vt inquit Diuus Hieronymus, ſignificat malū, vel amicū, & Septuaginta, Theophyl. & Theodoret. reiecta ſignificatione amici, aliā ſumpſerunt, nēpe pro prauo, ſiue malo. Lyranus vocem Hebræam Reagh ſocium ait ſignificare. Vnde infert, quod amicus hic dicitur eius ſponſus, vel maritus, ſub quo tamen vt ingrata adulteratur, & ſic iuſte à marito dimittitur. Vatablus ſic diſpungit, *dilige mulierem dilectam amico, & adulteram*, id eſt, mulierem, quæ cum vnicè adametur à marito ſuo: adulteriū tamen committit. Adama mulierem, quam ſummopere diliges, & tamen fornicabitur. Vnde cum Lyrano ſumit amicū id eſt, Reagh, pro marito. Recentiores ad conſuetudinem referunt locum iſtum meretricum, quæ vnum præcipuum hominē ſibi diligunt, cuius ſeſe nomini, & protectioni cōmittūt, cui cura eſt, ne qua meretrix afficiat iniuria. Huiuſmodi

*Dominus iubet vt Oſeas aſſiciatur in vxorem impotentius à viro dilectam & eius fidem violet.*

Y 4 enim

enim mulierc ularum natura eſt ita conſilio,& cura deſtituta,vt diu bene agere,& conſeruari nequaquam poſſit, ſicut ſcriptum eſt, Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum dicentes,Panem noſtrum comedemus, & veſtimẽtis noſtris operiemur, tantummodo inuocetur nomẽ tuum ſuper nos, id eſt,vocemur tuæ, aufer opprobrium noſtrum. Hiſpane vocamus huiuſmodi homines,*rufianes*.Significat autem Dominus,huiuſmodi populum Iudæorum ob flagitia indignũ eſſe,ꝙ ſponſus,vel maritus eius;vocetur,ſatis eſt,illi tribuat quæ ſpectant ad victum neceſſaria. *Sicut diligit Dominus filios Iſrael*. D. Hieronymus ex his verbis infert, hanc mulierem non eſſe coniunctam vati Hoſſeæ,neque matrimonio,neq; fornicatione, ſed tantum diligere delinquẽtem. Atque prophetæ in adulteram, aliud quid ſignificare, quàm Dei dilectionem in filios Iſrael; ſubiungit,*Sicut diligit* D*ñs filios Iſrael*. Recentiores dicunt ſignificari,quo pacto Deus olim Synagogam legitimis cæremoniis,& multis beneficiis additis in vxorem acceperat,illa verò officij immemor ſui,& ſceleribus multis,turpiſſimis ſuperſtitionis adulteriis ſeſe contaminauit,quamobrem viri ſui ſtomachum,atque iracundiam non ſemel fuit experta,nondum illis temporibus rupto cõiugio neque vxoris nomine,neque dignitate amiſſa. Nã lex,& ſacerdotium,& regnum tametſi nonnihil interrupta,& debilitata ſunt:non tamen ſunt omnino ſublata,donec in lapide offenſionis impegere, quo admiſſo ſcelere, & coniugij nomine,& viri officio merito ſpoliati ſunt, ſicut ſcriptum eſt,
Iſa. 50. In ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram, quia veni,& non erat vir,vocaui:&non erat,qui mihi reſpondere vellet. Quia verò cogitauerat Deus, illam ſibi in tempora fœlicia reponere,docet nunc interim,quo officij genere erga eandẽ functurus ſit;nimirum non mariti, ſed amore eo, quo quis fœminam aliis amatoribus proſtitutam, in ſuam tutelam ſuſcipit. Huiuſmodi vero hominibus ſic amantis illa imprimis cura eſſe debet, ne quid deſideretur, quod ad alendam vitam pertinet,quam veruntamen curam ita temperare debet,vt quoad fieri poſſit,ſuo conſilio,& opera ad meliorem frugem, & mentem redeat. Hoc munus, hoc officium; hæc cura eſt amantis ſiue ſocij, qualem ſe aduerſus mulierculã huiuſmodi vates nunc præſtare iubetur. Hoc modo Synagogam, quandiu in repudio permanſerit, amatam à Deo eſſe conſtat. Nam neque iis,quibus antea vſa fuit, beneficiis,neq;
eadem



eadem dignitate vtitur,neque curas illas,& correctiones,& iurgia in ſe diuina experitur:ſed promiſſæ tantum reuocationis ſpe aliter,donec optata illa,fœliciſſimáque dies adſit, cum è tenebris,& vmbra mortis,in qua nunc iacet, in lucẽ tandem Euãgelij,& in vitam gratiæ prodeat. Hoc eſt in his verbis implicatum,*Dilige mulierem dilectam amico*,id eſt,amato fœminã amore amici. Sic.n. Deus amabit filios Iſrael Venuſtiſſima eſt hæc expoſitio,cũ qua videtur conſentire Hieronymiana, dum inquit, Propheta diligit adulteram,& tamẽ non ei matrimonio copulatur, neque fornicatione coniungitur,ſed tantum diligit delinquentem, *ſicut diligit Dñs filios Iſrael*. Vatablus tamen,& Lyranus, & Interlinearis non ita expendunt,ſed in hunc modum,Tu adulteram diligis, ipſa tamen non diligit te,ſed te ſpreto,alium,pluſquã te,diligit ſicut Dñs diligit multum filios Iſrael,ſed ipſi, Deo ſpreto, colunt Deos alienos. Atque hoc eſt,quod ſequitur,*Et ipſi reſpectant ad deos alienos*. Obſeruat Hieronymus,filios Iſrael hoc loco duodecim vocari tribus,ſupra vero decem,quæ erãt in Samaria,& poſſidebant metropolim Iezrahel. Iudicãt recẽtiores,coniunctionem *&* hic poni pro relatiuo. Particula.n. *vau* inter alia multa officia;quæ habet,vnum eſt,quod relatiua quandoq; fit,eam tamen propter frequentẽ coniungendi vim,in noſtram coniunctionem *&* fere ſemper interpretes vertere ſolent. Sed tamen ad quod officium ſit reuocanda, ipſa ſententiæ ratio, & contextus rerum indicabit. Hinc in hoc loco poni dicunt relatiuè,& ſic diſpungunt, *Et ipſi reſpectant*,id eſt,qui ipſi reſpectant. Regula hæc veriſſima eſt, nẽpe quod coniunctio &,ponitur pro relatiuo frequentiſſimè. Sic apud Geneſ. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis,&c,id eſt,qui erit ſignum fœderis. *Gene. 9.* Sic & rurſũ Apoſtolus:Benedictus Deꝰ,& pater,id eſt,qui eſt pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti. *Ephe. 1.* Pſal. etiam, Homo,cũ in honore eſſet,nõ intellexit,& comparatus,id eſt,qui comparatus eſt iumentis &c. *Pſal. 49.* Vatablus veruntamen pro coniunctione & poſuit aduerſatiuam. Vnde tranſtulit, *ipſi autem reſpiciunt ad deos alios*,quod mihi magis arridet. Vtimur enim nos hac voce,quando quis nobis extitit ingratus,poſt innumera beneficia, *A fulano he le hecho eſtas,y eſtas buenas obras, pero agradeceſelo mal.* Sic & in hoc loco,& ipſi reſpectant,id eſt,ipſi actẽ,ſiue tamẽ,& coniunctionis aduerſatiuæ fungitur munere. *Reſpectant*,ſiue reſpiciunt,vtroque modo inuenitur in editione vulgata. D.


Hieron.

Hieron.reſpectant,habet & in Vatablo,Gloſſa Ordinaria,&
volumina recentiora legunt, *reſpiciunt*.Idem tamen eſt,reſpi
cere,& reſpectare in hoc loco, licet quis nonnihil poſſet aſ-
ſignare diſcriminis, q̃m verbum reſpecto eſt frequentatiuũ
*Reſpicere* autẽ deos alienos iudicat Lyranus,eſſe,colere deos
alienos, & ita etiam videtur diſpungere Interlinearis. Ait
enim,Ipſi,ſpreto Deo,colunt Deos alienos. Verùm vt mul-
ta omittamus, hoc loquẽdi tropo ſignificatur,quòd filij Iſ-
rael expectarent opem in diis alienis, & in eis ponerent ſuã
ſpem.Sic apud Iſaiam, Oculi hominis ad ſanctum Iſrael re-
ſpicient;& non inclinabitur ad altaria,quæ fecerunt manus
eius,id eſt,Ponent homines ſuã ſpem in ſancto Iſrael; & ab
*Thren. 4.* eo expectabunt opẽ.Sic & apud Ieremiã,Cum reſpiceremus
ad gentẽ,id eſt;ab ea expectaremus auxilium , quæ ſaluare
*Pſal. 122.* nos non poterat. Sic & Pſal. 122. Ad te leuaui oculos meos,
*Simile.* id eſt,à te expecto opẽ,in te ſpes mea ſita eſt. Quemadmo-
dum enim canes dominos ſuos intuentur , cũ cibum petũt,
Ita oculos ad Deum leuamus,vt nobis ſubueniat ; & noſtri
miſereatur.

## *Ad morum compoſitionem.*

E*T dixit Dominus ad me, Adhuc vade; & dilige mu-
lierem dilectam amico, & adulteram, ſicut diligit Do-
minus filios Iſrael.*

Docet primum hic locus, quo munere fun-
gantur peccatores erga Deum,qui nequaquam
digni ſunt,vt ſponſæ eius vocentur ſed concubinæ,Hinc a-
*Cant. 6.* pud Cantica, Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubi-
næ,Quid vocat reginas ? Reginas vocat,quæ intuitu regni
cœleſtis doctrinæ inſeruiunt,Concubinas,quæ ſecus,amore
videlicet rerum temporalium.Et ita gloſſa, Auguſt.lib.83.q.
q.55.Gregorius in hunc locum Canticorũ, & Hieronymus
in Epiſtola ad Marcellã. Et proculdubio in hoc diſtinguũ-
tur viri iuſti ab iniquis,quod iuſti,tãquam reginæ;expectãt
diadema , & coronam regni cœlorum dicentes cum Regio
*Pſalm.* Pſalte; Dominus pars hereditatis meæ.Iniqui vero,velut cõ-
cubinæ, accipiunt munera rerum temporalium. In huius rei
*Geneſ. 25.* typum apud Geneſim,dedit Abraham,cuncta quæ poſſede-
rat Iſaac, filiis autem concubinarum largitus eſt munera.
Sic pater excelſus reginis ſeipſum præbet poſſidendum in
regno cœlorum; ſed peccatoribus ſatis donat,cum bona tẽ-
poraria



poraria donat, ſunt enim concubinæ. Quadrat in Euange-
lium Apoſtolorum,Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti
ſumus te.Quid ergo erit nobis?Quid Petre? Eritis reginæ,
non concubinæ, ſedibitis ſuper ſedes duodecim iudicantes
duodecim tribus Iſrael , ad regna vos elige, non ad parua
munera,&c.

Secundò,quaſi execrandum facinus proponit ex expoſi-
tione Lyrani,& Interlinearis,mulierẽ & adulteram eſſe,cum
diligatur à marito ſuo,& proculdubio ingens piaculum eſt
adulterium,quod ex ſupplicio adulterij Dauidis colligitur.
Perit filius, plectitur regnũ totum.Hinc & Ioſeph illectus
ad adulterium reſpondet,Quomodò poſſum,hoc malum fa *Gene. 39.*
cere?Et egregiè Alexander,magnus,cum cognouiſſet,puellã *Aulus*
ad ſe allatam, vt ſecum dormiret,habere maritũ,miniſtros *Gellius ex*
accitos acriter obiurgauit dicens,Reducite hanc,parũ enim *Apionis*
abfuit,quin veſtra culpa fuerim factus adulter.Et quid dixit *ſentẽtia re*
Diua virgo?Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non co- *fert Ale-*
gnoſco?Modum inquirit alma virgo,quo habitura ſit filiũ. *xandrum*
Ac ſi apertius dicat, Si crimine adulterij adeptura ſum tan- *deuicti ho*
tum filium,nolo.Quid enim turpius vxori,& ſponſæ,quam *ſtis vxorẽ*
adulterij affici nota? *inclita fa-*

Tertiò,obſerua,quid dicat Dominus,ſcilicet, *Adhuc va-* *cie incon-*
*de*.Non ergo vnum tantum quæſiuit modum,vt nos excita *ſpectũ ſuũ*
ret,ſed plures.Expectauit ſupra tres filiorum partus,vt ho *deduci vo*
rum ſignificatione reſipiſcerent,non rurſus nouam excogi- *luiſſe.*
tat viam,ſcilicet , *Dilige mulierem adulterã* .Bone Deus,quem
non lapidem moues, vt ad meliorem mentem cõuertamur.
Quemadmodum peritus medicus plura adhibet remedia *Simile.*
ægroto. Sic Deus plura genera medicamentorum ſpiritua-
lium exquirit: vt ſalutem inueniamus. Imperitus medicus
eſt, qui vnum tantum agnouit adhibere ægrotanti reme-
dium. Deus non ſic , hinc plures adhibet plagas Pharaoni;
non vnam tantum,vt reſipiſceret.Hinc apud Iſaiam dicitur, *Iſa. 1.*
A planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſa-
nitas:ſuper quo percutiam vos vltra?Hoc eſt , multa adhi-
bui remedia,multa flagella,quem ergo nouum modum ex-
cogitabo ? Hinc rurſus inquit, Non ſunt viæ meæ viæ ve- *Iſa. 55.*
ſtræ, neque cogitationes meæ cogitationes veſtræ. Non
ait,via mea , ſed viæ meæ. Deus enim plures habet vias,
vt ad nos veniat , mille percurrit modos, & artes. Qua-
drat in Euangelium de correctione fraterna , Si pecca-
uerit in te frater tuus ; corripe primum inter te ; &
ipſum

ipſum ſolũ. Deinde adhibe teſtes. Tertiò dic Eccleſiæ. Quor
ſum hæc omnia? Quia Deus plura media quærit: non vnum,
*Gene. 17.* aut alterũ. Iniqui homines, ſi fuerunt bis quippiam iniuriæ
perpeſſi, non plus expectant dicentes cum Eſau, En ſupplan
tauit me altera vice. O abyſſum miſericordiæ Dei mei, mil-
lies peccamus, & tu dicis, Adhuc expectabo, ſicut in ficu vſu
eueniſſe videmus, quam deinde altero anno expectaſti, vt fa-
ceret fructus.

Quartò, Vide, quo pacto Deus amet iniquos. *Adulteram,*
inquit, *ama.* Vera ergo eſt illa ſententia Aſſertoris noſtri, So-
lẽ ſuum oriri facit ſuper bonos pater cœleſtis, & malos. Ac
*Luc. 15.* rurſum. Peccatores recipit. Vnde ipſe ait, Nõ eſt opus valen
tibus medicus. Nã ſi culpa odio habẽda eſt, natura hominis
*Matt. 9.* ad imaginẽ Dei creata diligenda eſt. Multa ſunt Euangelia,
quibus quadrat hæc obſeruatio. Primò, Diligite inimicos ve
ſtros. Secundò de adultera in adulterio deprehenſa. Quod ſi
*Ariſto. 9.* Deus ab omni ſordiũ contagio alienus, diligit nos, cum pec
*Ethic. 12.* catis ſimus implicati, cur peccatores faſtidiemus, qui iiſdem
*Plin. lib.* etiam criminibus, ne dicã multo peioribus, ſumus inuoluti?
*11. c. 37.* Quintò, Vide, vnde cognouerit adulterium, ſcilicet ex in-
*Oculos na* tuitu oculorũ. Hi fuerunt proditores cordis. Vnde Ariſtote-
*tura nobis* les ait, amorẽ maxime oriri, & fieri per ſenſum viſus. Et Pli-
*vt equo ac* nius egregiè inquit, Profecto in oculis animus inhabitat,
*Leoni ſe-* neq; vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus
*tas, caudã* ſed homini maximè, id eſt, moderationis, clementiæ, miſeri
*aures, ad* cordię, odij, amoris, triſtitiæ, lætitiæ, cõtuitu quoq; multifor-
*motus ani* mes, truces, flagrantes, graues, tranſuerſi, limi, ſubmiſſi
*morũ de-* blandi. Oſtendunt, ita eſſe, multa Scripturæ teſtimonia. Nã
*clarandos* ad oſtendendã populi beneuolentiã erga Dauid, quo vtitur
*dedit. Cic.* loquendi tropo? Acceptus erat Dauid in oculis omniũ, maxi
*3 in Verr.* méq; in conſpectu famulorũ Saul, hoc eſt, diligebãt illũ. Sũt
*1. Re. 18.* enim feneſtræ oculi, per quas, quid oculi habeant, agnoſci-
*Iſa. 3.* mus Rurſus ad referendũ odium Saul erga Dauid, quid ait?
*Ex amore* Non rectis oculis Saul inſpiciebat Dauid. Iſaias etiam quid
*magnum* ait? Pro eo, quod filiæ Sion nutibus oculorũ ibant. Quid hoc
*fit homini* eſt, niſi oſtendebãt procacitatẽ venereã in ipſis oculis? Quid
*incendiũ* eſt amor? Dicebant antiqui, ignis eſt. Vnde Theocritus amo
*Plautus* rẽ exurentẽ vocat, qui vſq; ad oſſa lædit Ex igne quid? Fu-
*in Aſia.* mus certe, qui velut per infunibula, & ſpiracula egreditur
*Auguſt.* per oculos. Vnde ſicut fumus ſignũ eſt ignis, Ita impudicus
*1. Rhe. c.* oculus impudici cordis eſt nuntius, vt ait Aug. Hinc & egre
*6.* giè Ariſt. ait, vt in prouerbio dicitur, In oculis eſt verecũdia.
Quorſum



Quorſum hæc omnia patres mei? Vt oculos claudere diſca-
mus. Solent enim, deprædari animũ. Ieremia, quis deprædatus *Thren. 3.*
eſt animã tuam? Oculus, inquit. Et egregie D. Hierony-
mus in hunc locum, per incuriã aſpectus patefactus eſt ten-
tationi aditus, neq; Eua lignum vetitũ contigiſſet, niſi hoc
prius incauta reſpexiſſet. Scriptum eſt enim, Vidit mulier,
quòd pulchrũ eſſet lignũ ad veſcendum, & pulchrũ oculis,
& aſpectu delectabile, & tulit de fructu illius. Dicamus er-
go nos cum ſancto Iob, Pepigi fœdus cũ oculis meis, ne co-
gitarem quidẽ de virgine. Bene inquit, ne cogitarem quidẽ
de virgine. Nã quid aliud conſequitur ad incuriã aſpectus,
niſi inhoneſtis oppugnari, & concuti tentationibus? Ex qui-
bus tentationibus nos oppugnantibus quid demum ſequa- *D. Tho.*
tur, egregie obſeruat D. Thom. in hunc locum Iob, dicens,
Videbat enim, eſſe difficile, ſi in primũ incideret, ſcilicet in
cogitationẽ, quin in alia laberetur, ſcilicet in delectationem, *Inanis ho*
& conſenſum. Nullus ergo mihi dicat, & Seruabo cor, licet *minũ opi-*
oculorũ aſpectũ non ſeruẽ. Num is ſanctior eſt Iob, & diuo *nio quæ*
Thoma? Hi gigantes claudunt feneſtras arcis ſuæ, ſcilicet *primis mo*
oculos, ne diabolus conſcendat, & mentem debellet, & ho- *tibus fidu*
muncio pigmæus plus ſuis viribus fidet? O amentiã execran *cia quadã*
dã. Summa itaq; eſt, Docet Deus his verbis, Ipſi reſpiciunt *animi nõ*
ad deos alienos, arguendã eſſe oculorũ incuriã, & quadrat in *reſiſtit.*
multa Euangelia. Primò in Euãgelium de omnibus ſanctis,
in ea verba. Et ipſe, eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dice-
bat, Beati pauperes. Quorſum ait, eleuatis oculis? Vt diſca-
mus proculdubiò, non facile, & temere eſſe eleuandos. Et
quadrat in Euangeliũ Domi 19. poſt Trinitatem, in ea ver-
ba, Videns Ieſus ciuitatẽ, fleuit. Quorſum ait, Videns ciuita-
tem? Quia non facile huc, atq; illuc aſpiciebat. Quadrat & in
Euangelium Domin. 4. Quadrag. in ea verba, Cũ ſubleuaſ-
ſet ergo oculos Ieſus. Dimiſſos enim illos habebat. Et debe-
tis obſeruare, ꝙ cum quinque ſint animæ feneſtræ, ſcilicet
quinq; ſenſus, ſolũ in duobus inuenietis ianuas à Domino
poſitas, ſcilicet linguæ, cui veluti duas ſeras, dentes, & labia
appoſuit, & oculis, quos palpebris occludit, ſiue gẽnis. Quor-
ſum, putatis, linguã ſic Deus occludit? Num, vt multi falſo
aſtruunt, ne homines eſſent deformes? Nõ certe Nam aqui-
la ob oſſeum os nemini deformis eſt, ſic neque homines eſ-
ſent deformes ob faciem oſſeam, ſi cuncti illam haberent.
Num ob linguæ teneritudinem? Non ſanè. Nam delicatio-
res, & teneriores oculi ſunt, quos non claudit oſſe. Procul-
dubio

*Quare natura lingua dentibus vallata eſt, tecti verò palpebris oculi.*

dubio potiſſima cauſa, ob quam veluti beſtiam, immitem pluribus cancellis concluſit, hæc eſt, quia illa nocentior eſt, quàm oculus Vnde oculo ſatis eſſe iudicauit Deus, pelliculis claudere. Quoniam licet noceant: minus tamen oculi nocent: quàm lingua, & plura inferri ex lingua nocumenta, nõ eſt, qui dubitet. Neque illa ratio adhibita à Philoſopho. 2. de Anim. text. 100 quod animalia, quæ molles oculos habent, palpebras habent, vti ſepem, & tegmen quaſi ad cuſtodiam oculorum, nam quæ duros habent, his carent, quia his non videntur indigere. Non, inquam, ſatisfacit, ſiquidem homines poterant, oculos duros habere, & clare perſpicere, cũ ſit Deus cauſa efficiens præcipua, & ideo præſtare, quod oculis duris perſpicere homo poſſet. Myſterium igitur hic latere comperio, & nobis ſignificare, quod ſuper aſpectum fores, ſcilicet palpebras occludamus, ne Deum offendamus.

*Ariſtot.*

*Cant. 4.*

Et hoc apud Cantic. c. 4. ſignificatur, dum poſt laudem oris, gennæ ſponſę cõmendatur, Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce, ſicut fragmẽ mali punici, ita & genæ tuæ. Ac ſi apertius dicat, Domaſti linguam, ne amara manet ex illa aqua, iuxta illud Iacobi. 3. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam? Modo commendat ſponſam ob genas, vel tempora. Ita enim eſt in Hebræo, & non aliud ſignificari exiſtimo, quam cuſtodiam oculorum, quos verecundos habebat. Quamobrem & cum fragmine mali punici componit, quia ruboris, & verecundię ſymbolum ſunt, quæcunque rubeum nacta ſunt colorem. Et vbi maxime eſt rubor? Dicat Ariſt. In oculis eſt verecundia. Poſtquam ergo commendauerat cœleſtis Sponſus ſuã amantiſſimam Sponſam ob linguæ cuſtodiam, deinde commẽdauit eam ob aſpectus cuſtodiam.

*Iacob. 3.*

*Virgines cõmendandæ aſpectus & linguæ cuſtodia.*

*2. Rhe. 6.*

¶ *Et diligunt vinacia vuarum.*

*In ſacris gentilium permiſſam Ebrietatẽ poſt ſacrificiũ habet Cœlius.*

¶ Theophylactus vertit, Amantque bellaria cũ vuis paſſis. Sunt autem bellaria, fructus, & cibi ſaccaro, vel melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta. Vnde pemmata eſſe ait, hoc eſt, panes ex ſimila piſtos, vna cũ vuis paſſis. Erat, autem talis ſpecies oblationis dæmonibus grata, indicantibus offerentibus, quod ipſos dæmones habeant & frumenti, & vini datores. Conſentit Theodoretus cum hac expoſitione. Vnde vertit cum Septuaginta, Amant coctiones cum vinaciis. Et diſpungens hunc locum inquit, Homines idolis dedicati eiuſmodi quædam erant conficere ſoliti. Pemmata autem, vt ait Hieronymus, placentas latinè poſſumus

*Hierony.*

dicere,



dicere, vel cruſtula, quæ offeruntur. Hiſpane *ſon vnas tortas ſine fermento con miel, y otros meniurges, que offreciam a los idolos parecemi,* ſi hanc ſequamur opinionem, *que ſera arrope*, quod ex vuis fit. *y con eſto* faciebant placentas. Non reiicit Diuus Hieronymus hanc Theophylacti, & Theodoreti expoſitionem. Aquila pro *vinaciis* vertit vetera, Græcè palaià. Symmachus anarpoùs, id eſt, ſteriles, & non ſolum *vinacia* ſunt, ſed & vetera *vinacia*, vt antiqua delicta teſtentur. Rupertus ſecutus ſignificationem vocis latinæ *vinacia* intelligit, eſſe ea, quæ tempore vindemiæ, preſſis vuis, vinoque in apothecis recondito, foras proiiciuntur. Hiſpane dicimus *caſeas, y hezes y, oruio.* Verum eſt, quod apud Latinos *vinacea* ſunt granula illa lignoſa, quæ in acinis naſcuntur, in quem modum diſpungit Interlinearis. Ait quippe, *Vinacia*, acina. Rupertus ſignificari his verbis eoſdem deos, id eſt, dæmones, qui verè tanquam *vinacia* vuarum ſunt. Sicut enim tempore vindemiæ, preſſis vuis, vinoque in apothecis recondito, *vinacia* foras proiiciuntur, Sic, habito in ſupernis iudicio, factaque bonorum, & malorum diuiſione angelorum, boni in æternis manſionibus confirmati beatis, mali autem foras proiecti ſunt. Hæc Rupertus. Ac ſi apertius probro vertat, quod diligant ſceleratos, & iniquos, *las horruras lo pevramen*, quod probroſum eſt. Diuus Hieronymus ait, Si ſequamur Aquilæ tranſlationem dicentis, *Vinacia* vetera, delicta antiqua huius populi teſtantur. Si autem ſterilis, vt Symmachus intelligimus, ſignificatur, quòd hæc adultera præſens tempus ſignificet Iudæorum, qui abſque Deo, & notitia Scripturarum, & gratia Spiritusſancti diligantur à Domino, qui omnium expectat ſalutem, & aperit ianuam pœnitentibus, & nihilominus illi res inutiles amant, traditiones hominum, & deuteroſeon, ſomnia diligentes, & nequaquam *vuas* habeant, & vinum, & plena muſto torcularia: ſed vetera *vinacia*, quæ proiecta ſunt. Lyranus ait, in Hebræo eſſe dolia, vel cyphos. Vnde infert, quod per *vinacia* hic intelliguntur vaſa vinorum contentiua, quæ tamen diliguntur propter vinum contentũ. Additq; Lyranus, his verbis notari de ebrietate, q̃ ducit ad alia vitia. Conſentiũt cũ Lyrano Vatablus. Vnde ait, *vinacia* œnophora, ideſt, vaſa vinaria, fraſcos, ô Garrafas. *Vuarũ*, id eſt, vini. In quo loquẽdi tropo metonymia eſt, figura ſatis frequẽs in ſacris Bibliis. Cõſentiũt etiã cũ his Recẽtiores. Et certè pulcherrimè

*Simile.*

ſuſceptam

*Sine Cerere & Baccho friget Venus.*

ſuſceptam proſequitur allegoriam. Nam adeo coniuncti eſſe ſolẽt,& mutuis officiis ſe iuuare Bacchus,& Venus,hoc eſt,ebrietas, & libido: vt nunquam inter auctores alterius mentio fiat,quin altera continuo ſubiiciatur. Eſt enim vtrique & alliciendi,& nocendi per poteſtas. Nam vtraque hominem de virtutis & ſapientiæ gradu, de mente denique deturbat,vtraque alteri,cum apte conueniat,vtraque etiam alteri coniuncta in crimen vocatur, vt apud hunc eundem vatem Dominus inquit,Fornicatio,& vinum,& ebrietas auferunt cor. Non quod his verbis gens Iudęa ebrietatis nunc arguatur:ſed cum maximum crimen (cuius cauſa hæc oratio habetur)ſit vanorum deorum cultus, quod ſub adulteriorum allegoria afferri cœptum eſt,vtitur hoc argumento, tanquam certiſſimo,quod legis, & myſteriorum diuinorum ignara,ebria,atque à ſenſu,& mente aliena,nihil niſi ſuperſtitionem,& nefarios cultus amet,ac ſequatur,ſicut hi, qui nimio vino,& ebrietati ſe dediderunt,Veneri, & turpiſſimis voluptatibus indulgere ſolent,ſicut ſcriptum eſt,Ne intuearis vinum,quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius.Ingreditur blande,& in nouiſſimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet,ex qua re ſequetur, quod oculi tui videbunt extraneas,& cor tuum loquetur peruerſa,&c.

*Proditum eſt ab Aeliano lib. 2.ca. 37. de variis Hiſt. Ialeuci apud Leonenſes legẽ fuiſſe qua ſi quis merũ bibiſſet niſi valetudinis cauſa medico id iubente morte mulctabatur.*

## *Ad morum compoſitionem.*

ET *diligunt vinacia vuarum.* Vix numerari poſſunt, quæ his verbis ſunt implicata ſpectantia ad morum compoſitionem. Nos nonnulla hauriemus:atque non omnia, ne longius diuagemur. Primo ex Theophylacti expoſitione, vides, quo pacto poſt amorem huius populi apponit dona, & munera, quæ idolis offerebat.Ingens ergo vis amoris, quæ hominem liberalem reddit. Quis poterit,manus negare,cum dederit, quod præſtantius eſt:nempe cor? Hinc inquit Ariſt. quod in amicos profuſi eſſe debemus. Ac rurſum, Amicis magis volumus, benefacere,quam videri,benefacere. Oſtendunt hoc multa ſcripturæ teſtimonia, Geneſ.34.Sichem dilexit Dinam, & quid ait? Augete dotem,munera poſtulate,& libenter tribuam,quod peteris,tantum date mihi puellam hanc vxorẽ.

*1. Rhet. 9.*
*8. Topi. 2.*
*Gen. 34.*





Quid etiã de Ionatha ait Scriptura? Diligebat Dauid, quaſi animam ſuam,Ionathas. Nam expoliauit ſe Ionathas tunica,qua erat indutus,& dedit eam Dauid, & reliqua veſtimenta ſua vſque ad gladium, & arcum ſuum,& vſque ad baltheum. Vnde intulit Scriptura, dilectum Dauid à Ionatha; Certe ex collatis donis. Nã vt inquit Grego. Exhibitio operis eſt probatio dilectionis Non eſt dilectio arbor nullum ferens fructũ, ſolumque virentibus foliis ornata: vt vlmus,& ſalices,in quem modũ multi diligunt verbis ſolum, habent folia:carent tamen fructu operũ.Sic etiã Aſſertor noſter collaturus in diſcipulos maximũ omniũ beneficiũ,prępoſuit Euangeliſta,Cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos ac deinde ſeipſum dedit in cibũ. Quorſum hæc dicta à nobis ſunt? Vt amaturi diſcutiamus, in quonam amorem reponamus, & dignum ſemper noſtris beneficiis eligamus. Amor enim pretioſam materiã poſtulat. Quemadmodũ adamas non in ferro,aut plumbo reponitur, ſed in auro, Sic amor,qui fortiſſimus eſt,Fortis eſt vt mors dilectio, ait Spiritus ſanctus,non eſt reponẽdus in vili materia.Probro enim videtis huic populo verti,quod diligat *vinacia*, id eſt,idola, quæ deteriora ſunt,& contẽnenda. Et certe quod eſt dilectionis obiectũ? Dicat Ariſt. Bonum ſimpliciter amabile & expectabile eſt, ergo ſi ratio deeſt boni,nequaquã amandũ eſt.Hinc D. Thom. 22.q.26. art. 7. meliores magis eſſe diligendos docet.Summa ergo ſit, Reprehenſibile eſt, deteriores magis diligere:quam viros morum candore cõſpicuos.

*1. Re. 28.*
*Gregor.*
*Simile.*
*Cant. 8.*
*8. Eth. 1.*
*Virtuis nos allicit ad diligendum etiã quos nunquam antea vidimus.*

Secundo. Ecce,quid maximè intuendum in donis,ſcilicet animi effectus. *Diligunt*, inquit, *vinacia vuarum* id eſt, placentas. Non ait ſolum,offerunt placentas:ſed diligunt. Animũ ergo dantium, qui dilectionis faculis ſucceſi offerebant, Deus intuetur. Diſcamus ergo,dona offerre cum dilectione,& cordis affectu. Hinc enim gratiora fuere minuta vetulæ, quam dona Phariſæorum. Eſt enim affectus patina ſmaragdina,in qua ſi reponatur donum offerendum, reddit illud pretioſius opibus,& diuitiis Craſſi. Vnde Apoſtolus ait. Si voluntas prompta eſt ſecundum id,quod habet, accepta eſt. Habet Deus oculos lynceos,& corda prius inſpicit, quã dona.Sed ô lamentandam ſortem hominũ:qui ingenti affectu mundo:& diabolo dona offerimus. Vtinam vel pari affectu Deo offerremus:qui ſegnes:& torpẽtes ſumus:cu offerimus Deo aliquid.Conqueritur Deus apud Ezechielẽ hãc

*D. Tho.*
*Luc. 21.*
*Simile.*
*Eccle. 26.*

ob cauſam. Omnib. meretricibus dantur mercedes tuau-
tem dediſti mercedẽ cunctis amatorib. tuis,& dona donabas
eis,vt intrarent ad te vndique ad fornicandũ tecũ,& ſumens
de veſtimentis meis feciſti tibi excelſa,hinc inde conſuta,&
fornicata es ſuper is,& tuliſti vaſa decoris tui de auro meo,
quæ dedi tibi,& feciſti tibi imagines maſculinas, & fornica
ta es in eis. Quid his verbis ſignificat, niſi cum à Deo acce-
perimus multa, illa conſumere in abuſibus, & peccatis? Ad
hæc liberales ſumus nimis: Parciſſimi tamen, vt aliquid in
Dei cultum impendamus. Sic diues ille epulo induebatur
*Luc. 16.* purpura,& byſſo,& epulabatur quotidie ſplendide,canes a-
lebat verum Lazaro nec micas cadẽtes de menſa præbebat.

Tertiò, Subridet Deus hunc populũ,quia diligebat *vinacia*
id eſt,acina,vt ait Interlinearis,qui nihil habent ſucci. Quo
*Ariſtot.* docet homines duros,& auaros non eſſe diligendos, quia
nihil conferunt ſucci. Vnde Ariſt. cum auaro non eſſe amici
tiam contrahendam docet, quoniam is ſolum ſuis commo-
dis proſpicit.

Quartò, docet venuſtiſſimè, quid efficiat eorum amor ad
*vinacia*,ſcilicet eos reddere ſteriles. Columela enim. lib. 8.
*Columela.* interdicit colũbis vinacea,ſunt enim impedimento, vt fœtũ
edãt. Et hoc ſignificauit Symmachus,pro *vinaceũ* vertens ſte
*Cant. 4.* riles. Quẽ fructũ habuiſti in illis tunc in quibus nunc eru-
beſcitis, Ait Apoſtolus? Commendatur etiam Sponſa in hũc
modum, Dentes tui ſicut greges tonſarum,quæ aſcenderunt
de lauacro,omnes gemellis fœtibus,& ſterilis non eſt inter
eas. Duo ſunt ordines dentium in ore & ſuperni, & inferni
quib. vox formatur. Per dentes vero cũ fœtibus,fidẽ cũ ope-
ribus intelligendam: certum eſt: Nam teſte Apoſtolo: Ore
confeſſio fit ad ſalutem. Et ita Vatablus per dentes fidẽ in-
telligit & per fidem fideles: omnes enim ſumus filij fidei:
*Corus apud Hæbreos eſt onus aſinariũ, vel quod aſinus ferre poſſit.* quæ fides bona opera edit: non abortit: ſicut fides peccato-
rum: quorum opera meritoria non ſunt. Vno ergo verbo re-
prehendit hunc populũ,quod non inſudauerit virtutum a-
ctionibus: & docet nos: vt in ea incumbamus.

¶ *Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei & dimi-
dio coro hordei.*

Exequitur vates Hoſſeas præceptum ſibi à Domino iniun
ctum: & in ſocietatem accipit mulierem adulteram cui mer
cedem ſtatuit: nempe *quindecim argenteos, & corum & dimidium
corum hordei*. Et hoc ita facto contigiſſe ait Gloſſa: & Theo-
doretus,quod etiã videtur: ſignificare D. Hieronymus. Sed
verba



verba diſpungamus: quibus quam mercedem dederit. *Et fo-
di* inquit: *eam*. Bifariam poteſt: hoc verbum diſpungi. Primo:
quod perſiſtat in allegoria ſupraposita vineæ. Vocarat enim
Synagogam vineam: quamobrem dixit? Dabo ei vinitores.
Amplectuntur hanc explanationem D. Hieronymus, Ru- *Crebro fodito capita vitiũ putata circunfodito. Colum. lib. 3. ca. 15.*
pertus:& Lyranus:& Interlinearis:& ſignificat cultum ex-
hibitum:& impenſum vineæ. Inter alia enim quæ impen-
duntur vineæ in cultu: foſſio eſt. Quod ſi rurſũ quæras: quid
hæc foſſio ſit in Synagoga. Perpende: quid vineæ materialis
foſſio efficiat:& transfer ad populũ Iudæorũ. Certe foſſione
Agricola noxias herbas extirpat: ne ſuccũ terrę imbibentes,
vites fructu priuentur. Significabit ergo hæc foſſio extirpa-
tionem vitiorum. Et qui fuerunt foſſores? proculdubio diui
ni vates. Ad Ieremiam.n. ait Dñs: Ecce conſtitui te ſuper gẽ- *Ierem.*
tes:& ſuper regna: vt euellas:& deſtruas:& diſperdas: & diſ
ſipes:& edifices:& plãtes. De qua re infra dicem⁹. Neq; quis
iudicet ineptã metaphorã hanc ſumptã à foſſione vineæ ad
mulierẽ. Eſt.n. pulchra: ſi rẽ penetremus. Finis.n. attẽdendus
eſt in hac metaphora. Quid quærũt foſſiõe vinitores? Vtriq;
extirpare noxia,euellere tribulos & ſpinas. Et quid ab adul-
tera fœmina quærit? Quod relinquat adulteria, extirpare ei⁹
peccatũ idololatriæ. Vnde bene D Hieron. inquit: Adulteræ
prætiũ eſt: non vt cũ propheta dormiat: ſed vt contenta mer
cede ſua: adulterare deſiſtat: nec paſſim cæteris copuletur.
Et quãuis Interlinearis ſecus dicat: ſcilicet quod conduxit:
vt cũ propheta dormiat: nequaquã eius ſentẽtia amplecten-
da eſt. Veriorem quippe iudicio ſententiã Hieronymianam:
ſcilicet ꝙ Vates nunquã cum adultera coierit. Verũ quoniã
Septuaginta vertunt pro *fodi eam*: conduxi eam: quæ quidem
verſio non diſplicet Hieronymo: eãque amplectuntur Theo
doretus. Theophylactus: atque Lyranus ita etiam ait haberi
in Hebræo: conduxi eã: quod verbum: vt inquit Rupertus: *Amiſſæ libertatis ſignũ auris perforatio antiquitus.*
magis videtur: pertinere ad ſimilitudinem: vel proprietatem
mulieris: quam *fodi eam*, Contendunt nonnulli *fodere* hoc lo-
co idẽ eſſe: quod mancipare:& ita vertit Vatabl s:& dicunt:
ſumptã eſſe tranſlationẽ ab iis: qui ſeruos libertatẽ negligen
tes perforata auricula ſibi lege:& cõſuetudine addicebãt. Et
ꝙ hanc habuerint Iudæi conſuetudinem: oſtendit Exod.c. *Exo. 21.*
21. & Deut. 25. Verum non videtur: quadrare in hunc locum *Deut. 25.*
hæc foſſio: ſiue perforatio ſubula auris quoniam illa per-
foratio erat in ſignum perpetuæ ſeruitutis: Erit inquit
Scriptura: ſeruus in ſæculum. Mancipatio autem hæc: de

Z 2 qua

qna nunc eſt ſermo, non fuit in ſeculum, ſed ad tempus quia dies multos ſedebũt ſine rege, &c. dicitur in hoc capite& nõ ſemper & poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærẽt Dominum, &c. *Quindecim argenteis*, ſcilicet numis. Neque eſt facile percipere, quid iſti *quindecim argentei* numi exhibit adulteræ mulieri ſignificent. Theophylactus ait, eſſe quinque libros Moſis ac decem præcepta. Literæ enim ſubiiciũtur, perque eam trahuntur, vt Deum agnoſcere videantur, etſi perperã. Nam qui filiũ non honorat, patrem ignominia ſimul afficit. Et, Neque me noſtis, inquit, neque patrem meũ. Rupertus ait Et quidem hic multa potuere dici, videlicet, quindenarium argentorum numerum, ad quintamdecimam lunam, qua die egreſſi ſunt filij Iſrael liberati ab Ægyptiis. Atque hunc ſenſum ab antiquioribus traditum, non tenuem eſſe arbitratur, licet alium inuenire quærat, qui ſpectet ad ſaluatoris aduentum, quoniam tunc maximè ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & principe, &c. Et ait, neque in argenteis, neque in hordeo

*Exod.* 12

quantitas ad binarium peruenit numerum: ſed neq; in vnitate remanſit. Eſſetque vnitas, ſi ita dixiſſet, *Et fodi eam mihi decem argenteis.* Eſt enim denarius ſecunda vnitas. Itaque ſi dixiſſet, *& coro hordei*, neque addidiſſet, *dimidio coro hordei*, eſſet itidem vnitas in quãtitate pacti. Exceſſit quantitatem, ne-

*Ephes.* 3.

que tamen ad binarium peruenit, quia neque viginti ſunt argentei, qui numerus binarius decenus eſt neque duo ſunt cori hordei, qui binarius eſt ſingularis. In vtroque ergo numero decenus, & ſemis eſt: non tamen binarius completus & porro abſque binario coniugium non fit, neque carnale,

*Hoc pretio conduxit Oſſeas adulteram ne fornicaretur per multos dies imò obſtringeretur vllũ virum agnoſcere.*

quod Deus in initio coniunxit, neque ſpirituale, de quo ad hunc prophetam myſticus ſermo fit. Et Apoſtolus ait, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Ecclesia. Quid igitur non viginti argenteis, neque duobus cori hordei, qui numerus eſt coniugalis ob binarium ibi implicatum: ſed vtrobique & ſuper vnitatem aſcendit, & tamen ad binariũ non peruenit? Significat, quod hæc mulier ſic dilecta, cuius de carne Chriſtus Deus homo fieri dignatus eſt, & tanquam Sponſus de thalamo ſuo proceſſit, ad coniugium eiuſdẽ Chriſti nõ peruenit. Vnde ſubiungit, *Et dixit ad eam, Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris viro: ſed & ego expectabo te.* Itaque quia gens illa, de qua Chriſtus natus eſt, neque virgo eſt, quippe quæ in præſenti loco adultera dicta, eſt, neque vxor, aut coniux eſſe meretur, quia ſine viro, quia filium non confitens, neque patrem habet, non viginti



viginti argenteis, neque duobus coris hordei: ſed *quindecim, & coro, & dimido coro hordei.* Hęc Rupertus. Neque diſplicet tã longa philoſophandi ratio, licet alij magis videãtur, ſcopum attigiſſe. Diuus Hieronymus numerũ *quindecim argenteorum*, refert ad quintãdecimã diem menſis Niſan. Tũc enim, percuſſis primogenitis Ægyptiorum, Iſraelis populus eductus eſt de Ægypto, ac in ſeruitutem Dei mercede conductus. Refert etiam Hieronymus pleroſque noſtratum *quindecim* ad hebdomadã legis, & ogdoadẽ referre Euãgelij id eſt ſabbathũ, & diẽ reſurrectionis quo exercetur cicũciſio ſpirirualis. Verũ hanc reiicit expoſitionẽ, quoniã qũo adultera mulier, quæ hordeo paſcit, & à viro aliena eſt, vtrũq; in mercedẽ accipiat teſtamentũ, explanare non poſſunt. Cõſentiũt cum Hieronymo, referente quindenum numerum ad diem quintum decimum menſis Martij, fere omnes expoſitores, *Num.* 3. videlicet Gloſſa, Lyranus, Rupertus. Neque Vatablo omnino diſplicet. Obſeruãdũ etiã eſt Gloſſam nequaquam rem attigiſſe, dum ad pretium redemptionis filiorum Iſrael retorquet hos *quindecim argenteos*. Nuſquam enim legimus, pro primogenitis ſolutos quindecim ſiclos argenteos: ſed quinque tantum, vt apud Numeros refertur. Lyranus autem licet non omninò reiiciat præfatam explanationẽ ſcilicet, quod *quindecim argentei* ſignificant quintam decimam diem menſis Niſan, in qua libertati fuere Iſraelitæ de captiuitate ægypti exiſtimat, conuenientius deſignari quindecim prophetas, duodecim nempe minores, Iſaiam, Ieremiam, & Ezechielẽ. Daniel enim apud Hebræos non connumeratur inter prophetas: ſed inter agiographos, vt Hironym⁹ teſtatur in prologo galeato. Recentiores, licet ad vates referant hunc quindenarium numerum, attexerunt Dauid, Iſaiam, Ieremiã, Ezechielem, Hoſſeam, Ioẽlẽ, Amos, Abdiam, Michæam, Habacuc, Sophoniam Danielem, Aggęum, Zachariam, Malachiã.

*Daniel potius inter Agiographos hoc eſt ſanctos ſcriptores quam inter prophetas relatus*

Hi quindecim vates, quindecim numi ſunt, quibus conduxit Dominus hunc populum, Nam iſti præ cæteris Bibliis ſacris populum Iſrael inſtruunt, & inſtituunt ad diuturnam illam ſpem fortiter tenendã, quod aliquando conuertẽtur ad Dominum. Merito etiam dicuntur argẽtei, quod verbum apud Hebræos eſt Cheraph id eſt concubitum à viro chezzaphet, quod concupiſcere rem aliquam, ad eamque attentum eſſe ſignificat, quia populus Iudaicus ad oracula vatũ intelligenda vehementer erat attentus. Vnde diuus Petrus ait, Habemus firmiorem propheticum

*2. Pet.* 1.

*Pſa. 11.*

ſermonem, cui benefacitis attendẽtes. Hinc & eloquia Domini argentum vocat Regius Pſaltes, Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum ſeptuplum. Doctiores tamen Hebræorum ſub his *quindecim argenteis* implicari dicunt omnem dotem, quam dederat Synagogæ, cum eam accepit in vxorem. Et hanc expoſitionem meliorem iudicat Vatablus.

*Ad inſtitutionem morum.*

ET *fodi eam mihi quindecim argenteis.* Multa hic ſunt implicata ad morum compoſitionem. Primò, Ecce, cui debeat fieri foſſio animæ id eſt, extirpatio herbarum nociuarum, id eſt vitiorum, ſcilicet Deo. *Mihi,* inquit, fodi, non mundo non hominibus, vt hypocritæ faciunt. Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes, orant, vt videantur ab hominibus Secus ait Dominus, fodiendam animam nempe ſibi. Luctabatur angelus cũ Iacob vſque manè & ait ad Iacob, Dimitte me quoniam Aurora eſt. Quid hoc? Nihil aliud certè niſi cum deſidamus in lucta aduerſus vitia, quærendũ eſſe tempus nocturnum, id eſt. locum, & tempus occultum. Nam ſi luceſcat, angeli abire volunt, ne alij videãt nos pugnantes aduerſus vitia. Vnde cum ſolus fuit Iacob, acceſſit angelus luctatur⁹ cũ eo, ſed adueniente Aurora, in qua cerni poterat, aufugere vult. Cherubin etiam habebant ſimilitudinem manus hominis ſubtus pennis eorum, non ſupra pennas, quoniam tunc ſapientes ſumus, cum celamus manus, id eſt, opera noſtra. Cherub enim plenitudo ſcientiæ eſt.

*Appare quod es, aut eſto quod appares.*

*Gene. 32.*

*Ezech. 10*

*Hierony.*

Secundò, Ecce veram ſententiam Hieronymi, Ama ſcientiam Scripturarum, & vitia carnis non amabis. Vnde meritò diuus Hieronymus Prou. 4. commendat Salomonem, quia ſapientiam poſtulauerit à Deo. Quod ſi rector corporum ſapientiam poſtulauit à Deo quantò magis rectores animarum vt ſciant fodere vineam ſibi à Domino commiſſam, debent, inquirere ſapientiam? Vbi ſimul obſerua, quanti facit Deus ſalutem animorum, ſiquidem ligonibus argenteis, non ferreis, ſuam vult fodi vineam. Domine Deus, quanti æſtimas vineam tuam? Si id ſcire cupis, intuere inſtrumenta, quibus eſt excolenda, quæ argentea ſunt, ex quibus inſtrumenti agnoſces, non eſſe vilipendendam. Tunc enim ferrea, non argentea, eligerem inſtrumenta, Quadrat in Septuageſimam, in hæc verba, Ite in vineam.

*Prou. 4. Principiũ ſapientiæ poſſide ſapientiam.*

Tertiò



Tertiò Obſerua, vt Deus ſoluat prætium ſibi inſeruienti. Nec gratis accipit mulierem vates noſter: ſed ſoluit *quindecim argenteos.* Apud Geneſim quid dixit Laban Iacob? Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? Dic, quã mercedem accipies? Et ſanctus Iob, Si contempſi, iudicium ſubire cum ſeruo meo, & ancilla mea, cum diſcreparent aduerſum me, quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicandũ Deus, & cũ quæſierit quid reſpondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt? Acutè conſiderabat ſanctus Iob Deũ iudicem ſibi iratum, ſi gratis ſibi inſeruire permiſiſſet. Audi etiã, quid dicat Thobias de Raphaele comitante filium ſuum, Quid poſſumus dare viro iſti ſancto, qui venit tecum? Quadrat in Euangelium Septuageſimæ, in ea verba, te in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis. Non ergo gratis ſibi voluit inſeruire.

*Gene. 29.*

*Iob. 31.*

*Thob. 12*

Quartò, Obſerua, vt tutius fecerit cõuentionem *quindecim argẽteorũ,* quã acceperit fœminã vafrũ. n. agnouit eſſe hominũ genus, qui poſt laborẽ ingentiorẽ poſtulant mercedem, quã meritis debeatur. Hinc paterfamilias cõuentionẽ prius fecit ex denario diurno, & adhuc non defuerunt murmuratores.

Quintò. O nimium fœlices, qui, ne proximi peccent, illis impendunt bona temporaria, ſicuti modo Hoſeas impẽdit huic meretrici: vt eam à fornicatione reuocaret. Sic & Nicolaus, ne virgines ſe traderent turpi proſtitutionis quæſtui, clam iniecit nummos.

Sextò. Ecce, vt Deus non negat ad victum neceſſaria, peccatrici mulieri *hordeum* præbet & numos. Sic & Gene. 3. poſt peccatum facit primis parentibus tunicas pelliceas. Vera quippe eſt ſententia Aſſertoris, Benefacite his, qui oderunt vos vt ſitis ſimiles patri veſtro qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. Diſcamus ergo delinquentibus non negare ad victum neceſſaria, licet indigni ſint.

*Nos quia inimicis noſtris non poſſumus præſtare temporalẽ ſolem & pluuiam præſtemus lachrimas cum pro illis oramus Aug. ex tract. ſub Epiſt. Ioan.*

¶ *Et coro hordei, & dimidio coro hordei.*

Rupertus non immoratur in expoſitione horum verborum ſed ait ſignificari populum Iudæorum, quamuis habeat quidpiam argenti, id eſt, ſermonis ſancti, in lege & prophetis, incumbere ſoli *hordeo* occidentis literæ & ſpiritum viuificantem literæ non percipere, quemadmodũ Eccleſia percipit. Theophylactus etiam paucis expẽdens, inquit, *hordeum* irrationalem ipſorum Iudæorũ alimoniam ſignificare, qua veſcũtur, nihil ſpirituale, neque dignũ intelligentes animabus rationalibus. Sed D. Hieronymus

*Hierony.*

 exacti-

exactiſſimè cuncta proſequitur, & ſingula verba diſpungit obſeruãt, in Hebraico ſcriptum eſſe Homer pro coro, quod verbum homer omnes interpretationes abſque Septuaginta ſermone Grçco, maxime Paleſtino corũ interpretati ſunt qui habet triginta modios. *Dimidium* ergo *cori* habebit quindecim modios, & ſi vtrumque iungamus, erũt quadragintaquinq; modij. Et exiſtimat D. Hieronymus, ſignificari quadraginta quinque dies, quibus ad montem Sina eductus populus Iſrael ab Ægypto peruenit, ibi poſtea legem à Dño accepeturus. Conſentiunt cum hac Hieronymiana expoſitione Gloſſa, & Lyranus, & Vatablus non omninò eam reiicit, licet Lyra aliam poſtea ſubiungat expoſitionem, videlicet, quadraginta quinque modios adumbraſſe perſonas in
*Matt. 1.* genealogia Chiſti contentas, quæ apud Matth. ſunt 42 iuxtà tres quaterdenas ibidem appoſitas, quibus ſi adduntur tres reges, qui omittuntur inter Ioram, & Oziam, nempe Ochozias, Ioas, & Amaſias, vti inquit D. Hieronymus, habebimus 45. Quærunt etiam, quorſum in mercedem reddat *hordeum*, & non triticum huic fœminæ. Et ferè omnes conueniunt, hoc *hordeo* adumbrari, quod hic populus cibum accipiat irrationalium iumentorum, quia ruminãs vilitatem literæ, quæ interficit, non habet ſpiritum viuificantẽ. Ita Hieronymus, Rupertus, Theophylactus. Gloſſa, & Interlinearis. Verùm acutiùs videntur quidam diſpungere, dicentes, Homer eſſe apud Hebræos, quoddam menſuræ genus, & ſignificare ipſum cumulum, ſiue complementum. Nam apud E-
*Exo. 8.* xodum cum ranas Moſes extinxiſſet, Hebraicè eſt, in hammarim hammarim, hoc eſt, in cumulos cumulos aceruatim
*Habac. 3.* à populo fuiſſe comportata. Et apud Habacuch, cumulum aquarum multarum pro mari dictum eſt. Significabit ergo Homer cumulum, & iethech dimidium Homer, id eſt, cumuli. *Hordeum* verò à verbo Saghar deductum eſt, quod ſignificat turbinem, procellam, tempeſtatem, & maximam quamque calamitatem. Inde Seghorim, id eſt, hordeorũ, quæ vox calamitates, & acerba incommoda, quæ populus Iſrael erat paſſurus, implicat. Significat ergo cumulus, & dimidius cumulus *hordei*, certum numerum calamitatum, quibus popu-
*Deut. 27.* lus ille erat ſubiiciendus. Quod ſi quæras, Quot, & quantæ
*Leuit. 26.* ſunt iſtæ calamitates? Inuenies apud Deuteron. & Leuit. vbi diræ imprecationes huic populo obnunciatur, ſi legem Dei neglexerit, & diuinum fœdus ruperit. Sunt autem in Deut. nonagintaocto numero, quæ calamitatum aceruum, & cumulum



cumulum, hoc eſt, Homer complent. In Leuitico vero 45. tantum ſunt, quæ lethech, id eſt, dimidium Homer, ſiue *cori* abſoluunt. Hęc diuinus vates annuntiat haurienda populo Iſrael, priuſquam miſeriis quibus ſcatent, extricari contingat ſub his verbis, *coro hordei, & dimidio coro hordei*. Eſt & aliud ſub his verbis implicatum, nempe adulterium huius fœminæ.
Nam apud Numeros fœminæ ſuſpectæ de adulterij crimine *Num. 5.*
decimam partem ſati farinę hordeaceæ in aquis amariſſimis *Adulterij*
bibere præcipitur Cùm ergo hic *hordei* mentio fiat, fortaſſis *pœna in ve-*
ſignificare voluit, dignum eſſe hunc populum, quod tale ſu- *teri lege.*
biret ſupplicium, ob fidem fœderis, & legis fractam. Hiſpanè enim ſic dicere ſolemus pro tortura, *Poneldo en el potro, apretalde los cordeles, ponedle en el brete*. Sic & modo, Da ei hordeum, quod videlicet dari ſolet fœminæ ob zelotipiam. Qm̃ hic populus infidus eſt, fidem fregit, & adulterium, id eſt, idololatriam commiſit. Videtur; quodammodo hanc explanationem Hieronymum attigiſſe.

## *Ad morum compoſitionem.*

CORO *hordei & dimidio coro hordei.* Quadraginta dies pro mercede ſoluit, quibus hic populus peruenit ad montem Sina, & quindecim argenteos decimamquintam diem menſis Martij, in qua egreſſi ſunt de Ægypto. Quid hic ſignificat Deus, niſi diem, qua nos liberauit ab aliqua calamitate, mercedem eſſe, ob quam debemus, Deo inſeruire? Eripuit te ab infirmitate? Fœlix, ſi diem, qua te eripuit ab ea miſeria, non tradideris obliuioni & agnoueris, eſſe mercedem Dei, vt illi ſeruias. Sic apud E- *Exod. 13.*
xodum ait Moſes. Memẽtote diei huius, in qua egreſſi eſtis de Ægypto, & de domo ſeruitutis, vt non comedatis fermẽtatum panẽ. Vbi obſerua, non ſatis eſſe, quod memores ſint diei, in qua acceperunt beneficium. Aliud ab eis poſcit, nẽpe quòd non comedant panem fermentatum. Fœlices, qui hũc populum imitantes, ſemper in die, qua acceperunt à Deo beneficium, ſtatuunt Deo aliquem peculiarem cultum exhibere, vel eleemoſynam largiri, vel ieiunio corpus ſubiicere: vt ſic ſe gratos Deo ſuo oſtendant. Hinc antiqui patres ſolebãt diem Circunciſionis celebrare, qm̃ eo die à peccato originis mundus erat puer Hinc & Moſes præcipit, vrnam Mannę in arca teſtamenti aſſeruari. Et Aſſertor noſter duodecim præ-

pit cophinos fragmentorum, poſt hominum ſaturitatem etiam ſeruari. Quorſum vrnam ſeruant filij Iſrael, & Apoſtoli colligunt fragmenta? Certe, vt beneficium, cuius homines eſſe immemores ſolent, ad longum tempus teſtarentur, & ad memoriam reuocarent. Eſt obſeruatio non contemnenda pro feſto Circuncisionis, Octauò die venerunt, circuncidere puerum. Quorſum meminit octaui diei? Quoniam is dies, in quo à Deo accepimus aliquod beneficium, non eſt obliuioni tradendus, & merces eſt, qua nos ad bonum aliquod faciendum cōducit. Sic & illi ſancti patres heremi diem profeſſionis, ſine qua educti fuere de ſæculo, celebrant, qui mos & conſuetudo vſque hodie ſeruatur à Chartuſianis.

Secundò, Videte, vt omne tempus recenſeat, & dies, quib. huic populo ſe Deus exhibuit munificum. *corum*, inquit, *& dimidium cori*, id eſt, quadragintaquinque dies. Timeant ergo homines; nam iuxtà mercedem impenſam exquiret laborē. Non enim decet, multam mercedem accipere, & exiguo tēpore laborare. Hinc apud Ieremiam ait Ieruſalem, Vocauit

*Thren. 1.* aduerſum me tempus. Quid eſt, vocare aduerſus Ieruſalem tempus, niſi pro tempore, ſiue iuxtà tempus beneficiorum à Deo receptorum illi reddere ſupplicia? Quod ſi D. Paulus recēſet tempus omne, quod defluerat pro populo dicēs, Pro-

*Act. 10.* pter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per trienniū non ceſſaui nocte, & die, cum lachrymis monens vnūquemque veſtrū. Cur & de Deo hoc ipſum non dicemus, ſcilicet quod numerat tempus, quo nobis bona elargitur? Quemadmodū ſolet, recenſere tempus, quo flagellat, vt deinde conferat bona, Ita tempus, quo indulget, & bona confert, vt poſtea pu-

*Pſal. 89.* niat. Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, annis

*Ezec. 4.* quibus vidimus mala, ait Regius Pſaltes. Et apud Ezechielem tempus connumerat dicens vati, Diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. Attendite, quo pacto repetitione captet attentionem dicens, Diem pro anno, & rurſus repetit diem, inquam, pro anno; vt doceat Deus, quod omne tēpus ſignat, vt deinde puniat.

Tertiò, Demus hoc Lyranæ expoſitioni, quòd *corus & dimidius corus hordei* ſignificet 45. perſonas genealogiæ Chriſti.

*Simile.* Quæ eſt hæc merces, videlicet quòd ab illis ducat originē. Magna certe, quoniam ob hoc beneficium debent magis Deo in-

*Simile.* ſeruire, cū nexus ſanguinis, & carnis ſit; velut magnes, homines ad ſe trahens, & ſicut durities ferri non obſtat; quin feratur ad magnetē, Ita licet homo ferrei ſit cordis, trahitur ad

consan-



conſanguineos. Vnde Ruben conatur, defendere fratrē Ioſeph? *Gene. 37.* Cur dicebat, ſciſis veſtibus, Puer non comparet, & ego quo ibo? Certe; quia ingēs eſt vis ſanguinis. Hinc & dicebat fratribus, Quid nobis proderit; ſi occiderimus fratrē noſtrū? Cur & diua virgo derelictū filiū quærebat inter cognatos, & notos? Quia ingens vis cognationis. Hinc etiā meritò vxor Intaphernis, permittente Dario; vt vnum eligeret è ſuis cuius vitam ſibi donari vellet, fratrem elegit, demirantéque rege, & cauſam ſciſcitante, reſpondit, Alius maritus; alij li- *Inſigne fraternæ dilectionis exemplū.* beri poſſunt contingere, alium fratrem, parentibus vita functis, nequaquam. Atque Alexander dicebat, Ignorat Antipater, quod vna lachryma matris multas delebit epiſtolas. Et Ariſtoteles ait, quod fratres mutuo ſe diligunt, quia ab iiſdem orti *8. Ethic. c. 11.* ſunt. Eſt enim matrimonium, vt inquit Guillielmus Pariſienſis, arbor quædam plantata in Eccleſiæ horto, cuius rami *Guillielm.* filij ſunt. Vnde agnoſcentes, quòd ab eodem ſtipite procedant, mutuò ſe diligunt, & fouent.

Quartò, Obſerua, vt calamitates nō ſine menſura immittat, ſed prius numeret, & menſuret, cumulū, inquit, & dimidium cumuli. Benedictus Deus; qui ſemper miſericors eſt, & nobis dat, vt inquit Regius Pſaltes, & cibat pane lachrymarum in menſura. Hinc & puniturus Ieruſalem, iubet vati

*Zach. 2.* Zachariæ, accipere calamum menſuram. Et apud Iſaiam in-

*Iſaia. 28.* quit, Ponam iudicium in pondere, & iuſtitiam in mēſura. Et quid his ſignificat? Debere proculdubiò iudices, & prælatos miſericordiæ, cum puniunt, recordari.

Quintò obſerua, quo nomine appellet calamitates nomine *hordei* implicatas, mercedem ſcilicet. Diſcamus ergo, dona Dei eſſe, & beneficia calamitates. Hinc Apoſtolus hoc agnoſcens ait, Vobis donatum eſt; non ſolum, vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini. Hinc & Apoſtoli ibāt *philip. 2.* gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati. Hinc & Aſſertor noſter ait, Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, &c.

Sextò. Ecce non panem triticeū porrigit adulteræ fœminæ: ſed hordeaceum. Diſcant ergo prælati; non eūdem victū porrigere iuſtis, & iniuſtis, & pro vitæ conditione agere cū ſibi ſubiectis. Probis enim dulcior, & melior cultus exhibēdus, ſcilicet triticeus, iniquis vero hordeaceus, vt inde ſaltē agnoſcant, ſe vitam agere iumentorum, ac propterea indignos eſſe pane hominum rationalium, &c.

§ E

¶ *Et dixit ad eam, Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris, viro: ſed & ego expectabo te.*

*Duo potiſſimum proſtitutas mulieres ab impudicitia reuocant, Victus penuria, & cultus neglectus.*

¶Sub typo mulieris adulteræ eiectæ ob adulterium à viro, ſubiicit Vates reiectionem Synagogæ à Deo ob idololatriam. Seruat autem appoſitiſſime decorum propoſitæ ſimilitudinis noſter Vates. Duo enim ſunt, quę maximè mulierē pluribus amatoribus proſtitutā ad meliorē mentē reuocant, ſcilicet victus, & cultus parcius impenſus, atq; oratio, & verba ad hoc conſequendū accommodata. Priorem partē iam appoſuit Vates, videlicet parcitatē victus, & cultus, exiguū nempe argentum, quindecim nummos, & hordeaceū cibum. Nunc verba, quibus eā ad meliorem frugē allicit, proponit, dicens, *Et dixit ad eam.* Quando dixit? Poſteaquam contaminata eſt adulteriis, & fidem fregerat, & poſteaquam mercedē ſtatuerat ei. Non enim verba obiurgationis profert, non arctiorē cibum porrigit ante adulterij delictū. Agnouit enim, fragilē eſſe hunc populū in muliere hac adultera adumbratū, ac propterea, præcedente crimine, ſubſequitur ſuppliciū alimoniæ parcioris, & ſermonis obiurgantis. *Dies multos expectabis me.* In Hebraico, & Gręco eſt, ſedebis mihi. Et ita habēt Septuaginta, & Theophylactus pro *expectabis*, ſedebis, in quē modū etiam vertit Vatablus. Verùm idem ſignificatur vtroque loquendi tropo, ſcilicet *expectabis me*, vel ſedebis mihi, aut apud me. Et eſt ſenſus, *Expectabis me*, manebis multo tempore tanquam vidua. Significat enim hoc verbo genus vitæ, & cultus quo viduæ, aut quæ viros ſuos vel amiſſos deſiderant, vel diutius abſentes expectant, vel iratos, atque diſſidētes ſibi reuocare ſtudent, vti conſueuerunt. Vnde egregiè ait D. Hieron. *Dies multos expectabis, & non fornicaberis*, hoc eſt, neque aliis amatoribus turpiter te proſtitues, neque mihi viro, à quo conducta es, legitime cōiungeris. Obſeruat etiam D. Hieronymus, in Hebraico non eſſe, *Et eris alteri viro*, quamuis ita ipſe inuenerit in æditione Vulgata. Et ita habēt Septuaginta, & Theophylactus, & Vatablus, videlicet, *alteri viro*. Vnde ſuſpicor, non idē exemplar eſſe, quod habuit Hierony. cum hoc, quod noſtra ętate circumfertur. *Non fornicaberis.* Sub hoc præcepto fœminæ iniuncto, ꝙ non fornicetur, implicatur, Synagogam non ſeruituram idolis, neque adoraturam deos Gentium. Ita enim diſpungunt Hieronymus, & Lyranus. *Et non eris viro*, ſignificat, quòd Synagoga non habeat deum, ſed & amatoribus, ideſt, idolis, & viro, id eſt, Deo ſpoliata ſit. *Sed & ego expectabo te.* Hieronymus diſpungit in hūc modum, Ne putes, factam tibi iniuriam, quia dixi, *expectabis me*, par pari referam, *& ego expectabo te*, Conſentiunt cum hac explanatione Lyranus. Ait enim, Loquitur in perſona Dei, qui expectat Iudæorum finalem conuerſionem. Et Interlinearis. Ait quippe, *Expectabo te* vſque ad iudicij diem. Et Glo. etiam. Vnde fere verba Hieronymiana refert, addens, Expectio adulteræ pœnitentiam, vt ſaltem in fine Iſrael credat, & fiat vnus paſtor, & vnus grex. Recentiores tamen ſecus expendunt, quibus fauere videtur Theophylactus, & textus Hebraicus, & Græcus. In quibus pro, *ego expectabo te*, eſt, Et ego tibi, ſiue, vt habet Theophylactus, Nec & ego tecum ero, hoc eſt, viri aduerſum te officio non fungar. Eſt autem locus à relatiuis, & erit ſenſus, *Ego expectabo te*, non tibi impendam viri munus, & officium mariti. Vel, vt Vatablus diſpungit, Non intrabo ad te, quemadmodum ſcilicet maritus ſolet, ad tempus vxorem relinquere fornicationis cauſa.



## ¶*Ad morum compoſitionem.*

ET *dixit ad eam, Dies multos expectabis me.* Quorſum Domine permittis, multo tempore eſſe ſine te, & viduā manere Synagogam? Ad hæc, cur ais, *dies multos*? Poteras dicere, multo tempore. Cur ergo hoc non vteris loquendi tropo, ſed dicis, *multos dies*? Tria hic, inter alia, inuenio implicata. Primum eſt, tempus, quo homo caret Sponſo Deo, non quomodocunque computandum, ſcilicet per annos, vel menſes, vel hebdomadas: ſed ſtrictiſſimè, nempe dies omnes, fœlix autem & qui horas numerat, ſiquidem tanto priuatur bono, & tot, ac tanta ſibi congregat mala. Referunt, Pliniū maiorem obiurgaſſe nepotem ſuū deābulantē, dixiſſeq;. Poteras has horas non perdere. At quanto plus eſt homo obiurgandus, ſi aliquod temporis momentū perdat, ac tunc maximè perdit, cum ſine Deo eſt? Dicebat rex Ezechias Deo, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Vtinā diceret, Recogitabo tibi omnes horas meas, aut ſaltē dies. Et bene coniungit Ezechias annos ſuos cū amaritudine ingenti. Hoc enim ſignificat hoc loquendi tropo, amaritudine animæ meæ. Quæ enim ad animā ſentiuntur, acerbius cruciant. Nā ſi tempus noſtrum eſſe dicamus, & velut re noſtra eo vtamur, aut, vt melius dicam, abutamur? nullum alium fructum profert, quàm amaritudinem.

*Iſa. 38.*
*Sumptus pretioſiſſimus tempus eſt.*

dinem. Quemadmodum ex floribus citreis ortus fructus eſt
*Simil.* acidus poſtea, ſcilicet mala citrea, quorum acerbitate,
dentes obſtupeſcunt, Ita poſt flores vnitatum hominum
quis ſubſequetur fructus, niſi acerbiſſimus dolor, & amari-
tudo? Sic tempus omne computabat Regius Pſaltes dicens,
*Pſal. 6.* Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. In quem ver-
*Qui lectũ* ſum egregiè inquit Caſſiodorus, Meritò quidem lectum,
*impura li-* quem noctibus polluerat, lachrymis abluebat. Computa-
*bidine cõ-* bat ergo Dauid, non quomodocunque tempus, ſed ſtrictiſ-
*taminarũt* ſime, ſcilicet omnes noctes, quibus Deo caruerat, & illum
*largo &* offẽderat: vt diſcamus & nos, ſic computare. Sic etiam com-
*perenni la-* putabat Ieruſalem, dicente de ea Ieremia, Recordata eſt Ie-
*chrymarũ* ruſalem dierum afflictionis ſuæ, & præuaricationis, id eſt, re
*flumine* bellionum ſuarum. Omnes ergo dies, quibus à Deo receſſe-
*lauare de-* rat, computabat. Quadrat obſeruatio in Euangelium octa-
*bent.* uæ Reſurrectionis, in ea verba, Et poſt dies octo. Quorſum
*Thren.* 1. enumerat dies octo? Quia hoc tempore fidem Thomas a-
miſerat, vt doceat, omne tempus computandum, quo Deum
reliquimus.

Secundò, *dies* connumerat Deus, quibus ſine Deo eſt ho-
mo: vt ſic amoris, & charitatis pelagus, quod habet erga pec
catores, detegat. Dicebat Tobias Ragueli, cum abeſſet à pa
rẽtibus, Ego noui, quia pater meus, & mater mea modo dies
cõputant, & cruciãtur ſpiritus eorum in ipſis. Et non potuit
*Tob. 10.* Raguel, Tobiam detinere. Vtinã & nos perpenderemus, quo
pacto Deus pater noſter *dies* cõputat, quibus ab eo per pec-
cata receſſimus, & quo pacto gemit, quoniam ad illum non
reuertimur, & quamuis nos mundus, & diabolus per blãdi-
menta ad ſe trahere, & ſecum tenere contenderet, eorum nõ
*Iob 39.* acquieſceremus conſiliis. Ait Deus Iob, Nunquid noſti tem-
pus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obſer-
uaſti? Dinumeraſti tẽpus conceptus earum, & ſciſti tempus
partus earum? Bene inquit D. Hieronymus in hunc locum,
Quanta alia ſunt in Scripturis magis obſcura, atq; ab homi
num notitia longe remota, quam ſunt, quæ ad Iob nunc lo-
quitur. Quid enim laboris eſt, noſſe tempus ceruarũ, & ibicũ
parturientium? Aut vnde tã latebroſum eſt humanę notitię,
vt poſſit tempus horũ animalium parturientiũ penitus igno
rare? Proinde, ne ſit apud aliquos hic ſermo Domini vilis al-
tius, quod dixit, intuendum eſt, vt dicamus, in myſteriis ſub
nomine animaliũ horum præfiguratos Apoſtolos, & omnes
prædicatores veritatis, qui per doctrinã Euangelij filios ge-
nerant,



nerant, & dant pro virili operã, vt audientes illos, pariãt fœ-
tus bonorũ operũ in petra, ideſt, Chriſto, qui eſt petra angu-
laris. Sic enim ſtudebat Paulus, ſiquidem ait, In Chriſto per *1. Cor. 4.*
Euangeliũ ego vos genui. Tempus ergo iſtud peccatorũ bo
nos parturientium virtutum fœtus, Deus exactiſſimè recen
ſet, quia ardenter deſiderat, eos ad ſe conuerti. Vel per ca-
preas, & ceruas ipſos homines peccatores intellige, qui vi-
dentur, inſequi naturam ceruarum, quæ ſolent, cum ſatura-
tæ ſunt ſerpentibus, ardenter fontẽ aquæ quærere, vt ſitim *Pſal. 41.*
extinguant. Vnde Dauid, Quemadmodũ deſiderat ceruus ad
fontes aquarũ, ita anima mea ad te Deus. Ac ſi apertius di-
cat, Cerui, hauſtis ſerpentibus, aquã reſtinguentẽ ſitim quę-
runt, & anima mea in eundẽ modũ, quæ tot hauſit venena-
ta peccata, te quærit, ne pereat ſiti, qui fons es aquæ viuæ ſa
lientis in vitã æternã. Totũ itaq; tẽpus, quod homines con-
ſumunt, ante quã edant aliquem fructum boni operis. Deus
exactiſſime cõputat. Sic & hic cõputat dies Synagogæ, quib⁹
fœtu caret bonorũ operum, quorũ pater Deus eſt, propter-
ea ſubdit, *Dies multos expectabis me.* Vnde agnoſcis Domine,
multos eſſe? Quia cõputo omnes dies conuerſionis populi
mei. Dies enim rei abſentis dilectæ ſolent homines, accura- *Luc. 13.*
tiſſime computare. Sic & apud Lucam in parabola ficulneæ
ait, Ecce tres anni ſunt, ex quo venio quærens fructum
in ficulnea hac. Quid hoc Domine? Cur tempus ſic com-
putas? Vt diſcamus, quanto Deus noſtræ ſalutis deſiderio
flagret.

Tertiò, *Expectabo te.* Cur expectas Domine populum, qui *Poſcit, dãdũ eſt*
te offendit? Vt doceas, decere viros etiam ſufferre æquo ani- *vocat, venien*
mo onera vxorum, ſicut ipſæ onera ferunt ſuorum virorum. *dum, eiicit*
Videmus, hac in re maximè deficere maritos, qui nihil one- *abeũdum,*
ris ferunt vxorũ ſuarũ, cũ miſeræ vxores tot acerbitates vi- *minatur*
rorũ ſuorũ ęquo animo ferãt. Sic tulit Moſes iniuriã ſibi illa- *exumeſcẽ-*
tã à Sephora vxore ſua. Nã cũ ab ea vocaretur ſponſus ſan- *dũ. Cicero.*
guinum, neque facto, neque verbo malum intulit pro oppro *Exod. 4.*
brio illato. Hinc & Socrates Alcibiadi demiranti, quod Xan
tippẽ vxorẽ rixoſam perpeteretur, reſpondit, Nónne tu do- *Socratis*
mi tuæ tolleras gallinarum glociẽtium ſtrepitum? Tolero, *vxorũ*
reſpõdit Alcibiades, ſed gallinæ mihi pariũt oua, pullóſque. *Philoſophi*
Et mihi, ait Socrates, mea Xãtippe parit liberos. O optimam *patientia.*
viri conſiderationẽ ad referendũ æquo animo onus vxoris.
Hinc & D. Petrus ait viris, vt impartiãtur honorẽ vxoribus,
quaſi infirmiori vaſculo muliebri. Bene D. Pet. hac ratiõe, q͂a *1. Pet. 3.*
mulieres

mulieres ſunt vaſcula quædam, eſſe honorandas præcipiè, quoniam vaſcula ſunt prolis, id eſt, filiorum, quibus nihil charius, & preſioſius debet eſſe viris. Quadrat in euangeliū ſancti Ioannis Baptiſtæ vbi Zacharias nomen ab Elizabeth impoſitum non mutauit, vt fœminam vxorem honoraret.

Quartò, *Expectabo te.* Docet hic locus, aliquod dilectionis ſignum poſt peccatum eſſe exhibendum his, qui offenderunt nos, ſi pœniteant. Moſes enim Deo poſt peccatum populi dicit, Reſpice populum tuum, gentem hanc, &c.

*Exo. 33.*

Quintò, Cur Domine expectas hunc populum vt conuertatur? Credo, quia non eſt fornicatus cum diis alienis. Nam licet primam gratiam non poſſit ſuis meritis arrogare homo, opinor, multum prodeſſe, ab aliquibus peccatis abſtinere, vt Deus illum exſpectet ad pœnitentiam, & ita docent Theologi.

¶ *Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine theraphim.*

*Ab annis plus mille quingentis miſera iudæorum turba vbique extorris caret altari ſacrificio & religionis cultu cui nec Deus pater eſt nec Chriſtus eius filius acceptus.*

Oſtendit, mulierem conductam à Vate dictis conditionibus imaginem eſſe ſtatus futuri Iſraelitarum, vt quemadmodum fœmina hæc ſine amatoribus, ſine viro, iacet triſtis, expectans virum ſuum, Ita populus Iudaicus careat his omnibus *rege, principe, ſacrificio,* &c. & neque ius habeat ſacrarum, neque prophanarum rerum. Sumit autem argumentum à deſtinatis, ſine quibus res confici nō poteſt. Apertum eſt enim rempublicam his maximè conſtare, *rege, principe, ſacrificio,* &c. Sed ſingula verba diſpungamus. *Dies multos ſedebunt filij Iſrael.* *Sedere* pro morari, aut habilitare, ſiue manere, hic non nulli ſumunt. Vnde ſic diſpungunt, *ſedebunt,* id eſt, morabuntur. Ita Vatablus, vel *ſedebunt,* id eſt, manebunt. Ita Lyranus. Non dubium eſt, quin hoc modo vſurpetur ſedere in ſacris bibliis, vt Iudic. 6. Angelus Domini ſedit, id eſt, morabatur, ſub quercu. Sic etiam. 1. Reg. 19 dicitur, Sedebat Saul in domo ſua id eſt morabatur, ſiue habitabat. Meminit huius obſeruationis Diuus Auguſtinus libro tertio quæſt. ſuper Leuit. numero vigeſimoquarto dicens Agnoſcere debemus locutionem Scripturarum, quæ ſeſſionem pro habitatione; & cōmoratione ponit. Vt apud Leuit. c. 8. dicit Moſes ad Aaron, & filios eius, cum ſacrificentur ad ineundum ſacerdotium ad hoſtium tabernaculi teſtimonij ſedebitis ſeptē dies die, & nocte, ne moriamini. Nunquid credendum eſt, ſitu corporis vno loco ſedere præceptos per dies ſeptem die, ac nocte? Abſit ſed ſedere poſuit pro commorari. Et ita æditio Vulgata

*Iudicū 6.*
*1.Re.19.*
*Auguſt.*
*Leu.8.*

gata



gata tranſtulit *ſedebitis*, non exibitis de hoſtio tabernaculi. Alij verūtamen melius videntur diſpūgere dicētes, ſumptā hic eſſe rationem à mulieribus viduis & derelictis, quæ præ ærūna, & animi dolore, cū nihil agere valeant, neq; ſe p̄ imbecillitate ſuſtētare ſedent. In eundem modū filij Iſrael ſedebunt dolore affecti triſtes, & gementes, non ſecus ac mulier vidua, ſiue à ſuo viro derelicta. Videt̄, hāc expoſitionē amplecti D. Hieronym. dicēs, Infœlix Synagoga ſedet cōtracta, quia cum Chriſto ſtare non poteſt. Quid eſt ſedere contractā, niſi humilē, deſpectā, & mœrore confectā? Et Interlinearis, qui inquit, *ſedebunt*, ſcilicet contracti. Ita etiam aliqui recentiores, ſicut apud Ieremiā, Quomodo ſedet ſola ciuitas, videlicet, ſicut vidua. Neque mihi diſplicet, quod D. Tho. obſeruat c. 1. ad Hebræos, lec. 2. ꝓpe finē, & 4. Sēt. diſt. 21. q. 3. ar. q. 2. c. nēpe, quod ſedere aliquando importat humilitatē, quia ſedens inferior eſt ſtantibus. Vt in Pſ. 138. Tu cognouiſti ſeſſionē meā, id eſt, humilitatē meā. In eunde modū *ſedebunt filij Iſrael,* id eſt, erūt humiles & deſpecti, cæteris gentib. inferiores. Quis. n. dubitat Iudæos eſſe abiectiſſimos, atque ab omnib. gentib. deſpectos, & paruipenſos? ſed quanto tēpore ſic ſedebunt? *Multos,* inquit, *dies.* Id eſt verūtamen [illegible] quærimus, quot ſunt iſti dies? Iudæi, falſo decepti, ad ſeptuaginta annos captiuitatis referunt Babylonicæ. Falluntur tamen Rabini ſic expendentes. Tunc enim vt optimé obſeruat Ruper, licet rege caruerint, non tamē principe, & ducib. & iudicib. ex ſemetipſis. Nā iudices iniquos Suſannā condēnantes, ipſi interfecerunt, at vbi Chriſtus venit, nequaquam habuerunt poteſtatē ad dānandū aliquē in mortē. Vnde dicebāt Pilato, Nobis non licet, interficere quēquā. Ergo hoc vaticiniū à paſſione Chriſti vſq; ad præſentē ſtatū referēdū eſt, vt inquit D. Hieron. & cōcors expoſitorum turba. Nunc n. videmus, Iudæos *ſine rege ſine principe*, & ab exteris regibus gubernari. Vnde quāuis vbi degunt, caput quoddā ex ſe ſibi præfigunt: non tamē *principem*, atque *regem* illū audent appellare. Nō tñ numerū certū ſtatuit horū dierū, quibus Iudæi *rege* carebunt, qm̄ vſque ad iudicij diē extremi, vt ait D. Hieronymus, cui ſubſcribit Interlinearis, ſic *ſedebunt*. Quē diem neque angeli nouerūt nec filius, qui ideo, vt ait Hieron. ignorare ſe dicit filius, quia nobis non expedit diſcere. *Sine rege.* Chriſto videlicet, vt diſpungit Diuus Hieronymus. Is enim Rex eſt de quo apud Iſaiā locutus eſt pater, Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiam. Et ipſe dicit in Pſalmo, Ego autem conſtitutus

*Ierem.*
*D. Tho.*
*Pſal. 138.*
*Dani. 3.*
*Ioan. 18.*
*Iſ. 45.*

A tutus

tutus ſum rex abeo ſuper Sion montem ſanctum eius. Cõ-
ſentit cum diuo Hieronymo Interlinearis. Cæteri omnes
expoſitores intelligunt, quod de ſuis non habebunt regem
neque principem. *Sine principe*. Diuus Hieronymus bifariam
diſpungit ſcilicet vel pro Chriſto, vel certo põtifice, de quo
ſcriptum eſt, Principi populi tui nõ maledices. Aptat etiam
*Exo. 22.* huic verbo, *ſine principe*, oraculum Iacob, Gen. 49. Non aufe-
retur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius. Et in hunc
modum vertit hunc locum Geneſeos. Non deficiet princeps
*Gen. 49.* ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat, cui re-
poſitum eſt, & ipſe erit expectatio gẽtiũ. Ergo poſtquã de-
fecerit princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, & Hero-
des alienigena, & proſelitus ſuſcepit regnũ, intelligimus, ve-
niſſe, cui repoſitũ eſt. Hæc D. Hieronymus. Cuius expoſitio-
nẽ ſecutus Interlinearis ait, *ſine principe*, videlicet de Iacob, id
eſt, ſine ipſo Chriſto ſaluatore, & ſacerdote, quia non veniet
Chriſtus, donec deficiet princeps de Iuda, & regnet Herodes
alienigena. Alij tamen expoſitores abſolute *principem* pro
quocunq; accipiunt *principe*, ſiue fuerit ſacerdos ſummus,
ſiue non. *Et ſine ſacrificio*. Implicatur ſub hoc verbo vaſtatio
tẽpli Hieroſolymitani, aut ꝙ in eo non valebunt Deo offer-
re ſacrificia, quoniã, vt ex c. 12. Deu. cõſtat, nõ poterãt Iudæi
*Deut. 12.* in alio loco offerre ſacrificia, qm̃ à Deo fuerat aſſignatus, di-
cẽte Dño, Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco, quẽ
videris, ſed in eo, quẽ elegerit Dñs in vna tribuum tuarũ.
*Interdictu eſt Iudæis offerre ſacrificium in interdicto loco illis exhibendis deſtinato, tẽplũ ſcilicet Hieroſol.*
Vnde egregiè inquit Interlinearis, quia ſubuerſo tẽplo. & Ie-
ruſalẽ incẽſa, nec ſacrificiũ, nec ſacerdotiũ exercere poſſunt,
quæ deſumpſit Interlinearis ex D. Hieronymo. In qua qui-
dem ſententia ſunt Lyranus, Theodoretus, & recentiores.
*Et ſine altari*, In Hebræo pro *altari* ſtatua legitur. Cæterũ mul-
to melius eſt, ſi legamus, *ſine altari* in quem modũ legit etiã
tranſlatio Septuaginta conſentiens cum noſtra Vulgata. *Al-
tare* autem vocat locũ, vt optimè inſinuat Theodoretus, in
quo ſacra obiri, & cõfici mos erat. *Et ſine Ephod*. Hæc veſtis
*Ephod.* ſuperhumeralis erat, vt obſeruat Interlinearis. Cæterùm me-
tonymica eſt locutio. Partem enim veſtium ſacerdotalium
poſuit pro omnibus indumentis ſacerdotij. Vnde Septua-
*Theraphim.* ginta bene pro *Ephod* vertũt, ſine ſacerdotio. *Et ſine theraphim*
quæ vox *theraphim*, negotiũ nobis faceſſit ob variã expoſitorũ
explanationem. Lyranus enim exiſtimat, *theraphim* eſſe ima-
gines, in quibus dæmones dare ſolebant reſponſa, quę apud
Iudæos non ſunt. Cum quo nonnulli recentiores conſen-
tiunt



tiunt, dicentes, *theraphim* eſſe deos Gentium. Quam expoſi-
tionem Dionyſius Carthuſianus hac ratione ductus confu-
tat, quoniam omnia, quibus filij Iſrael dicuntur hoc loco
priuari, pertinere videntur ad pœnam eorum, atque miſe- *Huius nominis Theraphim natiua ſignificatio idem ſonat quod Idolum vel ſimulachrum vt aperte Geneſis lectio Rachel abſcõdit Idola ſub ſtramentis pro Idolis hæbræus habet teraphim.*
riam propter eorum peccata. Eſſe vero ſine huiuſmodi *thera-
phim*, fœlicius eſt, quam ea habere. Igitur *theraphim* hoc loco
nõ ſignificat idola, vel ſimulachra. Reiecta itaque hac expla-
natione Dionyſius ſecus diſpungit ſecutus ſententiam diui
Hieronymi, qui bifariam, venuſtiſſimeque explanat. Primò
ſic, *Sine theraphim*, id eſt, ſine figuris, & ſimulachris, quæ nos
poſſumus in præſenti duntaxat loco cherubim, & ſeraphim
ſiue alia, quæ in templi ornamenta fieri iuſſa ſunt, dicere.
Secũdo ſic, *Sine theraphim*, id eſt, manifeſtationibus, quæ Grę-
ce dicuntur δήλων In quem modũ tranſtulerunt Septuagin-
ta pro, *ſine theraphim*, ſine manifeſtationibus. Iſtas autem ma-
nifeſtationes Theodoretus ait, eſſe, per quas ſacerdotes, &
prophetæ oſtendebant & præſignificabant, quid in rebus fu-
turis eſſet agendũ cognoſcebãt autẽ hoc rationali iudicio.
Sũmus nãque ſacerdos eo accipiebat oſtentũ, & veritatẽ, &
& per quaſdã ſignificationes in illo factas futura prędicebat.
In eundẽ modũ expẽdit hũc locũ Theophylactus. Atq; aper-
tius, quo pacto ſacerdos futura prædicebat oſtendit dicens,
Sacerdotũ principi depẽdebat in pectore textus panniculus
λόγιον id eſt, oraculi domus, vel locus appellatus, duode-
cim lapides continẽs, per quos futura denuntiabantur ſum-
mo põtifici, ſignis quibuſdã diuinis in hiſce factis. Vnde lo-
gion hoc, ſeu pãniculus ille manifeſtationẽ, & veritatẽ habe-
re dicebatur. Hoc itaq; vno verbo *ſine theraphim* ſignificatur,
Iudæos non habituros diuina ſigna quib. futura cognoſcãt.
Nõ diſplicet D. Hierony. hæc explanatio, imò eam ample-
ctitur. Cæterum ratio à Dionyſio adducta, quod *theraphim* nõ
ſignificet hoc loco imagines, ſiue ſimulachra, quæ reſponſa
dabãt qm̃, quę hic attexũtur, in pœnã erãt Iudęorũ ob illorũ
crimina, eſſe autẽ ſine huiuſmodi ſimulachris, fœlicius eſſe
quã illa habere, non conuincit, cũ peccatores ſatis acerbum *Luc. 16.*
ſuppliciũ iudicent, ſuas nõ poſſe explere voluptates. Vnde
filius ille prodigus cupiebat, ſaturari ſiliquis, quas porci mã-
ducabãt, & nemo illi dabat Quo facto oſtendit Aſſertor no-
ſter, peccatoribus in eorũ pœnam, eãque acerbiſſimam non
dari quæ cupiũt. Vnde non omnino reiiciendã hanc ſenten-
tiam iudico, eamque vnico ſcripturæ teſtimonio confirmo.

Nã libro Iudicum legimus, in domo Micheę fuiſſe fabrica-
*Iudic.18.* ta *theraphim*, quę, ſtatim explicat Scriptura, quid ſint, ſubiun
gens, illa eſſe quædam idola. Erant autem hæc idola, ex mul
torum ſententia, referentia ſpeciem humanam, à quibus o-
racula expectabãt, & quęrebant idolola træ. Agnouit diuus
Hieronymus, efficax eſſe hoc libri Iudicum teſtimonium,
vt aſſeratur, theraphim eſſe idola. Et propterea expendens
hunc locum memor citati teſtimonij Iudicum, vbi pro ido-
lis accipitur *theraphim*, dixit in præſenti dumtaxat loco *the-
raphim* appellari cherubim, ac ſeraphim, aliáque tẽpli orna-
menta. Ac ſi apertius dicat, Non alibi, cum certum ſit libro
Iudicum theraphim eſſe idola.

### *Ad inſtituendos mores.*

Q*Via dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine
principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari: & ſine Ephod
& ſine theraphim.* Obſeruate quo pacto Deus
punituros populum Iſrael, eorum parentem
primum illum ſtipitem, à quo originem trahe
bant ſuis obiicit oculis dicens, *filij Iſrael.* Cur Iſraelis memi-
nit? Poterat enim dicere, Sedebit populus hic: non tamen
ait, niſi *filij Iſrael* in quẽ modũ crebrò eos obiurgaturus Deus
*Iſai.31.* & flagellaturus nominat atque aliquid dicturus per vates
*Exech.4.* ſuos huic populo in hunc modum exorditur, Loquere filiis
Iſrael. Et apud Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuterono-
mium & alios vates frequẽtiſſimè eſt inculcatum. Apud I-
ſaiam, Receſſeratis filij Iſrael. Et apud Ezechielem, Sic come
dent filij Iſrael panem ſuum pollutum. Non immoramur in
huius rei probatione, quia lippis, & tonſoribus nota eſt. Sed
inueſtigemus huius nominationis cauſam quam triplicem
eſſe inuenio. Prior eſt, vt illis probro vertat quod à ſui pro-
genitoris moribus degenerauerint, & ad illum imitandum
eos alliciat. Maiorum enim exempla vehementiſſimè mouẽt
hominem ad ſui imitationem. Sic enim Aſſertor noſter dice
bat Iudæis gloriantibus, quòd ab Abrahamo genus trahe-
rent, Si filij Abrahæ eſtis opera Abrahæ facite. Et Dominus
dicit Salomoni, Si ambulaueris in viis meis, ſicut ambula-
uit pater tuus, longos faciam dies tuos. Ac rurſum, c.9. eun-
dem Dauid proponit imitandum, Si ambulaueris coram me,
ſicut ambulauit pater tuus in ſimplicitate cordis, & in æqui
3.Reg.3. tate, ponam thronum regni tui ſuper Iſrael in ſempiternum.
*& 9.* Atque aduerſus Achaz ait Scriptura probro vertẽs illi, quod
non



non fecerit rectum, & quod erat placitum in conſpectu Do-
mini Dei ſui, ſicut Dauid pater eius contra vero commen-
datur Ioſias, quòd ambulauerit in viis Dauid patris ſui. Eſt 4.Re.16.
enim probitas parentum exemplar à Deo nobis exhibitum
vt illos imitemur. Imo deberent filij, ad præclariora accingi,
& in ea incumbere. Si enim ex parua radice ingentes arbo- *2.Par.24*
res ſurgant, ex paruis ſeminibus magnæ trabes oriuntur, *Probitas*
demum ex paruis fontibus inclyta flumina vt inquit Sene- *parentum*
ca. Cur ergo homo non ad maiora, quàm ſui progenitores *ſobolis ad*
aſpirabit? Dolẽdum eſt, eſſe, homines ſuis, maioribus inferio *vitam re-*
res, ſicuti hos filios Iſrael. Sic & nos patres mei decet ante- *ctè inſti-*
oculos patris noſtri mores proponere illudque quod Deus *tuendam*
inquit apud Iſaiam, Audite me, qui ſequimini quod iuſtum *exemplar.*
eſt, & quæritis Dominum. Attendite ad patrem, vnde exciſi *Seneca li.*
eſtis attendite ad Abraham patrem veſtrum. Componamus *cap.28.*
mores noſtros cum moribus patris noſtri. Vtinam cum illo *de benef.*
ſmaragdo, & adamante aliquid habeamus. Sed vereor, ne nos *Iſaiæ.51.*
lateres inueniamus, ſanguine peccatorum madẽtes, longeq;
diſſimiles in patientia, pœnitentia, charitate, &c.

Secundò, *filios Iſrael* nominat, vt ſaltem ex patris recorda-
tione alliciatur ad miſericordiam. Debent enim iudices ſem-
per quærere cauſam, vt mitius cum peccatoribus agant. Di- *Pſal.74.*
gnus erat hic populus propter peccata ſua, quòd non mul-
tos dies: ſed in ſempiternum *ſederet ſine rege.* Temperãt tamen
corũ demerita merita Iſraelis. Calix in manu Domini vini
meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in loco, ait Dauid. *Exod.32.*
Quid calix niſi pœna, & ſupplicium malorum? Verum non
merum porrigit, licet digni ſint peccatores: ſed mixtum. Mi-
ſcet enim maiorum merita, vt non ita acidus, ſit, & amarus
potus pœnarum. Sic apud Exodum punituro Deo filios Iſ- 4.Reg.8.
rael ait Moſes Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael. Ac ſi a-
pertius dicat, Tẽpera Domine calicem iræ tuæ meritis pa-
trum huius populi. Et ſubdit Scriptura, Placatuſque eſt Do *3.Reg.11*
minus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduerſus po-
pulum ſuum. Sic & 4.Reg.8. dicitur, Noluit Dominus, diſ-
perdere Iudam propter Dauid ſeruum ſuum. Ac rurſum Sa
lomoni peccanti ait Deus, Non totum regnum à te auferam
ſed tribũ vnam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meũ. *Simile*
Videris, quo pacto temperat Dominus calicem ob paren-
tum, & maiorum merita.

Tertiò, docet hic locus, non eſſe miſerũ, ſi à iuſtis paren
tibus iniqui oriãtur filij. Quemadmodũ ex eodem caudice


oriũur

oritur roſa, & ſpina, Sic crebrò ex bonis parentibus praui fi-
*1. Reg. 8.* lij Sic Iacob. roſa & Eſau ſpina prodierunt ex Iſaac. Sic & ex
Dauid iniquus Abſalon.

Quartò. *Sine rege*, Quid ais Domine Triſtitiam eſſe ingen
tē, atque ſupplicium, rege carere. Nónne tu multa recenſes,
quę tyrannidem ſapiunt, filiis Iſrael poſtulantibus regem?
Hoc erit ius regis, Filios veſtros tollet, & iunget curribus
ſuis, filias faciet fecarias, agros quoque veſtros, vineas, & o-
*Rex defectu ſapiētiæ in cauſa eſt vt recta politia reipubl. pereat ac populus infœliciter ſub eo viuens ab eo dilabatur.* liueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis, voſque eritis ei ſer-
ui. Vnde egregie commendatur Pyrrhus Epirotarum rex,
quod cum Athenas veniſſet, & arcem Palladis eſſet ingre-
ſus, collaudans fiduciā Athenienſium erga ſe, admonuit,
ne deinde, ſi ſaperent, partes arcis cuiquam regum aperirēt,
ſignificans, omnibus regibus inuiſam populi libertatem. Ita
eſt, nihil peius regno, iniquo rege. Vnde Sapiens ait, Rex in-
ſipiens perdet populum ſuum. Contra verò, ſi rex probus,
nihil melius ei contingere poteſt. Vnde Ariſtot. ait, Regnum
eſſe optimam rerum publicarum. Sed quando erit optima?
Reſpondet Ariſt. 3 Polit. c. 5. quando gubernat ad vtilitatem
communem reſpiciēs rex. Sic certe videtur gubernaſſe Da-
uid, ſiquidem dicebāt viri eius ad illum quia viderant eum
*Eccl. 10.* periculo mortis ſubiectum, Non egredieris nobiſcum in bel
*8. Eth. c. 10.* lum, ne extinguas lucernam Iſrael, ideſt, ne pereat tecum
gloria, & ſplendor Iſraelis. Bonus quippe rex gloria, & ſplen
*3. Pol. c. 3* dor eſt ſui regni, aut, vt inquit Chaldæus paraphraſtes, Ne
pereat tecum regnum Iſraelis. Agnoſcebant enim, bonum
*2. Re. 24* regem eſſe ſcutum, & parmam, qua regnum protegitur, & de
fenditur. In quem modum rex Dauid ſuum regnum defen-
debat. Vnde vt ſuas defenderet oues, dicebat ad Dominum,
Ego iniquè egi, iſti, qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur,
obſecro, manus tua contrà me. Hinc elegantiſſimè, in ſymbo
lum regis elephantem depingebant, quoniam ſicut elephas
maximus natu reliquum gregem ducit, & genua non flectit
& cum ſerpentibus bellum gerit, in eundem modum is ret
*Simile.* creandus eſt, qui cæteros homines ſui regni longè ſapientia
antecellat, & moribus, neque debet genua flectere, hoc eſt,
non decet, regem eſſe ſupplicabundum, & flectere iuſtitiæ
æquitatem, & cū iniquis, qui venena euomūt vitiorū, & re-
publicam euertant, bellū gerere: vt à ſuo regno detrudat. Si
hoc munus impendit rex ſuo regno, nonne ſupplicium eſt
ſine rege? Carebunt rege, qui eorum incolumitati proſpiciat,
velut frater. Tunc. n. frater vocatur, ne in ſuperbiā efferatur
quique,



qui[c]; ſemper legē Dei cuſtodiat. Legim⁹. n. apud Deuterono
miū c. 17. in hūc modū, Poſtquā ſederit in regni ſolio, deſcri-
bet ſibi Deuteronomiū legis huius in volumine, accipiens
exēplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecū, le-
getq; in eo omnib⁹ diebus vitæ ſuæ, vt diſcat, timere Dñm
Deum ſuū, nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres
ſuos. Hæc apud Deuteronomium, loco citato. Vbi obſerua,
quo pacto ſibi ſubiectos vocat fratres regis: nō ſubditos, vt
agnoſcant reges, quod, nō ſecus ac cū fratribus, debēt agere *Ariſtot.*
cū ſubditis, imo vt cū filiis. Vnde Ariſt. 8. Ethic. vocat Iouē
patrē, quoniā patrē ſe exhibebat ſuis ſubditis. Eſt tamen a-
liud hic acerbius implicatū, quod careant videlicet *rege* ex
ſuis Nā quòd exteri Iudæos gubernauerint reges, certū eſt,
neq; paruū ſuppliciū cenſendū eſt, ab huiuſcemodi exteris *Ezech. 17*
regi. Solēt enim gubernatores patrij mitius, & charius agere
cū ſibi ſubiectis, Hinc apud Ezechielē cōminatur Dñs ad-
uerſus Ieruſalē, quod rex Babylonis ſumpturus ſit regē e-
ius, & principes, & rerum potietur, & adducturus in Babylo- *Ierem. 4.*
nē. Et apud Iere. Ecce auditū eſt, in Ieruſalem cuſtodes ve-
nire de terra longinqua, *&c.* quā comminationē crebrò cō-
culcatā inueniemus in ſacris vatibus, & quaſi ſingulare Dei
beneficiū, quòd exteri nō dominentur prouinciarū. Vnde a- *Ioelis. 3.*
pud Iohelē ait, Erit Ieruſalē ſancta, & alieni nō trāſibunt per
eā amplius. *Et ſine principe*, id eſt, ſacerdote, ex diuo Hierony- *Exod. 22.*
mo. Ita enim appellatur Exod. 22. Principi populi tui nō ma *Luc. 2.*
ledices, ideſt, ſacerdoti. In quē modum ſacerdotes veteris in *Ioan. 7.*
ſtrumenti, crebrò inueniemus, eſſe appellatos, vt apud Lucā, *Ariſt.*
Sub principibus ſacerdotū. Et apud Ioan. Miſerūt principes, *Concil.*
& phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum. Tria autem *Aquiſgra.*
inter alia hic inuenio implicata. Primū, honorandos eſſe ſa- *ſpiritus S.*
cerdotes, & nequaquam eſſe deſpiciendos. Vnde etiam *gratiarum*
ipſe Ariſtot. 5. Polit. cap. 11. ait, principem qui cultum *dator non*
Dei, & religionem curat, eſſe in pretio apud populum *digni aut*
Ac rurſum, 7. Polit. cap. 9. ait, nequaquam eſſe deputandum *indigni*
in ſacerdotē, agricolā, aut artificem aut hominē vilibus in- *perſonā ſe*
cūbētē exercitiis. Hinc optimè Synodus Aquiſgranenſis ſub *quitur, ſed*
Ludouico, Pio, imperatore in hunc modū decernit, c. 7. Licet *ordinē tra*
ſacerdotes in multis ſint negligētes: nō tamē vituperādi, nec *ditionis. 1.*
deſpiciēdi: ſed propter illū cuius miniſteriū gerūt, audiendi, *q. dictum*
& cōgruo honore venerādi. Poſt Apoſtolos. n. ad ipſos hæc *eſt.*
ſentētia dirigitur, Qui vos audit, me, audit, & qui vos ſpernit,
me ſpernit. Quapropter attēdēdū. eſt quod ſacerdotium Chri-

*3. tomo. fo. 496.* ſti ſpretio, ad iniuriam Chriſti pertinet, cuius vicem, & miniſterium gerunt. Hæc Concilium Aquiſgra. Legito etiã hac de re Epiſtolam Nicolai primi Papę ad Michaelem imperatorem Conſtantinopolitanum, in qua elegantiſſimè, quanto ſint honore ſacerdotes proſequẽdi, diſcutit, qua in re credo, cæteros omnes lõgè antecelluiſſe, ex quib. nos nõnulla paucis referamus. Oportet, inquit, pietatẽ veſtrã ſacerdotibus, qualeſcunque ſint, propter eũ, cui deſeruiũt, reuerentiã potius, quã iniurias exhibere. Nã in diuinis eloquiis, vt inquit *Exod. 22.* Gregorius Papa, ſacerdotes aliquando dij, aliquãdo angeli vocantur. Nam per Moſem de eo, qui ad iuramentũ deducẽdus eſt, dicitur applica illũ ad deos, videlicet ad ſacerdotes. Et rurſum ſcriptum eſt, Diis non detrahes. ſ. ſacerdotibus. *Mala. 2.* Et propheta ait, Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiam, & legem requirent de ore eius, quia angelus Dñi exercituũ eſt. *li. 10. c. 2.* Quid ergo mirũ, ſi eos imperialis pietas honoret, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos angelos, aut deos ipſe etiam appellat Deus? Eccleſiaſtica quoque teſtatur hiſtoria quia cum piæ memoriæ Conſtantino principi ſcripto oblatæ accuſationes cõtra epiſcopos fuiſſent, libellos quidẽ accepit, & eoſdẽ, qui accuſati fuerãt, Epiſcopos conuocans, in eorũ conſpectu libellos, quos acceperat, incendit dicẽs, Vos dij eſtis, & vero Deo cõſtituti, ite, & inter vos cauſas veſtras diſponite, quia dignũ non eſt, vt nos iudicemus Deos. Hæc ex Epiſtola Nicolai primi. Verùm dũ mecũ cogito cauſam, ob quàm deos appellauerit Scriptura Sacerdotes, duas maximè inuenio. Prima eſt, qm̃ quadam participatione diuinã naturam videntur obtinere. Nã quid Deus facit? Vtique verbo ſuo Deum generat, & producit. Etiã ſacerdotes ſuo modo verbis Deum, licet non producat, adeſſe tamen facit ſub ſpecieb. panis, & vini. Quamprimũ. n. ſacerdos verba profert cõſecrationis, ibi Chriſtus Dei filius adeſt, ſicut Deus interna prolatione filiũ producit, quam quidem functionẽ neciſi etiam angeli ſpiritus aſſequuntur, Altera eſt, vt ſacerdotes maximè honorãdos eſſe oſtẽderet. Hinc deflet Ieremias, quòd ſacerdotes deſpiciantur, Filij Sion incliti amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea? Qui ſunt iſti filij; niſi ſacerdotes?

*Hic Cõſtãtinus ut refert Theodoretus Eccleſiæ Synodũ cum paucis poſtremũ omniũ ingreſſus eſt, & paruo ſubſellio poſito aſſedit, præfatus veniã priũ & petita cõceſſione ab Epiſcopis quibus ſubſellia magno apparatu & ſplendore parata fuerant.*

Secundum, ſub hoc verbo, *ſedebunt ſine principe*, implicatum eſt, quanti ſint æſtimandi ſacerdotes. Ingens triſtitia eſt, nõ habere ſacerdotẽ, qui pro peccatis populi Deũ poſſit exorare, imo mors totius populi. *Gen. 4.* Hinc in ſacris literis ſacerdotes

cor



cor populi vocãtur. Apud Iſaiam enim dicitur; Cor Ægypti tabeſcere faciam in medio eius. Et rurſum, Omne cor mœrens. *Iſa. 9. Iſa. 1.* Quidam non ineptè per cor ſacerdotes intelligunt, duplici ex cauſa. Quia quemadmodum ſine corde animal non viuit, Ita reſpublica corruit, ſi ſacerdotes nõ habuerit. *Simile.* Tum quia quemadmodum cor eſt medium inter animam, & corpus, Ita ſacerdos debet; eſſe medius inter Deum, & populũ. Ita docet Apoſt. Hebræor. 7. Sacerdotes debent, offerre hoſtias pro delictis populi Atque tale præſtitiſſe munus Moſem, ipſe teſtatur Deut. 5. Ego, inquit, fui medius inter Deũ; & vos. *Heb. 7. Deut. 5.* Hinc & Ariſt. 7. Pol. 8. ſacerdotes, inquit, eſſe neceſſarios, vt ciuitas conſtare poſſit. *Ariſtot.* Præterea ſacerdotes ſunt clauicularij regem cœli è lecto altaris leuantes; vt populus illum videat, & manducet. Quanti ergo faciendi ſunt ſacerdotes? Sunt præterea fortiſſimi milites Salomonem cuſtodientes, & habentes gladium ſuper femur ſuum, vt inquit ipſe Sponſus, En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi. Quod lectum, niſi altare, in quo ſacerdotes leuant Salomonem cœleſtem per ſuum ſanguinem cuncta pacificantem, vt ait Apoſtolus; ſiue quæ in cœlis; ſiue quæ in terris ſunt? Hi habent gladios, nempe poteſtatem ad ſcindendos funes peccatorum. De quibus inquit Regius Pſaltes, Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Quemadmodũ ergo ſi hoſtes circundent ciuitatem; & deſint milites defendentes, ciuitas euertetur, Ita ciuitas ſi careat ſacerdotibus, cum tot hoſtibus impugnemur, corruet. *Plato.*

Tertiò, hic latet, quanta debeat eſſe puritas ſacerdotum, cum dij & angeli nominentur. Ad quam oſtendendam puritatem ait Plato de legibus dialo. 6. non eſſe creandum ſacerdotem pauciores annos, quam ſexaginta natum, atque examinatione comprobãdum, ita vt integer ſit, & expers criminum. Quod ſi Diogenes in phano cœnãs, quia panes ſordidi illi fuerant appoſiti, illos abiecit dicens, In templum nihil oportere ingredi ſordidum? Quid Deus dicet ſacerdotibus Eccleſiæ? Si Iſaias ait vidẽs Deum, Vę mihi, quia pollutus labiis ego ſum, Quid dicet ſacerdos, videns Deum, quẽ reconditurus eſt in pectore polluto? Quadrat in declamationes promiſſis nouis & in Euangelium. Super cathedrã Moyſi ſederunt principes, & phariſæi, &c. & pro manuato.

*Qualis Sacerdotũ puritas quãque ſecati & cõpoſiti eorũ affectus & à cætera ſuba diſſimiles eſſe debeant latè docet. minus. Leuit. 12. Iſa. 6. Pro Manuato.*

Obſeruãdum etiam, ex hoc loco, & aliis ſimilibus inferre hæreticos, regiam poteſtatem eſſe ſupra Sacerdotalem, cum

A 5 hic

hic præpoſuerit regem ſacerdoti, quod ſolum referendũ eſt ad regnum, & ſacerdotium Iudæorum. Non autem ita contingit in Eccleſia, ſed ſemper præferenda eſt dignitas pontificia. Quod ſi rationem huius rei quæras, eſt ratio, quia apud Iudæos omnis ſacerdotalis cultus inſtitutus erat tãtùm ad cõſequendũ terrena, & tẽporalia vitæ præſentis bona, quorum cura ſpectat ad regem, ideo iuſtè ſacerdotes Synagogæ ſubdebantur regibus. At in Euangelio Chriſtus inſtituit ſacerdotiũ lõgè præſtãtius, quod nobis confert bona ſpiritualia, & cœleſtia, in quæ reges nullũ ius habẽt, & ideo æquum eſt, reges ſubiici dignitati pontificiæ. Si quando ergo inueneritis apud ſanctos præferri reges ſacerdotibus, intelligite eos ſermonem facere de regno Iudæorum, eorũque ſacerdotio: nõ autẽ de Eccleſiæ regibus, & ſacerdotibus. Vt Caſſiod. in Pſal. 50. D. Hieron in 13. Ieremiæ caput; vbi videntur, reges præterire ſacerdotibus. Verũ ſermo eſt de regno, & ſacerdotio Iudæorum, non Eccleſiæ. In Eccleſia enim ſemper dignitas, & authoritas põtificia regiam antecellit dignitatem.

*Spiritualia tanto temporalibus ſunt digniora, quanto anima præfertur corpori. Inno. in ca. Solitę c. de maior. & obedient. Caſſiodo.*

*Et ſine ſacrificio.* Vt Concilium Tridentinum Seſſione 23. c. 1. decernit, *ſacrificium*, & ſacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta ſunt, vt vtrumq; in omni lege extiterit. Ideo bene ſacerdotum attexit cũ *ſacrificio*. Atque vt multa omittamus, obſeruandum eſt ex D. Thoma, 22. q. 54. art. 3. ad. 3. quod *ſacrificium* in veteri lege erat publica proteſtatio peccati. Ideo non fiebat pro peccato negligẽtiæ, neque pro aliis peccatis interiorum actuũ, quia erant occulta. Secundò obſeruandũ eſt, *ſacrificia* veteris legis non eſſe Deo accepta ſecundũ ſe, ſed quia figurabant paſſionem Chriſti. Ita D. Tho. 2. 2. q. 102. art. 3. Cùm ergo veritas venit, ad quid vmbræ vtiles erant? Propterea vtrũque ceſſauit, & ſacerdotium, & ſacrificium. Atque ſi rem oculatè inſpiciamus, ingẽs eſt ſuppliciũ, carere, quo Deum iratũ places. Vnde rogatus Lycurgus, cur inſtituiſſet, vt minutis, ac vilibus rebus ſacrificaretur, reſpondit. Ne vnquã deficiat nobis, quo numẽ honoremus. Agnouit ſapiens legiſlator, quanti ęſtimandum ſit ſacrificiũ. Hinc & Ariſt. 7. Pol. 8. inquit: ſacrificium eſſe neceſſarium ciuitati. Cùm ergo hic populus ſit *ſine ſacrificiis*. quid eſt de eo ſperãdum, niſi exitialis ruina? Sed nobis, vt inquit Clemens Papa lib. 6. Conſtituit. Apoſtolic. pro ſacrificio cruento rationale & incruentum; ac myſticũ ſacrificiũ inſtituit, quod in mortem Dñi per ſymbola corporis, & ſanguinis ſui celebratur. Diſcamus ergo, magnifacere hoc ſacrificium, & agnoſcere Deum

*D. Tho.*

*6. Pol. 8.*

*1. 10. Concil. lib. 6. c. 23.*

*Quo die Chriſtus immolatur in ſacramento altaris. Aug. Epiſ. 3. ad Bonifac.*



iratum in eum populum, in quo non offertur.

*Et ſine altari*, id eſt, ſtatua, vt eſt in Hebræo. Hic populus vt vidiſtis, vtrique offerebat ſacrificium, & Deo vero, & diis Gẽtium. Quid facit Deus? Vtroque priuat illum, & ſe, & diis Gentium. Pulchrum ſane, & dignum ſupplicium, atque iis maxime, qui duobus, adeoque oppoſitis dominis volunt inſeruire. Vultis, Deo placere, & idolis? Quod minime fieri decet; eamobrem vtrũque amittetis. Væ, ait Sapiens, duplici corde, & peccatori terram ingredienti duabus viis. Et alibi, Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus. Hoc eſt quod probrò vertebat Elias Iudæis dicens, Quouſque claudicatis in duas partes? Si Dñs eſt Deus, ſequimini eũ, ſi autẽ Baal, ſequimini illum. Subnotauit huius leuitatis vitio Laberius eques Romanus Ciceronem, dicens, cũ illi locũ denegaret, qa anguſto ſedebat, Demiror, ꝙ anguſte ſedeas, cũ ſoleas, duabus ſedere ſellis. Quo verbo ſignificauit, eum lubricæ fidei, atque nunc his, nunc illis partibus adhærere. Similes ſunt iſti agnis, ſeu hædis duas oues, aut capras ſugẽtes. Tunc ſi quæramus à paſtore, cur duas matres agno præbeat, reſpõdebit? Qm̃ lac vnius illi nõ ſat eſt. Credo à Sponſo apud Cantica hoc ſignificari, dum ait, Dẽtes tui ſicut greges tonſarũ, oẽs gemellis fœtib. & ſterilis non eſt inter eas. Quid dentes ſecundũ philoſophos; niſi inſtrumentũ vocis? Voces ergo tuæ, & loquela eſt ſimilis gemellis fœtibus. Nõ vnus agnus duas oues ſugit, ſed cõtra, vna ouis duos agnos. Faſtidit. n. Sponſus homines duplici corde. Sed melius dum inquit, Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcũtur in liliis. Quid lilia adũbrant, niſi calamitates? Cùm. n. cęrulea ſint lilia, meritò calamitatũ ſymbola ſunt. Cùm ergo; inquit, inter lilia, ſignificat, ꝙ ingruẽte tẽpeſtate, nõ deſeruerunt matrẽ, cuius lac ſuxerãt, ſed opẽ illi ferunt.

*Eccleſ. 2. 3. Re. 18. Greſſus rectos facite pedib. veſtris vt ne claudicans quis erret. Simile.*

*Cant. 4.*

¶*Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.*

¶Bifariàm explanatur hic locus. Primò, contendunt nonnulli Iudæorum, hæc verba ad captiuitatem Babylonicam eſſe referenda, quãdo ſeptuaginta annis deſolatũ eſt templũ & altare, & victimæ, & ſacerdotiũ non fuerunt, & poſtea ſub Zorobabel in ſedes priſtinas ſunt reuerſi. Conſentiunt cũ his Iudæis Theodoretus, & Theophylactus. Alij Iudæi referunt ad tempus, in quo falſò expectãt venturũ Meſſiam, in quo

quo tempore dicunt, Iudæos reuerſuros ad Deum per pœni-
tentiam, foréque, vt ſub obedientia ſui Meſſiæ ſint. Contra
*Hierony.* has autem explanationes eſt D. Hieronymus, hæc omnia
referens ad Chriſtum Aſſertorem noſtrum. Quam ſenten-
tiam amplectitur omnium expoſitorum fidelium cœtus. At-
que inter ceteros vnus Dionyſius Carthuſianus ait, errorem
eſſe hunc locum referre ad Zorobabelem. Argumentum au-
tem, quo hoc intendit probare, non adeo efficax eſt. Arguit
enim ſic, Propheta ait, hæc eſſe complenda in nouiſſimo die-
rum, quaſi dicat, in termino vltimæ ætatis mundi, ergo hæc
non poſſunt aptari Zorobabeli, cum multo antea hæc geſta
ſint. Argumentum hoc facile diluitur, quoniam nouiſſimi
dies, aut finis dierum in ſacris literis non ſemper ſignificant
tempus illud proximum vltimo iudicio, & finem mundi, ſed
aliquando ſignificant tempus aduentus Meſſiæ, quod ita cer-
tum eſt, vt probatione non egeat. Igitur Dionyſij ratio non
conuincit. Non ergo facile erroris arguendi ſunt tanti pa-
tres, quanti ſunt Theophylactus, & Theodoretus. Quid ta-
men in hac re tenendum ſentio, paucis aperiam. Primò, hæc
referre ad aduentum Meſſiæ, quaſi iam non venerit: ſed ven-
turus ſit, hæreticum, eſt & contra fidem. Hoc dubium non
eſt. Secundò, dicere hæc ſolum quadrare in Zorobabelem
iuxtà intelligentiam literalem, quòd ſi Chriſto Aſſertori no-
ſtro aptentur, id magis ſpectare ad myſticum, quam ad lite-
ralem ſenſum, erroneum iudico. Nam hæc omnia in ſenſu
literali de Chriſto dicuntur, illique aptanda ſunt, & ita ex-
pendunt hunc locũ, tum antiqui tum etiã recentiores expo-
ſitores, vno dẽpto Theodoreto. Theophylactus enim & de
Chriſto, & de Zorobabele expendit hunc locũ. Sed literã di-
ſpungamus. *Poſt hæc*, hoc eſt, vt Interlineari placet, cum fini-
tum fuerit tempus cæcitatis, quæ ex parte cõtigit in Iſrael;
vel, *poſt hæc*, finita captiuitate iſta longiſſima. *Reuertẽtur filij I-
ſrael*, Spirituali reuerſione redeundo ab infidelitate, & vitiis,
ad fidẽ Chriſti, atque virtutes, prædicantibus Elia, & Enoch.
*Et quærent*, ſanctis videlicet affectibus, fide, atque operibus,
*Dominum Deum ſuum*, hoc eſt, patrem, & ita diſpungit Interli-
nearis, mihique non diſplicet. *Et Dauid regem ſuum*, Dauidem
vocat Chriſtũ. Nomen enim aui poſuit vice nepotis, quod
*Iere. 30.* frequens eſt in prophetiis de Chriſto. Vt apud Iere. Seruient
Domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. Et
*Ezec. 34.* apud Ezec. Ego Dominus erò eis in Deũ, & Dauid ſeruus
meus princeps in medio eorũ. Quemadmodũ apud Gentes
alias,



alias, regnorũ ſucceſſores nomẽ primi auctoris imperij ſem-
per poſtea gerebant. Vnde à primo Iulio Cæſare omnes di- *Cæſares*
cti ſunt Cæſares, & à primo Pharaone rege Ægypti poſteri *Imperato-*
dicti ſunt Pharaones, Sic & Chriſtus, ꝙ à rege Dauid originẽ *res dicti*
traxerit, vocatur à ſanctis vatibus Dauid. Quòd autem ſic lo- *ſũt, veluti*
cus iſte ſit diſpungendus, teſtatur præter ſanctorum patrum *Pharaones*
ſententiã, tranſlatio Chaldaica, quæ in hunc modum habet, *reges Æ-*
Poſt hoc reuertentur filij Iſrael, & quærent cultũ Dei ſui, & *gyptij.*
obedient Meſſiæ filio Dauid. *Et pauebunt ad Dominum*. Bifariã
diſpungere poſſumus. Primò ſic, *pauebunt ad Dominum*, ipſum
reuerendo. Et ita diſpungit Lyranus. Secundò ſic, *pauebunt ad
Dominum*, hoc eſt, audito noꝯine I E H O V A H. *Et ad bonũ
eius. Bonum* poſuit pro bonitate. Vocat autem bonitatẽ Do-
mini ipſum Chriſtum, per quẽ experti ſumus bonitatem, &
beneficientiã eius. Alij bonitatem interpretantur gloriam, &
maieſtatem Dei. Neque deſunt, qui per bonitatẽ Dei intel-
ligant Spiritum ſanctũ, per *Dominum* verò æternum patrem,
cui bonitas tribuitur. *In nou ſſimo dierum*, id eſt, in nouiſſimis *1. Cor. 10.*
temporibus. Diem enim poſuit pro tempore, iuxtà illud A-
poſtoli, nos ſumus, in quos fines ſæculorum deuenerunt.
Conueniunt in hac explanatione omnes ſancti patres, &
Recentiores.

## ¶ *Ad morum compoſitionem.*

E*T poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominũ
Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & pauebunt ad
Dominum, & ad bonum eius, &c.* Multa hic ſunt
implicata. Primùm, patientia Dei, qua hunc po-
pulũ expectauit, & non condemnauit. Bene in- *Pſal. 85.*
quit Regius Pſaltes, Tu Domine miſerator, & miſericors, pa-
tiens, & multæ miſericordiæ, & verax. Et apud Iſai. ipſe in- *Iſa. c. 42.*
quit, Silui, & patiens fui. Homines ſimiles ſunt vaſis ligneis,
quæ, quandiu vacua ſunt, ſciſſuras ſuas non oſtendunt, quas *Simile.*
agnoſces, ſi liquorẽ, aut aquam infundas, Ita ſi vacui ſint ho-
mines potentia, videntur patientes, tegunt iram, at ſi poteſta-
tem accipiant, hac fluit ira, illuc impatientia in peccantes.
Nõ ſic Deus, ſed expectat ad pœnitentiã crebrò peccatores.

Secundò, Docet, irã non ſemper duraturam, ſed aliquando
finiendam, & pœnas, & ſupplicia finienda. Sunt enim aliqui
ita odientes, aut iraſcẽtes: vt nunquam finem imponant. Me-
minerint iſti quid dixerit quidam philoſophus, Odi tan- *Bias.*
quam amaturus.

Tertiò,

Tertiò, Obſeruate, quid ſint quæſituri, *Dominum Deum ſuum*. Sunt aliqui Domini, & reges, qui ſunt ſui; alij conſanguineorũ ſuorum, & amicorum: Deus vero tuus, non *ſuus*, ſed tuus eſſe voluit. Nam quid, quæſo, habet Deus tuus, quod non ſit tuum? Si cœlũ habet, tuum eſt, cuius influentiis viuis, ſicut & terra, quã dedit filiis hominũ, ſtellas vero creauit in miniſteriũ cunctis gentibus, ſe vero regnantẽ dat in præmium tuũ, medicus tuus eſt, ſocius tuus eſſe voluit, quidquid denique habet, tuum eſt, quidquid eſt tuũ eſt. Hoc conſiderans Aug. inquit, Deus tibi totũ eſt: ſi eſuris, panis tuus eſt: ſi ſitis, aqua tibi eſt: ſi in tenebris es, lumen tibi eſt: ſi nudus es, immortalitate tibi veſtis eſt. Et Bern. ait, Domine Deus noſter nõ eſt, qui ſimilis ſit tibi, munerator copioſiſſime, remunerator æquiſſime, liberator piiſſime, gratis reſpicis humiles, iuſte iudicas innocentes, miſericorditer etiam ſaluas peccatores.

*August. in Ioan. Serm. 19. Bernard. serm. 57.*

# CAPVT QVARTVM.

*AVdite verbum Domini filij Iſrael, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ.*

¶In hoc capite oſtendit vates noſter, Deum non ſine cauſa eſſe iratũ aduerſus filios Iſrael, ſed digna peccatis inferre ſupplicia, cum omnes, reiecta diuina lege, etiam ipſi principes, & ſacerdotes, multis, & magnis criminibus laxauerint habenas. Primũ autem in ipſo Capitis exordio attentionẽ captat, & docilitatẽ, dum rẽ cognitu neceſſariam oculis huius populi ſubiicit cõtemplandam, nempe Deum eſſe illos accuſaturũ, qui iuſtiſſimus eſt, & omnia nouit, qui potens ſit digna rependere peccatis, qui non odio, non ira, non propriis commodis, aut quapiam alia iniuſta ratione ad hoc iudicium ducatur: ſed ipſa criminum magnitudine, & multitudine quaſi compulſus. Captat etiam attentionem, dum ad filios Iſrael verba facit, qui rei ſunt, & in litem à Domino vocati ob peccata ab iiſdem patrata. Exorditur autem ab hoc verbo, *audite*, quod in Scriptura ſacra non niſi in re maxima, atque grauiſſima vſurpari ſolet. Vt apud Iſaiam, Audite verbum Domini principes Sodomæ. Et apud Ieremiam, Audite verbum Domini gentes. Et in Euangelio, Qui habet aures audiendi, audiat. Neque ſolum hoc verbo, *audite*, externas poſcit aures ſed internas mentis.

*Deus Iſraelitas mendacij, impietatis erga proximũ, legis ignoratæ & contemptæ reos facit eosq́; pœna propoſita ad reſipiſcentiã hortatur.*

*Iſa. 1. Ierem. 3. Luc. 20.*



Vnde *audire*, crebrò vſurpatur pro credere, & corde ſuſcipere, vt apud Deuteronomium, Audi Iſrael, id eſt, corde ſuſcipe, & crede omni verbo Dei. Atque apud Exodum Moſes inquit Domino, Ecce nõ audiunt me filij Iſrael, quomodo audiet me Pharao? Quib. in locis non eſt dubiũ, quòd audire pro credere vſurpetur. In eundem modum in hoc loco, *audite*, id eſt, credite, & corde ſuſcipite Et quid audituri ſunt? *Verbum Domini*, hoc eſt, rem quam Dominus decreuit facere. *Verbum* enim pro re frequentiſſime vſurpatur in ſacris Bibliis. Vt apud Iſaiam, Verbum, quod vidit Iſaias, id eſt, res. Et apud Lucam paſtores dicunt, Videamus hoc verbum, quod factum eſt, id eſt, rem nobis narratam Sic cum in libris Regum dicitur, Scripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſrael, ſenſus eſt, in libro verborum, id eſt, rerum geſtarum Sic rurſum, Excepto ſermone Vriæ, id eſt, facinore Vriæ Vox enim Dabbar, pro qua verbum vertitur, animi imprimis cogitatum ſignificat, deinde effatum ipſum. Hinc apud Hebræos quodlibet negotium, cauſa, aut factum, verbum appellatur, eo quod verbis ſoleat complecti, & narrari. Vno ergo verbò ſignificat hoc loquendi tropo, *Audite verbũ Domini*, audite, quid Deus decreuerit, rem, quam Deus facere ſtatuit. Hiſpane dicimus, *Oyod, lo que tengo determinado, y lo que he penſado.* Ita & his verbis, *Oyd lo que Dios tiene determinado, y penſado*, & credite, quod ita eueniet proculdubio. Obſeruandum eſt etiam ex Diuo Hieronymo Ierem. 23. & Iſaiæ 2. quod vbicunque Dominus proſpera pollicetur, ſiue poſt comminationem meliora promittit, ibi viſio dicitur, aut certe verbum Domini. *Filij Iſrael.* Ad eos homines, quorum res agitur, deſtinat ſermonẽ, ſcilicet, *ad filios Iſrael.* Verum quos includat ſub hac voce, *filij Iſrael*: non eſt certũ. Hinc recentiores omnem poſteritatem Iacobi hic implicatam aſſeuerant. Diuus tamen Hieronymus ad decem tantum tribus iudicat, fieri ſermonem, cum quo Gloſſa conſentit, quam ſententiam iudico, eſſe veriorem. *Quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ.* *Iudicium* hic ſumitur pro lite, ſiue contẽtione, aut controuerſia. In quẽ modum crebro ſumitur in Scriptura, vt apud Pſalmum, Iudica Domine nocentes me, impugna, &c. iudicare, pro litigare, aut in litem vocare ſumitur. Vox enim Hebraica Rib, contentionẽ, ſiue litem ſignificat, aut actionẽ cauſæ corã iudice. Hac conſideratione ductus, vertit Vatab. pro *iudiciũ eſt Domino*, lis eſt Dño, *cũ habitatoribus terræ*. Articulo Hebraice,

*Deut. 6.*

*Exod. 6.*

*Verbum pro ipſa re in ſcriptura ſumptum.*

*Iſa. 2.*

*Luc. 2.*

*3 Re. 14.*

*Hierony.*

*Pſal. 34.*

*Iudicio diſceptat Deus cum peccatoribus.*

Hebraicè,& Græcè,nomini terræ appoſitus, certã terrã in-
dicat,de qua ſermo fiat,eam nimirum,quam incolebant hi,
quos in litem vocat propterea Vatablus articulum appoſuit
dicent. *Cum habitatoribus terræ.* Eſt autem argumentum to-
tius actionis hoc,Dederat Dñs Iſraelitis regionem Ghana-
næorum cum omnibus rebus,& fortunis eorum poſſidendã:
hac tamen conditione,vt reiecta omni impietate(ob eam e-
nim Chananæos à ſua regione expulerat)Deum verum co-
lerent,& pietatem amplecterentur,& diuinam legem,vt ex
Deus. 11. Deuteron. conſtat. At ſi hæc Deo ſuo præſtare negligerent,
ſe futurum vindicem coram teſtibus cœlo,& terra, eſt Do-
minus atteſtatus. Quod etiã egregiè explicuit Regius Pſal-
Pſa. 104. tes dicens,Et dedit illis regiones Gentium,& labores popu-
lorum poſſederunt,vt cuſtodiant iuſtificationes eius,& legē
eius exquirant. Sed cum *filij Iſrael*,violata hac lege,& condi-
tione,ſceleribus ſe implicauerint,Deus ſuum ius repetit,&
cauſam iuſtiſſimam oſtendit, ſi ab hac terra eos detrudat,ſi
quidem conditiones appoſitas, cum eam illis tradidit, non
cuſtodierunt. Totius itaque huius orationis propoſitio,&
ſtatus,in quam cætera,quæ ſequuntur,deſtinantur, velut in
ſcopum,hæc eſt, *Iudicium Domino cum habitatoribus terræ*, ſub-
iectaque partitione eam confirmat quoniam nullum nõ of-
ficij genus violarunt, nullamque impietatem non ſunt in-
ſecuti.

## *Ad inſtituendos mores.*

A*Vdite verbum Domini filij Iſrael,quia iuditium Do-
mino cum habitatoribus terræ.*

¶Tria hic ſunt obſeruanda. Primum, Ecce
non damnat filios Iſrael,quamuis multis cri-
minibus irretitos,anteaquam in litem, ſiue iu-
Geneſ. dicium vocet,Quo docet reum nõ eſſe ante interrogatio-
nem damnandum. Peccat Adam, peccat Cain,& ante dam-
nationem interrogati ſunt à Deo de crimine. Hinc & ipſe
Aſſertor noſter, cum multa tuliſſet ante agonẽ Crucis op-
probria,cõtumelias, verbera,&c. noluit, pati ſine interroga-
tione iudicis,vt iudices doceret, ſemper accuſatum eſſe in-
terrogandum ante damnationem. Quam accuſationem af-
fertis aduerſus hominem hunc? Ac rurſum. Non audis,quan-
ta iſti aduerſum te dicunt teſtimonia? Item, Si tu es Chri-
ſtus



ſtus,dic nobis palam,dixerunt Chriſto iudices iniqui. Non
ergo decet,æquum iudicem damnare reum ſine interroga-
tione.

Secundo,Solet Dominus,anteaquam puniat,punitionem
ipſam vocare, *iudicium*, vt doceat iudicem,cogitare, pœnam
inſligendam re, ne vltra demerita puniat, ſed iuxta leges
ſancitas.

Tertio,In litem vocat *Habitatores terræ*. Ex D. Hieron. rectè
qui *habitatores terræ* ſunt,& non incolæ,ad iudiciũ prouocan-
tur. Nõ enim,vt inquit Apoſtolus habemus hic ciuitatẽ ma-
nentẽ,ſed futurã inquirimus, quapꝑter magis incolæ, & pe-
regrini debemus eſſe in hoc mundo,quã habitatores. Ac rur Pſal. 38.
ſu, Aduena ego ſum apud te,& peregrinus, ſicut omnes pa
tes mei. Optimè etiã ſe peregrinum agnouit partiarcha Ia- Gen. 47.
cob,ſiquidem interrogatus à Pharaone, Quot ſunt dies an-
norum vitæ tuæ? reſpondit, Dies peregrinationis vitæ meæ
centũ triginta annorũ ſunt. Quod etiã,cõfeſſos eſſe ſanctos
antiquos patres,teſtatur Apoſtolus? Iuxta fidẽ,inquit, defun Heb. 11.
cti ſunt omnes iſti,nõ acceptis repromiſſionibus,ſed à longè
eas aſpicientes, & ſalutantes,& confitentes,quia peregri- *Peregri-*
ni ſunt, & hoſpites ſuper terram. Sed quæres: Quorſum ſe *natio ve-*
peregrinos appellabant? Aut in quo cognoſcemus, eos fuiſ- *re dicitur*
ſe peregrinos? Quoniam quemadmodum, qui peregrinan- *hominum*
tur,quotidie de termino viæ cogitant ſuſpirantes,donec ad *vita &*
patriam perueniant,Ita & nos quotidie ſuſpirantes debe- *hoc noſtrũ*
mus,recogitare patriã noſtrã cœleſtẽ,& cõputare,quanta tẽ- *viuere*
poris erit peregrinatio noſtra. Sic cogitaſſe videtur Dauid. *quotidie*
Ait enim, Heu mihi,quia incolatus meus prolõgatus eſt. Ad *vita tran*
hæc peregrini onerati iter facere fugiunt, ne onus illis ſit *ſire eſt, ſi-*
impedimento,& opes mercatoribus tradunt transferendas *ue vo-*
in patriam,Sic & nos nequaquam decet,rebus huius ſæculi *lentes ſiue*
oneratos eſſe vt agiliores ſimus ad viam, dicẽtes cũ Paulo, *nolentes*
Habentes alimẽta, & quibus tegamur,his contenti ſumus, *per momẽ*
bonaq; noſtra mercatoribus regni cœleſtis tradere, videli- *ta tẽporũ*
cet pauperibus elargiri,vt cũ illuc nobis ventum fuerit,red- *ad finem*
dant. Sic enim inquit Chriſtus, Centuplũ accipietis,& vitã *dũcimur.*
æternã poſſidebitis. Sunt enim pauperes mercatores ſpondẽ- *Simile.*
tes,vt deferantur bona noſtra in cœlũ. Et obſeruandum, Pſal. 119.
quantum ſit diſcriminis inter huius ſæculi mercatores, &
pauperes. Mercatores pro ſecuritate aliquid accipiunt. vn-
de & minus reddunt,quam acceperant,videlicet quinque ex
centum ſibi auferunt, aut decem. Mercatores autem Dei

 centu-

centuplum reddunt, tantum abeſt, quod minus reddant. Et
cum tantus ſit quæſtus, ô hominũ cæcitatem, qui auariſunt
& ſegnes, vt ſua bona vindicent in ſecuritatẽ. Vnde hoc fra
*Ierem. 1.* tres mei? Quia ſunt *habitatores terræ,* nõ peregrini. Timeãt ve
runtamẽ audientes, quid hic dicunt ſcilicet, *Iudicium Domini*
*Apoc. 8.* *cum habitatoribus terræ.* Et apud Ierem. A facie Aquilonis exar
deſcunt mala ſuper habitatores terræ. Et Apocalypſi dicitur
*Iſa. 60.* Væ, væ, vę, ſuper habitatores terrę. Atque vt peregrini ſimus
obſeruemus, quid Dominus dicat apud Iſaiam de Ieruſalẽ,
Ædificabunt filij peregrinorũ muros tuos. Siue ad militan-
tem Eccleſiam, ſiue ad triumphantem referas Ieruſalem, Lo-
cus eſt optimus, atq; aperiens, quantũ emolumenti conferat
eſſe peregrinos in hoc mundo. Hi enim ſunt, qui ædificant
*Iob 27.* muros Eccleſiæ. Sunt enim lapides pretioſi, ex quibus con-
ſtruitur Eccleſia, bona opera. Qui in illa cumbunt? Peregri-
ni inquit. Item locus eſt apud Iob egregius, Lapidem caligi
nis, & vmbram mortis diuidit torrens à populo peregrinan
te. Quid torrens, niſi ille, de quo ait Regius Pſaltes, De tor-
rente voluptatis ſuæ potabit eos? Iſte torrẽs ſitim extinguit,
& voluptate afficit, nõ omnes ſine diſcrimine: ſed populum
peregrinantem, qui hic agit: vt peregrinus. hic diuiſus eſt ab
vmbra mortis, nẽpe ab inferno liberatur, & à petra caligi-
*Achelde-* nis, Sathana videlicet. Ad poſtremũ, vultis agnoſcere, quan-
*mach.* ta bona habeat, eſſe peregrinos? Quantũ ad efficientiã, vt v-
tamur terminis Scholæ, his ſolum prodeſt effuſio ſanguinis
Chriſti. Nã pretiũ eius in qua nã re cõſumptum eſt! Emerũt
inquit Matthæus, ex illo agrum figuli, in ſepulturã peregri-
*Mat. 27.* norum. Quid eſt ſepulchrũ! Locus, in quo corpora mortuo-
rum requieſcunt. Qui ergo habebunt requiem? Quib. prode-
rit pretium ſanguinis Chriſti? Peregrinis. In horum enim
ſepulturam expenderunt ſacerdotes triginta argenteos. Et
morte Chriſti quid emptum eſt? Regnum cœlorum, peregri
nis veruntamen ſolum. Det Dominus: vt viuamus, vt pere-
grini, vt in ſanguine Chriſti requieſcamus. Quadrat obſerua
tio in Euangelium, Ecce nos relinquimus omnia, & ſecuti
ſumus te, quid ergo erit nobis; Ac ſi dicant apertius, Nolu-
mus onerari, expediti ſumus, vt peregrini, reiecimus, quæ
poterant, nobis eſſe impedimento ad viam, quæ tendit in pa
triam. Quid ergo erit nobis? Vitam æternam, & centuplum
accipietis. Imitati enim eſtis eos qui merces ſecuras reddũt
aliquid ſoluentes iis, qui ſpondent abſque periculo trãſue-
hendas in portum, & ſi perierint, ſe integra reddituros, &c.





Item quadrat in Euangelium pro Mandato, in ea verba, Vt
tranſeat ex hoc mundo ad patrem. Tranſeat, inquit, quia
vita hæc via peregrinorum eſt, qua tendimus ad patriam, &
ita: velut peregrinus, ſemper erat in tranſitu. Quadrat etiam
in fer. 2. Reſurrectionis, in ea verba. Tu ſolus peregrinus es
in Ieruſalem? Cur apparuit ſub ſpecie peregrini Chriſtus?
Certè, vt oſtendat, eos variam adepturos reſurrectionem
corporis, & animæ, qui vitã hic degunt tanquam peregrini.

Quartò, docet hic locus, quanta ſolicitudine debeant ho-
mines, qui bona acceperunt de manu Domini, aduertere, ne
ſe tradant peccatis quando audiunt, *filios Iſrael* in litem vo-
cari, vt priuentur beneficiis à Deo acceptis ob peccata. Au- *Luc. 16.*
dimus etiam apud Lucã parabolã de diuite admonente vil
licũ quia diſſipaſſet bona ipſius. Villici ſumus, Non Domini
quorumcunque bonorũ, ſiue candidi ingenij. ſiue donorum
gratuitorum ſiue diuitiarum. Videat vnuſquiſque quomodo
illis vtatur, & timeat, ne in litem à Domino vocetur, quaſi
iniuſtus poſſeſſor.

¶ *Nõ eſt veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra.*

¶Non ſatis eſt: declinare à malo, vt quis iuſtus eſt: ſed ne- *Pſal. 33.*
ceſſũ ſit bonũ amplecti. Declina à malo, & fac bonũ ample-
cti. Declina à malo, & fac bonũ, ait Regius Pſaltes. Et penes
vtrũq; deliquit populus iſte. Non enim fecit bonum, nec *Duo offi-*
declinauit à malo. Et ſic prius obiurgat eum, quia in actio- *ciorum ge-*
nes virtutum non incubuerit. *Non enim veritas, non miſericordia* *nera.*
*non ſcientia* erat in hoc populo. Obſeruandum eſt etiam, duo
eſſe officiorum genera, vnum erga homines, alterum erga
Deum, & in vtroque defecerant filij Iſraęl, Defecerunt
in *veritate & miſericordia,* quæ ad hominum officia ſpectant.
Defecerunt etiam in *ſcientia Dei,* quæ ad cultum, & officium
Deo exhibendum attinere, nemini dubium eſt. Sed ſenſum
diſpungamus. *Non eſt veritas.* Hic *veritatem* ad proximum in
verbis non eſſe apud illũ populũ intelligit Lyranus: cũ quo
videtur conſentire D. Hieronymus. Hunc autẽ eſſe ſenſum
genuinũ, colligitur, quia veritatẽ contrapoſuit poſtea mẽ-
dacio dicẽs: *Maledictũ & mendaciũ inundauerunt* Cũ ergo mẽ-
daciũ: & maledictũ ad verba referantur: videtur etiã: quod *4. Eth. 7.*
veritas ad verba referenda ſit. Recentiores tamen: vt Vata-
blus: & alij per *veritatem* intelligunt conſtantiam in dictis
factiſq;. Cum itaque inquit, *Non eſt veritas:* idẽ eſt: ac ſi dicat.
Nemo eſt: qui ſeruet fidem proximo. *Veritatémque* in hunc
modum ſumpſit etiam Ariſtot. & virtutem eſſe: qua ma-

ximè homo commendatus,& vocatur verax, aſſerit. Tunc
autem verax,dicitur,cum homo medius eſt inter arrogan-
2. Ethic.7 tem,& diſſimulatorem,& dicit vnumquodque tale,quale eſt
tam vita quam verbis. Vnde inquit, benè huic veritati, quæ
mediocritas eſt circa verũ,arrogantia opponitur per exceſ-
ſum,diſſimulatio vero per defectum.Hoc ergo vno verbo,
*nõ eſt veritas*,homines iſtos,tum arrogantes,tum diſſimulan-
2.2.q.30 ar.10 tes eſſe detegit,& fidem frangere hominibus. *Et non eſt mi-
ſericordia*,ſiue in affectu cordis,vt diſpungit Lyranus. Licet
*miſericordia*, vt ait Diuus Thom. & deſumpſit ex Auguſtino
9.de Ciuita.Dei, non ſolum compaſſionẽ includit, verum &
ſubuentionem. Eſt enim *miſericordia* alienæ miſeriæ in no-
ſtro corde compaſſio, qua,ſi poſſumus,ſubuenire compelli-
mur. Vnde melius videntur diſpungere,qui per *miſericordiam*
beneficentiam intelligunt, Et ita Vatablus pro *miſericordia*
poſuit beneficentiam.Et hoc verbo implicatur ſuperbos eſ-
ſe filios Iſrael,audaces,crudeles,& ad contumeliam inferen-
2. Rethor. dam diſpoſitos.Hi enim,vt ait Ariſtot. non ſunt miſericor-
*In dilectio* des.Præterea,vt egregiè inquit Rupertus,ex eo quod in eis
*ne Dei pro* non eſt *miſericordia*,conſequitur,non eſſe dilectionem, ſiue
*ficimus* charitatem,non ſolùm in proximum:verùm etiam in Deum
*quando* Qui enim non miſeretur proximo,conſtat,quòd neque Deũ
*proximũ* diligat.Vnde Ioan:1. Can.c.3.Qui habuerit ſubſtantiam mũ-
*amamus* di huius,& viderit,fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſit
*quia qui* viſcera ſua ab eo,quomodo charitas Dei manet in eo?*Et non
*Deum nõ* *eſt ſcientia Dei*,id eſt cognitio Dei. *Scientia* enim large ſum-
*amat nec* pſit.Vnde Vatablus pro ſcientia Dei, vertit notitia Dei, &
*proximũ.* Theophylactus,cognitio Dei, & Theodoretus, notio Dei.
Io.1.c.3. Comprehendere autem videtur hoc verbo,*ſcientia Dei*, reli-
gionem,& pietatem erga Deum,quamuis Lyranus ſic diſpũ-
gat.*ſcientia Dei*, id eſt,directiua in agendis.Verùm quia hæc
tria,*veritas*, *miſericordia*,*ſcientia Dei*, ordine quodam attexun-
tur,quærunt expoſitores,quid aliorum ſit cauſa.Num ex eo
quod non eſt *veritas*,& *miſericordia*,conſequitur,quòd non ſit
agnitio Dei?An contra,quia non eſt agnitio Dei,conſequi-
tur,non eſſe *veritatem*,neque,*miſericordiam*.Prius videtur am-
plectendum,ſcilicet,ex ignoratione Dei ſubſequi,ergo non
Pſa.13. eſt *veritas*,neque *miſericordia*.Inquit enim Regius Pſaltes, Di-
xit inſipiens in corde ſuo,nõ eſt Deus,ac propterea,Corru-
pti & abhominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. Ex ignora-
tione Dei intulit morum corruptelam Dauid. Non reiicit
hanc explanationem Theophylactus,licet oppoſitam non
condemnet



condemnet,nempe,quod eam ob cauſam non ſit cognitio
Dei,& *ſcientia*,quia non ſit *veritas*, neque *miſericordia*. Quam
intelligẽtiam amplectitur Diuus Hieronymus dicens, Qui
veritatem non habuerit,& miſericordiam conſequenter, &
notitiam Dei non habebit.Et proculdubio ita eſt, quòd in- Ierem.22.
tegra Dei cognitio nequaquam cõſtare poteſt ſine virtuti-
bus.Vnde apud Ierem.dicit Dñs,Pater tuus comedit,& bibit
& fecit iudicium,& iuſtitias,tunc bene erat ei,iudicauit cau-
ſam pauperis,& egeni,tunc bene erat ei, nunquid non hoc
eſt,cognoſcere me,dicit Dñs?Obſeruate etiam vbi dicat,nõ
eſſe hæc,*in terra*,ſcilicet.Quid per terrã intelligit?Non ineptè
ait Theophylactus,Quòd ſi anima terrenis rebus affixa *terra*
nominetur vide,quod veritas,& miſericordia nõ ſit ſuper ta-
lem terrã.*Terram* ergo vocat ipſos homines,filios nẽpe Iſra-
el.Et ita diſpungit Rupertus dicens,*in terra*,id eſt,iiſdem ha-
bitatoribus terræ.Dicitur autẽ homo *terra* per ſynedochem.
Poſſumus etiam,per *terra* intelligere ipſam,quã incolebant
filij Iſrael,& per opinor,ſignificari,quod ipſa terra clamet ad
uerſus filios Iſrael,vt ob peccata puniantur. Ita enim apud
Geneſ.ait Dñs,Sanguis Abel fratris tui clamat ad me de ter-
ra.Et ſanctus Iob ait,Si aduerſum me terra mea clamat,& cũ
ipſa ſulci eius deflent.Quo verbo ſignificatur,iniquos poſ-
ſeſſores eſſe indignos,vt illis terra ad colendũ tradatur.Quem Geneſ.4.
admodum,enim ſeruus iniquum habens dominũ, cõqueri- Iob.31.
tur,& dolet,quod iniquo dño inſeruiat, Ita etiã ipſi agri,& Simile.
poſſeſſiones clamant,cum iniquos habeant poſſeſſores.Demũ
vt omnẽ lapidem moueamus,hæc verba, *Non eſt veritas, & non
eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei*,ad filiũ Dei referũt non-
nulli,ipſe.n.eſt veritas.Vnde ipſe ait in Euãgelio,Ego ſum
via,veritas,& vita.Ipſi etiam eſt *miſericordia*.Ait quippe Re-
gius Pſaltes,Dñs miſericordia mea.Eſt etiam agnitio Dei i- Pſal.
pſomet apud Ioanẽ dicente, Qui videt me,videt etiam &
patrem meum.Ipſe ego Chriſtus non erit in iſtis homini-
bus,quia *terra* ſunt,& terram ſapiunt,qui & poſtea ipſum fi- Ioan.14.
lium Dei non receperunt.Iuxta hanc ergo explanationem,
quaſi quoddam ſupplicium ſit in filios Iſrael ob ſua crimina,
eſt expendendus hic locus,quod *veritate* & *miſericordia*,& a-
gnitione Dei priuentur, ſcilicet filio Dei.Ita diſpũgit Theo-
phylactus, & ex parte videntur tetigiſſe Theodoretus, &
Rupertus. Verum aliquantulum videtur ex orta expoſitio
hæc,aut ſaltem myſtica,cum ſolum videatur, attexere no-

mina filiorum Iſrael, non ſupplicia prædicite eorum.

## *Ad morum compoſitionem.*

*Non eſt enim veritas non eſt miſericordia,& non eſt ſcientia Dei in terra.*

Rectè vtrúmque cõiungit, ſcilicet *veritatem cum miſericordia.* Nec *veritas* enim abſque *miſericordia* ſuſtineri poteſt, vt inquit D. Hieronimus hic,& *miſericordia* abſque *veritate* efficit negligentes. Vnde alterum miſcetur alteri non ergo *veritas* ſine *miſericordia* Deo placet. Vnde bene inquit Bernardus, de gradibus humilitatis. Inquirimus veritatem in nobis,in proximis,in ſui natura·In nobis, noſmetipſos diiudicando,in proximis,eorum malis compatiendo:in ſui natura,contemplando. Et cum ſint tres gradus ſeu ſtatus veritatis,ad primum aſcendimus per laborem humilitatis,ad ſecundum affectus producit,quo aliis miſereremur,ad tertium nempe, vt cognoſcamus veritatem in ſui natura puritas rapit,qua ad inuiſibilia ſubleuamur. Hinc crebrò Scriptura alterum alteri coniungit,ſcilicet *veritatem miſericordiæ.* Miſericordia,& veritas te non deerant,circunda eas gutturi tuo & deſcribe in tabulis cordis tui,& inuenies gratiam,& diſciplinam bonam coram Deo & hominibus. Sunt,qui ſolum ſcribant *veritatem*,nempe peccatum proximi, nunquam autem *miſericordiam* iungũt,qui quidem non inuenient gratiã. Neceſſum eſt enim,alterũ apponant, nẽpe *miſericordiam*, ne ſint atroces in crimina aliorum. Nam ſi vtrúmq; iungamus, faciliores erimus ad parcendum. Danda nobis eſt opera,vt Deum imitemur,quia veritatem exquiſiturus à nobis,ſtatim miſericordiam habet ante oculos. Miſericordia, & veritas tua ſemper ſuſceperunt me,ait Dauid. Si enim reſpiceret ſolũ veritatẽ in nobis actũ eſſet de nobis. Ne perdat nos, *miſericordia veritatem* temperat. Et obſeruate,quòd qui *veritates* ſeruat in proximo,& obliuiſcitur *miſericordia terra* hic vocatur. *Non eſt veritas,neque miſericordia in terra*,id eſt, in homine, qui alterum non coniungit cum altero. Sed qui alterum alteri copulauerit, non *terra*, ſed ſpiritualis vocatur ab Apoſtolo, Fratres ſi aliquis præoccupatus fuerit in aliquo delecto, vos,qui ſpirituales eſtis,inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Videtis,quo pacto veritati cõiungit Apoſt. lenitatem? Et proculdubio,quemadmodũ forcipes duo habent

*Hierony.*

*Bernard.*

*Notandũ duo hæc in ſcripturis ſacris cõiungi miſericordiã & veritatem hoc eſt fidelitatẽ & Iuſtitiam ſine hæc deo ſiue hominibus tribuantur vnũ enim ſine altero perfecte ſtare non poteſt.*

*Prou.3.*

*Pſal.39.*

*Galat 6.*

*Simile.*



bent brachia,& neceſſaria,ſunt adextrahendũ ſpinam atque alterũ ſine altero nihil efficiet,Ita vt extrahamus peccatum à corde,ſpina vocatur à Regio Pſalte, Dum cõfigitur ſpina inquit,id eſt,peccatum,neceſſum eſt, *veritati* apponamus *miſericordiam.* Hinc Salomõ ait, Miſericordia,& veritate redimitur iniquitas. Certè ſi ſolum veritatem apponamus vulneri atrocius, & peius redditur vulnus. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ 21. poſt Pentecoſt. in ea verba, Nónne oportuit,te miſereri conſerui tui,ſicut & ego tui miſertus ſum? Veritatem certè dixerat proferẽs, Redde quod debes: verùm à Domino eſt reprehenſus,quia ſine *miſericordiæ veritatem* protulit.

*Prouerb. 16.*

*Æquitate & iuſtitia expiatur delictum.*

Secundò,etiam *miſericordia* ſine *veritate* non placet Deo. Tunc enim miſericordia,vt ait Diuus Hieronimus, efficit negligentes. Ex qua expoſitione Hieronymiana colligitur,grauius eſſe crimẽ, *veritatẽ* ſequi abſq; *miſericordia*,quã *miſericordiã* abſq; veritate nã prior inquit ſcilicet veritas abſque miſericordia ſuſtineri nõ poteſt de *miſericordia* autem *veritate*, ꝙ efficiat negligẽtes. Minus ergo malũ eſt, *miſericordiam* eſſe ſine *veritate*, quàm *veritatem* ſine *miſericordia.* In huius rei typum obſeruate,quid dicat Iſaac benedicẽs filio ſuo Iacob,& quid etiam faciat Accede,inquit ad Iacob,vt tangam te. Qui cum acceſſiſſet,palpato eo,dixit, Vox quidem Iacob, tactus autẽ Eſau, Quis Iacob? Lenis, Eſau piloſus,& hyrſutus. Duo ergo ſunt hic,ſcilicet aſperitas,& lenitas, *miſericordia* videlicet, & iuſtitiæ rigor. Et cum in eo vtrunque inuenit,dixit benedicens, Eſto Dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij matris tuæ. Quid Iſaac adũbrat niſi Deum? Quid Iacob niſi iudicem prælatum,& Epiſcopum? Quis ad hoc eſt eligendus? quis benedicendus,vt ante Deum curuentur filij matris ſuæ,id eſt, Eccleſiæ, cuius omnes fideles ſunt filij? Qui vtrúmque habuerint,lenitatem,& aſperitatem, *miſericordiam*,& *veritatem.* Hinc apud Iſaiam, Væ ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Aduerſus iniquos iudices eſt comminatio, qui bifariam delinquunt,aut dulce,id eſt, *miſericordiam* in rigorem iuſtitiæ, ita enim eſt *miſericordia* dulcis, vt nihil ea dulcius inueniamus. Ait enim Diuus Bernardus Deo, Miſericordia tua ſapit dulcius. Ac rurſum, Magnæ miſericordiæ, inquit, ſunt quatuor filiæ, ſcilicet amiſſio amaritudinis, &c. ergo ſi non habet amaritudinem, dulcis erit miſericordia. Reprehendit ergo Deus, qui dulcedinem miſericordiæ vertunt in aſperi-

*Hierony.*

*Gene.27.*

*Iſaiæ.50.*

*Bernard.*

aſperitatem veritatis, aut contra, qui omnem amaritudinem
*veritatis* vertunt in dulce, hoc eſt omnino obliti *veritatis miſe-*
*Amos 5.* *ricordiam* amplectuntur. Apud Amos ait Deus contra iudices,
Conuertitis in abſynthium iudiciũ, & iuſtitiam in terra re-
*Cant. 6.* linquitis. Et apud Cantica etiã ait Sponſa, Deſcendi in hor-
tum nucum. Quid hic ſignificat: niſi ſimilem eſſe nucibus
habentibus dulcedinem, & amaritudinem? Externum amarũ
eſt, internũ, ſcilicet nucleus, dulce. Vtrumque ergo ait, ſe ha-
bere, amaritudinem *veritatis*, & dulcedidem *miſericordiæ*, cum
deſcendit, vt erigat, qui per peccatũ ceciderat. Peccatũ enim
caſus eſt. Videte, quo pacto vtrumque Deus coniungit puni
turus. Dolore cordis tactus intrinſecus, dixit, Delebo ho-
*Geneſ. 6.* minem, quem formaui. Quadrat obſeuatio in Euangelium
Vos eſtis ſal terræ. Quorſum vocat homines ſale condien-
dos terram? Vt doceat, fragilitatem hominũ eſſe conſpiciẽ-
dam ante aſperſionem ſalis, quam fragilitatem, ſi conſpexe-
*Leuit. 11.* rimus, non erimus amariſſimi. Neque rurſus dixit, Vos eſtis
mel terræ, ſed ſal. Nam mel offerri in ſacrificiis prohibuerat
*2. de ani-* Dñs. Non quicquam mellis adolebitur in ſacrificio Dñi, Sal,
*ma. tex.* teſte Ariſtotele, vtrumque habet, & ſiccus eſt actu, & humi-
*102.* dus virtute. Iudex non erit ſal Dei, ſi tantum ſiccus ſit, hu-
midus ſimul eſſe debet; *porque no tener iugo ninguno, no ſe puede*
*ſufrir.*

*O vitæ* Tertiò, *Non eſt ſcienta* De Directiua, inquit Lyranus, in a-
*Philoſo-* gendis. Ergo quæ nos dirigere debet in omnibus; quæ agi-
*phia dux,* mus, *ſcientia Dei* eſſe debet. Hæc dux noſter, ne pereamus, &
*inquit Ci* erremus. Hinc optimè ſancti Patres eam vocant ſpeculum
*cero. 5. Tu* noſtrũ, vt D. Hierony. & D. Gregor. Hieronymus inquit ad
*ſcul.* Demetriadem, Vtere lectione diuina, vice ſpeculi, fœda cor-
*Hierony.* rigendo; pulchra conſeruando; & pulchriora faciendo. Scri-
*in Epiſto.* ptura enim ſpeculum eſt, fœda oſtendens, & corrigi docẽs,
*ad Deme* Et Greg. lib. 2 Moral. c. 1. Scriptura ſacramentis oculis, quaſi
*triadẽ, &* quoddam ſpeculum opponitur, vt interna noſtra facies in
*Grego.* ipſa videatur. Ibi etenim fœda ibi pulchra noſtra cognoſci-
*Moral. li.* mus. Videte totum caput hoc, eſt enim egregium. Attendi-
*7. cap. 27.* te etiam, quo pacto ſe intuebatur Regius Pſaltes in hoc ſpe
*Pſa. 118.* culo. Ait enim, Tunc non cõfundar cum perſpexero in om-
*Chryſoſto.* nibus mandatis tuis. Quid mandata, niſi lex? Quid lex, niſi
*in c. 22.* *ſcientia Dei*? Ne ergo periret, quid elegit? Speculum ſcientiæ
*Matthæi.* Dei. Imò nihil nos magis ſimiles facit angelis; quàm *ſcientia*
*Dei*. Vnde Chryſoſtomus, Inuenit ibi ſpirituales eſcas quæ
per-



perducant hominem ad Angelorum naturam, & qui eſt vul-
neratus è diabolo, inuenit ibi cibos medicinales, & ſalutem *Pinguiſſi-*
per pœnitentiam. Hinc Ezechieli porrigitur liber Scriptus *mus ſermo*
intus, & foris; & in eo lamentationis carmẽ, & væ. Quid hic *Dei eſt om-*
liber adumbrat, niſi Scripturam ſacram; in qua eſt *ſcientia* *nes habẽs*
*Dei*? Eſt autem ſcriptus intus, & foris, id eſt, habet & intelli- *delicias.*
gentiã literalem, & myſticam. Et quæ ſunt hæc? lamentatio *Ezech. 2.*
carmen, & væ? Quid eſt lamentatio? Dicat Greg. homi. 5. ſu-
per Ezech. pœnitentiæ peccatorũ. Carmen vero gaudia iu- *Gregor.*
ſtorum. Væ autem, quia illic expreſſa eſt dãnatio reproborũ.
Meritò ergo reprehdũtur filij Iſrael, quia hoc ſpeculũ Scri- *1. Mal. 2.*
pturæ, quod habebant, non ponebãt ante oculos ſuos, vt ſe,
& opera ſua cognoſcerent, quæ deflẽda, quæ alacriter adim-
plenda, quæ fugienda. Secus Ionathas, & ſeniores Iudæorũ
faciebant, qui dicebant Sparciatis in Epiſtola. Nos habẽtes
ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manib. noſtris. Sũma ergo
ſit, Diligenda eſt *ſcientia Dei*, & iuxta eã nobis viuendum, a-
lioquin iudicium Dño erit contra nos. Quadrat obſeruatio
in Euangeliũ Sexageſimæ in ea verba, Exiit ſeminare ſemẽ
ſuũ. Quid ſemen? Verbũ Dei, vel ſcientia Dei. Quem fructũ
affert? Quem confert ſpeculum. Mundat, pulchra conſeruat
eáque pulchriora reddit. Quid præterea facit? Docet, quæ
ſunt lamentanda, quæ lætanter facienda, quæ cum tremore *Luc. 8.*
fugienda. Et qui ita faciunt, ferunt fructum multum; de quo
Lucas, c. 8.

Quartò, videte, quid pręcedat cognitionem Dei, *veritas, &*
*miſericordia*. Abſque his enim nequaquam exactè Deum co-
gnoſcemus. Vnde Dauid ait, *Miſericordia, & veritas* præcedẽt *Pſal. 88.*
faciẽ Domini. Quid facies, niſi notitia, vt ait Gregor. Per fa-
ciem hominem cognoſcimus. Antea ergo, quam notitiam
Dei habeamus, *veritas, & miſericordia* inquirendę nobis ſunt. *Simile.*
Hæ enim ſunt alę, quibus animus ſubleuatur ad cognoſcẽ- *Ierem. 22.*
dum Deum. Et quemadmodum auis ſine alis volare ad arbo *Qui ſe pu-*
rem, in qua quieſcere poſſit, nõ valet, Ita nos ad Deũ intuẽ- *tat ali-*
dũ ſine *veritate & miſericordia* nõ poterimus aſcendere. Hinc *quid ſcire*
apud Ieremiam dicitur; Pater tuus fecit iudiciũ, & iuſtitias, *nondũ co-*
tunc bene erat ei, iudicauit cauſam pauperum & egeni, tunc *gnouit*
bene erat ei. Nunquid nõ hoc eſt, cognoſcere, dicit Dñs, Nõ *qualiter*
ergo gloriẽtur homines, ſi alta nouerint; diſcurere, & illa nõ *eum oper-*
opere complent. Nã quemadmodum malũ citreũ nõ come- *teat ſcire.*
ditur per ſe, ſed cum perdice, Sic ſcientia per ſe inutilis eſt *Simile.*
eſca abſque virtute. Bene etiam D. Bernardus ait, Sicut ſol *Bernar.*

 non

non omnes, quibus lucet, calefacit, Sic ſapiẽtia multos, quos docet quid ſit faciendum, non continuò etiam accendit ad faciendum. Et ſicut multas diuitias ſcire, non facit diuitem; ſed eas poſſidere, Sic ſapientia ſine operibus nõ hominem ditat. Paulus, Non in ſermone regnum Dei eſt, ſed in virtute. Et apud Lucam, Negotiamini, inquit, dum venero. Non ait, Dicite, ſed negotiamini. Qui tantum garrulantur ſapienter loquentes, ſimiles ſunt computatorib. regiis, qui cum opes, & diuitias numerent, nihil ſibi aſſumunt, Ita hi qui ſcientiæ arcana callent tantùm, pauperes ſunt, & miſeri. Et dolendũ eſt, computatores regum ditefcere in hoc ſæculo, non autem cõputatores regis cœleſtis. Quadrat obſeruatio in Euangelium de Confeſſoribus, Sint lumbi veſtri præcincti; & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Sunt, qui tantum ore habent lucernas, non manibus. Hi non placent Domino. Manibus, hoc eſt, operibus lucerna accipiẽda eſt. Apud Ezechielem enim dicitur viro, Imple manum tuam prunis, quæ ſunt inter Cherubim, & effunde ſuper ciuitatẽ, & Cherub extendit manum ad ignem, & dedit in manus viri. Quid Cherub? Plenitudo ſcientiæ, quæ eſt in ſcriptura, in ore. Quoniam is eſt gratus Domino, qui non ſolum verbo, ſed etiam actione ſumit prunas, illas, ſcilicet, de quibus ait Dauid, Ignitum eloquium tuum vehementer. Sub ali etiam Cherubim vidit manus hominis, qui alas attolebant, quia per bona opera ſubleuantur intellectus, & voluntas, quę alæ ſunt, quibus volamus ad cognoſcendum Deum. Quadrat etiam obſeruatio hæc in Euangelium Doctorum, in ea verba, Vos eſtis lux mundi. Nam prius dixit, Vos eſtis ſal, vt opera amplectenda doceret, deinde, Vos eſtis lux mundi, vt ſapientiam etiam neceſſariam eſſe oſtenderet. Item, Vos eſtis lux, non quæ ſolum luceat, ſcilicet verbo, ſed quæ calefaciat exemplo.

*Luc. 19.*

*Simile.*

*Luc. 12.*

*Ezec. 10*

*Scientia ſtomacho animæ indigeſta ſi non fuerit igne charitatis, decocta malos humores generat.*

*Pſal. 113.*

Quintò, videte ordinem. Præpoſuit *veritatem & miſericordiam ſcientiæ Dei*, quia pretioſiora ſunt opera virtutum ſcientia. Vnde rex Dauid; Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. Prius quæſiuit bonitatem, quàm ſcientiam.

¶ *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.*

¶ Oſtenderat verbis ſuprapoſitis, filios Iſrael defeciſſe ob ſeruatione earum rerum, quæ ad proximum ſpectant, ...



ad diuinum cultum Nunc oſtendit Vates, vlterius fuiſſe progreſſos, & non ſolum culpandos ob omiſſionem diuinorum præceptorum, verùmetiam, quia patrãdis multis, & magnis criminibus permiſerunt habenas. Quæ omnia crimina acutiſſimè percurrit. *Maledictum &* Refert hoc verbum Lyranus ad detractionem proximi; & vituperium, quæ duo ſub hac voce *maledictum*, opinatur, comprehẽdi. Et videtur, ſumpſiſſe à Diuo Hieronymo, qui ait, pro veritate mendacium, & pro miſericordia maledictum. Cùm ergo miſericordia referenda ſit ad proximum, videtur, ꝙ etiam, quaſi contrarium *maledictũ* ad eundem proximum ſit referendum. Vatablus tamen expendens iuxtà veritatem Hebraicam hoc verbum *maledictum*, vnà cum ſequentibus, ſcilicet, *mendacium, homicidium, furtum, & adulterium*, vertit per infinitiuũ modum; peierare; mentiri, occidere, furari, & mechari, quæ voces actu vigere crimina oſtendunt, & maximè frequentari. Atque vt de hac voce *maledictum* dicamus, ſentit Vatablus, quem ſequuntur recentiores aliqui, ſignificare ea iuramenta vana, & irrita, quæ per execrationes, & imprecationes fiũt. Hebraicè enim eſt verum infinitum Alah, quod ſignificat cum imprecationibus, & deteſtationibus iurare, quod Græcus interpres rectè vertit, ara. Solet autem hæc forma eſſe ſic peierantis, Si hæc feci, aut dixi, hæc mala deſcendant in caput meum, aut mihi eueniant. Cùm itaque inquit *maledictum*, iuramenta; irrita, quæ contra ſe faciebant, comprehendit In hanc expoſitionem videtur; conſentire Theophylactus. Vertit enim pro maledicto, execratio, niſi poſtea explicuiſſet, quid vocet execrationem, ſubiungens, id eſt, conuitium Neque tamen propterea explodendam eſſe Hieronymianam expoſitionẽ cenſeo, dum ait, pro miſericordia maledictum; quo verbo fortaſſe imprecationes, & execrationes in proximos collatas comprehendit. Vt Deus te perdat; diabolus te arripiat, & ſimilia, quæ homines imprecare ſolent, iis, quos oderunt, vel ſibi aliquando nocumentum intulerunt. *Et mendacium.* Licet Lyranus ſolum ad verba referat, melius dicemus, etiam extendi ad infidelitatem, dum quis negat depoſitum, quod accepit, aut quod ſibi creditum eſt, aut quouis alio modo fallit, ſiue decipit. Mentiri enim crebrò ſumitur in ſacris Bibliis pro fidem datam frangere. Vt filij alieni mentiti ſunt mihi. Et pro fallere quouis modo; vt 4. Reg. 4. mulier dixit ad Heliſæum, Noli, quæſo, Dñe mi, mentiri ancillæ tuæ, id

eſt

*Lyranus.*

*Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliã quæ ſi petulãtius iactatur conuitium ſi facetius Vrbanitas nominatur. Cicero.*

*Mendaciũ ex Aug. eſt falſa vocis ſignificatio cũ voluntate fallendi.*

*Pſal. 17.*

*4. Reg. 4.*

eſt, ne fallas ancillam tuam. *Et furtum*, Non oſcitanter attexit crimina, quæ in proximos patrarant filij Iſrael, ſed diligentiſſimè. Vnde omnia, quæ in proximos commiſerunt, refert Poteſt autem homo, variis modis nocere alteri, videlicet verbis, in honore, *mendacium, & maledictum* proferendo, facto, nocumentum inferendo corpori, vt *homicidium*, in rebus poſſeſſis, vt *furtum*, in perſona ſibi coniuncta, vt vxore, & hæredibus, & hoc comprehendit *adulterium*, propter quod crebro falſi hæredes ſupponuntur. Hæc ergo omnia hic complexus eſt ſub his verbis *maledictum, mendacium, homicidium, furtum, & adulterium*, ac ſi apertius dicat, Nihil poteſt excogitari, quod proximum lædat, quod hi non commiſerint. Neque ſolum hæc peccata vtcunque patrarunt, aut bis, aut ter: ſed ſupra modum increbuerunt. *Inundauerunt*, inquit, quod verbum appoſuit, vt inquit D. Hieronymus, vt delictorum abundantiam demonſtraret, propterea non dixit, *Maledictum, mendacium, &c.* ſunt, ſed *inundauerunt*. Et vox Hebraica, quæ hic eſt, erupuerunt, pro *inundauerunt*, venuſtiſſima ſimilitudine explicuit huius populi impudentiam in patrandis his peccatis. Nam ſicut aquæ inundantes exeunt extra alueũ, & proprias ripas, Ita iſta crimina, vallum legum, & maceriem loci, temporis, & timoris ruperunt. *Et ſanguis ſanguinem tetigit.* Non eſt facilis huius loci expoſitio. Vnde varie exponunt doctores. D. Hieronymus expendit, vt augerent peccata peccatis, & nouis vetera cumularent. Quam explanationem refert Rupertus dicens, quia ſolet, ſanguinis nomine peccatũ deſignari, vt in Pſalmo, Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. Recte quidem intelligitur. Ac ſi dictum eſſet peccatum peccato ſuper additum eſt, vel appoſitũ eſt. Refutat tamen deinde eam, quia nihil aliud dictum fuiſſet hoc ſenſu, quàm præcedentia ſonuerunt. Nam dicendo, *maledictum, mendacium, &c. inundauerunt*, quid aliud ſonat, quàm peccatum peccato ſuper additum? Vnde, reiecta hac expoſitione, ait, his verbis conſanguinitatem culpari, quia contra legem Dei eſt dicentem, Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat. Tenet Rupertus Gloſſ. expendens, Conſanguineus conſanguineum polluit per adulterium, vel fornicationem. Verum hæc explanatio nequaquam eſt admittenda, & magis erat ad ſcopũ, quàm Hieronymiana à Ruperto reiecta. Tenet Interlinearis cũ Diuo Hieronymo, quæ expoſitio videtur amplectenda. Quia cum omne peccatum animam occidens *ſanguini* comparetur, non inepte peccatũ *ſanguis* vocatur. Vnde *ſanguinem* tãgere *ſanguinem*, eſt, peccatum peccato iungere. Et apud Iſaiam, Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem. Sanguinem pro peccato ſumun. Vrget tamen obiectio Ruperti, quoniam iam explicuerat hac voce *inundauerunt*, ergo aliquid aliud eſt hic implicatum. Lyranus ad veram *ſanguinis* effuſionem refert, quod homines mutuo *ſanguine* fœdabantur. Theophylactus ad cædem torquet *ſanguinem*. Ac ſi dicat, Cædes cædi fuit continua. Cum quo conſentit Vatablus, licet nonnihil addat. Ait quippe, quaſi dicat, Continuæ cædes ſunt in hac terra, mutuis vulneribus ſe percutiunt. Sunt, qui per *ſanguinem* quaſcunque iniurias intelligant, quaſi vno verbo perſtringant omnia iniuriarum genera, quæ in proximos exercebant. Semper tamen vrget obiectio Ruperti, quod aliquid noui hic ſit incluſum: ſiquidem multitudinem peccatorum hac voce, *inundauerunt*, implicauerat. Poſſumus tamen reſpondere præ aliis bis referri *homicidium* ob eius grauitatem. Nam, vt inquit Diuus Thom. multis locis, ex peccatis, quæ in proximum committuntur, grauius eſt *homicidium*, quia maius nocumentum infert, ſiquidem vita priuat.

*Furtũ eſt contrectatio rei alienæ mobilis & corporis fraudulosa inuito domino lucri faciẽdi gratia ſiue ipſius rei ſiue vſus rei ſiue poſſeſſionis. l. 1. ff. de fur. §. 1.*

*Simile.*

*Hierony.*

*Pſal. 50.*

*Leu. 18.*

*Iſa. 33.*

*Sanguinis vno nomine iniuriæ quæ cũq; accipiuntur.*

*12. q. 10. art. 6. & 22. q. 72. art. 3. c.*



*¶ Ad morum compoſitionem.*

M*Aledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.* Obſeruate ordinem. Prius quæſiuit, an eſſet veritas, & miſericordia, & ſcientia Dei, quam *maledictũ, & mendacium, & homicidium.* Quid hoc Domine? Poteras quærere prius *maledictum, & mendacium, &c.* quæ ſi quæſiuiſſes, & inueniſſes nõ eſſet, cur quæreres veritatem, & miſericordiã, & ſcientiam tui, cum ob peccatum lethale dignus ſit homo gehenna ignis. Quid hic nos docere voluiſti? Duo inuenio. Primũ eſt, in ꝓximis priꝰ quærenda eſſe bona, quàm mala. Contra quod homines facere ſolent, mala quærentes, quæ reprehendant: non bona, quæ excuſent proximum. Sic & apud Iſaiam ait Dominus, Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas. Non ait, A planta pedis vſque ad verticem totus eſt vlceratus: ſed non eſt ſanitas, quia, an aliquid ſanum eſſet, prius quæſiuit

*Iſa. 1.*

uit. Quod enim ſanum eſt, prius intuendum eſt, & quærendum in proximis, quam vlceroſum. Sic & apud eundem Iſaiam, cap. 5. Quid eſt, quod vltra facere debui vineæ meæ? An quod expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas: expectaui, vt faceret Iudicium, & ecce iniquitas, & iuſtitiam, & ecce clamor? Domine quære prius labruſcas, quàm vuas; prius iniquitatem, quam iudicium: prius clamorem, quàm iuſtitiam. Nequaquam ita faciẽdum eſt. Prius bona proximorum quærenda ſunt quàm mala. Licet homines ſecus faciãt imitantes vultures, & coruos, qui vlcera quærunt: non quod ſanum eſt. Præcipit Dominus, Vulturem, & miluum, & omne coruini generis, non comedetis. Quid vultures, & milui,

*Deut. 14.*

& corui, niſi homines adumbrant, qui quod vulneratum eſt, ſuis roſtris laniant, vt inde paſcantur, non quęrunt quod ſanum eſt, ſcilicet, virtutes? Atque apud Cantica, Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarũ,

*Can. 1.*

ait cœleſtis Sponſus. Quid pulchritudo hic vocatur, niſi charitas, vt inquit D. Gregorius? Et quoniam duplicem habebat Sponſa charitatem, ad Deum videlicet, & proximum, bis pulchra eſſe perhibetur. In charitate proximi, oculos dicitur habere columbarum, non vulturis. Quia ſicut columba in amore pro cantu gemitum edit: Sic & dum intuetur proximiorum opera Sponſa, gemit, videns aliqua iniqua, & eligit ſelectiora grana in cibum, vt inquit Gloſſa. Ac ſi apertius dicat, Non praua, & iniqua, &c. hoc enim corui faciunt; tu, ſi quid candidum ſit, intueris in proximo, non vulnus, vt miluus.

*2. Re. 16.*

Sic intuebatur Semei dicens, Egredere vir ſanguinum, id eſt, interfector Vriæ. O Semei, non reſpicis bona opera

*2. Re. 10.*

Dauid, vt fuerit merentium conſolator, mittátque, qui conſolarentur Hanon? vt fuerit feruens ad exhibendum cultum Deo: vt fuerit æquiſſimus? Non, quia coruus erat: nõ columba. In eundem modum Phariſæus vulnera reſpiciebat publicani? Non ſum, ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, velut hic publicanus. Non autem aſpexit cordis contritionem, humilitatem, orationis feruorem. Et quippe miluus, non columba.

*Taxantur hic ſuperciloſi homines qui peccata hominũ non memoris affecte contemnant.*

Secundò, obſeruate, vt vtrumque conſiderat Dominus, & bonum, ſi quod erat filiis Iſrael. Dixerat enim, *Non eſt veritas, non eſt miſericordia, &c* & malum etiam, nempe peccata maledictum, & mendacium apponit, quo duo hominum genera comprehendit, vel eos, qui tantum bona conſiderant in aliquo, vt ſaluent, vel, qui tantum mala conſiderant, vt illum damnent.



Non ſic faciendum eſt: ſed vtrumque eſt conſiderandum. Quemadmodum lanx duo habet fercula ad cognoſcendum pondus rei, Ita & homo duo debet conſiderare & bona proximi, & mala, vt vel ne omnino laudet, vel ne omnino vituperet. Dan. 5 Appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens, dixit manus ſcribens in pariete, quoniam non inueniebat, quid poſſet ſaluare. Et Regius Pſaltes ait, Mendaces filij hominum in ſtateris ſuis. Non enim æquè librant in ſtateris bona, & mala. Secus Deus appendebat opera Ioſaphat. Nã vates Iehu dicit ei, Irã quidẽ Domini merebaris: ſed bona opera inuenta ſunt in te. Et Apo. 2. Scio opera tua, & laborẽ tuũ: ſed habeo aduerſum te pauca, quod charitatẽ primã reliquiſti. Memento itaq; vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, ſin autem, mouebo candelabrum tuum de loco ſuo. Vides, quo pacto & bona, & mala contemplatur, ne puniat, & ſpatium dat ad pœnitendum.

*Simil.*

*Dan. 5.*

*Pſal. 61.*

*2. Pa. 19.*

*Apoc. 2.*

Tertiò, Videte, vt pauciora bona exquirat, tres ſcilicet virtutes, & inuenit multò plura ſcelera, nempe ſex, *maledictum, mendacium, homicidium, furtum, adulterium, ſanguis ſanguinem tetigit.* Quo detegit, nos proniores eſſe ad malum, quam ad bonum. *Aũ no corre a medias con nos otros Dios*, quod maximè efflagitat Apoſtolus, vt ſaltem non minus Deo inſeruiamus, quàm vitiis inſeruimus. Sicut exhibuiſtis, inquit, membra veſtra, ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibere membra veſtra, ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Vides, quo pacto poſtulet D. Paulus à Iudæis, vt ſaltem in tot virtutum actiones incumbant, in quot peccatorum incubuerant homines? Pauciora tamen videmus, Deũ inquiſiſſe. Tria enim tantum attexit virtutum genera, cum ſex vitia appoſuiſſet.

*Eadẽ diligentia quæ proni ſumus ad peccata currẽdum eſt ad pœnitentiam.*

Quartò, Obſeruate etiã modum loquendi. De virtutibus ait, nõ eſſe veritatem, neque miſericordiam, neque ſcientiam Dei. De peccatis autem, quod inundarunt. Æquum erat Domine, etiam quæſiſſes, an veritas, & miſericordia, & cognitio Dei *inundaſſent*, quemadmodum peccata. Cur ergo tantum ais, nõ eſt veritas, nõ eſt miſericordia? Vt doceas, perfectius abſolui ab homine peccatũ, quàm virtutis opus. Vtinã Domine inundaſſet miſericordia in pauperes, id eſt, illis larga manu conferrent diuites cibum, veſtitum, &c. vt inundat iudus, venerea voluptas, &c.

*Inundauerunt proculdubio & præcipuè homicidia vt videre eſt 4. Re. 22. & 25. 15. & 16.*

Quintò *Inundauerunt.* Inundatio impetum dicit vehementem, cui vix poteſt quis reſiſtere. Cauendum ergo eſt

à praua

à praua conſuetudine, quia certe nos obruet, & ſubuertet, quemadmodum Inundatio omnia rapit & vaſtat.

Sextò. Venuſtiſſimè dixit, *inundauerunt*. Debet enim peccatum ſuam habere maceriã, & vallum, ſuas Ripas, & littora, extra quæ non exeat. Sunt autem hæc lex, locus, tempus, modus, timor Domini. Lex enim quoddam vallum eſt, quod non decet tranſgredi. Ita apud Iſaiam ait, ſe ſepiſſe vineam ſuam. Ac deinde ait, Auferam ſepem eius. Quid ſepis, niſi lex, quam Iudæis tradiderat? Item locus ſeipis eſt, ne illic cõmittatur peccatum, vt locus ſacer, tempus, vt dies feſtus. Et quoniam filij Iſrael nec loci nec temporis ſanctitatem conſiderabant, ſed in omni tempore, & loco quolibet committebant peccata, ait, ea *inundaſſe*.

*Propugnacula amicæ aduerſus peccata.*

*Iſa. 5.*

Septimò. *Inundauerunt*. Exſpectauit ergo diu, & non ſtatim puniuit. Docet hic locus, patientiam amplectendam, & non ſtatim puniendum peccatorem, quamprimum peccatum patrat. Eſt quippe pronior ad miſericordiam, & facilior, vt parcat, Deus quam vt puniat. Peccant primi parentes, & eos puniturus Deus ait Scriptura, quod venit ad auram poſt meridiem. Quid eſt, veniſſe ad veſperam Deum, vt puniat, niſi quaſi inuitũ punire? Poteras quidem Domine, diluculo venire, noluiſti tamen, ſed diſtuliſti, vt doceas, non ſtatim properandum, vt pœnam infligamus. Item decreuit, per diluuium perdere mundum, iuſſit Noë, arcam fabricare, in cuius fabrica centum annos comſumpſit, & amplius. Cur hoc, niſi vt homines reſipiſcerẽt, videntes Noë fabricantem arcam? Et obſeruandum eſt, Scripturam meminiſſe quingentorum Noë eſſe annorum, cum ſe homines cœperunt venereæ tradere voluptati, & ſexcenteſimum annum nactum, & duos menſes cum factum eſt diluuium, & adhuc repetit Scriptura, dixiſſe Deum, Adhuc poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram. Quid hoc Domine mi? Cur tantum temporis ſpacii intermittis, antequam punias? Certe, vt doceas nos, non eſſe veloces ad puniendum. In eundem etiam modum agit cum Niniuitis, Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Cur quadraginta dies interponis ad ſubuerſionem? Quia patientiam docere nos voluiſti. Contra, vt bona conferas, quam ſedulus es Domine, & velox? Vnde Sapiens ait, Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat, & in honore veloci proceſſus illius fructificat. Et Regius Pſaltes crebro ait, Ad adiuuandum me feſtina, Deus meus ne tardaueris, velociter exaudi me. Et Sponſa inquit, Similis eſt dilectus meus caprea,

*Gene. 3.*

*Ge. 5. & 6.*

*Præuia iuſtitiæ diuina clemẽtia eſt.*

*Eccle. 11.*

*Pſa. 69.*

*Cant. 2.*



preæ, hinnuloque ceruorum. Qua ſimilitudine, vt inquit Vatablus, ſubitum Chriſti auxilium deregitur. Apud Zachariã. cap. 9. dicitur. Exibit, vt fulgur iaculum eius. Et apud Mat. 24. Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vſque ad Occidẽtem, ita erit aduentus filij hominis. Quorſum componit ſuum aduentum ad iudicium cum fulgure? Certè, quia prius comminatur, quam tonitruum pœnæ infligat, ſicut fulgur prius videtur, quam tonitruum audiatur. Sed ad quid? Vt reſipiſcamus. Vnde Iob 38. dicitur, Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertẽtia dicẽt tibi, adſumus? Quod quidẽ dixit Deus ad oſtendendam virtutem ſuam, & ſapientiam. Quis ergo ſapiens, & virtute præditus? Qui prius mittit verba fulgurantia, quam audiatur ſonus flagelli, id eſt, infligat pœnam. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dñicæ Palmarum, inter verba, Sedẽs ſuper aſinam, & pullum. *Para que mudays ſeñor caualgadra*: Vt velocitatem oſtenderet ſuam ad bona eroganda. *Como quien corre la poſta, que muda cauallos*, Sic Aſſertor noſter, *para llegar mas preſto a hazer bien*, ſcilicet vt redemptionem noſtram perficiat facto, ſuam feſtinationem oſtendit. Contra autem venturus iudicare. Erunt, inquit, ſigna in Sole, & Luna. Nuntios præmittit, quo oſtendit tarditatem ſuam, quoniam puniturus venit.

*Zac. c. 9.*

*Matt. 24.*

*Iob. 38.*

Octauò. Obſeruate, quo pacto repetit *Homicidium* tantum: non alia peccata. Nã *maledictum, mendacium, furtum, adulterium* non repetit, & ſolum ob *homicidium* dixit, *Sanguis ſanguinem tetigit*. Vbi duo implicata inuenio. Alterum eſt, grauitatem criminis eſſe conſiderandam. Nam quia grauius eſt *homicidium*, illud repetit: alia autem non. Hinc Hebræi dicunt, tantam cum homine prolem occidere homicidã, quantam viuens poterat generare. Et quemadmodum miſerum eſt ſpectaculum, arborem ſuccidere, cum bonos fructus ferre ſolet: ſic hominem occidere, qui fructum ferre poteſt talem, ac tantum, quantus eſt numeroſa proles. Omitto interim vxoris incommoda, & filiorum, quibus qui patrem occidit, ſubueni re tenetur. Et qui oculi ferre poſſunt, videre ſine lachrymis arborẽ ſucciſam fructu onuſtam ante eius maturitatem, cũ fruct⁹, ſi ad maturitatẽ perueniret, magno regi in cibũ offerẽd⁹ fuiſſet: verũ qa nõ maturus eſt, ſed acerb. porcis relinquitur comedẽdus. Quid ergo dicem⁹ de filiis orbis, qui, ſi à patre eſſẽt liberaliter educati, digni eſſẽt vt cœlorũ Regi in cibũ apponerẽtur? Sed quia pater morte ſublat⁹ eſt, fortaſſis

*Horrendũ crimen dicitur homicidium apud Iuris conſultos hinc vide Mat. de Afflict. in conſti regni Siciliæ vbi pluia.*

ob educationem iniquam tradentur porcis inferni, ſcilicet
dæmonibus? Horrenda ergo res eſt *homicidium*. Explicuit
hoc Deus, quando Dauidi volenti ædificare domum Dño,
*1. Par. 22.* ait, Multum ſanguinem fudiſti, non poteris ædificare domū
nomini meo. Videte, quo pacto non adulterium obiecit, non
ſuperbiam, quam habuit, quando populum recenſuit, ſed ſo-
lum *homicidium*. Timendū ergo eſt, patrare *homicidium* Alte-
rum hîc implicatum eſt ſemper finem ante oculos habendū,
qui conſequitur ad peccatum patratum, quaſi effectus horū
peccatorum *maledicti mendacij, homicidij, furti adulterij*, poſitum
eſt, vt inquit Lyra, quod ſecuta ſit tanta effuſio ſanguinis.
Ac ſi Deus dixiſſet. Videte, quid ſit conſecutum ex veſtris
vitiis, ſcilicet *ſanguis ſanguinem tetigit*. Hortandi ergo ſunt ma-
ledici, mendaces, raptores, & adulteri: &c. quid ex his gene-
*Si pecca-* retur & oriatur: habeant ante oculos vt frenentur. Si detra-
*tores con-* ctor attenderet: quod odij cauſa eſt proximi: ſi adulter: quod
*ſiderarent* fortaſſis eſt à viro vxoris alienæ interficiendus abſtineret:
*quantas* Apud Iſaiam enim ait Dominus: Manus veſtrę pollutæ ſunt
*amaritudi-* ſanguine: & digiti veſtri iniquitate. Labia veſtra locuta ſunt
*nes ex re-* mendacium: & lingua veſtra iniquitatem fatur. Et quid in-
*ma pecca-* de Domine: Oua aſpidum ruperunt: & telas araneæ texue-
*ti occupēt* runt. Qui comederit de ouis eorum: morietur: & quod con-
*non adeo* fotum eſt: erumpet in regulum. Venuſtiſſima profecto eſt ſi-
*prolabe-* militudo. Nam qui oua aſpidum frangūt: noxium ſibi opus
*rentur.* faciunt. Rupto quippe ouo erumpit aſpis: quæ linguæ veneno
*Iſai.* no necat effractorem: & qui telas aranearum ad alios irre-
tiendos conficiunt: ipſi iiſdem irretiuntur: Ita etiam pecca-
*Simile.* tores ſibi ſuis peccatis parant mortem.

*Sanguis ſanguinem tetigit*. Obſeruat Deus: quod ſine inter-
*Exec. 45.* miſſione peccauerunt. Sufficiat vobis (inquit apud Ezechie-
lem) principes Iſrael: & iniquitatem: & rapinas intermittite.
*Iſai.* Apud Iſaiam, Quieſcite: agere peruerſe. O abyſſum miſeri-
cordiæ Dei: noſtram defatigationem videtur intueri magis
quam contumeliam ſibi illatam. Quemadmodum ſi vapulans
*Simile.* dicat ſe flagellanti: Non meum dolorem cōſidero: ſed quod
tu defeſſus ſis flagellādo: quieſce ergo aliquantulum; ma-
ximè dilectionis eſſet argumentū quod oblitus ſui crucia-
tus magis proſpiciat defatigationē verberantis: Sic Deus in
laborem committentium crimina magis coniicit oculos
quam in iniuriam ſibi allatam.





*Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. In beſtia agri & in volucre cœli: ſed & piſces maris congregabuntur.*

Proponit, ob inundationem dictam peccatorum pœnā
infligendam non ſolum filiis Iſrael: verumetiam iis rebus,
quæ illis vſui eſſe poterant, videlicet *terræ*, & cunctorum ani-
mantium generi. tam reptilium, quam aquatilium. Cauſam *Simile.*
ergo ſubiungit dicens, *Propter hoc*, ne quis exiſtimet, imme-
rito Dominum ſumere vindictam. *Lugebit terra*, id eſt, deſola-
bitur, erit inculta, non habitabitur, deſtituta cultoribus ſuis,
in ſquallorem, & ſolitudinem redigetur, Eſtque ſumpta me
taphora ab hominib. Nā quemadmodū in homine riſus, & *Terra fe-*
lætitia ſignū eſt fœlicitatis, & mœſtitia, atq. luctus, miſeriæ, *rax ridet.*
& infœlicitatis, Ita terra dicitur ridere, cum virore, & fructi-
bus ornatur, tunc autem lugere, cum vaſtata eſt, & inculta.
Vnde hoc verbo *lugebit terra*, non ſolum includitur, quod ca
reat fructibus, & cultura, verum etiam, quod deſtituetur ha-
bitatoribus. Hinc optimè ait Interlinearis, *Lugebit terra* in
captiuitate decem tribuum. Ad hęc exiſtimo etiam, impli-
cari vaſtationem vrbium, & ædificiorum pulchrorum. Quis
enim dubitat, maximè ad triſtitiam, & luctum mouere rui-
nam horum ædificiorum? Neque diſplicet expoſitio Ruperti
in hunc modum diſpungentis, *Lugebt terra*, id eſt, delecta-
bilis ſpecies eius non erit, verſis in contrarium, ſiue intem-
periem naturis elementorum. Quo verbo ariditatem terræ
implicare videtur, vel ob pluuiæ, vel aquæ defectum, vel ge- *Lege tri-*
lu, & frigoris nimium rigorem Hęc enim ſunt, quæ maxi- *tes Ele-*
mè perdere ſpeciem, & pulchritudinem terræ ſolent. Vno er *gias Iere-*
go verbo *lugebit terra*, id eſt, deſolabitur, erit inculta, non ha- *mia. 14.*
bitabitur, redigetur in ſqualorem, & oppugnantibus elemē- *c. eo quod*
tis ſua intēperiè, priuabitur pulchritudine qua fructuum v- *auditas*
bertas eam ſolet ornare. *Et infirmabitur omnis qui habitat in ea.* *terram.*
Hæc verba (vt optime Vatablus diſpungit) ſolum ad homi- *vbique*
nes videntur referenda, & pro *infirmabuntur*, vertit, deforma- *premebat.*
buntur, quod expēdit, id eſt, deſtruetur. Neq; ſic expēdēdus
eſt locus, quaſi omnes pereant homines, ſed vel ſignificat,
quod multi deſtruentur. Signū enim vniuerſale pro multi-
tudine ponitur crebro, vt docent ſancti patres, vt Chryſoſt. *Chryſoſt.*
Homil. 23. in Epiſt. ad Hebræos, in ca. 11. vbi dicitur, Hi om
nes mortui ſunt, nō acceptis promiſſionib. At Enoch, quē in *Hierony.*
illo nominū catalogo recenſuit, mortuus non eſt, quia trāſ-
latus à Domino. Item Hieronym. 2. c. Zachariæ, & ad Eph 1.

inquit, Omnis ſæpè fertur non ad vniuerſitatem, ſed ad ea
tantùm, de quibus diſputatum eſt. Sic vſus eſt Paulus dicẽs,
2. Tim. Omnes me dereliquerunt. Cùm Timothæus, & alij diſcipu-
Euthym. li non eum reliquerint. Ita etiam docet Euthymius Matthæi
19. Eſt inquit, Scripturæ idioma, vt omnes dicat pro pluri-
bus. In eundem modum & hic, *omnis habitator infirmabitur*, id
eſt, multi deſtruentur. Vel *infirmari* largo modo ſumpſit pro
quacunque vaſtatione, & deſtructione, qualis eſt exilij, non
mortis. *In beſtia agri. Beſtiam agri* pro omni animantium ge-
nere poſuit, per ſynecdochem, vel ſumpſit argumentum à
maiori. Ac ſi implicet, Si feris erit hæc terra incommoda,
multò etiam erit incõmodior pecoribus ſubiungit deinde
*in volucres cœli*, quoniam etiam aues punientur. In eundem mo
dum apud Ieremiam inueniemus, Intuitus ſum & non erat
homo, & omne volatile cœli receſſit. Inſpexi, & ecce locus
paſcuus, & fertilis, deſertum erat. *Sed & piſces maris congrega-
buntur*. Etiam plectuntur aquatilia, ſicut & in Pſalmo, Poſuit
Ierem. 4. flumina in deſertum, exitus aquarum in ſitim, terram fructi-
Pſal. 106. feram in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea. Atque
optimè obſeruat Interlinearis, naturale eſſe, vt habitatore
*congregationes aquarum maria vocantur.* ſublato, *beſtiæ* quoque, & *piſces*, & *volucres* deficiant. Modum
etiam loquendi obſeruate. *Piſces maris*, inquit Mare quamcun
que congregationem aquarum vocãt Hebræi, vt Ioan. 6. Sta
gnũm Ienezareth vocatur mare Tiberiadis. Congregari au-
tem Hebraiſmus eſt, & mori ſignificat. Vnde congregari ad
Ioan. 6. populum ſuum, eſt proficiſci ad maiores ſuos, quod eſt mo
ri. Sic Numer. 20. Pergat Aaron ad populos ſuos. Conſentit
in hanc explanationem Vatablus ſic diſpungens, Tollentur
de medio, & morientur. Et quamuis iudicet Lyranus, verbũ hic
Num. 2. appoſitũ eſſe æquiuocũ ad cõgregari, & finiri hic ꝑ finiri ſũ
ptum eſſe arbitratur. Conſentit cum hac expoſitione tranſ-
latio Septuaginta vertentium, Piſces maris deficient, & ita
uox Græca hic poſita ſignificat, Eccleipſuſin. Paraphraſtes e-
tiam Chaldæus ad eundem ſenſum retulit. Vox enim iitzage
run, ſonat idem, quod pauci fient, vel in breuiſſimum nume-
rum redigentur piſces. Demum Interlinearis ita etiam diſ-
pungit Ait enim, *Congregabuntur*, ſubaudi, in mortem. Vnde
alia tranſlatio habet, piſces maris deficient.

Ad



## *Ad morum compoſitionem.*

PRopter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui
habitat in ea in beſtia agri, & volucre, cœli ſed &
piſces maris congregabuntur, &c. Inundatio
criminum inundationem infert pœnarum
Inundat autem pœna, quia plectuntur
*terra, beſtia agri, cœli, & piſces maris*, qui non
peccarant. Quid hic docet? Quod docuerat apud Deu-
teronomium, Pro menſura delicti erit & plagarum mo- Deut. 25.
dus: Ac ſi Deus dicat, Non miremini, ſi pœnam patiuntur in
nocentia quia inundauit delictum.

Secundò. Rationem reddit, dum punit, dicens, *Pro-* Proponit
*pter hoc*, quia culpa præcedere debet pœnam ac maximè, ſi Deus ma-
grauis ſit. Sic & Deus puniturus Cain culpam oculis lum quod
eius obiicit, dicens, Sanguis Abel clamat ad me de tera. Sic commiſi-
& Nathan Dauidem culpam commiſſam prius expoſuit, mus ante
quam pœnam à Deo infligendam, Viam percuſſiſti quam nos
gladio & vxorem illius accepiſti cum gladio filiorum puniat
Ammon. Quammobrem non recedet gladius de domo tua, 2. Re. 12.
&c. Hinc apud Iob ait Eliphaz, Recordare, obſecro te, Iob. 4.
quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti Matt. 6.
ſunt? Vnde egregiè Chryſoſtomus, in ea verba Mat. 6. Ex- Ierem. 2.
cidetur, & in ignem mittetur, ait, Iuſtius eſt iniuſtum iu- Deut. 4.
ſtè euadere, quam iuſtum iniuſtè punire, quia reus, etſi Deus vo-
ſemel euaſerit, poteſt iterum perire innocens autem, ſi ſe catur ignis
mel perierit, iam non poteſt reuocari. Atque apud Iere- conſumẽs
miam dicit Dominus, Dixiſti. Abſque peccato ego ſum, Simile
& innocens, propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego Compa a-
iudico contendam tecum, eò quod dixeris, Non peccaui. tio iuſti
Hinc inueniemus, Deum vocari ignem conſumentem, & & iniuſti
Moſi apparuiſſe in medio ignis ardentis. Quorſum voca- cum ligno
tur Deus ignis conſumens? Quia quemadmodum non viridi &
ardet, neque acccendit niſi ligna, eáque arida: ſic Deus arido.
non punit, niſi præcedente ariditate culpæ. Viri enim iuſti Luc.
cum ligno viridi componuntur, iniuſti verò cum arido. Matt.
Vnde Aſſertor noſter etiam apud Lucam ait, Si in viri- Luc.
di ligno hoc fit, in arido quid fiet? Se vocauit lignum vi-
ride, quia iuſtus erat: peccatores autem arida ligna, quia
iniqui. Et apud Matth. impij vocantur paleæ aridę igni
comburendæ. Atque apud Lucam dicitur, Areſcentibus

C 3 hominibus

hominibus præ timore. Cur areſcentes vocat? Quia materia igni diſpoſita ſunt iniqui. Iuſtos vero cum arboribus viridibus fructus iam proferentibus, cōponit, quoniam igni gehennæ non ſunt addicendi. Quæ enim viridia ſunt, non in ignem coniicere ſolemus. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ pro Mãdato, in ea verba Si nō lauero te nō habebis partem mecum. Ecce præceſſit inobedientiæ culpa, quod non permiſerit, ſe lauari, quam hanc pœnam adhibeat, non habebis partem mecum. Item in illud Matthæi, Iratus Dominus eius tradidit eum tortoribu, quoad uſque redderet vniuerſum debitum. Prius ergo præceſſit debitum, quàm Dominus iratus tradiderit tortoribus ſeruum.

*Pro Mandato.*

*Matt.* 18.

Tertiò, Docet hic locus, fugiendum eſſe iniquorum conſortium. Audimus enim, *terram, beſtias & piſces* puniri vna cum filiis, Iſrael quia degebant cũ illis. Ne ergo puniamur, & inuoluamur malorum pœnis, eos fugiamus. Moſes enim dixit Recedite à tabernaculis hominum impiorum ne inuoluamini, in peccatis eorum, id eſt, ne fortè pereans vna cum illis, qui tot peccata commiſerunt. Hinc & ob peccatum Achan, qui tulit de anathemate, fuit populus Iſrael in prælio ſuperatus, & proter quoſdam ſuperſtites de domo Saul, facta eſt fames in terra, donec, ad petitionem Gabaonitarum fuerunt cruci affixi. Hinc etiam, quamdiu fuit Abraham in Hur Chaldæorum, numquam legimus, Dominum illi apparuiſſe: ſed poſtquàm inde exiuit, multis eſt honoratus, & conſolatus apparitionibus. Hinc & Tobias diligenter inquiſiuit, quis eſſet peregrinaturus cum filio ſuo. Vnde Angelum Raphaelem rogat, De qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael reſpondit, Genus quæris mercenarij, an ipſum mercenarium, qui cum filio tuo eat? Sed ne forte ſolicitum te reddam, ego ſum Azarias magni Ananiæ filius. Sic nos ſolliciti eſſe debemus in eligēdis comitibus peregrinationis noſtræ. Quam diu enim in hoc mundo viuimus, peregrini ſumus. Bene hoc expertus eſt Petrus, qui quamdiu fuit cum Apoſtolis, firmus fuit in fide: ſed in atrio pontificis cœpit, peierare & anathematizare, quòd non nouiſſet hominem, id eſt, Chriſtum. Docuit etiam hoc venuſtiſſime Aſſertor noſter dicens, poſt exitum Iudæ è cœnaculo, Nunc clarificatus eſt filius hominis. O pientiſſime Ieſu, ſi donec egreſſus eſt Iudas de cœnaculo non clarificatus fuiſti, igitur non ſecus ac rutilum, &

*Societas malorum contagioſa qua eorum pœnis ſubiicimur*

*Ioſue* 7.

2 *Reg.* 21

*Ge.* 13. 15. 17. & 18.

*Tob.* 4.

*Quales ſocij adhiter conſiciendum ſunt nobis eligendi*

*Matt.* 29.

*Ioan.* 11.



ſplendidum cœlum atris nubibus obſcurum redditur, tuus animus ingenti afficiebatur tormento, & veluti nigra triſtitiæ nube circumtectus erat, cernens iuxta te, tuoſque chariſſimos diſcipulos proditorem illum execrandum. Quemadmodum ſi quis tibi inſeruiat, pacem totius domus conturbans quam primum foras eiicitur, ingens ab humeris deponis pondus, & non parua lętitia perfunderis, quod tranquillam videas domum antea procellis iactatam, Sic Aſſertor noſter, Iuda nequiſſimo ſegregato à bonorũ Apoſtolorum conſortio, magnopere oblectatur. Demum, vis, agnoſcere, quanti ſit ea ſocietas habenda, in qua omnes viri boni ſunt, nulluſque iniquus degit? Dicam ergo, cœlum eſſe quoddam pulcherrimum in terrea à Deo fabricatum. Locus enim bonorum, & in quo nullus eſt impius, cœlum eſt. Igitur nihil exactius imaginem quandam cœli in terris refert, quàm illa congregatio, in qua omnes viri ſunt iuſti, Agnoſcant ergo, quantum nocumenti inferant impij cœtui bonorum virorum, ſiquidem, quod cœlum eſſet clarum, & ſerenum, ipſi ſua iniquitate, obnubilant, & innocentibus crebrò cauſa pœnæ ſunt, ſicuti impij Iudæi cauſa fuerunt, quod lugeant *terra, beſtia agri, & volucres cœli,* &c.

*Simile.*

*Quemadmodum nubium cæcitate obfuſcatur aluſi malorum conſuetudene iuſtorum. cœlum qui verè coetua dicitur*

¶ *Veruntamen vnuſquiſque non iudicet, & non arguatur vir. Populus enim tuus ſicut hi, qui contradicunt ſacerdoti.*

¶ Variè exponunt expoſitores hunc locũ. Rupertus enim his verbis magnam Dei iram intendere opinatur aduerſus filios Iſrael. Eſt autem ira hæc, quod Dominus exacerbatus tanta criminum mole, & magnitudine ſcelerum huius populi, non eum obiurgaturus, non reprehenſurus, non eum correcturus ſit. Dicet enim, Hæc feciſti, & tacui, nolens videlicet te, corripere: & arguere, Quod eſt abſque dubio, miſericordiam ſuam auferre ab eis Deus, ſicuti in initio dixerat, Quia non addam vltra miſereri domui Iſrael, iuxta illud Pſalmi Exacerbauit Dominum peccator. Quis peccator, vel quando exacerbauit Dominum? Nimirum ille peccator, qui cum venerit in profundum malorum, contemnit, Tunc autem exacerbat Dominum, quando peccatis ſuis rebellionem addit & opera ſua defendit, iuxta illud, Currit aduerſum Dominum extento collo, & pingui ceruice armatus eſt. Iſtud, ſiue peccata iſtius ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret, ideſt, nequaquam in virga iniquitates eius, neque in verberibus peccata eius viſitabit: ſed

*Iob.* 15.

tacebit nūc, locuturus tēpore alio. Quid enim eſt, quod ait, *Populus tuus, ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti*, niſi ac ſi diceret, quia rebelles ſunt, & in ſuperbiam elati, peccata ſua defendunt? Sacerdotis námque officium eſt, vt iam ante prælibauimus, populū vice Dei de peccato arguere. Qui ergo ſacerdoti contradicunt ſecundū exemplum Adæ, qui Deo cōtradixit, dum peccatum ſuum defendit, atque idcircò ſicut ille de paradiſo, ſic iſte, quicunq; ſit, à Dei regno, & Eccleſia præſenti pellitur, vt hic idem populus in Aſſyrios. Hæc Rupertus. Cuius expoſitio non omninò diſplicet, licet melius videatur, diſpungere D. Hieronymus cuius ſententiam paucis perſtringam, Prouocati fuerant ad iudicium filij Iſrael, qui habitant in terra, vt cauſas Dominicæ indignationis audirent, & peccata præterita agnoſcerent, propter quæ hoſtibus traderentur. Nunc quia in ſceleribus perſeuerant, & impudenti Deum facie contemnunt, audiunt, Non neceſſe eſt, vt veniatis ad iudiciū, vt in veſtris flagitiis arguamini, quia tantæ eſtis impudentiæ, vt neque conuicti quidem pudorē habeatis, & verecundiam, ſed contradicatis mihi; quaſi ſi diſcipulus magiſtro, ſacerdoti plebecula contradicat, quæ non habet ſacerdotij dignitatem. Hæc ex Hieronymo. Et ſignificat, vt inquit Gloſſa, quod indigni ſunt correctione; quia eā neglecturi erant, & in ſuis peccatis adhuc permanſuri. Diſcrimen ergo eſt inter D. Hieronymum, & Rupertum, quod Rupertus ait, in vindictam eorum non fore filios Iſrael corripiendos, & quia rebelles erāt? D. Hieronymus verò, nō ad iram, & vindictam Dei retulit, ſed tantum ad contemptum correctionis, quod eam negligerent, Lyranus conſentit cum D. Hieronymo dicens, *vnuſquiſque non iudicet*, id eſt; nullus arguat peccatores huius populi, quia faciet, fruſtra. Vatablus etiam in eundem modum diſpūgit, & conſentit cum Lyrano. Fruſtra, inquit, corripiet aliquis homines huius regionis quum etiam in ipſos ſacerdotes, quorum eſt officium, legem docere, & carpere vitia, inſurgant. Interlinearis etiam cōſentit cum Hieronymo, licet nonnihil addat. Illud enim ſignum vniuerſale *vnuſquiſque* reſtringit ſubiungens, Iuſtus videlicet, *& non arguatur vir*, ſcilicet impius à pio. Quo verbo explicuit, quinam maximè debeant, alios arguere, videlicet qui labe carent, ne in illos retorqueatur, Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo, &c. Recentiores tamen longe aliter diſpungunt. Dicunt enim, his verbis eſſe implicatum neminem eſſe, qui poſſit corripere filios Iſrael. Nam cum

*In veteri lege quicūque ſacerdotibus nō obtēperabat aut extra caſtra poſitus lapidabatur à populo aut gladio ceruice ſubiecta contēptū explebat cruore.*

*Quō mali ſunt correctione indigni.*

*Carere debet omne vitio qui in alterum dicere paratus eſt. Matt. 7.*

hæc



hæc cura demandata ſit ſacerdotibus, iuxtà illud, Docebunt iudicia tua Iacob. Ac rurſum, Ibis, inquit, ad ſacerdotem. Si morbus ſacerdotes, qui medici ſunt, inuaſerit, vna cum aliis nulla erit ſalutis ſpes. Quis enim parebit ei, qui ſibi ipſi nō cauet? Si caput ægrotat, quomodo medebitur mēbris? Hinc apud Iſaiam ait Dominus, A planta pedis, vſque ad verticē non eſt in eo ſanitas. Quis enim dubitat, nihil magis nocere poſſe populo, quam prauum ſacerdotis exemplum? Vnde apud Leuiticum ſcriptum eſt, Si ſacerdos qui vnctus eſt, peccauerit, derelinquere faciens populum, id eſt, ſuo peccato ſacerdos populum peccare faciat. Nouit quippe Dominus, quantum roboris habeant ad patranda peccata exempla ſacerdotis. Hoc ergo eſt, quod hic implicatum eſt, neminem videlicet eſſe, qui poſſit, populum obiurgare, quoniam ipſi ſacerdotes, quibus hoc munus iniunctum eſt, reprehendi poſſunt à populo obiurgando, quod iidē ſint irretiti criminibus, ac propterea fruſtraneus eſſet labor. Vnde obſeruandum, cōiunctionem hic appoſitam, *veruntamen*, eſſe apud Hebræos: Ach, quę non ſemper aduerſantis fungitur officio ſed variis animi motibus, & conceptionibus inſeruit. Quāobrem hic ſignificat, & detegit animum indignatione cōcitatum, affirmantē aliquid; non tamen omnia imperantem. Et quāuis imperatiuo modo ſit vſus, non ex ſua mente imperat, ſed aliena culpa id eueniſſe affirmat. Poſſemus Hiſpane in hunc modū reddere, *Ni aun aura quien caſtigue, ni quien ſea reprehendido.* Eſtque hic figura apoſiopeſis, id eſt, reticentia, quæ ingentem animi concitationem inuoluit. Non diſplicet hęc expoſitio, & videtur, ei inſeruire, quod Euthymius obſeruat, Pſalm. 67. videlicet, quod hæc coniunctio *veruntamen*, ſæpe in ſcriptura abundet. Vt, Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum. Et Pſal. 84. Veruntamē propè timentes eum ſalutare ipſius. In quibus locis *veruntamen* non fungitur munere aduerſantis coniunctionis. Hinc etiam, opinor, Septuaginta verterunt, pro *veruntamen*, Vt, nullus iudicetur, neque arguatur. Et ſignificat Dominus, ſe propterea velle obiurgare, quia non ſunt homines, qui hoc munus præſtent. *Populus enim tuus ſicut, &c.* Non inquit Dominus Populus meus. Cur? Duas reddimus cauſas. Vtitur apoſtrophe, quaſi ad ipſam terram loquatur, quam poſſidebant. Nā de iure huius terræ hac in cauſa agitur. Secundò ad ſecundam perſonam retulit, quoniam in ironiis irriſionibus, & reprehenſionibus ſecunda perſona, neſcio quid ſalis, habet, ſicut

*Iſa. 1.*

*Ab immūdo quis mundabitur.*

*Leuit. 4.*

*Cuius vita deſpicitur eius etiam admonitio cōtēnitur.*

*Pſal. 67.*

*Pſal. 84.*

C 5 ſicut

*cut qui contradicut ſacerdoti.* Coniunctio *ſicut*, non ſimilitudini hic deſeruit, ſed aſſeuerationi, atque affirmationi, quod frequentiſſimum eſt in ſacris Bibliis, vt ſancti patres docent.

*Auguſt.*

Vt Auguſtinus Pſal.125 Cũ conuerteret Dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati. Obſeruat etiam hoc

*Ambroſ.*

Ambroſius lib.7.Epiſtola.47. vbi ait, Mos eſt Scripturæ, ſic loqui, Specie inuentus vt homo. Non negatus eſt homo Ieſus, cum alibi dicat Paulus, Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſed confirmatus eſt, ipſum hominem eſſe.

*Greg.*

Idem docet Grego.lib.18.Moral.c.4.vbi ait, In ſacro eloquio; *ſicut*, & *quaſi* non pro ſimilitudine ponuntur: ſed pro veritate,

*Iob.*

Vnde Iob, Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus, quaſi inimicus, pro affirmatione potius, quod pro ſimilitudine dictum videtur. *contradicunt*. Propriè hic eligere ſignificat, ita vt liceat, litigantibus cauſam ſuam vtrinque pari agere iure. Perſuaſerat námque ſibi iam populus, non eſſe ferendas ſacerdotum reprehenſiones, cum ab illis neq; ſanctitate vitæ, neque cauſa ipſa ſuperari ſe credat.

*Populus pertinax & inuerecundus ſuo ſacerdote cõtradicit.*

*Theodo.*

Theodoretus tamẽ ſecus expendit. Ait quippe, *Populus tuus ſicut hi, qui contradicunt ſacerdoti*, id eſt, ſimiles eritis ſacerdoti reprobato, & qui ex ſua dignitate excidit, mea prouidentia deſertiq; ac denudati. Sed hanc expoſitionem, nullus eſt tam cæcus, vt non videat, eſſe reiiciendam. Quamobrem eam rationibus impetere omittimus.

## *Ad componendos mores.*

V*Eruntamen vnuſquiſque non iudicet, & non arguatur vir. Populus enim tuus ſicut hi, qui contradicunt ſacerdoti.* Multa hic ſunt implicata. Primum, finem eſſe correctionis ſemper ante oculos habendum, videlicet, reſipiſcentiam, & emendationẽ, quam ſi agnouerimus non adepturos, ceſſandum eſt à fraterna correctione, vt docet D.Tho.22.q.32.art.6.

*D. Tho.*

*1.Re.25.*

Exemplũq; eſt in Abigail, quæ noluit, corripere virum ſuum, dum erat mero cõſopitus, diluculo autẽ, cũ digeſſiſſet vinum Nabal, indicauit ei omnia verba hæc. Obſeruate, vt diluculo nuntiauerit, quia quamprimũm proximum viderimus liberum à vino iræ, corripiendus eſt, & obiurgandus.

*Exod. 4.*

*Prou. 29.*

Cuius rei eſt aptiſſima vmbra virga Moſis, quæ proiecta in terram vertitur in colubrum. Quid baculus, & virga, niſi correctio? Prou.

29.Vir-



29.Virga,* atque, correctio tribuit ſapientiam. Quando igi
tur contigerit terram, hoc eſt, viderit hominem terrena ſa-
pientem, aut rebus terræ inhiantem, vertatur in colubrum
vt mordeat, vt videntes fugiant, ſicut Moſes fugit à ſerpen-
te. Vnde Paulus, Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri
timorem habeant. Ac ſi apertius dicat, Et fugiant timentes
à facie colubri. Caudaque eſt accipienda colubri, ſcilicet;
quis finis ſit corripientis, qui non eſt alius, quàm quòd ele-
ueris à terra, mordet, & obiurgat, non, vt pereas, ſed vt vi-
uas. Quadrat obſeruatio in Euangelium de correctione fra-
terna in ea verba, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ,
&c. Lucratus es fratrem tuum.

** Vnũ in verbis alterũ in verberibus cõſiſtit.*

*Tim.5.*

Secundò, Ecce, quale munus ſacerdotis, corripere videli-
cet. Vnde benè Diuus Ambroſius ait, Nihil in ſacerdote
tam periculoſum apud Deum, tam turpe apud homines,
quam quod ſentiat, veritatem non liberè pronuntiare. Hinc
Apoſtolus Timotheo inquit, Argue, obſecra, increpa in
omni patientia, & doctrina. Egregiè inquit, Increpa in pa-
tientia, & doctrina. Obſeruare debetis, quid ſit peccatum,
ſordes videlicet. Nemo mundus à ſorde, ait Iob, id eſt, à pec
cato: Quo abſterguntur ſordes? Aqua proculdubio. Quid
eſt doctrina Dei? Aqua, vt inquit Diuus Greg. lib.17. Mora.
cap 12. & ita appellatur à Salomone, Aqua profunda verba
ex ore viri, & torrens redundans fons ſapientiæ, Ac rur-
ſum, Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Ait ergo Apo-
ſtolus; Increpa in doctrina, id eſt, ſecundum legem, & ſcien-
tiam Dei tibi traditam. Tu enim vas es aqua plenum ad
mundandas ſordes animorum. Sacerdotes enim Dei va-
ſa ſunt diuina, plenáque aqua ad abſtergenda immunda.
Et in omni potentia. In omni inquit, vt perſeuerantiam do-
ceat. Quemadmodum enim fons ſemper manat aqua, & flu-
uius ſemper labitur, Ita ſacerdotes ſemper debent, corripe-
re, ſi quid viderint correctione dignum. At vaſa munda eſ-
ſe debent, vt hoc præſtare poſſint. Si enim ſordida ſint, nihil
efficient. Præterea, quid ſunt ſacerdotes? Canes cuſtodien-
tes gregem Dei, vt inquit Gregorius in ea verba Iob, Quo-
rum non dedignabar, patres ponere cũ canibus gregis mei.
Et apud Iſaiã, canes vocãtur ſacerdotes, Canes muti ſpecula
tores eius, nõ valẽtes latrare. Et quod munus canis? Latrare,
abigere lupum, & furẽ. Non ergo decet, tacere, & non corri-
pere, reprehendũtur enim, quòd muti ſint. Sed quid fecit eos
mutos?

*Ambroſ. ſuper Luc.*

*Tim.4.*

*Iob.*

*Greg.*

*Prou. 18.*

*Eccle. 15.*

*Bene verba ſapiẽtũ aquæ comparantur quia & lauant & irrigant mentes audientium ne nociuæ ariditate deficiant.*

*Simile.*

*Iob.30.*

*Iſa.56.*

*Ariſtot. Simil. Lapis, qui canibus aufert vſum latrandi.*

mutos? Refert Ariſtoteles de admirandis auditu, 17. Lapidem Nili eſſe, quem ſi contritum, & pinguedine demolitum canes deuorauerint, illico latrandi vſum amittere; Sic ſacerdotes, quoties lapidem, nempe rigorem vitæ, pinguedine carnis, & voluptuoſæ vitæ demolitum deuorant, ideſt peccatis ſe explicant, vſum amittunt latrandi.

Tertiò, Docet hic locus, decere ſacerdotes, cautè viuere. Eorum enim crimina facile cognoſcuntur à populo. Et quemadmodum ſol primum impetit montiũ cacumina ſuis radiis, eaque loca inſpicimus primum, ad cognoſcendum an ſol ortus fuerit, Ita populus ſacerdotes intuetur, an in eis ſplendor ſolis iuſtitiæ inueniatur. Oportet, Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, ait Apoſtolus. Ob hoc & hic videtis, à filiis Iſrael cognita peccata ſacerdotum. Quadrat obſeruatio in Euangelium, Super cathedram Moyſi ſederunt principes, &c. Secundũ opera autem eorum nolite facere. Fortaſſis occulta ſunt opera mala ſacerdotum bone Ieſu, & incognita populo? Nequaquam. Habent enim oculos lynceos homines ad crimina ſacerdotum conſpicienda. Fortaſſis crimina ſua mixta peccatis ſacerdotum erunt, quamobrem neque cognoſcentur. Quemadmodum ſi aquã ſuper aquas infundas, mixtio eſt, neque partes à partibus ſeparatæ cognoſcuntur? Non ita continget: ſed quemadmodum oleum non miſcetur aqua, quamuis in illam infundas, Ita & peccata ſacerdotum non obſcurantur, aut occultantur peccatis populi, imo clariora fiunt.

*Simil. Vide Epiſtolas Pauli ad Tytũ & Tymotheum Epiſcopos.*

*Gene. 30.*

Quartò, timeant ſacerdotes, peccare, quoniam grauius eſt eorum peccatum, quia in exemplar ſibi populus aſſumit, atque ſua crimina criminibus ſacerdotum excuſat. Quemadmodum Iacob virgas populeas partim decorticatas propoſuit in canalibus, vt in earum aſpectu conciperent oues, Ita populi, qui oues rationales ſunt, ſacerdotes, qui virgæ ſunt Dei ad puniendum & corripiendum, ſi viderint, eſſe populeas, ideſt, arborum non ferentium fructum, eas decorticant, vt imitentur. Vnde egregiè inquit Hieronymus, Infirmiorum corda de mali preſbyteri vita percutiuntur, ſecuriores exiſtentes, prolabuntur licentius in peccatum. Et apud Iere. ait Dominus, Prophetæ prophetant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis. Et quid inde? Populus meus dilexit talia. Videns enim populus applauſum ſacerdotum, dilexit etiam ea. Quemadmodum arietes, quamuis ducantur ad mortem, ſequuntur arietem gregarium, id eſt, ducem,

*Populus ſaperuit ex culpa ſacerdotũ. Ber. Ierem. 5. Simil.*



Ita populus ſequitur ſacerdotis vitã. Docuit hoc Deus apud Leu. dum pro peccato ſacerdotis offerri iubet iuuencũ: pro peccato vero aliorum tantum hircũ caprarum. Cur maiorem hoſtiam offert ſacerdos? Quia grauior eſt culpa ſacerdotis. Pœnam enim metimur ex culpa, & quò grauior culpa, grauior debet eſſe & pœna. Ad hæc, præcipitur ſacerdoti, ſepties aſpergere de ſanguine vituli coram Domino. Bone Deus, ſemel peccauit ſacerdos, ſatis etiã erit vnica aſperſio. Nequaquã: ſed ſeptena, vt oſtendat, grauius eſſe peccatum ſacerdotis, quàm ſubditorum. Item pellem, & omnem carnẽ vituli, & pedes, & caput comburi iubet, & hoc neque in ſuo altari: ſed extra caſtra. Cur Domine? Certe, quaſi timeas tuũ altare pollui, non vis, illud, tangi hac hoſtia, parumq́ue tibi reſeruas, nempe ſolum adipem. Quo Domine aperte oſtendis, quantum tibi diſpliceat ſacerdotis peccatum, ſiquidem parum tibi reſeruas ex eius hoſtia, & in templo tuo comburi prohibes.

*Leui. 4.*

*Maiorẽ hoſtia ſacerdotis & prælati culpa expianda.*

Quintò, *Populus tuus*. Quid Domine, nõne populus tuus eſt? Nos populus tuus, & oues paſcuæ tuæ, ait Dauid. Cur ergo non inquis, Populus enim meus, ſed *tuus*? O duram, & non ferendam mutationem Domini! Quis non doleat ſi videat, ſeruũ regis eiici à domo regia, & tradi infimo, & miſerrimo homini? Sic homines, nõ eſſe Dei, & tradi terræ quaſi Domino, dolendũ eſt. Certe docet hic locus, grauiſſimũ eſſe crimẽ incorrigibilitatis, quæ hominem à domo Dei expellit, & audire meretur à Deo, Non eſt meus hic ſeruus. Cuius ergo Domine erit? *Terræ*. Ac ſi dicat, Dignus eſt homo ob peccatũ incorrigibilitatis, eſſe infimi domini. Infimũ quippe elementorũ terra eſt. Quid magis à Deo remotum & ſeparatũ? Certe diabolus. Hinc ergo imitantur incorrigibiles, qui non eſt capax correctionis. Vnde Aug. ait, Nullius correctio deſperanda eſt, niſi diaboli. Potius ergo incorrigibilis vocãdus eſt diabolus, quàm homo. Et apud Iſa. ait Dominus, Gratis venundati eſtis. Et Dauid, Vendidiſti populũ tuum ſine pretio. Solent Domini, vendere gratis ſeruos iniquos, & moleſte ferre quod ſibi inſeruiant, Ita modò Deus, quaſi iam vendiderit filios Iſrael Aſſyriis, ait, *Populus tuus*. Nõ enim eſt iam meus: ſed vendidi illũ, quia maieſtatem meã ad vindictã ſumendã de eo concitauit. Egregie inquit Iſidorus, quatuor conſummari peccatũ, primũ eſt ſuggeſtio, ſecundũ delectatio, tertium conſenſus, quartum defenſionis audacia. Timendum eſt ergo ad hoc venire, vt deffendas crimen, quod commiſiſti, & contradi-

*Auguſt. Iſa. 52. Simile. Iſa. li. 2. cap. 19. de ſu. bon.*

*Quibus modis conſumatur peccatum.*

contradicas te corripienti. Fit enim huiuſcemodi audacia
denfenſionis peccati per elationem, vt optimè inquit Iſi-
dorus, quæ quidem elatio, ſiue ſuperbia eſt grauiſſimum pec
catum, ſaltem ex parte auerſionis, quamuis non ex parte
*22.q. 16.* conuerſionis, teſte diuo Thoma, quamobrem & maxime fu-
*art. 10.* gienda. Adumbrant non inepte duo peccatorum genera,
eos videlicet, qui correctione non reſipiſcunt: ſed fiunt
deteriores, & illos, qui obiurgationibus, & correctionibus
*Corrigibi-* parentes ſe conuertunt ad meliora. Coruus & columba e-
*liũ & ob-* miſſæ ab arca Noë, Coruus typus eſt hominum incorrigibi-
*ſtinatorũ* lium, quòd is cadaueribus ita fuerit illectus, vt vltra ad Noe
*typus.* redire contempſerit. In eundem modum nonnulli peccato-
*Gen. 8.* res ita ſe ingurgitant operibus mortuis vitiorum, vt ad Deũ
ſe conuertere contemnant. De quibus Ieremias ait, Indura-
uerunt faciem ſuam ſuper petram, noluerunt reuerti. Co-
lumba vero emiſſa à Noe, vt placet diuo Cypriano, lapſorũ
*Ierem.* imaginem præ ſe fert, reuertentium tamen ad Dominum.
Vnde & merito cum reddit, ramum oliuæ virentis ore ge-
ſtare perhibetur, quoniam, qui à perperam actis iam abſti-
net, miſericorditer ad veniam ſuſcipiendus eſt. Olea enim
*Pacis &* miſericordiæ ſymbolum eſt. Sed obſerua, quando columba
*miſericor* redit ad arcam, ad veſperam videlicet. Quo ſignificatur, non
*diæ ſym-* longo: ſed breui tempore fuiſſe peccatis obuolutum pec-
*bolũ olea* catorem Antea enim quàm occuparetur à nocte, redire ſtu-
*Sabellicus* duit columba. Ita tu, ſi peccas, noli imitari coruum, ſed co-
*li.3. En-* lumbam, da operam, vt reuoces gradum à viis peccatorum,
*nead.1.* atque vt in eam rem animum inducas, ſemper ante oculos
*Col.12.c.* mentis habe, quod fortaſſis iam veſpera vitæ tuæ eſt, & ap-
*19.& 21.* propinquat nox, id eſt, mors. Quid enim mors, niſi ſomnus?
*cap. 24.* Nolo, vos ignorare fratres de dormientibus, ait Apoſtolus.
Et quando homines dormiunt? Reſpondeat idem Apoſto-
lus, Qui dormiunt, nocte dormiunt. Ante noctem igitur in
hoc ſtudium incumbe, vt reuertaris ad arcam. Tunc enim iu
re optimo ramum oliuæ portabis in ore, hoc eſt, petere po-
teris miſericordiam.

*Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum nocte, tacere fe-
ci matrem tuam.*

Subobſcurus eſt hic locus, & difficilis, & hinc diſſentiunt
expoſitiores. Diuus Hieronymus, Rupertus, Theodoretus,
Lyranus, Gloſſa, & Interlinearis, hæc verba exiſtimant pro-
lata



lata à Deo, quibus ſignificatur, & aperitur pœna infligenda
filiis Iſrael ob eorum peccata, & incorrigibilitatem. Eſt au-
tem hæc pœna, *Et corrues hodie*. Coniunctionem & vertit Va
tablus in igitur, dicens, Corrues igitur. Neque diſplicet hæc
expoſitio, quod hic coniunctio & ponatur pro coniunctione il-
latiua igitur, aut ergo, in quẽ modum crebrò eſt explicãda.
Vt ad Hebræos. 3. Quibus autem iurauit, non introire in re- *Hebr. 3.*
quiem ipſius, niſi illis, qui increduli fuerũt? Et videmus, quia
non potuerunt introire. Et pro igitur. Apud Mat. etiam, Et *Mat. 25.*
ibunt hi in ſuppliciũ æternum, iuſti autem in vitã æternam.
Et pro igitur. Et Actorũ. 10. Eleemoſinæ tuæ aſcenderunt in *Acto. 10.*
conſpectu Dei, & mitte viros. Et, id eſt, igitur mitte viros. Et
Marci. 9. Bonũ eſt, nos hic eſſe, & faciamus hic tria taberna- *Mar. 9.*
cula. Et, id eſt, igitur. Paulus etiã Rom. 8. & ad Galat. 4. Si fi-
lij, & hæredes, id eſt, ergo hæredes. Quod ſi filius, & hæres, *Rom. 8.*
id eſt, ergo. Obſeruarunt etiã hoc nonnulli præter Vatablũ *Gala. 4.*
ex recentioribus. *Hodie*. Bifariã diſpungit D. Hieron. dicens
Aut tẽpus præſens ſignificat, aut non fraude, & inſidiis: ſed
clara in captiuitatem luce ducemini. In eundẽ modũ diſpũ-
git Interlinearis, dicens, *Hodie*, id eſt, in præſenti. Et certe, quod
*hodie* ſignificet tempus præſens, oſtendit multis in locis D.
Aug. & maximè Epiſt. 125. c. 11. vbi ait, Hodie ſignificat hoc *Auguſt.*
tẽpus, vt in oratione Dominica, Panem noſtrũ quotidianum
da nobis hodie. Ita etiã Hiſichius aduertit, quod hodie pro præ-
ſenti tempore ſumitur, li. 2. Leuiticum, c. 2. Omittamus varias *Hiſichius*
huius vocis acceptiones. Nam, vt inquit Baſilius in Epiſtola
ad Chilonẽ diſcipulum de vita ſolitaria, cuius initiũ eſt, Sa- *Baſilius.*
lutaris tibi rei, *hodie* totum vitæ noſtræ tempus ſignificat. Et *Allucina-*
ſic exponit illud Apoſtoli, Inuicẽ adhortamini, & in idipſum *tur Philo-*
ædificate. Vſq; quo hodie dicetis? Atque Chryſo. ad Hebr. 3. *ſophico a-*
Homil. 6. notat, aliquando accipi *hodie* pro ſemper, donec *xiomati*
mundus conſtat. Poterit ergo eſſe ſenſus huius loci, *Corrues* *nihil ha-*
*hodie*, id eſt, omni tempore vitæ tuæ corrues. Duceris enim *bemus in*
in captiuitatem, ſub qua ſemper vitam deges, & nunquam *tẽpore præ-*
libertatem conſequeris. Videtur, hanc expoſitionẽ amplecti *ter nunc.*
Theodoretus. Ait enim, Mea prouidẽtia deſerti denudati, ac *Chryſoſt.*
per multos dies in hãc meã diſciplinã trademini. Vbi vides, *Hodie, to-*
dictionẽ *hodie*, vel per diem exponere, id eſt, multos dies. *tum vitæ*
Cum Theodoreto conſentit Theophyl. Legit enim, Langue *noſtræ tẽ-*
bit per dies. Lyranus exponit *hodie*, id eſt, citò, & hãc eſſe mẽ- *pus ſigni-*
tẽ diui Hiero. credo, dũ inquit, *hodie*, id eſt, tẽpore præſenti. Ac *ficat.*
ſi apertius

ſi apertius dicat, Non differtur ſupplicium tuum, ſed in hoc
præſenti tempore corrues. Rupertus tamen hanc ruinam
ad iniquitatem retulit, non ad pœnam captiuitatis. Ait quip
pe, Me non iudicante, me non arguente, pro eo quod ſis ô
popule ſicut hi, qui contradicunt ſacerdoti, *cornes hodie,*
ſubauditur iniquitate, quę ruina hodie fit, ſiue hodierna eſt
videlicet ad diſtinctionem ſequentis ruinæ, qua rues poſt
hæc in ruinam gehennæ, qui hodie ruis in foueam culpæ.
Sed hæc expoſitio extorta videtur, & nullus tam cęcus eſt,
qui non videat, ad pœnam infligendam filiis Iſrael ob pec-
cata ſua eſſe hæc verba referenda. Si autem ſecundo modo
exponamus *hodie*, ſcilicet non fraude, aut inſidiis, ſed clara
luce ducemini in captiuitatem, exiſtimo, voluiſſe diuum
Hieronymum ſignificare, quod ita erunt omni robore, &
virtute deſtituti, adeò puſillanmes, vt non valeant, reſiſtere
hoſtibus, neque illis erit neceſſarium, inſidias, aut fraudem
excogitare, vt terram veſtram euertant, & vos in captiuita-
Lev. 36. tem ducant. Ita enim comminatus fuerat Dominus apud
Leuiticum, Dabo pauorem in cordibus eorum, terrebit eos
ſonitus folij volantis, & ita fugient, quaſi gladium, cadent,
nullo perſequente & corruent ſinguli ſuper fratres ſuos.
Secus tamen diſpungit Gloſſa hæc Hieronymiana verba, nō
fraude, aut inſidiis: ſed aperta luce, ſubiungens, ſcilicet vt
omnes ſciant, te pro peccatis captiuatam. Quibus verbis ſi-
gnificat, ſupplicium non eſſe occultè ſumendum de hoc po
pulo: ſed apertè, & publicè, omneſque cognituros cauſam
ſui ſupplicij, ſiquidem corrigi neglexerunt. Eſtque acu-
tiſſima hæc explanatio, & elegantiſſima, vt in obſeruationi-
bus moralibus dicemus. *Et corruet etiam propheta tecum nocte.*
Diſſenſio eſt inter expoſitores, cum quibuſdam verbis ſit
coniungenda hæc vox, *nocte*, num cum his, *corruat propheta te-
cum nocte*, & hic appoſito colo progredi vlterius, *tacere feci ma-
trem tuam*, an vero ſic, *corruet propheta tecum* & adiecto colo, *nocte
tacere feci matrem tuam*. Diuus Hieronymus ſic legit, *corruet pro-
pheta tecum*, & hic ponit periodum. Ac poſtea, *Nocte tacere feci
matrem tuam*. Cum eo conueniūt omnes antiqui Patres, Theo
doretus, Thophylactus. Licet legant. Nocti aſſimilaui ma-
trem tuam, Lyranus. Gloſſa, & tranſlatio Septuaginta. Ita
etiam legunt vetuſta exemplaria, & multa recentiora. Vata-
blus tamen, & aliqui recentiores ſecus legunt videlicet, *Cor-
ruet propheta tecum nocte*, ac poſtea interiecto colo *tacere feci ma-
trem tuam &c.* Negotium nobis faceſſit hæc diſſenſio, & quid
verius



verius ſit, ignoro. Licet reclamet textus Hebraicus, qui mo
do circumfertur, & ſecundum illum vox hæc *nocte*, iungenda
ſit, cum præcedentibus in hunc modum. *Et coreruet etiam pro-
pheta tecum nocte.* Quis enim audeat, tot Patrum refutare ſen-
tentiam? Ideo vtramque expendemus lectionem, & primū
Hieronymianam, ſcilicet, *Corruet etiam propheta tecum.* Trifariā
autem expendit Diuus Hieronymus, dicens, Hic prophetas,
aut pſeudo prophetas, aut certè omnem gratiam propheta-
lem. Quandiu enim non ſunt captæ decem tribus, habuerūt Amo. 2.
& Heliā prophetam, & Eliſæū, & cæteros filios prophetarū
qui propheta uerūt in Samaria. Vnde & Amos propheta, qui
de tribu Iuda erat, & de vinculo Thecue, cogitur, redire ad
patriam ſuā ne in alieno regno, & Samaria prophetaret. Cæ
teri omnes, Theodoretus, Rupertus, Lyranus, & recentiores
ad pſeudo-prophetas tantum referunt. Sed quæres, Cur fal-
ſos pphetas vocet pphetas. Nónne hoc eſt mēdacium? Re-
ſpōdet Theodoretus, à Deo vocari prophetā pſeudo prophe
tā à cōſuetudine, quæ apud eos inualuerat. Si aūt in hūc mo
dū legamus, *Corruet etiā propheta tecū nocte.* Vatablus expendit
nocte, ſubintellige, quaſi in nocte, & hac dilectione igno-
rantiam ſignificare. In quem modum crebro ſumit Paulus,
vt c. 2. ad Rom. Confidis, teipſum lumen eſſe cæcorum, du-
cem eorum, qni in tenebris ſunt. Sed quid ignorantia populi
ad ruinam ſacerdotis, & prophetæ? Multum certe. Senſus
enim, quod *corruet propheta*, quia populus ignorans fuit cre-
dens, quaſi viſcera, quæ pſeudo propheta dixerat. Delectaba
ur enim populus adulationibus falſorum prophetarum.
Timeant ergo concionatores, & ſacerdotes, & adulatores,
quando audiunt ruinam prophetarum quia non vera nun-
tiabant, ſed falſa ad captandam popularē aurā, Non omnino
diſplicet expoſitio hæc. Verum mihi videtur, genuinum hu-
ius loci ſenſum eſſe, quod tam populus, quam prophetæ da-
bunt pœnas, primo populus. Deinde quia aliquis poſſet du
bitare, an etiam propheta eſſet plectendus, quaſi huic dubi-
tationi reſpondeat, addit *Propheta etiam corruet tecum nocte.* Nō
enim perſonarum eſt acceptio apud Deum. Sed cur non aiat
Domine, *corruet propheta hodie*, ſicut de populo dixiſti? Cur no-
cturnum expectas tempus ad infligendam pœnam prophe-
tis? Nocte inquit, non interdiu. Duo hic inuenio implicata,
quæ poſtea expendemus in obſeruationibus morum. Primū
acerbiorem pœnam infligendam eſſe prophetis. Nocturna
nim calamitas acrius pungit, & grauior eſſe ſolet. Vnde a-

*In prædicatores adulatores qui peccatis blandiuntur et ceruicalia acpuluilos ponūt ſub omni cubitu manus.*

*Nocturnæ clades maiores ſunt commiſerationis.*

pud Iſaiam dicit Dominus ,Nocte vaſtata eſt Moab , nocte
*Iſaiæ 15.* vaſtatus eſt murus Moab. Quorſum inquit,nocte vaſtanda
niſi vt acerbitatem pœnæ detegeret ? Etiam Regius Pſaltes
*Pſal. 16,* ait,Probaſti cor meũ,& viſitaſti,nocte me examinaſti.Quid
eſt nocte me examinaſti,niſi tribulatione , vt ait Remigius,
quæ tribulatio nox dicitur à ſimili,quia turbat?Non eſt, qui
ambigat,maiorem terrorem incutere nocturnum tempus,
quam diurnum. Alterum eſt,non ita aperte,& manifeſte ple
ctendos prophetas,quemadmodũ populum. Quo vno ver-
bo,quo pacto agendum ſit cum peccatis perſonarum publi-
carum , aperte oſtendit, quos non decet,publice punire,ne
illorum ſtatus contemnatur.

## *Ad morum compoſitionem.*

ET *corrues hodie, & corruet propheta tecum nocte.*
¶ *Hodie*,inquit *corrues*.Quorſum *hodie* fu
turam ait ruinam,magis quam hoc tempo-
re ? Et certè Domine non eo die ſumpſiſti
*Ezec.24.* pœnas de peccatoribus?Cur ergo hodie ais?
In eundem modum puniturus peccatores
crebrò loquitur apud Ezech,Filij hominis,inquit,ſcribe tibi
nomen diei huius,in qua confirmatus eſt rex Babylonis ad-
uerſus Ieruſalem hoc ſignificat ? Duo hic video implicata.
Alterum eſt,timendum eſſe,permanere in peccato , quando
eo hodie,quo homo eſt in peccato,puniri poteſt à Deo.Ideo
inquit,*Hodie corrueris niſi reſipueritis*.Ac ſi dicat, Timete,diu eſ-
*Iſaiæ 47.* ſe in tali ſtatu,quod ego Deus vos poſſim punire. Alterum
eſt,Dei miſericordia ſplendet , qui repentinam eſſe ruinam
*Iacula* ait,cum non ſit ita imminens.Iſaias etiam ait.Veniet repen-
*præmiſſa* te ſuper te miſeria,quam neſcis, Quorſũ repente miſeriam
*minus no-* venturã ait?Certè,vt terrorem incutiat:& reſipiſcamus. Vm
*cent.* bra huius rei eſt Dalida:quæ cum eſſet Sanſon ligatus: cla-
mabat:Philiſtihim ſuper te Sanſon. Ter clamauit:ante quã
*Pſal.118.* in eum irruerent Philiſthiim:ſed tandem quartò in eũ irrue
runt,& captus eſt.Sic eccleſia clamat : cũ nos cernit ligatos
funibus peccatorũ:de quib.ait Dauid, Funes peccatorũ cir-
cumplexi ſunt me:& ait:nobis imminere ſupplicium : licet
non ſtatim ſit ſumendum : vt nos terreat , & reuocet à pec-
catis. Quòd ſi fuerimus nimis deſides ad reſipiſcendum:tuc
cum Sanſone capiemur:& peribimus,&c.

Præterea



Præterea,*hodie* vocat temporis ſpacium, quo filios Iſrael
erat puniturus Dominus quia certè, ſi rectè conſideremus
minimum temporis eſt,quantumuis maximum eſſe videa-
tur,quo Deus nos expectat,& differt,pœnam infligere pec-
catori.Mille anni ante te te ſicut dies heſterna,quę pteriit,
ait Dauid.Si ergo mille anni dies heſterna iudicãtur.qd erit
dao,aut decem anni , aut viginti? Certe paruiſſima minuta.
Hinc Baldad Suites dicebat Iob,Heſterni ſumus,& ignora-
mus,quoniã ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terrã. Vtinã
hæc verba,Ignoramus,& dies noſtri ſicut vmbra ſuper ter-
ram,nunquam è mentibus noſtris exciderent. Quis enim
ita ſapiens,vt in pectore reuoluat , Heſternus ſum?Ad hæc,
q tantũ ſunt ſuper terram dies eius ſicut vmbra.Nam fun-
ctis vita hac,alia ſemper duratura vel in pœnis,vel in gloria *Eccle. 7.*
reſtat.Hinc & Sapiens ait,Memento iræ, quoniam non tar-
dabit.Et Apoſtolus,Adhuc modicũ aliquantulum: qui ven- *Hebr. 7.*
turus eſt,veniet,& non tardabit. Ac rurſum, Hoc itaq; dico *Apoc. vlt.*
fratres,tẽpus breue eſt , reliquũ eſt, vt qui habent vxores, *Iacobi 5.*
tanquam non habentes ſint,&c.Et in Apocal.Ecce venio ci-
to.Iacobus etiam ait,Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Quid *Apoc.12.*
plura?Hinc inuenietis , vocari tẽpus vitæ noſtræ modicum.
In Apocal.ait angelus,Væ terræ,& mari, quia deſcendit dia-
bolus ad vos habens iram magnam ,ſciens quod modicum
tempus habet.O lamentandam hominum ſortem Agnoſcit,
diabolus,nos modicũ victuros,nos autẽ cæci ſumus , vt hoc *Senec. E-*
agnoſcamus?Demum dicat Seneca quid eſt tẽpus vitæ no- *piſtol. 29.*
ſtræ.Punctum,inquit,eſt,quod viuimus. Summa igitur eſt, *ad Luc.*
Breue eſt tempus vitæ noſtræ. Et quadrat obſeruatio in
Euangeliũ Dñicæ 4.poſt paſcha , in ea verba, Modicum, &
non videbitis me Certe modicũ tẽpus eſt , q interponitur
donec corã Deo iudicandi pareamus.Quadrat etiã in Euan
geliũ Dominicę primæ Aduentus.His autẽ,inquit, fieri inci
pientibus.Cur ſtatim incipientibus eos iubes,leuare capita?
Cur non ais Domine,his autem fieri deſinentibus?Tranſeat
illa prius & poſtea cũ prope finẽ fuerint,aut parum defuerit
vt deſinant eſſe,leuent capita?Nequaquam, non enim longa
erit mora:ſed breuiſſimè appropinquabit redemptio veſtra.
Hinc etiam inquit,Sicut fulgur exit ab Oriente, & patet vſ-
que in Occidentem,Ita erit aduentus filij hominis.Ac ſi di-
cat,quã citiſſimè.Quid enim velocius, quã exitus fulguris?

D 2 Quadrat

Quadrat etiam in mandatum, in ea verba. Vt tranſeat ex hoc
*Commo-* mundo ad patrem. Quid via noſtra eſt, niſi tranſitus
*randi non* iſquè breuiſſimus ad vitam longiſſimam, & immen-
*habitandi* ſam.
*diuerſoriũ* Tertiò, *corrues*, inquit, *hodie*, id eſt, clara luce, vt ait Hiero-
*Vita.* nymus quod Vatablus nõ immeritò vertit interdiu. Certè
ſub hac voce myſterium latet non paruum ad mores. Pote-
rat quidem Deus, noctu machinari ruinam huius populi: ſed
noluit, & in die ait ruituros. Quid hoc eſt? Nempe, quod di-
*Matth.* xerat Chriſtus apud Matthæum, Corripe delinquentem in-
ter te, & ipſum ſolum: ſi te non audierit, dic Eccleſiæ, vt pu-
blice, corripiatur, & coram teſtibus ſaltem. Timeamus ergo
quando delinquimus, nõ admittere correctionem. Nã certè
*Eccleſ. 9.* ſi non admiſerimus, vt hic populus iuſto Dei iudicio punie-
mur à Deo. Hinc Sapiens ait, Qui odit correptionẽ, minue-
tur vita, niſi ego ſumam vindictam? Et Amos, Odio habue-
runt corripientem in porta. Idcirco domos quadro lapide æ-
dificabitis, & non habitabitis in eis; vineas plantabitis amã-
tiſſimas, & non bibetis vinum earum. Experti ſunt etiam
*Amos. 5.* Sodomitæ ſupplicium ob deſpectionem correctionis Loth.
Cum enim dixiſſet illis Loth volentibus abuti angelis no-
lite, malum hoc facere, & contemnerent correctionem dicen
*Geneſ. 19* tes Recede Illuc. Et rurſus, Ingreſſus es inquiunt. vt aduena
nunquid, vt iudices? Angeli incorrigibiles cæcitate percuſ-
ſerunt, ac poſtea igne eorum vrbes combuſſerũt. Obſeruate
*Obſtinato* quæſo, quo pacto omnia verba incorrigibilitatis appoſuit
*rum & in* Scriptura ante ſupplicium Sodomitarum, ſcilicet, Recede il-
*corrigib.* luc. Et rurſus addiderunt, Ingreſſus es, vt aduena, vt iudices
*ilium mi-* nos. Ac poſtremò, Te ergo magis, quàm hos affligemus. Ne-
*ſera condi* que vltra exſpectauerũt angeli: ſed percuſſerũt incorrigibi-
*tio.* les. Adhęc, corripitur Ozias rex à ſacerdotibus, ne adoleret
in cenſum. Noluit corripi: ſed minabatur ſacerdotibus iratus
Quid inde? Orta eſt lepra ſtatim fronte eius. Quemadmo-
*2. Paral.* dum ægrotus ſtultus eſſet, ſi inſtrumenta medici quibus
*c. 16.* putridum medicus ſecat, aut ſyrupi malediceret vaſa, Ita pec
cator malè facit, & ſtultè, corripientem maledicens. Is enim
tantum eſt inſtrumentum, & vas, in quo medicus cœleſtis
*Simil.* obiurgationis amaritudinem iufundit, vt peccator bibat, &
ſanetur, inſtrumentum eſt ſecans: à Domino tamen, non à
*Simile.* fe ſi peccauerit, inquit, frater tuus corripe illum, &c. Videbi-
tis multos, ſimiles eſſe canibus lapidem contra eos iactum
m ordenti-



mordentibus, Sic corripientes, qui lapidea ſunt à Deo pro-
iecti contra peccatores, mordent, & laniare contendunt, ipſi
peccatores. Videte, quo pacto Sodomitæ: rex Ozias, & filij
Iſrael iraſcantur contra vaſa medicinæ, contra inſtrumenta,
contra lapidem Dei. Verũm non impunè fecerunt, ſed alij i-
gne conſumpti ſunt, alius lepra percuſſus, & filij Iſrael *cor-
ruerunt.* Qudrat obſeruatio in Euangelium decollationis ſan
cti Ioannis Baptiſtæ, in illa verba, Vinxit Herodes Ioannem
propter Herodiadem. Videte ſtultum ægrotum damnantẽ,
& perdentem vas cœleſtis medicinæ. Videte canem mordẽ-
tem lapidem à Deo proiectum, vt arceret ab vxore aliena.
Cæterum non abſque ſupplicio fuit impius Herodes. *Priuata*
Quartò, docet hic locus, timendum eſſe occulta patrare *crimina*
crimina: Solet enim Deus, illa publice punire, ſicut auditis, *publicum*
*corrues hodie*, id eſt, clara luce. Sic Dauid occultè commiſit *meretur*
adulterium homicidium Vriæ & videte, quid dicat illi Na- *ſuppliciũ.*
tham propheta, Tu feciſti obſconditè, ego autem faciã ver- *2. Reg. 2.*
bum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & ſolis huius. Item *Ezech. 8.*
apud Ezechielem, Vides fili hominis, quid ſeniores domus
Iſrael faciunt in tenebris, vnuſquiſque in abſcondito cubi-
lis ſui. Dicunt enim, Non videt Dominus. Ergo ego faciam *Michæ. 2.*
in furore meo non parcet oculus meus, nec miſerebitur. Et
apud Michæam, Væ, qui cogitatis inutile, & operamini ma-
lum in cubilibus veſtris in luce matutina faciunt illud. Ecce *Ezech.*
ego cogito ſuper familiam iſtam mala. Solet multò tempo-
re Deus expandere amictum miſericordiæ ſuper nos, cum
peccamus, ne alij videant peccata noſtra. Apud Ezechielem
ait, Expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiã
tuam: tamen cum vidiſſet eam perſiſtẽtem in peccatis, vide-
te, quid ſubdit, Nudabo ignominiam tuam & videbunt tur-
pitudinem tuam.
Quintò, docet hic locus, publicos peccatores publicè pu
niendos. *Corrues hodie*, id eſt clara luce. Hinc & Apoſtolus, Pec *Matth. 9.*
cantem corã omnibus argue. Duos mortuos ſuſcitauit Chri *Lucæ 7.*
ſtus inter alios, Puellam intra domum, & eiecit turbam, vt *Vulgi opi*
ſuſcitaret. Vmbra eſt peccatoris occulti, quẽ occultè debe- *nio men-*
mus corripere. Alium ſcilicet filium viduæ, extra poram co- *dax.*
ram omnibus, inquo oſtendit, publicum peccatorem publi-
cè ſuſcitandum, & corripiendum.
Sextò, docet hic locus, ſcilicet, *Corruet propheta tecum*, flocci-
pendenda eſſe populi iudicia. Quos vocabat hic populus
prophetas? Falſos certè. Heu quoties malum bonum dicut.

 Hinc

Hinc Apoſtolus, Mihi autem pro minimo eſt; vt à vob:
iudicer, aut ab humano die qui autem iudicat me, Domin:
eſt. Cæcus eſt popul s hic, & ideo, iudicabat prophetas qu
hoc nomine erant indigni.

*Palpum obtrudere parœmia.*

Septimò, vides, etiam punitos falſos prophetas, & corruen
eo meritò. Quoniam adulatores etiam punientur à Deo c
ipſis peccatoribus, quos ad peccandum allexerunt. Vtroſ:
enim ruere legis & populum, & Prophetas iniquos obtru-
dentes palpum ipſi populo, Quemadmodum ligna, dum au-
gent ignem, ipſa conſumuntur, ita paraſiti, dum fouent pe-
catores, ab ipſo pœnarũ igne, & peccati etiam rogo pere:
vna cum cum iiſdem peccatoribus. Hinc apud Ezechiele:

*Ezec. 13.*

ait Deus, Complebo indignationem meam in pariete, & :
his, qui liniunt eum abſque temperamento, dicamque vo-
bis, Non eſt paries, & non ſunt, qui liniunt eum Prophet
Iſrael, qui prophetant ad Ieruſalem, & vident ei viſionem

*Simile.*

pacis, & non eſt pax. Quid per parietem intelligit, niſi pec-
cata? & per linitores? quid niſi adulatores? Abſque luto vero,
abſque paleis eſſe, quid eſt niſi vanis, & blandis verbi
populo plaudere, illique non aperire, quod luto fœtido
ſint conſpurcati vitiorum quod paleæ ſint viliſſimæ, & qu
libet aura mobiles ad complectenda peccata? Sed quid d:

*Iudic. 4.*

*His temporibus regnat vitium adulationis maximè, adeo vt qui adulari neſcit aut mutus aut ſuperbus putetur.*

his erit cruſtatoribus & linitoribus peccatorum? Ti
mendum eſt, quod ſubdit, videlicet, Complebo indigna-
tionem meam in pariete, & in his qui liniunt abſque tem-
peramento. Et iuſtum quidem ſupplicium eſt. Nam quema:
modum aqua præterfluens calorem refert, ſaporem & odo
rem loci, per quem decurrit, Ita populus iniquum actionu
ſuarum retinet fœtorem, quoniam per adulatorum blandi-
menta, veluti per quaſdam venas occultas, ſordidas tamen,
& contaminatas, in peccantium pectoribus labuntur iniqui-
tates. Non eſt aliud adulator, quàm fœmina Iahel miſeri
peccatoribus porrigens vtrem lactis. eoſque operiens, ne a-
gnoſcantur, & ſecuri dormiant, vt clauo cerebrum tranſfi-
gat & pereant. Nam quid adulatio eſt, niſi lac dulciſſimum
quo blandus adulator peccanti ſoporem immittit, ne ſe agno-
ſcat, ſuaque crimina? Quid, niſi pallium operiens peccat:
Sed dum dulcibus verbis peccatores alliciunt, & contegunt
vt reſupini dormiant, & veluti in tuto loco collocati, quieſ
cant, eorum animos clauis vitiorum tranſfigunt. Nec ſilen
tio prætermittendum eſt, cui potiſſimum mulier Iahel la
dederit, & operuerit, Siſare nempe principi militiæ regi
Iabi



Iabin potum lacteum dedit, & tegit. Quo oſtenditur, princi
pibus maximè adulatores lac pro aqua, id eſt, dulcedi-
nem adulationis pro veritate offerre ſolere. Fugiamus fra-
tres mei pro veneno hoc execrandum adulationis lac do-
leamuſque miſerandam ſortem principum, qui hoc pe-
ſtifero lacte adulationis crebrò ſopiuntur. Atque vti-
nam in imo pectore reconderent verba Salomonis, Fili, ſi te
lactauerint peccatores, ne ambules cum eis. Non enim tam
facilè fides adhiberent adulatoribus. Vellem etiam, memi
niſſent, & ante oculos mentis haberent, quando Abraham
ingenti gaudio perfuſus, grande conuiuium fecerit, cum vi-
delicet Iſaac ablactatus eſt. Cur magis in ablactatione,
quàm in ortu pueri celebrat patriarcha conuiuium? Vmbra
eſt certè qua implicatum eſt, tunc homines debere, maximè
lætari cum lac ſugere adulationis nolunt. Audiant etiam
quando Anna filium Samuelem obtulit Domino, nempe
cum illum amouit à lacte. Tunc enim Eccleſia mater no-
ſtra nos offerre cupit Deo, cum lac faſtidimus adulatorum
eorumque blandis verbis non aſſentimur. Quadrat obſer-
uatio in Euangelium Dominicæ 22. poſt Pentecoſt. in hæc
verba, Magiſter, ſcimus, quia verax es, & via Dei in ueritate
doces. Videte iniquos adulatores, vt cõtendant, dulcibus, ac
lacteis verbis decipere Chriſtum. Quadrat item in Euan-
gelium Epiphaniæ, in hæc verba, Turbatus eſt Herodes, &
omnis Ieroſolyma cum illo. Cur omnis Ieroſolyma turba-
tur, turbato rege? Certè, vt regi blandiantur.

*Adulatoribus præbere aures indigum princips.*

*Prou. 1. c.*

*Geneſ. 21. b.*

*1. Rag. 1.*

Octauò, *Corruet etiam propheta tecum*. Si in hunc modum di-
ſpũgas, gratia, & dignitas prophetalis peribit à te, quam ex-
plicatione amplectũtur Diuus Hieronymus, Gloſſa, & Hay-
mo obſerua quaſi ingens ſupplicium ſit carere prophetis,
Deum comunicari Iudæis, fore priuandos prophetis. Et cer
tè nullum acerbius populo contingere põt ſupplicium, quã
non habere viros ſapientes, ſciẽtiaque Dei excultos, quorũ
intereſt, populum docere, admonere atque corripere. Quem
admodũ acrius cruciat, orbari hominẽ oculis, quàm aliis cor
poris ſenſibus. Vnde ait Tobias, Quale gaudium mihi erit,
qui in tenebris ſedeo, & lumẽ cœli nõ video? Ita reipublica,
quę, teſte Apoſtolo, corp⁹ quoddã myſticũ eſt, Mẽbra, inquit
ſumus vnius corporis, nihil triſtius euenire poteſt, quã ocu-
lis carere, & eſſe cæcã. Tunc autẽ oculis caret, & cæca eſt quã
do nõ habet viros ſapiẽtes. Hi.n. oculi sũt reipubicę Audi q̃d
dicat Iſaias, Obſtupeſcite, & admiramini, fluctuate, & vacillate

*Simile.*

*Iſaiæ. 9.*

*Excæcata eſt Iudæorum turba ſuis erroribus carens duce & doctore.*

Quorſum Iudæi turbandi ſunt,ingentique triſtitia afficiendi?Id enim dictis verbis ſignificat Iſaias. Videte,quam cauſam reddat , Quoniam Dominus claudet oculos veſtros. Qui ſunt iſti oculi?Ipſe vates explicuit ſubdens,Prophetas, & principes veſtros,qui vident viſiones,operiet,Et erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati,quem cum dederit ſcienti literas,dicent,lege iſtum,& reſpondebit, nō poſſum, ſignatus enim eſt,& dabitur liber neſcienti literas, dicetúrque ei, lege, reſpondebit , neſcio literas. Aſpicis,quaſi ſupplicio maximo plecti Iudæos orbitate oculorum,nempe

*Apo.5.a.*

prophetarum,& ſapientium virorũ?Agnouit;quantũ ſit hoc ſuppliciũ D.Ioannes,ſi quidẽ cũ nõ eſſet,qui aperiret librũ& ſolueret ſeptẽ ſignacula eius,fleuiſſe ſe dicit, donec audiuit Noli flere,Ecce vicit leo de tribu Iuda,radix Dauid,vt aperiat librum,& ſoluat ſignacula eius. Quòd ſi Euangelicum vatẽ interroges,Cur tantum lachrymarũ profluuiũ effundat ob diuini libri ſignationem,& quod non inuentus fuerit dignus quiſpiam ad aperiendum illum rationes multę ſunt. Quarum prima ſit,quoniam ſi populus cæcus fuerit;& oculis,qui ſunt prophetæ;careat,facilè,imò tertiò quoq; paſſu corruet.Ad hæc,cum prophetarum,& concionarorũ munus ſit,tum extirpare noxas herbas ex Eccleſiæ horto,pulchraſque,& ſalutiferas conſerere,tum populum conſolari in calamitatibus à Deo immiſſis;ne earũ onere ſuccumbat,ſi deſit agricultor, ſi abſit conſolator,quid,quæſo,erit de miſero

*Ierem.1.*

populo?Certè actum de illo eſt.Audi,quid dicat Deus Ieremiæ,Ecce dedi verba mea in ore tuo:ecce conſtitui te hodie ſuper gẽtes,& ſuper regna,vt euellas,& deſtruas,& diſſipes & plantes.Munus ergo vatũ eſt,inſtar optimi agricolæ hortum Dñi colere.Quòd etiã ad eoſdẽ vates ſpectet, cõſolari populum,dicat Regius Pſaltes deflens,ꝙ populus Iudæorũ careat prophetis ſuis conſolatoribus.Dixerũt inquit,in corde ſuo cognatio eorũ ſimus quieſcere faciamus omnes dies

*Pſal.83.*

feſtos Dei à terra. Signa noſtra non vidimus , iam non eſt propheta,& nos non cognoſcit amplius.Cur prophetis carere populum dolet Dauid circũſeptum grauiſſimis,& diuturnis malis? Proculdubiò qm̃ vates potentes erant ſermone ad conſolandum populũ,qũ à Deo flagellabatur,ne animum deiiceret. Conſolamini; conſolamini populus meus, dicit Deus veſter,loquimini ad cor Ieruſalem,inquit Iſaias.

*Optimi prædicatoris officiũ deſcribitur.*

Præterea munus vatum , & concionatorũ eſt,oculis populi

*Iſaiæ 40.*

obiicere peccata patrata, vt male actorũ pœniteat. Clama,





ne ceſſes,inquit Iſaias, quaſi tuba exalta vocem tuã, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata

*Iſa.58.*

eorũ.Igitur ſi deſit,qui peccata in memoriam peccatorũ reuocet;vt illis conſpectis,pœnitentiam agant,atque veniam à Deo conſequãtur,grandis pœna eſt. Quemadmodũ.n.bo-

*Simile.*

nus agricola agrum ſtercorat,vt fructum ferat, nam fortaſſis,ſi fimum non adhiberet,ſterilis eſſet,& infecũdus;atque agro nihil peius obuenire poteſt,quã deeſſe illi culturẽ ſtercorantem, In eundem modum concionatoris muneri incũbit,peccata quæ non ſunt aliud, quam ſtercus oculis hominum ſubiicere, vt doleant,ſe ſtercora fuiſſe amplexatos, & fructum pœnitentiæ agant , nihilque nocentius poteſt miſero peccatori contingere, quã carere concionatoribus, qui pro virili dent operam; vt agnoſcat peccator,quam fœtido, ac tetrio ſtercore vitiorum fuerit conſpurcatus. Nõne legis in Euangelio dictum à cultore vineæ,Dñe dimitte ficulneã

*Luc.13.*

& hoc anno vſque dũ fodiã circa illã,& mittam ſtercora , & ſiquidẽ fecerit fructũ,ſin autem,in futurũ ſuccides illã:Non

*Iudic.2.*

ſunt aliud vates,& declamatores ad populũ, quàm angelus Dñi aſcendens ad locũ flentium,proponénſque filiis Iſrael cauſam,ob quã plectantur à Deo,ob peccata videlicet; qui loquente angelo,eleuauerunt vocem & fleuerunt,immolauerúntque hoſtias Domino. Cuius enim peccatoris pectus

*Duros hominũ pertinaciũ affectus vincit vox prædicatoris mouet.*

etiam ſaxeũ non emollient concionatoris clamantis, ſudoréque madẽtis voces,vt in lachrymas ſolutus pro commiſſis delictis in ſacrificium offerat Deo ſuo ſpiritum contribulatum?Demum,cum munus vatis ; concionatoríſque ſit, cibum animi,ſpiritualéſque eſcas deferre hominibus,ne fame pereant,conſequens eſt,ingens eſſe Dei ſupplicium, priuari vatibus,& concionatoribus. Quemadmodũ enim Da-

*Dan.14.*

nieli in lacum leonum reiecto miſit Deus angelum , qui Abacuch portaret capillo capitis, ponerétque in Babylonem ſuper lacum leonũ,ac porrigeret cibum dicens,Daniel ſerue Dei tolle prandiũ, quod miſit tibi Deus,atque hoc cibo refectus poſtea extractus eſt ex lacu leonũ, Ita nos,qui circũſepti ſumus leonibus inferni,de quibus ait Apoſtolus, Fra-

*1.Petr.5.*

tres vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus,tanquam leo rugiens circuit,quærens quem deuoret, mittit Deus cõcionatores,vt nobis aſportent eſcas ſpirituales, apprehenditq; capillo capitis,qm̃ eorũ mẽtib.ſuggerit,& tãquã in quibuſdam ferculis reponit cibos; quos populis propinaturi ſunt. Summa igitur ſit,Meritò in acerbiſſimam pœnam commi-

natur Deus Iudæos, non habituros vates, quoniam oculi
ſunt reipublicæ, ne illa corruat, cultores agri Dñi ad euellẽ-
das ſpinas, & tribulos vitiorum, conſerendáſque virtutum
plantas, ſtercoratores vigiles, vt hic ager fructum ferat, cõ-
ſolatores optimi, ne calamitatibus ſuccumbat peccator, an-
geli ad lachrymas excitantes, vaſa diuina ad ferendas cœle-
*Reip. orna* ſtes dapes. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Docto-
*menta vi-* ribus, in hæc verba, Vos eſtis lux mundi. Magni ergo faciẽ-
*ri pruden-* di ſunt Doctores, qui lux, hoc eſt, oculi ſunt reipublicæ. Itẽ
*tes.* in Euangelium Epiphaniæ, in hæc verba, Congregans om-
nes principes ſacerdotũ, & ſcribas populi ſciſcitabatur ab
eis, vbi Chriſtus naſceretur. Cur ſacerdotes, & ſcribas inter-
rogat Rex? Qm̃ ſunt oculi, quibus reges, & reſpublica pro-
ſpicere debet; quæ ad ſalutem eius ſpectant.

¶ *Nocte tacere feci matrem tuam.*

¶ Varius legitur hic locus, tum apud Græcos, tum apud
Hebræos, Septuaginta legunt, Nocti aſſimilaui matrem tuã.
Theophylactus tantum ait, Nocti aſſimilaui, & non appo-
nit, matrem, vt Septuaginta apponunt. Hebræi legunt; vide-
bor mater tua, aut ſimilis ero matri tuæ. Hebraicus textus
longè eſt ab æditione vulgata diſſimilis, neque aliquo pacto
Vulgata cum Hebraico, qui modo, circumfertur, coire po-
teſt. Ideò Hebraicus omninò relinquendus Græcus à vulga-
ta non diſſentit omninò. Theodoretus ait, comparari Syna-
gogam, quam vocat *matrem*, populum vero ex hac profectos
nocti, quia ſeipſos filij Iſrael tradentes in tenebras ignorã-
tiæ; neque exiguam quidem lucem agnitionis Dei habebãt.
*Hierony.* D. etiam Hieron. iudicat, non eſſe aliquid diſcriminis inter
*matrem*, & filios: ſed quo modo inquit Dñs ad populum Iu-
*Matt. 23.* dæorum, Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis prophetas; quo-
ties volui congregare filios tuos ſub alis, & noluiſti, &c. Nõ
ꝙ alia eſſet Ieruſalem, & alius populus eius. Neque. n. abſq;
*Mater Iſ-* populo ad cæmenta vrbis, & ligna, lapides loquebatur, Sic
*raelis vo-* *mater* vocatur populi frequentia, & omnis turba natio is
*catur ipſe-* Hebreæ. Filij autem, vel ſinguli ex populo, vel per oppida
*met Iſrael* villáſque diſperſi. In *nocte* ergo, ac tenebris captiuitatis; &
*totus ei* mœroris, & præmentis anguſtiæ traditur Iſrael, & populus
*populus eſt* eius æterno ſilentio conticeſcit, quia non habuit leges ſciẽ-
*velut ma* tiam, neque Dei præcepta ſeruauit, recepitq;, quod fecerat.
*ter ſingu-* Hæc D. Hieron. Conſentit cum hac expoſitione Lyranus,
*lorum.* licet ſolum per *matrem* Ieruſalem intelligat, quam *nocte* ait,
tacuiſſe,



tacuiſſe, quia nocte capta fuit, vt 2. Paral. cap. vlt. refertur. *2. Paral. vltimo.*
Ad eundem modum expendit Interlinearis, & *tacere* ait, quia
in anguſtia captiuitatis non audebit quiſpiam, proferre ma-
lum ſuum coram hoſtibus: ſed populus ſilentio tabet com-
prehenſus, non audens reſiſtere hoſtibus. Rupertus per *no-*
*ctem* ignorantiæ tenebras intelligit, quibus ille populus erat
obuolutus. Conſentiunt ergo Theodoretus, & Rupertus.
Verior tamen mihi videtur Hieronymiana expoſitio, cum
quo Vatablus etiam conſentire videtur, Ait enim, Matrem
tuam compeſcam, id eſt, perdam. Recentiores multò ſecus
expendunt. Dicunt enim, quod his verbis, *Tacere feci matrem*
*tuam* (vocem enim nocte cum præcedentibus iungunt non
autem cum his modo dictis). *Tacere feci matrem tuam*, ſigni-
ficatur, nihil habere Synagogam, quod Deo arguenti, ac-
cuſantíque obiicere poſſit, Etenim ſi ſacerdotibus & pro-
phetis poſſit obiicere, illi ſiquidem totidem obiurgationi-
bus, aut etiam pluribus erant proſequendi ob eorum crimi- *Integrita-*
na, at Deo accuſante, & in iudicium vocante; tacere cogun- *te vitæ cõ-*
tur, quia Deo nihil obiici poterat, Ac ſi apertius dicat, Ego *peſcuntur*
ipſe accuſo, non ſacerdos quiſpiam, ego reprehendo, nõ va- *peccãtium*
tes aliquis, qui vel crimine irretitus, vel ad populi gratiam *ora.*
loquebatur. Nihil enim fortius ad tegenda peccantium ora, *Geneſ. 13.*
cum obiurgantur, puritate vitæ. Docuit hoc Laban, qui ni-
mis obiurgatus à Iacob, quòd ſuam ſuppellectilem fuiſſet
ſcrutatus, tantum abeſt, quòd paria reddiderit, quod amici- *1. Re. 24.*
tiam inire ſecum poſtulauit, dicẽs, Veni, & ineamus fœdus.
Sic etiam Saul rex obiurgatus à Dauide innocente, qui ſuũ
inimicum interficere potens, noluit tamen, interficere, flens
dicit Iuſtior es, quàm ego. Tu enim tribuiſti bona, &c.

## *Ad morum compoſitionem.*

NOcte tacere feci matrem tuam.
¶ Quoties mecum reputo, cùr patria cu-
iuſque, *mater* illius appelletur; occurrit, eam
*matrem* vocari, non ſolum, quia nos genue-
rit: verùm etiam, qui nos defendere, & dili-
gere debet non ſecus, ac *mater* editos dili-
git filios; tuetúrque eandémque viciſſitudinem debent fi-
lij matri patriæ rehendere. Hinc egregiè Diuus Hie- *Hieronny.*
ronymus, cap. 7. Ieremiæ, in hæc verba, Habitare vos fa-
ciam in loco iſto, inquit, Naturale eſt, vnuſquiſque
natale

*Neſcio qua natale ſolū dulcedine cunctos ducit & immemores non ſinit eſſe ſui.*
*Pſal.136.*
*Caßiodo.*
*Seneca.*
*Eſt aliquid in patria viuere.*
*Plato.*
*Chryſerm.*
*Vegetius.*

natale diligat ſolum,& nihil dulcius habeat patria. Teſtantur hanc ſententiam etiam filij Iſrael, qui dicentibus ſibi, Hymnũ cantate nobis de canticis Sion,gemebundi reſpondebant, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? In ſalicibus, in medio eius ſuſpendimus organa noſtra. In quem locum optimè Caſſiodorus inquit, Nimis dulcis eſt recordatio patriæ. Et Seneca, Nemo patriam diligit, quia magna: ſed quia ſua. Et Marcus Brutus Romanus ille celeberrimus, exul aiebat, ſe malle,Romæ ignobiliſſimum ciuem, quàm exulem omnium aliarum ciuitatum imperatorem nominari. Atque Plato in Critone,patriam,ait,patri, & matri anteponendam. Et Pytagoras interrogatus,quomodo oporteat,ſe gerere erga patriam ingratam,vt erga matrem reſpondit. Hinc & optimè Chryſermus, 2.lib.hiſtoriæ Perſicæ refert, Pauſaniam Lacedemoniorum ducem iure optimo à propriis parẽtibus fuiſſe obſtructum per lateres foribus templi, donec fame interiit,quia voluit,Spartam prodere quingentis argentis. Contra verò commendatur Ariſtoteles à Vegetio, & Valerio Maximo,quòd cum eſſet vitæ ſupremæ reliquias ſenilibus, atque rugoſis membris in ſummo literarum otio vix cuſtodiens,adeo valenter pro ſalute patriæ incubuit,vt eam hoſtibus armis,quaſi ſolo æquatam,in lectulo Athenis iacens eripuerit. Quæ omnia apertiſſimè probant;nihil debere eſſe homini charius patria, eamque vnice diligendam. Contra verò maximè reprehendendos,qui eam perſequuntur, aut illi,ſi poſſunt, non opem ferunt, cum patria doleat, & gemat ob calamitates ſuorum filiorum,Docuit hoc ſuo exemplo Aſſertor noſter,qui in imo pectore reuoluens, quæ eſſet Ieruſalem paſſura,videns ciuitatem,fleuit ſuper illam dicẽs, Quia ſi cognouiſſes & tu diem viſitationis tuæ,&c.

¶*Conticuit popolus meus,eo quod non habuerit ſcientiam.*

*Quaſtus licentia non datur hoſte oppreſſo.*

¶Vatablus diſpungit,id eſt,perdetur. In quem etiam modum explicuit: Tacere feci matrem tuam. Ad quam etiam expoſitionem videtur alludere D.Hieronymus. Sic enim inquit,In nocte ergo,ac tenebris captiuitatis,& mœroris,& prementis anguſtiæ traditur Iſrael, & populus eius æterno ſilentio conticeſcit. Conſentit etiam cum hac expoſitione Interlinearis,& videtur exactus diſpungere. Nam ait, *conticuit popolus meus*,quia comprehenſus ab hoſtibus, ſilentio tabet,non audens,reſiſtere hoſtibus,addiderim ego,neque vllas voces emittere. Nām ſi quis emittebat,trucidabatur, & acerbius



acerbius accipiebat vulnus.

*Eo quod non habuerint ſcientiam.* Licet omnes ſcientiam referant ad cognitionẽ diuinæ legis, abiecerant enim ſacerdotes,& vates libros diuinæ legis,qui traditi fuerant à Moſe, vt populum inſtituerent iuxtà illud, Scripſit Moſes legem hanc,& tradidit eam ſacerdotibus filiis Leui, & cunctis ſenioribus Iſrael. D.tamen Hierony. latius ſumit hic *ſcientiam*, nempe pro ſcientia legis,vt etiã includat Dei præceptorum obſeruationem. Ait quippe,Quia non habuit legis ſcientiã, nec Dei præcepta ſeruauit. Et certè hic videtur ſenſus germanior,cum ſcientia Dei in ſacris Bibliis pro religione, & cultu Deo exhibendo ſumatur,vt apud Ierem. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua:ſed in hoc glorietur, ſcire, & noſſe me,id eſt,agnoſcere verè,& colere. Hinc cognitio Dei crebro tam in veteri,quam in nouo teſtamento ſcientia Domini vocatur,vt apud Iſaiam,Terra repleta eſt ſcientia Domini,ſicut aqua inundantis maris,id eſt,tam abundanter erumpet cognitio Dei,velut cum aqua inundans erupit,& totam aliquam regionem oppleuerit. Nos ergo vtrumque cõplectamur,& ſcientiam diuinæ legis, & cultum Deo exhibendum ſub hac voce, *non habuit ſcientiam*,id eſt, non habuit libros diuinæ legis,neque cognitionẽ Dei ſui per diuinum cultum illi exhibendum,& diuinorũ præceptorum adimpletionem. Et ne quis exiſtimaret, ꝙ hic populus plectitur ob ignorantiam *ſcientiæ*,vt dicit negationem tantùm: ſed vt dicit priuationem *ſcientiæ*, ita quod derelinquat debitam aptitudinem in ſubiecto. Et ſic conſtat,quòd neſcire ea,quę quis poteſt,& tenetur ſcire, vitioſum eſt, vt ait Diuus Thomas Iſaiæ 5.in ea verba,Captiuus ductus eſt populus meus,quia non habuit ſcientiam.

*Deut. 31.*
*Ierem. 9.*
*Iſa. 11.*
*D.Tho.*

## *Ad morum inſtitutionem.*

C*onticuit populus meus,eo quòd non habuerit ſcientiam.*

*Deut. 6. & 11.*
*Actio & contemplatio diuino verbo cohærent.*
*Simile.*

¶Venuſtiſſimè explicuit effectũ *ſcientiæ* Dei, quidque efficiat ignorantia ſcientiæ Dei,nempe ruinam populi. Videte,qid dicat Moſes filiis Iſrael, Erunt verba hæc in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis,& meditaberis,& ligabis quaſi ſignũ in manu tua,& mouebuntur inter oculos tuos. Vbi vides,in quatuor locis debere nos habere verba Dei,in corde ad credendum,in ore,ad loquendum:in manibus ad operandum:in oculis,ad videndum. Solet homo, qui ſpecilla ad videndu- habet,

habet,nihil alicuius momenti ſine ſpecillis operari , aut videre , Sic vult nos Dominus nihil videre , aut operari ſine præuia lege eius. Sic videbat Regis Pſaltes , & operabatur quando dicebat, Tunc non confundar , cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. Ac rurſum,Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.

*Pſ.l.118.*

Hoc etiam faciendum eſſe docet Diuus Iacobus. Qui perſpexerit,inquit, in lege perfectæ libertatis,& permanſerit in ea,non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis,hic beatus in facto ſuo erit. Quadrat obſeruatio in Euangelium Aſſumptionis,in ea verba,Sedes ſecus pedes Domini audiebat verbum illius. Cur audiebat? Quia,ſpiritu diuino ſuggerente,agnouerat,ſibi tradi ſpecilla quædam prætioſa ad conſpicienda,quæ erat factura Magdalena,ne erraret.

Secundò,vides punitum populum,quia non habuit *ſcientiam*. Et certè hoc conſiderandum eſt. Nam cum ſacerdotes ſint,qui debeant,ſcientiam habere , cur populus plectitur? Docet,debere populum,nõ eſſe ſegnem,nec pati,ſacerdotes ſuos deſpicere ſcientiam Dei:ſed debere,ab eis exigere magiſtratus,vt ſuum exequantur munus docendi legem Dei. Hinc apud Deut. lex tradita eſt, non ſolum ſacerdotibus:ſed etiam cunctis ſenioribus.

*Deut.*

Cur tradidit ſenioribus? Certè,vt ſciant à ſacerdotibus exigere ſuum munus , ſi eos viderint negligentes in ſcientia Dei, & addiſcenda , & docenda.

¶ *Quia tu ſcientiam repuliſti,repellam te & ego , ne ſacerdotio fungaris mihi.*

¶ Expoſita voce *ſcientia*,vt dictum eſt,pro cultu ,& religione , & cognitione Dei , & ipſa lege Dei , duo dubia hic videntur incluſa. Alterum eſt , ad quoſnam hic verba faciat. Et vno verbo reſpondemus cum Diuo Hieronymo, & Ruperto,ad decẽ tribus Iſrael,& nõ ſolum ad ſacerdotes,vt nõnulli volunt. Ipſam enim Synagogã *repellendam* à ſacerdotio ait,quia oblita eſt legis Dei. Et non ſolum eſt cõminatio aduerſus ſacerdotes. Quamuis ita Vatablus,& Lyranus,& nõnulli. Legant Iſaiæ,c.5.vbi etiã ad populum, eundẽ ſermonẽ factũ inuenient,Captiuus ductus eſt populus meus,quia nõ habuit ſcientiam. Igitur potius populo,quàm ſacerdotibus hæc aptanda ſunt verba,ſicut & Iſaias aptauit. Alterum dubium eſt,quando hic populus *repulit ſcientiam*? Reſpondemus etiã ex ſententia Diui Hieronymi,& Ruperti,quòd quando coluit vitulos aureos in Dan , & Bethel , præcipiente hoc impio



impio Rege Ieroboam , ne rediens populus ad colendum Deum in Ieruſalem deficeret,& rurſus Roboam ſubderetur imperio Obſeruate etiam , vt habeat incrementum oratio.

*3.Re.12.*

Prius dixit,Quia nõ habuit ſcientiam,auget culpam repulſa ſcientia. Ac tertio inquit,oblita es legis Dei tui. Obliuio eſt quaſi criminis alueus,& maxima profunditas,& inundatio. Quæret etiam aliquis , quanto tempore repulſa eſt ſynagoga? Reſpondeat D. Hieronymus,Sacerdotium perdidit in æternum.

*Hierony.*

Si autẽ quis velit , amplecti ſententiam dicentiũ hic ſolum eſſe ſermonẽ ad ſacerdotes,quæ expoſitio omnino non diſplicet,dicendũ eſt cum Lyrano, quòd ſacerdotes perſequebantur ſanctos prophetas,quòd obiurgarent,& reprehenderent ſacerdotum crimina. Vnde ſic eſt locus diſpungendus. *Quia repuliſti ſcientiam* , ſcilicet meorum vatum, *repellam,& ego te*,ô ſacerdos,*ne fungaris ſacerdotio*. Sunt,qui tantum exponant,*repellendos* ſacerdotes , quia ſcientiam Dei ignorabant. Indignus enim eſt dignitate,quiſquis eas artes, quibus ad illam aſcenditur,neglexerit. Ars autem,qua conſcendebatur ad ſacerdotij dignitatem,erat diuinæ legis cognitio Iuxta illud,Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam,& legem requirent de ore eius,quia angelus Domini eſt. *Ne ſacerdotio fungaris mihi*. Pronomen appoſitum *mihi* emphaſim habet.

*Sacerdotæ lis amborĩ tate priuandi ſacerdotes qui Deĩ legẽ noſſe neglígũt.*

*Malac.3.*

Et duo hic implicata conſpicio,quam venerationem debeant ſacerdotio præſtare ſacerdotes,qui Deo inſeruiunt eo miniſterio. Alterum bonitatem Domini ſui, qui munificentiſſimus eſt erga ſuos ſacerdotes , vt hinc percipiant , à quanto honoris culmine exciderunt. Ac ſi apertius dicat,*Mihi*,qui largo manu confero beneficia in meos ſacerdotes.

## *Ad componendos mores.*

Q*Via tu ſcientiam repuliſti,repellam te & ego , ne ſacerdotio fungaris mihi.*

*Fauores & amicitiæ non promoueri debent ad dignitates homines.*

¶ Dolendum eſt,nuſquam in aliis rebus eligitur ignarus artis,aut muneris , quod profeſſurus eſt:ſed peritus exquiritur , vt ſi ægrotas, non ſutorem:ſed medicum,ſi litem habeas , non adis ſutorem:ſed iuriſperitum,& traditur ſacerdotium ignaris *ſcientiæ* Dei,quæ gradus eſſe debet , vt quis aſcendat ad honorem ſacerdotij. Solent homines,aſpicere cognationem,amicitiã, &c. vt quem ad hoc promoueant munus. Non ſic faciendum

erat:

erat,ſed reſpicere , an ſcientiam habeat. Ad conſtruendam
*2.Par.2.* domum Dei non Iudęos elegit Salomon , ſed quæſiuit, qui
*3.Reg.5.* ſciret,ligna cedere,ſcilicet Sydonios dicens regi Hiran, Nō
eſt in populo meo,qui ſciat,ligna cedere. Quid nos ſumus,
teſte Apoſtolo , niſi templum Dei? Vt ergo ędificetur hoc
templum,quærendus eſt artifex , qui ſciat ligna videlicet
virtutes,cedere,& aptare ædificio,non inſipiens, & ſcientiæ
*1.Cor.3.* Dei imperitus. Audi etiam, quid dicat Apoſtolus , Secundū
gratiam Dei,quæ data eſt mihi,vt ſapiens architectus fundamentum
poſui. Non ait,vt inſipiens architectus, aut imperitus:
ſed,vt ſapiens. Agnouit enim non decere,architectū
*Exo. 28.* eſſe inſipientem:ſed ſapientia excultum. Apud Exodum ad
faciendas veſtes ſacerdotis Aaron,præcipit Deus: quęri ſapientes
corde viros,& repletos ſpiritu prudentiæ. Si ergo veſtes
non niſi à ſapientibus fieri Deus præcipit, quæro ,per-
*Doctrina* mittet eſſe ſacerdotes non ſapientes? Abſit. Hinc inter veſtes
*& veritas* & ornamēta ſacerdotis primum ponit rationale, in quo hoc
*Exo. 28.* iubet ſcribi,Doctrina , & veritas, quia primū inquirendum
eſt in ſacerdote,an in pectore habeat doctrinā, ſcilicet ſcientiam
Dei. Hoc eſt , primum fundamentum quo ſi careat,indignus
eſt , vt ad tantum munus aſcendat.Pro doctrina eſt
*Simile.* in Hebræo Vrim,id eſt, illuminationes. Debet eſſe illuminatus
ſcientia Dei. Quemadmodum animal quoddam carbuncus
appellatum, quod lapidem fulgentiſſimum, nempe
*Matth.5.* carbunculum,geſtat in fronte,quo ſe illuminat,Ita ſacerdos
animal carbunculus eſt,vt alios illuminet,& ſe. Hinc ait Aſſertor
noſter , Vos eſtis lux mundi,id eſt, carbunculi diuini
*Titum.1.* ad illuminandos homines, habetis enim lucem ſcientiæ.
*Hieron.* Hinc & Apoſtolus ait,præſulem oportere,eſſe continentem,
amplectentem eum , qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem
*Sacerdos* ſermonem , vt potens ſit , exhortari in doctrina ſana,& eos
*irreprehen* qui contradicunt,arguere. Et Diuus Hieronymus ſuper A-
*ſibilis* gæum, Conſidera,ſacerdotis eſſe officium , de lege interro-
*graditur* gatum reſpondere , ſi ſacerdos eſt, ſciat legem Domini,ſi i-
*cum priſco* gnorat legem Domini , ipſe ſe arguit , non eſſe ſacerdotem
*rum paſto* Domini. Sacerdotis enim eſt,ſcire legem , & ad interroga-
*rum exem* tionem reſpondere de lege Et Chryſoſtomus,lib.2.de digni
*pla intue.* tate ſacerdotali ait,Sapientiſſimum eſſe oportet ſacerdotem
*in Abel* & perſpicacem in omnibus,& mille, vt dicitur,ex omni par-
*Iacob.* te oculos habentem,quippe qui,non ſolum ſibi : ſed etiam
*Dauid.* populo viuit. Demum,quanta ſcientia debeat eſſe ſe præditus
ſacerdos,agnoſcemus , ſi conſideremus,eum eſſe paſto-
rem



rem,& in tres paſtores illuſtres oculos coniiciant. Primus
ſit Abel,quæ vox ſignificat lugentem. Debet enim paſtor, *Geneſ. 4.*
lugere peccata ouiū. Vnde apud Ioelem , Inter veſtibulum,
& altare plorabunt ſacerdotes miniſtri Domini , & dicent, *Ioel.2.*
Parce Domine , parce populo tuo. Sed quomodo agnoſcet
paſtor,quantum ſunt lugenda ſui populi peccata, ſi eorum
grauitatem ignoret? Alter paſtor eſt Iacob, qui dixit Laban *Geneſ.31.*
ſocero ſuo , Non captū à beſtia oſtendi tibi , & oues tuæ &
capræ tuæ ſteriles non fuerunt. Quid eccleſia, niſi filia Dei
deſponſata ſacerdoti ,à quo requirit,an aliquid ſit captum à
beſtia inferni,& an oues ſibi traditæ ſint ſteriles ? Et quātā
ſcientiā,ad hoc præſtandū munus,exiſtimas neceſſariā? Ter- *1.Re. 17.*
tius paſtor fuit Dauid,qui ait,Paſcebam gregem patris mei,
& veniebat leo,vel vrſus,& tollebat arietem de medio gregis,
& perſequebar eos,& percutiebam,eruebāque prædā de
ore eorum. At quanta ſcientia eſt neceſſaria , vt paſtor eruat *1.Pet.5.*
de ore leonis illius,de quo inquit Petrus, diabolus tanquam
leo rugiens circuit , quærens quem deuoret,ouem viuam,&
anteaquam lanietur,& pereat?

Secūdò grauitatem huius criminis detegit Deus, ſcilicet
*repellere ſcientiam*,dum pœnā talionis infligit, quæ non niſi in
grauiſſimis criminibus infligitur. *Tu repuliſti ſcientiam & ego* *D.Tho.*
*repellam te.* Acutè,quam graue ſit hoc crimen in ſacerdote, o- *Exo. 21.*
ſtenditur. Nam vt Theologi dicunt,ac Diuus Thom. 1. 2 q. *Deut.19.*
105.ad 10.talionis pœna tantum in grauiſſimis peccatis infligebatur.
Vt apud Exodum,& Deuteronom.inuenies,nēpe
in falſis teſtibus,& homicidio,&c.

Tertiò,hic docet Deus , quanta veneratione debeant ſacerdotes
, Domino Deo ſuo inſeruire. Hinc apud Exodum
præcipit , à veſte ſacerdotis pendere tintinabula aurea , vt *Exod.20.*
quando ingreditur,& egreditur ſanctuarium, audiatur ſonitus,
& non moriatur. Quorſum vult Dominus, audiri ſoni- *Sacerdo-*
tum tintinabulorum? Vt audiens populus ſacerdotis ingreſ *tes ſonitū*
ſum ,& egreſſum pro eo oraret , vt cum debita veneratione, *dare debēt.*
& tremore offerret Domino ſacrificium. Hinc etiam lami- *Gregor. in*
nam aureā ferre præcipit in fronte,in qua ſit ſcriptum, San- *moral.*
ctum Domino. Quid eſt,in fronte habere ſcriptū , Sanctum
Dño,niſi talē debere eſſe ſacerdotem, vt videntes eum in eius
fronte omnes cognoſcant , illum ſanctū eſſe Domini,
nulliuſque lethalis criminis debere eum eſſe conſcium ? In
fronte enim ſui agnitio eſt. Ibi enim viget intellectus. Hinc

rurſus Dominus illis dicit, Sãcti eſtote, qm̃ ego ſanctus sũ.

*Non ſunt per ſaltum promouendi in omne Dei ſacerdotes.*

Quartò, docet hic locus, neminem ſine meritis eſſe ad ſacerdotis munus eligendum, neque ſine demeritis à dignitate ſemel obtenta eſſe deiiciendum. Prius enim *repulit ſcientiã* quam fuerit repulſus à Deo.

¶ *Et oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego.*

¶ Quoniam Hebraicè, & Grecè eſt in maſculino genere *oblitus*, & non *oblita* in fœminço, & ita legit Theophylactus, *oblitus* es Colligunt, tantum ad ſacerdotes deſtinari hunc ſermonem, & non ad Synagogam. Verum cum Synagoga ſit populus, neſcio, cur ad populum non poſſimus referre hæc verba, quidquid Vatablus, & alij recentiores dicant, Neſcio enim, cur ſanctorum Patrum expoſitio ſit abiicienda, vt Diui Hieron, Theodoret⁹, Ruperti, &c. ſi eã defendere poſſumus, ſic ergo poſſum⁹ diſpungere, *Et oblita es.* Et, poſuit ꝓ quia, vt obſeruauit Interlinearis. In quẽ modũ, vt diximus, crebro ſumitur in Scriptura cõiũctio copulatiua ꝓ cauſali, *Oblita es*, ô popule, vel Synagoga. Quod ſi pſiſtas, ſolũ de ſacerdotib. eſſe ſermonem, & in fœmineo, vel maſculino dicere potes, *oblita es*, ſcilicet, ô congregatio ſacerdotum. Quid autem ſit, obliuiſci vel Synagogam, vel ſacerdotum congregationem legis Dei, non conueniunt, expoſitores. Diuus Hieronymus videtur, ſignificare, hunc eſſe ſenſum, *oblita es legis Dei tui*, id eſt, penitus Ægyptiis ſe idolis mancipauit. Cum quo videtur, conuenire Interlinearis. Ait quippe, *legis Dei*, quæ prohibet, idola adorari. Lyranus expendit, *Oblita es legis Dei*, legis ſtudium dimittendo, & mendaciis pſeudo-prophetarum intendendo. Rupertus *obliuiſci* hic poni, pro, contẽnere, exiſtimat, vt in Pſalmo, cum dixiſſet regius Pſaltes, Et mutauerũt gloriam ſuã in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum, continuo ſubiungit, Obliti ſunt Deum, qui ſaluauit eos, id eſt, contempſerunt Deum, qui ſaluauit eos. Sic & hic, *oblita es legis Dei*: id eſt, contempſiſti legem Dei tui. Vnde ad eandẽ ſignificationem retulit, quod ſubſequitur, *obliuiſcar filiorum tuorum*, Rupertus, dicens, Par pari refero, contemnam filios tuos & ego. Acutiſſima eſt expoſitio Ruperti. Nam, vt egregiè inquit Diuus Thomas, obliuio paruipenſionis eſt euidens ſignum. Ea enim, quæ magna æſtimamus, magis memoriæ inſigimus. Diuus Hieronymus expendit ſecus, *Obliuiſcar filiorum tuorum*, id eſt, tradẽs eos æternæ captiuitati. Qui enim ignorat, ignorabitur. Cum Diuo Hieronymo conſentit Interlinearis, Lyranus aliter, *obliuiſcar filiorum tuorum*, in neceſſitate

*Hieron.*

Pſa. 105 I.

1.2.q.47. art. 2. 3.

*Caute intellige ignorantiæ diſtinctiones.*



tate, inquit, eorum non ſuccurrendo. Pulchræ mihi videntur omnes dictæ expoſitiones, nec eſt opus, in memoriam veſtrã reuocare, in Deo non inueniri obliuionem propriã: ſed vt dicit D. Auguſt. lib. 15. de Trini. c. 16. tomo. 3. tunc dicitur, meminiſſe, quando aliquid facit, tunc obliuiſci, quando non facit. Quod apertius explicuit ipſe Auguſtinus libro de efficiẽtia diuinitatis, dicẽs, Deus dicitur obliuiſci, Cum quibuſdam impiis, & peccatoribus non miſeretur, quod vtique non facit per crudelitatem, quæ in Deo non eſt: ſed per occultum Dei iudicium. Vno itaque verbo obliuiſci eſt, non miſereri. *Filiorum tuorum*. Bifariam poſſumus, diſpungere, vel de filiis naturalibus, & ita expendunt Rabbini Iudæorum de filiis naturalibus ſacerdotum, Alij dicunt, filios vocari ſubditos ſacerdotum, homines videlicet populares, qui gratia diſciplinæ ſacerdotum filij dicuntur. Iuxtà tamen Hieronymi expoſitionem, ad Synagogam eſt ſermo, & eius filios, vti iã diximus, vocat ſingulos ex populo.

*Auguſt.*

## *Ad inſtituendos mores.*

ET *oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorũ tuorũ & ego.*

¶ Primò, docet, legiſlatores non debere eſſe ſuos, ſed eorum quibus leges condunt, in quorum vtilitatem leges condendæ ſunt. Hinc explicaturus, cuiuſnã eſſet lex dixit, *Dei tui*, & nõ oblita es legis meæ, ſic daturus legẽ filiis Iſrael crebro inculcat, Audi Iſrael Dñs Deus tuus. Solent principes, & reges eſſe ſui, conſanguineorum, & amicorum, At Deus, noſter eſſe voluit. Adit regem quis alicuius negotij gratia, non vtitur rege vt re ſua. Expectat n. interuẽtores quærit, qui eũ introducant: at ſi regem cœli adeas, nõ inuenies ianitores, qui tibi ſint impedimento, & dicant, Expecta, dormit, occupatus eſt rex. Heſter ait, Norũt prouinciæ, ꝙ ſiue vir, ſiue fœmina non vocatus interius atrium regis intrauerit, abſq; vlla cunctatione interficiatur, niſi rex auream virgam ad eum extenderit in ſignum clementiæ. Sic etiam ait Abner ad Dauid, Quis es tu, qui clamas, & inquietas regem? Secus agit tecum Deus tuus quo vt eris, vt re tua. Semper enim paratus eſt, vt te audiat quod vtinã reges attenderẽt. Cõmẽdatur meritò Rex Philippus, ꝙ cũ anus paupercula eũ appellaret, vt ipſius

*Regia cœli omnib. tuſtequid petentibus aperta eſt.*

*Heſter 4.*

1. Re. 2 6.

 cauſam

cauſam cognoſceret, & reſpondiſſet Rex, ſibi tunc non eſſe otium, inclamauit anus, Proinde ne rex quidem eſſe velis. Tunc Philippus admiratus aniculæ libertatem, non illi ſolum præbuit aures, verum etiam alios audiuit. Hoc idem etiam Latini attribuunt Adriano imperatori. Etiam commendandus eſt Veſpaſianus, qui cum vehementer angeretur, vitiatis, inteſtinis nihilo ſecius imperatoriis muneribus fungebatur, adeo vt lecto decumbens audiret legationes, & amicis hortantibus, vt ſibi parceret, reſpondit, Imperatorem ſtantem mori oportere.

*Principum egregia cõmendatio qui miſero rum querimoniis aures vouebant.*

Secundò, *Legis Dei tui.* Bene ait, *Legis Dei tui.* Legis enim Dei obſeruatio Deum ipſum noſtrum facit. Non eſt Deus contentus, cuncta, quæ fecit, nobis dare: ſed ſe dat in præmium regnãtem, in medicum ægrotis, morientem in pretiũ. Denique quicquid eſt Deus tuum eſt, ſi eius legem, cuſtodieris. Hinc inquit, *legis Dei tui.* Et apud Matthæum laturus legem, ſeipſum præbet in præmium, Beati Pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, Beati, qui eſuriunt, quoniam ſaturabuntur. Docet etiam hic locus, quorum debeat eſſe reges, & principes, ſcilicet obſeruantium leges. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis, ait Aſſertor noſter.

*Matth. 5.*

*Ioan. 5.*

Tertiò, docet, leges obſeruandas, & plectendos, qui eas fregerint. *Obliuiſcar*, inquit, *filiorum tuorum quia oblita eſt legis Dei tui.* Non ergo docet impunitos relinquere diuinæ legis tranſgreſſores. Hinc optimè inter quatuor actus legis atexerunt theologi, idque ex Diuo Iſidoro aſſumunt, punire legis tranſgreſſorem.

*Anima diuerſio in facinoroſos legis adimpletio eſt*

Quartò, non ait, *obliuiſcar* tui ſed *filiorum tuorum.* Quid hoc Domine? Dicere debuiſſes, Obliuiſcar, & ego tui: non autem *obliuiſcar filiorum tuorum.* Duo docet. Alterum eſt, æquum eſſe filios puniri pro peccatis parentum. Alterum vero acerbitatem maximam ſupplicij infligendi. Acrius enim torquentur patres pœnis inflictis filiis, quàm ſibi. Vnde Dauid, Fili mi Abſalon, quis mihi det, vt ego moriar pro te? Fugiant ergo parentes peccata ſaltem ob dolorem, quo illos cruciabit pœna filiis irrogata.

*2. Reg.*

¶ *Secundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi.*

¶ Trifariam hic locus diſpungitur. Diuus Hieronymus, & Interlinearis conueniunt. Et eſt ſenſus, Quot homines habuit Iſrael, tot aras extruxit dæmonibus, in quorum victimis peccauit mihi. Commendat hanc Diui Hieronymi expoſitionem



hæc verba, *Peccauerunt mihi.* Videntur enim ſignificare peccatum idololatriæ, quod fortaſſis quiſque patrabat, domi illis extruens aras. Theophylactus verò ſecus videtur intelligere, & ait, ſignificari, innumeratam eſſe multitudinem peccatorum Iſrael. Ac ſi apertius dicat, Non poſſum, inuenire menſuram, vel numerum delictorum ab ipſis admiſſorum. Vnde non habens aliam menſurationem hoc dico, quod quẽadmodum ipſi innumerabiles ſunt, aſtrorum cœli inſtar, arenæque maris, Sic ea, per quæ peccarunt mihi, adeo que flagitia eorum ſub numerum non cadunt. Ingratitudinem ipſorum hic pariter in medium confert, perinde, quaſi dicat, Etſi adeo à me beneficiis ſunt exornati, inque tantam multitudinem aucti, attamen in tantum immemores fuere beneficij, vt paria etiam multitudini ſuæ peccata erga me perpetrauerint vt neque vxor, neque puer, neque maior natu inueniatur, qui mihi placeat. Hæc Theophylactus. Et acutè videtur diſpungere, alludens ad illud Geneſeos Abrahamo dictum ſcilicet, Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes, ſic erit ſemen tuum. Et Apud Deuteronomium, Dominus Deus veſter multiplicauit vos & eſtis hodie, ſicut ſtellæ cæli, plurimi, &c. Et rurſum, Iuda, & Iſrael innumerabilis, ſicut arena maris, Alludunt ad hanc expoſitionem Lyranus, & Theodoretus Vatablus verò ſic diſpungit, Vt multo plures cœperunt eſſe ita multò magis cœperunt peccare contra me. Rupertus autem *multitudinem* iſtam ſolum refert ad ſacerdotes, quorum turba ſtatutũ ſanctæ legis ordinem terminumque, excreuerat, vt Regum commemorat hiſtoria. Scriptum eſt enim, Fecit Ieroboã phana in excelſis, & ſacerdotes de extremis populi, qui nõ erant de filiis Leui. Ac rurſum, quicunque volebat implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum, ita multiplicati fuerant ſacerdotes, vt pote indifferenter aſſumpti de cũctis tribubus. Eſt ergo ſenſus ſecundum Rupertum, Quanto plures ſunt, vel fuerunt: tantò magis populum vt in me peccaret, deceperunt. Hanc expoſitionem, amplectuntur aliqui recentiores, ſaltem ex parte referentes ſolum ad ſacerdotes hunc locum. Diſſentiunt tamen, quoniam nõ referũt verbum *multitudinem* ad ſacerdotum multiplicationem extra tribum Leui ſed: quod ſacerdotes, dignitatis, & inſtituti obliti ſui, & negecto religionis diuinæ ſtudio, auaritia, & cupiditatibus exarſerunt. Hæc tamen expoſitio non mihi arridet.

*Inter priuatos domi forſque colebantur Idola.*

*Geneſ. 17.*

*Deuter. 1*

*3. Re. 22.*

*3. Reg. 4. & 13.*

## *Ad morum compoſitionem.*

SEcundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi. ¶Primo ecce, quid ſit in *multitudine* hominū peccata multa. *Secundum multitudinem eorum, ſic peccauerunt mihi.* Quemadmodum in mari vaſto magni piſces inueniuntur Sic in magna mul-

*Simile.*

titudine maiora, & plura peccata reperies. Obſeruate, primum ciuitatis ædificatorem hominem fratricidam, & ini-

*Geneſ. 4.*

quum fuiſſe, ſcilicet Cain. Is ædificauit Enoch. Non vtique vir iuſtus primus fuit vrbis ædificator. Quorſum? Quoniam

*Amphides.*

ciuitates nō ſunt aliud vt dicit Amphides, quàm theatra infœlicitate ſcatentia. Egrediebatur Stratonicus Athenienſis

*Geneſ. 6.* *Simile.*

Heracleam ciuitatem portas, & mœnia circunſpiciens, & percontanti cuidam, quid circunſpiceret, Pudet, reſpondit, ſi

*Nulla ciuitas eſt quæ non aliꝗ erit intra ſe inuidiā emulationem contentionem quibus ex affectibus ſimultas naſci conſueuit Pla. de vit. ca ab inim.*

videar, exire è lupanari. Notās corruptos huius ciuitatis mores. O egregiā viri vocē. Quid.n. in ciuitatibus inueniemus niſi morum corruptelam? Hinc ait Scriptura, Cum cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, arſiſſe amore in fœminas. Quemadmodum nauis onuſta facilè ſubmergitur, & arbor multò fructu perit nam rami franguntur pondere fructus, Sic, ciuitas, vbi eſt multitudo hominum, vitiis obruitur. Duas autem adhibent cauſas, ob quas in ciuitatibus magnis peccata crebreſcunt. Altera eſt, quia multi ibi inueniuntur imperfecti. Altera quia magna multitudo vix poteſt, in officio contineri. Vnde vulgus promiſcuum, quod cum Iudæis ex Ægypto aſcēdit, eos ad deſiderium carnis prouocauit cō tra legem Dei, & vix potuit illam multitudinem gubernare

*Num. 11.*

Moſes, & dicebat, Non poſſum ſolus ferre omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi. Hinc ſancti viri ſcientes, quod vitia huiuſmodi hominum copiam ſequi ſoleant, loca deſerta petunt. Et Dominus ait, Ducam eam in ſolitudinem, &

*Hoſſeæ 2.*

ibi loquar ad cor eius. Quod ſanctus etiam Iſaias conſiderās

*Iſaiæ.*

dicebat, Multiplicaſti gentem: ſed nō magnificaſti lætitiam.

*Simile.*

Videbat enim, gentis copiā vitia eſſe ſecutam. Quemadmodum herodius columbarum ſylueſtrium ſequitur ſemper multitudinem, earumque gregem ſemper comitatur, quoniam ibi inuenit cibum, ex illis enim vnam rapit, & veſcitur vno quoque die, Sic diabolus certus eſt de præda, vbi eſt multitudo hominum, nulluſque dies tranſit, quin plures homines comedat. Quadrat obſeruatio in Euangelium de Annuntiatione, in ea verba. Miſſus eſt angelus in ciuitatem Ga-



lileæ. Quærunt enim aliqui, cur non ad ampliſſimam ciuitatem Ieruſalem mittatur angelus: ſed ad paruulam ciuitatulam. Et reſpondent, quoniam in magnis ciuitatibus magis peccata crebreſcunt. Hinc in Ieruſalem Chriſtus occi-

*Magnarū ciuitatum peccata delitiæ.*

ditur, quia in magna ciuitate quid inuenies, niſi occiſores Chriſti, de quibus ait Apoſtolus, Iterum crucifigentes Chriſtum? Si quis ergo cupit, in eius corde naſci Chriſtum, non

*Hebr. 9.*

adeat magnificas ciuitates, quando audit, in illis Chriſtum nequaquam eſſe ortum. Quadrat etiam in Euangelium Dominicæ. 19. poſt pentecoſtem, in ea verba, Videns ciuitatem, fleuit ſuper illam. Item in illud, Ibat Ieſus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, in ea verba, Cum appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur Quid è ciuitate potuit efferri niſi defunctus? Heu quot homines defuncti ſunt animo in ciuitatibus. Hi, ſi cupiunt, ad vitam redire, exeant extra. Non enim in ciuitate: ſed extra ſuſcitauit hunc defunctum.

Iam iterum, atq; iterū diximus, Deum expectare peccatorem, donec compleat numerum à Domino præfixum peccatorum, ita quòd ſi Deus ſtatuit, expectare aliquem hominem, donec patret centum peccata, non vltra aliud committet: ſed illum puniet. Timendum ergo eſt, Deum offendere, & peccatis iam patratis alia noua adiicere. Quis enim ſcit, an illud ſit poſtremum, & numerum compleat, vt ſtatim puniatur peccator? Cur plectuntur filij Iſrael? Ex explanatione

*Iſaiæ. 28.*

Theophylacti, quia innumerata multitudo peccatorum creuit vſque ad ſummum. *Secundum multitudinem eorum,* inquit, *peccauerunt mihi.* Hinc apud Iſaiam ait Dominus, ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura, & ſubuertet grando

*Zach. 2.*

ſpem mendacij. Quid eſt, ponere in pondere, & menſura iu-

*Iere 25.*

dicium, & iuſtitiam, niſi, completa menſura peccatorū, plectere peccatorem Vnde bene ſubiungitur, Subuertet gran-

*Minatur Deus potentes & plebis prælatos.*

do, id eſt, pœna infligenda, quæ bene vocatur grando, quoniam è cœlo deſcendet ſupplicium, vt ſubuertat ſpem mendacij, qua diu ſe victuros ſperabant miſeri peccatores. Et apud Zachariam, Leuaui oculos meos, & vidi & ecce vir, & in manu eius funiculus menſorum. Vtinam leuaremus oculos noſtros, & videremꝰ, quo pacto Deꝰ habet in manu funiculum, & metiatur omnia opera noſtra, vt eum adimpleta fuerit mēſura, puniat. Vlulate paſtores, & clamate, aſpergite vos cinere optimates gregis, quia cōpleti ſunt dies veſtri vt interficiamini, ait etiam Ieremias. Timeamus ergo, ne

impleantur dies noſtræ intentionis. Quadrat obſeruatio in Euangelium de diuite epulone, in ea verba, Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno. Quando mortuus eſt? Quando completus eſt numerus peccatorum eius à Deo præfixus.

Tertiò, docet hic locus; patientiam habendam erga peccatores. Non enim ſtatim puniuit: ſed diu expectauit Deus. *Secundum multitudinem eorum*, inquit; *peccauerunt*. Homines, ſi ſemel, aut iterũ diſſimulauerint cum homine peccante cõtra ſe; vt exaggerant; & grande opus ſe feciſſe clamant, & Tertiò nõ ferã dicũt, ita vt vera ſit illa ſententia Salomonis, Funicul⁹ triplex difficilè rũpitur. Tria enim crimina dimittere nolunt. Bone Deus, quantã multitudinẽ noſtrorũ peccatorũ diſſimulas? Cũ creatus eſſet Saul rex, quidã filij Belial dixerunt, Num ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eũ. Et quid fecit Saul aduerſus hos; Ille verò, inquit Scriptura, diſſimulabat, ſe audire, ac poſtea, cum vellet populus eos interficere, ait Saul, Nequaquam, non occidetur quiſquam. Sic Rex cœlorum, licet videat, ſe deſpici à peccatoribus, diſſimulat, ſe audire, & clamantibus dæmonib. vt puniat, reſpõdet, Non occidetur quiſquam in die hac, adhuc enim vltrà expectat. Videbat Iſaias Deum, & Seraphim duab. alis velabant faciem eius, & duabus pedes eius, & duabus volabant. Quid eſt ſeraphim; niſi candentes, & igne charitatis ſuccenſi, qui ſymbolum ſunt charitatis, qua Deus nos diligit? Et quid efficit hæc charitas? Velat faciem Dei, quaſi non videat noſtra ſcelera. Velat etiam pedem eius, quaſi compede ligans, ne veniat ad puniendũ peccatores. Commendatur meritò Laconum inſtitutum, quòd cùm Deos comprecantur, hoc votis addunt, vt poſſint iniuriam pati, Vtinam & nos ſic Deũ precaremur, Da Dñe patientiam, vt iniuriã patiamur. Vera quippe eſt illa ſententia Philoſophi Biantis, magnum eſſe malum, non poſſe ferre malum. Quemadmodum adamas cognoſcitur, quia non cædit ictibus mallei, Ita vir iuſtus cognoſcitur, quia non frangitur iniuriis. Iob ait, de ſapientia loquens, Non adæquabitur ei vitrum. Quid eſt, prætioſiorẽ eſſe vitro ſapientiam, niſi Chriſtum, qui ſapientia dicitur patris, non facile frangi, nec eum inueniri in hominibus, qui, instar vitri, facile franguntur iniuriis? Quadrat obſeruatio in Euangelium, Si peccauerit in me frater, quoties dimittam ei? Septies? Reſpondit Chriſtus, Ego dico tibi, ſeptuagies ſepties.

1. Re. 10. c. &c. 10. d.

*Iſai. 6.*

*Charitas Dei velat faciẽ ne in noſtra peccata exacãdeſcat.*

*Iniuriarũ pat entia victrix.*

*Bias.*

*Simile.*

*Iob. 28.*

*Patienter illatã iniu iam ferre iuſſit Chriſtus.*

Quartò;



Quartò, videre quo pacto conſideret, omnes peccaſſe, *Secundum numerum eorum peccauerunt*, id eſt, vt expendit Hieronymus, Quot homines habuit Iſrael, tot peccauerũt. Quid hoc Dñe? Cur quæris, an aliquis non peccauerit? Vt parceret peccatis populi. Ob paucos enim iuſtos ſolet Deus multis peccatoribus parcere. Hinc quãdo vult punire, prius aufert Dñs ab eo loco iuſtos. Hinc coëgerunt Loth exire è Sodoma angeli, vt illam Deus euerteret, & eidem Loth, deprecãti Dñm pro ciuitatis paruæ incolumitate, in qua ſaluus fieret, dicentique, Eſt ciuitas hic parua, ad quam poſſum confugere, & ſaluabor in ea, & viuet anima mea, reſpondit Dñs, Ecce etiã in hoc ſuſcepi preces tuas, vt non ſubuertã vrbẽ, pro qua locutus es. Vides quid contulerit ciuitati Segor, manere apud eam virum iuſtum? Et 4. Reg. 20. Deus, puniturus Ieruſalem, prius ait Ioſiæ regi iuſto, Colligam te ad patres tuos, & colligeris ad ſepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus ſum ſuper locum iſtum. Hinc & Iſaias deplorat, Iuſtus perit, & non eſt, qui recogitet in corde ſuo, & viri miſericordiæ colligũtur, quia nõ eſt, qui intelligat; à facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. Agnouerat ſacer Vates, eſſe viros pietate, & morũ candore præſtantes fortiſſima ſcuta ad protegendos peccatores, ne de illis Deus vindictam ſumeret, & quoniam illis extremum exitium imminebat, collectis è mundo viris iuſtis, totus in lachrymas ſoluitur. Quòd ſi Naamã Syrus ſecum aſportauit è Samaria terrã, in qua ſanctus Eliſæus habitabat, quiã exiſtimabat; eam ſibi præſidio futuram, ꝙ eam ſeruus Dei ſuis pedibus calcaſſet; quantò, precor, pluris erit iuſti viri conſortiũ æſtimandũ, ne ob malefacta tua Deus te perdat? Quemadmodũ teſte Plinio, vmbra vlmorum nutrit, quæcunque opacat, Sic virorum piorum vmbra prodeſt peccatoribus, ne eos Deus feruentiſſimis radiis ſuæ iuſtitiæ cõburat. Vbi ergo ſunt homines cõtemnentes, proſequenteſq; odio viros iuſtos? Timeant iſti, nam quemadmodum pietas ſeruorum Dei eſt adiumento iniquis, ne illos Deus ſubuertat, quia ad eorum vmbram confugiunt, Ita non parũ Deũ commouent ad vindictam peccatorum ſi viros ſanctos illi perſequantur, & deſpiciant.

*Viri ſancti ciuitatibus præſidio ſunt.*

Geneſ. 19.

4. Re. 20.

*Iſa. 47.*

4. Re. 5. 2.

*Plin. li. 2. cap. 22.*

*Simile.*

*Theophy.*

*Quotquot ſunt qui Deũ offendunt priuãtur autho ritate contemptibil s & ignominioſi.*

¶ *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.*

¶ Quid hic vocet *gloriam*, non eſt facilè cognoſcere. Theophylactus multa hac voce comprehendit. Primò numeroſitatem populi, quam *in ignominiam commutauit*, dum eos bello

E 5 con-

cõſumptos imminuit, paucioreſque reddidit. Hinc ad ignominiã tranſlati ſunt. Secundò, vel ꝙ mala operantes, in ipſis *gloriam*, & famam quærant. Tempus ergo veniet, quando ignominiæ ſuæ opera cognoſcent, eóſque illorum pudebit. Tertiò, *gloria* eorum in contumeliam alterata eſt, quando ipſi, filij regni habiti, eiecti ſunt foras, ac cum celebris, apud eos circuncifio nunc incelebris & ingloria eſt facta. Quartò, in captiuitatem abducti Hebræorum reges, qua *gloriam*, qua opes ſuas ad vberiorem contumeliã tenuerunt. Neque enim perinde eſt, in egeſtate natum aliquem captiuum abduci, & in regalibus opibus progenitum, educatúmque, cui ſceptra etiam commiſſa fuerint. Hæc Theophylactus, & proculdubio eius ingenio digna ſunt, ac pulchra. D.Hieron. quid hic vocet *gloriam*, non explicuit: ſed ait, *Gloriam* eorum, in qua gloriabantur ſibi, & Deo idola præferebant, *in ignominiam commutabo*, vt & ſacerdotes capiantur, & populi. Vbi vides, per *ignominiam* intelligere captiuitatem. Lyranus etiam per *gloriam* intelligit regiam dignitatem, per *ignominiam* verò captiuitatem regis, & populi. Interlinearis *gloriam* vocat idolũ, in quo gloriabantur, *ignominiam* autem cum D.Hiero. & Lyrano captiuitatem populi, & ſacerdotũ. Recentiores per *gloriam* intelligunt maximos illos honores ad quos Deus ſacerdotes euexerat. *ignominiam* verò exterminationem eorum, & contemptum, & deriſionem illatã ab hoſtibus, necnon & captiuitatem. Demum, Rupertus per *gloriam* intelligit adorationem idolis exhibitam à ſacerdotib. ob quæſtum decimarum, & oblationum. Iis enim excæcati licet, non eſſe veros deos, cognoſcerent, idola tamẽ adorabant, ita vt de his ſacerdotibus dicamus illud Pauli, Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorũ. Et multa hic philoſophatur, ſatiſque prolixè. Videtur tamen violẽta explanatio, & nõ ad rem. Si harum itaque vocum *gloria*, & *ignominia*, ſignificationem ex Hebraica ſumamus veritate, in qua propriè pondus, grauitatem, & magnitudinem, (nam quos honore dignos exiſtimamus, graues, atque auctoritate ſua grauiter à nobis ſuſcipiẽdos iudicamus) videbis, hic *gloriam* vocari, quicquid hominem reddit grauem, magnum, & honorandum. Pro *ignominia* eſt Hebraicè Kalon, quæ vox leuitatem ſignificat. Vnde vides oppoſitionem inter cabod, & Kalon, vt inter graue, & leue. Et Kalon non poteſt melius expendi ſignificatio, quàm ſi dicas vilipendium latinè. Eſt ergo *ignominia* vilipendium. Et quoniam captiui deſpiciũtur,

*Μιτερὸν.*

*Philip. 3.*

&



& victi, & ab aliquo honore deiecti vilipenduntur, hinc ſancti patres, & recentiores per *ignominiam* captiuitatem intelligunt. Vnde benè inquit Vatablus; Subobſcurè indicat his verbis captiuitatem, in qua ſacerdotes fuerunt inglorij.

## *Ad morum inſtitutionem.*

GLORIAM *eorum in ignominiam commutabo.* Quamuis omnes fugere debeant peccata, ne Deus vindictam ſumat de illis vigilantius tamen debent diuites, & in culmine honoris collocati ſe à peccatis cuſtodire, quoniã grauius, & acerbius infligit vulnus diuitibus pœna, quàm pauperib. aut hominibus extremę claſſis. Audis enim hic, *gloriam* principum *in ignominiam commutandum* à Deo ob peccata eorum. Quemadmodum ſi homo cadat à culmine turris altiſſimæ cruciatur multò ægriùs, quàm, qui cadit obambulãs aliquã viam. Ita qui deiiciuntur è faſtigio honoris, & diuitiarum, calamitoſius ruunt, quàm, qui nullum ſunt adepti honoris culmen. Vnde optimè quidam dixit, Summum genus miſeriarum eſt, fuiſſe fœlicem. Significauit hoc Ieremias, deplorans caſum principum, & ſacerdotum Iudæorum. Quomodo, inquit, obſcuratũ eſt aurum, mutatus eſt color optimus diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearũ? Filij Sion incliti, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli? Quemadmodum ſanctus patriarcha Iacob ad ſiniſtram poſuit Manaſſe, quemadmodum antea in dextera poſuerat Ioſeph, In eundem modum Deus ſolet deiicere eos homines in extremam *ignominiam*, quos mundus ad honoris apicem euexerat.

*Simile.*

*Boetius de cõſ. lib. 2.*

*Thren. 4.*

*Gene. 48.*

Præterea, docet hic locus, neminem ſe debere extollere in rebus proſperis, & acrius vigilandum eſſe aduerſus fœlicitatem, quàm aduerſus infœlicitatem, periculoſiorémque, vt inquit Diuus Auguſtinus, eſſe rem proſperam animo; quàm aduerſam corpori. Audis enim, *gloriã* Iudæorum mutandam *in ignominiam* ob eorum crimina. Quinimò, teſte eodem Auguſtino loco citato, prius corrumpit proſpera, vt inueniat; quod frãgat aduerſa. Itẽ, fallacẽ fœlicitatẽ eſſe maiorẽ infœlicitatẽ, *ignominiã*, quãdo ad illã æquo animo ferendũ deſunt vires, nihilq; nocẽtius homini poteſt obtingere,

*Augu. in Pſal. 50.*

*Fortis eſt quẽ aduerſa nõ frangũt, fortior quẽ proſpera nõ [illegible]ciũt, fortiſſimus qui hac rerũ viciſſitudine non commouetur.*

quàm

quàm in ipſis calamitatibus deficere. Tunc autem deficit,
quando, ingruente calamitatum procella, non ſe clypeo pa-
tientiæ munit. Poterat quidem hic populus, hac *in ignomi-
niam* deiectione non parum veniæ apud Deum promereri.
Nam ſi ob malefacta ſe flagellari agnoſceret, diceretque, Mi-
*Pſal. 50.* ſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam
quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, miſericordiam
conſequeretur. Quinimo, ſi iniquus populus medicamina
eſſe ſalutaria ad medenda animi vulnera deiectionem co-
*Pſal. 118.* gnoſceret, diceret, Bonum mihi, quia humiliaſti me, vt di-
ſcam iuſtificationes tuas. Cæterum quoniam, inſtar equi in-
domiti recalcitrantis contra ſtimulum, cum non aliud quæ-
rat vector, quàm eum ad rectam reducere viam, rebellis po-
pulus erat, ipſa à Deo exhibita medicamina in acerbiſſimos
conuertit ictus, & vnde ingens commodum reportare de-
buerat, quia cæcus erat, damnum lamentabile haurit. Sed
vnde tantum huic populo nocumentum eſt ortum, vt cæ-
cus fuerit ad agnoſcendum, deiectionem eſſe chariſſimi
amici, non ſæuientis inimici plagam? Cum enim ſolebat
Deus, peccatores interdum plaga percutere inimici, iuxta
illud Ieremiæ, Plaga inimici percuſſi te caſtigatione crude-
*Ier. 30. c.* li, propter multitudinem iniquitatis tuæ, interdum verò
plaga amici, imo patris, de qua ait Regius Pſaltes, Domine
*Pſal. 6.* ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me,
cur ita cæcutit inſanus populus, vt intra amarum nucis pu-
tamen dulcem nucleum non inuenerit? Quid, quæſo, quæ-
cunque calamitas, à Deo immiſſa, eſt, niſi nux quædam, quæ
licet externè amara ſit, internè dulciſſima eſt? Audi, quid di-
cat cœleſtis ille Sponſus, Deſcendam in hortum nucum.
*Cant. 6.* Quid vocat in Eccleſiæ horto nuces? Reſpondeant ſancti
patres, atque inter alios Diui Anſelmus; & Theodoretus.
Nuces, dicunt iſti ſancti, ſunt viri pij. Hi inſtar nucis ex-
terius amaritudine pleni ſunt, quoniam in corpore exte-
rius amaritudines multas ſuſtinent, cum intus reconditum
habeant virtutis fructum. Ex faſtigio gloriæ ſæcularis deci-
dere, amarum certè eſt: verum intra hanc amaram demiſſio-
nem inueniunt viri iuſti dulcedinem admirandam incluſam
virtutem videlicet patientiæ, ſui ipſius cognitionem, ac mul-
tas alias virtutes id genus. Vnde, quamuis torqueri vi-
deantur, & flagellis cædi exteriùs interiùs tamen ſuauiſſimo
ſapore reficiuntur. Populus verumtamen hic ſtultus nuci-
bus inanibus, aut nihil præter putredinem, & vermes habé-
tibus



ſimilis erat. Quamobrem cum in deiectione honoris
inuenire debuiſſet patientiam, aliáſque virtutes, nihil præter
vermes conſcientiæ animum laniantes continet. Hinc quaſi
acerbiſſimo ſupplicio punitur *commutatione gloriæ in ignomi-
niam.* Sed rurſum tantæ cæcitatis cauſam exquirimus, & cur,
quòd decebat eſſe ad ſalutem, in tormentum populus inſa-
nus conuertit? Reſpondeo ex Diuo Auguſtino, quoniam eos *Auguſt.*
nimia fœlicitas corruperat. Vera quippe eſt tanti doctoris *in Pſal.*
ſententia, quòd nulla infœlicitas frangit, quem fœlicitas *83.*
nulla corrupit. Arrigamus ergo aures mentis fratres mei, & *Nemo frā-*
cognoſcamus, ſi gloriæ, & honoris culmen adepti fuerimus, *gitur ad-*
facilè à Deo deiici poſſe, qui deponit potētes de ſede, & bal- *uerſorum*
theum regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum, ducit *moleſtia*
ſacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat, & effundit *qui pro-*
deſpectionem ſuper principes. Deiiciet autem, ſi legem eius *ſperorum*
contempſerimus. Nam quemadmodum qui in vertice mon- *delectatio-*
tis altiſſimi ambulat, aut in excelſa turre, ſe facile præcipi- *ne nō ca-*
tat, ſi non habeat in manu baculum, ſuper quem innitatur, *pitur.*
Ita qui in honoris altitudine eſt collocatus, corruet, ſi non *Iob 12. c.*
habuerit in manibus, hoc eſt, in operibus ipſum Deum pro *ſimil.*
baculo, & geſtamine, quo ſe ſuſtineat. Vide, quo pacto hoc
baculo ſe ſuſtineat Sponſa, cui dicitur. Quæ eſt iſta, quæ
deſcendit de deſerto, delitiis affluens, innixa ſuper dilectum
ſuum? Egregiè certè coniungit aſcenſum de deſerto cum *Cant. 8. b.*
innixu ſuper dilectum. Quomodo enim ſine caſu aſcendere
poſſet, ſi Dei munimine eſſet deſtituta? Quadrat obſeruatio
in Euangelium pro feſto ſancti Iacobi, in hæc verba, Pote-
ſtis, bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? O reſponſio-
nem Chriſto dignam. Petierat mater, vt ſederent filij, id eſt,
diu permanerent filij in honore, ſtabilitas enim, & infirmi-
tas in honore eſt implicata hoc verbo, ſedeant, vnde non di-
xit, vt tranſeant per dexteram, & ſiniſtram tuam. Sed quid
reſpondit Chriſtus? Poteſtis, bibere calicem, quem ego bibi-
turus ſum? Id eſt, me imitari in patientia, & tolerantia, cæte-
riſque virtutibus?

¶ *Peccatum populi mei comedent.*

¶ Diuus Hieronymus in rigore accipit hic *peccatum*, vide-
licet vt dicit culpā, de cuius ratione eſt, vel auertere ab in-
commutabili bono, vel conuertere ad cōmutabile bonum.
Et eſt ſenſus ſecundum eum, quòd ſacerdotes, ad quos hic
eſt ſermo, idcirco *peccata populi comedunt*, conſentientibus ſce-
leribus delinquentiū, quia cum eos peccare perſpiciebant,
non

non ſolum non arguebant, ſed laudabant, atque extollebāt,
Iſa. 38. & beatos prædicabant. De quibus & Iſaias loquitur, Populus meus, qui beatos vos dicunt, ſeducunt vos, & ſemitas pedum veſtrorum ſupplantant. Cum hac ſententia tenere videtur Rupertus, licet peculiariter dicat, iſta *peccata* eſſe, quòd ille populus adorabat vitulos aureos. Ita etiā expendit hūc locum D. Bernardus in declamationibus ſuper hæc, verba, Ecce nos reliquimus omnia, dicens ad ſacerdotes, Peccata populi comedis, ac ſi propria tibi minus ſufficere videntur. Diuus etiam Gregorius homil. 17. expendens hæc verba, *Peccata populi mei comedent*, ait, Cur peccata populi comedere dicuntur, niſi quia peccata delinquentium fouent, ne temporalia ſtipendia amittant? Theodoretus etiam *peccatum* hic in rigore ſumpſit, licet eius expoſitio non videatur ad rem. Diſpungit enim in hunc modum, Metent, quæ ſeruerunt, & ſuorum peccatorum fructum vindemiabunt. Cæteri omnes expoſitores conueniunt quaſi vno ore, quòd *peccatum* hic accipitur pro oblationibus, quæ pro peccatis offerebantur. Ita ait Theophylactus, peccata oblata vocat Lyranus, Interlinearis, Vatablus, & alij recentiores. Hoſtiarum enim, quæ pro peccatis offerebantur, certa pars cedebat in vſum ſacerdotum, vt in multis locis inueniemus Leuitici, ac
Leuit. 10. maxime, cap. 10. Moſes ait Aaroni, & Eleazar, & Ithamar filiis eius, Tollite ſacrificium, quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud pectuſculum etiam, quod oblatū eſt, & armum, qui ſeparatus eſt, ederis in loco mundiſſimo, &c. Ita etiā docet D Thomas, 2. Corin. 5. expendens hæc verba, Eū,
D. Tho. qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit. Vbi inquit, Conſuetudo eſt veteris legis, vt ſacrificiū pro peccato peccatū nominetur, vt Hoſſeæ 4. *peccata populi mei comedent*, id
*Hoſtiæ nomē pro peccato frequētius ſumitur.* eſt, oblata pro peccato. Sic Chriſtū fecit peccatum, id eſt hoſtiam, vel ſacrificium pro peccato. Idem inuenietis 3. p. q. 15. art. 1. ad 4. vbi etiam egregiè expendit locum Iſaiæ. 53. Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium, id eſt, eum tradidit, vt eſſet hoſtia pro peccatis omnium hominum. Docet etiam D. Auguſtinus, peccatum pro ſacrificio poni, in mul-
*Auguſt.* tis locis, ac maximè ſermone. 48 de verbis Domini. Sic etiā
*Galat. 3.* ille locus Pauli ad Galatas 3. Factus pro nobis delictum, id eſt, ſacrificiū, damnat Chriſtus peccatum de peccato, hoc eſt, per ſuam mortem, quę eſt hoſtia pro peccato. Dicitur autem ipſa hoſtia peccatum per metonymiam, quia hoſtia peccatum expiat. *Populi mei*, hoc eſt, qui meus eſſe debuit. Ad hoc

enim



enim maximè ſunt inſtituta ſacrificia, vt homines, qui per peccata deſierant eſſe Dei, & diaboli ſerui conſtituti ſunt, iterum tantum beneficium conſequantur, quantum eſt appellari, *populum* Dei. *Comedent*. Non ſolum pro tempore futuro accepit comedere. Vnde Vatablus pro *comedent*, vertit, comedunt. Imo neque ſolum pro tempore preſenti accipiendum eſt, ſed pro omnibus temporis partibus, inſtanti, præterito, atque futuro. Lingua enim Hebraica, quæ conſuetudinem inuoluunt, aut officij cauſa perpetuò talia ſunt, aut eſſe conſueuere, futuri temporis locutione ſignificare ſolet, Vnde ſic eſt vox hæc, *comedent*, diſpūgēda, id eſt, comedere ſolēt.

## *Ad componendos mores.*

P*Eccata populi mei comedent.*

¶ Si *peccatum* ſtrictè ſumas, videlicet pro culpa, & offenſa contra Deum commiſſa, in quem modum Diuus Hieronymus, ac multi alij Patres ſumpſerunt, expendentes hunc locum, diſce, quale ſit munus tuum ô ſacerdos, *peccata* videlicet *comedere*, illaque non ſecus, ac ſtomachus cibū excoquit, digerere, quoniam populi peccantis debilis, & ad id præſtandum crebrò impotēs eſt ſtomachus. Vnde à ſanctis Patribus ſacerdotes ſtomachus vocantur corporis myſtici, id eſt, Eccleſiæ. Docuit hoc venuſtiſſimè D. *Chryſoſt.* Chryſoſtomus in hunc modum dicens, Sacerdos in grege eſt, ſicut ſtomachus in corpore. Et quemadmodum medi- *Simile.* cus, quando primò ingreditur ad infirmum, ſtatim de ſtomacho eius interrogat, & eum componere feſtinat: quia ſi *Oeconomia corporis humani magiſter ſtomachus.* ſtomachus ſanus fuerit, totum corpus validum eſt: ſi autem diſſipatus fuerit, totum corpus infirmum eſt, Ita ſi ſacerdotium integrum fuerit, tota floret Eccleſia ſi autem corruptum fuerit, tota fides marcida eſt, & infirma. Et ſicut ſtomachus accipiens cibum coquit in ſeipſo, Ita tantus eſſe debet charitatis ardor in ſacerdotibus, vt etiam ipſas viperas, & ſerpentes venenatos peccatorum, non ſecus ac ceruus huiuſmodi mandit, laniat, & in ventriculum traiicit, & coquit, peccata populi coquere, ita vt dicere poſſet cum Regio Pſal- *Pſal. 41.* te, Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, Ita anima mea ad te Deus. Nam ſicut poſt voratum ſerpentem maximè ſitit ceruus, tantaque eſt caloris illius virtus, vt in pectore eum coquat, & ſitibundus anhelat ad fontes aqua

plenos,

glenos. In eundẽ modũ ſacerdos in imo pectore debet, peccata populi reuoluere, & ardore charitatis ſuccenſus, recurrere ad Deum fontem aquæ viuæ, ſummiſq; ab eo precibus impetrare, vt ſuper peccatores aquam ſuæ miſericordiæ ineſtabili effundat. Quid enim dixit Dominus Petro, poſteaquam illi multa venenata oſtenderat in linteo? Surge Petre occide, & manduca. Atque cum Petrus reniteretur, diceretque, Abſit Domine, quia nunquam manducaui omne comune, & immundum, rurſum vocem de cœlo audiuit dicentem, Quod Deus purificauit: tu commune ne dixeris. Quid hæc terræ ſerpentia adumbrant, niſi homines peccatores, vitiorum, & corruptorum morum veneno infectos? Et ſacerdotum munus quod eſt? Quod Petro Vicario Chriſti, & principi Eccleſiæ eſt iniunctum, venenata videlicet huiuſmodi manducare, & concoquere ingenti charitatis calore, Atque vt in hoc munus feruentius incumbeat, obſerua, vbi poſita ſint, in linteo magno, quatuor initiis ſubmiſſo de cœlo in terram. O cœleſtem mappam, & vere magnam, in qua iſtæ dapes offeruntur ſacerdotibus, ſcilicet Eccleſiam, quæ tot hominum peccantium millia complectitur, & ſuſcipit, non vtique, vt peccatis addant peccata, aut peccantes viuãt: ſed vt occidantur, quatenus peccatores ſunt, & vita gratiæ viuant. Vnde Petro iubetur, primum occidere. Initia vero quatuor, quibus innititur, quatuor ſunt Euangelia, in quibus traditur, peccatores non eſſe deſpiciendos: ſed ſuſpiciendos ſi conuertantur ad Deum. Caueant ergo ſacerdotes, viua comedere venenata hæc. Prius enim iugulanda ſunt gladio verbi Dei. Tunc autem occidunt, cum legem Dei prædicant, peccati oſtendunt fœditatem, docentque nihil eſſe vires noſtras, iuſtitiam noſtram, imo nihil nos eſſe, niſi damnatos, ac miſerrimos peccatores ſine gratia Dei. Hic enim cadit homo nihil videns in ſe, cui tuto confidere poſſit. Præterea, occidere debet ſacerdos ſingula veteris hominis membra, hoc eſt, mortificare, & deiicere verbo Dei. Rationem ſcilicet proprium ſenſum, & propriam voluntatem, philautiam, amorem ſui, iram, ſuperbiam, auaritiam, luxuriam, &c. Niſi enim hæc membra fruſtratim concidantur fruſtra laboras. In cuius rei typum Leuiticis ſacerdotibus præceptum eſt, detrahere pellem hoſtiæ, artus in fruſtra concidere, & ſubiicere in altari ignem: ſtrue ignorum ante compoſita: & membra: quæ ſunt cæſa: deſuper ordinare; caput videlicet, & cuncta quæ adhærent iecori: inteſtinis, & pedibus lotis aqua: adolere

*Act. 10. b.*

*Sacerdotũ præclarũ officium ingentis charitate ardore impuras hominũ ſordes purgare.*

*Leuit. 1. Qua ratione debeãt ſacerdotes peccatorum animas hoſtias Deo acceptabiles facere.*



adolere ſuper altare in holocauſtum, & ſuauem odorem Domino. Quid hoſtia hæc eſt, niſi peccator, qui, vti diximus, membratim eſt concidendus, vt ſicut membra ſua exhibuit, ſeruire iniquitati ad iniquitatem, ita poſtea illa exhibeat, ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem? Altare vero cor eſt ſacerdotis, vbi ſuperponenda ſunt. Ignis Autem charitas eſt. Ligna, feruor, aliæque virtutum actiones, & orationes ſunt, quas componere debet ſacerdos, & non confuſè, & ſine ordine coram Deo effundere. Eſt etiam ſacerdotalis inſtituti, aqua illa, membra, hoc eſt, profluuio lachrymarum lauare, vt holocauſtum gratum ſit Domino. Demum, cum homines ſedentes, aut accubantes comedere ſoleant, Petro ſedere interdicitur: præcipiturque: vt ſurgat ad manducandum. Surge & occide: dicitur Petro. Cur ſurgere præcipitur? Certè: vt oſtẽdat: ad comedẽda peccata nõ decere ſacerdotẽ eſſe reſupinũ: nõ humi iacentem: non vinctũ funibus peccatorum: ſed ſtantem: & vita ſpiritualis reſurrectionis viuentem. Si enim mortuus fuerit: quomodo mortuos poterit excitare: Sũma igitur eſt: Peccata ſunt iugulanda: & comedenda à ſacerdotibus. Et quemadmodum ſtruthiones: lapides ipſos: ac ferrum deuorantes: concoquunt ob nimium ventriculi calorem: Ita muneris ſacerdotalis eſt: peccata in pectus traiicere populi: vt calore charitatis illa abſumat. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ Dominicæ 12. poſt pentecoſten: in hæc verba: Accidit autem: vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via: & viſo illo homine videlicet à latronibus percuſſo: præteriuit. Quid agis ſacerdos? Cur præteris hominem à latronibus ſaucium: An ignoras: tui eſſe muneris vulneribus inferni inflictis: hoc eſt: peccatis mederi? & inſtar optimi chirurgi: & putredinem: & purulentiam vulnerũ ſugere: atque medicinam adhibere: Tibi incumbit: peccata populi comedere. Cum ergo cibum inueneris tibi à Domino deſignatũ eum edere negligis: Si autem peccatum ſumas pro oblationibus & ſacrificiis oblatis pro peccatis: quæ explanatio literæ germanior eſt, obſerua ſacerdos: quid accipias vna cũ oblationibus peccata videlicet offerentis. Ob eam enim cauſam exiſtimo: vocari in Scriptura ſacrificia peccata: vt quoties ſacrificia: vel decimas accipis: peccata quorum cauſa dantur, tibi in mentem veniant. Obſeruationes accepiſti: grauitatem etiam peccatorum offerentis ſimul tuis humeris Deus impoſuit: vt pro illo ores. Audi: quid dicat Moſes ſacerdotibus, Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in

*Simile.*

*Qui ſentis commodũ ſentias & onus.*

*Leui. 10.*

loco ſancto, quę ſancta ſanctorum eſt,& data vobis,vt portetis iniquitatem multitudinis,& rogetis pro ea in conſpectu Domini? Obſerua frater mi, ſingula verba. Cur inquit non comediſtis hoſtiam? Quam? Pro peccato ſubiungit. Vides, quo pacto connectit hoſtiam cum peccato, vt ſemper peccati memineris? O condimentum acerbiſſimum ad ſapiendam omnem dulcedinem oblationum. Dulce quidem eſt, alienis laboribus frui, colligere fructus, quos non ſeminaſti, agnos habere, cum pecora non habeas, vellera ouium cum oues non paſcas, Quid his dulcius? Cæterum attende ſalſamentum, quo hæc condiuntur, pro peccato ſunt, cum amaritudine peccati tibi comedenda ſunt, quo nihil eſt amarius. Si hoc condimentum ante oculos haberent prælati, non ampliores,& ditiores epiſcopatus,& Eccleſias ambirent. Viderent enim, quo pinguiores,& plores hoſtias accipiunt, eo plus amaritudinis,& fellis peccati ſibi eſſe hauriēdū. Quemadmodum Indi Occidētales venenum conficiunt, quo ſagittæ infectæ, ſi quem percuſſerint, deinceps percuſſus non poteſt, comedere, aut bibere, quin ingenti dolore afficiatur, & lachrymas fūdat, Ita decimæ, aliæq́; oblationes ſagittæ quędam ſunt acutiſſimæ, veneno peccatorum offerentium intinctæ, transfigentes corda ſacerdotum, vt neq; cibum, neq; potum ſumāt ſine lachrymis,& dolore, dicantque cum Iob, Anteaquam comedam, ſuſpiro,& tanquam inundantes aquæ ſic rugitus meus. Quemadmodum filij prophetarum in olla inuenerūt amaritudinē maximā, quam cū guſtaſſent, clamauerunt ad Eliſæum dicentes, Mors in olla vir Dei, In eundem modum ſacerdotes dicere debent, atque nō ſine magno clamore Deo ſuo, Mors in ollis noſtris Domine Deus mitte in eas farinam benedictionis tuæ, vt ſine tanta ſint acerbitate amaritudinis. Noui ego præſulem quendam, Carolo quinto imperatore inuictiſſimo ac ſemper Auguſto regnāte, qui hac peccati amaritudine ſuas epulas perfundebat. Nam cum familiares ſuos, aut homines neceſſitudine amicitiæ ſibi coniūctos inuitabāt, atq; illi cibum appoſitum faſtidiebant, & non comedebant, in has voces gemebundus prorumpebat, Bone Deus, ob hos cibos ego addicor gehennę pœnis,& vos dapes tanti emptas non comeditis. O egregium virū, in cuius pectore erat altamente repoſitum quantum ſint amaræ oblationes, quando pro peccatis offeruntur. Sed ad citatum Leuitici locum redeamus. Cur inquit diuinus Moſes, Non enim ediſtis hoſtiam pro peccato? Et in quo loco hæc hoſtia comedenda

*Simile.*

*Debentur ſacerdotibus decimæ ex præſcripta lege veluti tributa egen tiū animarum*

Aug. 16. q. 1. decim.

*Iob 3.*

4. Re. 4. g

*Simile.*

*Optimi præſulis conſideratio.*



comedenda eſt bone Moſes? In loco ſancto. Non igitur in obſcœno, non in profano abſumendæ ſunt diuitiæ conquiſitæ ex ſacrificiis. Audiant hoc ſacerdotes, qui vel ludis, vel venereis voluptatibus indulgent,& domus eorum non ſanctæ ſunt: ſed impiæ,& vitiorum ſentina, vt timeant. Tertiò obſerua, quid addat, Data eſt vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis. O grauiſſimam ſarcinam. Vnum peccatum non valuit cœlum ſuſtinere: ſed quam primum peccarunt angeli, ceciderunt in infernum, quantum ergo grauabunt peccata multitudinis? Si Dauid, velut ægreferens pondus ſuorum peccatorum, ait ad Deum, Miſerere mei Deus, quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me, dic, quæſo, ſacerdos Dei, an Athlanticos humeros exigant peccata multitudinis ne tanto onere ſuccumbas? Diſcurre precor, per compita ciuitatū. Adito equitum domos, mercatorum fraudes, aliorumq́ue hominum peccantium loca, vt oculis mentis circunſpicias multitudinem patratorum peccatorum, & toto corde contremiſces, anteaquam tot, ac tanta peccata portare deceruas. Demum, quartò obſerua, cuiuſnam rei gratia peccata multitudinis portet ſacerdos. Et rogetis pro ea in conſpectu Domini. Quamnam animi puritatem, & feruorem petit hæc oratio; quæ non in conſpectu hominum: ſed in conſpectu Domini fundenda eſt? Hinc Apoſtolus ait, ſacerdotē debere etiā quemadmodum pro populo, ita pro ſemetipſo offerre dona, & ſacrificia, quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate. Igitur ſi ſacerdos, inſtar populi, infirmus eſt, timeat, Dominum rogaturus, ne velut indignus reiiciatur auditu. Docet etiam hic locus, quanti ſint æſtimandi ſacerdotes à populo, ſiquidem dati ſunt populo à Deo, vt portent eius iniquitatem. Dic, præcor, quanti faceres hominem; aut quas gratias illi ageres, qui cum te videret ingenti pondere ſuccumbentem, non ſolum te adiuuaret: verum etiam diceret, Relinque humeris meis hoc onus, ego volo, portare? Quid peccator eſt, niſi homo miſere onuſtus talento grauiſſimo plumbi? Sic enim apud Zachariam legis, Ecce talentū plumbi portabatur,& ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ. Et dixit. Hæc eſt impietas Et proiecit eam in medio amphoræ,& miſit maſſam plūbeā in os eius. Vides quid ſecū ferat impietas, videlicet talentū,& maſſā plūbeā, quo ſignificatur, peccatū onus eſſe omniū maximū? Cum ergo ſacerdotes te leuent hoc faſce & pōdere, tuaq́; *comedant peccata,*

*Pſal. 37.*

*Heb 5. a.*

*Venerādi maxime ſacerdotes quod peccata plebis ſuis portēt humeris.*

*Simile.*

Zach. 5.

Quanti, quæſo, ſunt habendi, quantóque amore illis ſacrificia, hoſtiarum, & decimarum offerenda? Dolendum eſt, ita non nullos eſſe ſegnes ad perſoluendas fructuum ſuorum decimas, ac ſi nihil ſibi emolumenti afferat earum ſolutio. Aperire dignetur Dominus oculos mentis eorum, vt videãt, ſe in huiuſcemodi oblationibus plus accipere, quàm dent. Illi enim ſoluunt temporalia, & accipiunt ſpiritualia, & temporalia. Certum enim eſt, prodeſſe offerentibus ſacrificia incrementum bonorum ſpiritualium, & temporalium. Quadrat obſeruatio in Euangelium, quartæ Dominicæ Aduentus, in hæc verba, Sub pricipibus Anna, & Caypha. Quomodo, cum Deus vnum tantum conſtituerit ſacerdotem principem, hic duos eſſe perhibetur? Quoniam ob quæſtum venale fecerant ſummum ſacerdotium, neque attendebant, vna cum ſacrificiis ſibi eſſe abſumẽda populi peccata, quibus nihil eſt grauius, & amarius. Si enim id attendiſſent, fortaſſis non emiſſent. Præterea dum mecũ reputo, *peccatum* vocari ſacrificiũ oblatum pro peccato, inuenio, Deũ Optimũ Maximũ voluiſſe nobis ſignificare, expiandum eſſe, quamprimũ patratur peccatum ob exitiale nocumentum, quod infert. Hinc *peccatum* eadem voce appellat, qua ſacrificium. Scriptura. Vtrũque. n. peccatũ appellatur. Quid eſt peccatũ? ſacrificiũ. Quid eſt peccatũ? Cõuerſio à Deo ad cõmutabile bonũ dicũt theologi. Cur ergo eadẽ voce ſignificat peccatũ, quatenus eſt offenſa Dei, & quatenus expiatio, & ſacrificiũ eſt? Vt diſcas frater mi, non diu eſſe in peccato, atq; quãprimũ fuerit commiſſum, eſſe expiandum. Hinc peccare ſacrificare, expiare idem eſt in ſacris literis. Ac ſi apertius dicat, Deus, In ipſa voce peccati quatenus delictum eſt, inuoluo etiam remedium, quo expiandum eſt puta ſacrificium, vt diſcant homines, fugiendum eſſe peccatum, Cæterum ſi commiſerint illud, dandum eſſe pro virili operam, quam citiſſimè pro eo offerant ſacrificium, vt Deus ſibi illud dimittere dignetur. Quemadmodũ percuſſis à vipera ſtatim ne pereant, caput ipſius viperæ, quæ vulnus inflixerat, abſciſſum adhibetur, quòd ſi mera fuerit, perit ictus, In eundem modum, ne ſimul & animi, & corporis morte depereat peccator, timendum eſt ſi ipſum peccatum iugulatum, & interfectum nõ apponatur inflicto vulneri nihil enim nocentius contingere poteſt homini peccato. Hinc in ſacris literis peccatum vocatur calamitas, deſtructio, deſolatio, inundatio hominem rapiens & ſubmergens, ignis miſerè peccatorem à planta pedis vſque ad verticem capitis adurens.

*Peccati definitio.*

*Simile. Plinius. li.29.c.4. Morſi à vipera ab eadem remedium quærunt.*



Nam apud Hæbreos peccatũ dicitur anẽ; id eſt, calamitas. Vnde illud Pſalmi, Sub vmbra alarũ tuarũ ſperabo, donec tranſeat iniquitas, pro tranſeat iniquitas, Hebraicè eſt, adueniat calamitas. Sic etiam apud. Ezechielem dicitur, Aufer citarim, tolle coronam, iniquitatẽ ponã eam, id eſt, pœnitus deſtruã. Ac rurſum, Appone iniquitatẽ ſup iniqtatẽ ipſorũ, idẽ eſt, ac ſi dicat, Adde calamitatẽ calamitatibus eorum. Item illud Ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorẽ, & peperit iniquitatẽ. Iniquitatem vocat calamitatem. Igitur ſi peccatũ eſt ipſa hominis calamitas, citò fugiendum eſt, ne totum hominẽ perdat, & abſumat. Quorſum exiſtimas, ſtatim primos parentes poſt peccatum à Deo quæſitos, & interrogatum Adamum, Vbi es? Poterat quidem Deus, differre in ſequentem diẽ: noluit tamen, ſed eadẽ die quæſiuit peccatores, vt diſcas, non eſſe diu in peccato manẽdum. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feſto Circunciſionis, in hæc verba, Poſt dies octo, vt circunciderετur puer Cur ſolùm octo dies dantur ad circunciſionem, & non plures? Vt doceat Deus, nõ eſſe diu in peccato permanendum. Itẽ in feſtũ Viſitationis, in hæc verba, Abiit Maria cum feſtinatione. Cur feſtinas ſacerrima virgo? Vt verbum patris æterni, quem in ventre gero, ſanctificet Ioannem, & à peccato originis etiam in ventris matre expiet. Ea enim eſt peccati natura peſtifera, vt omni diligentia ſit ab homine profligandum.

*Pſal. 56.*

*Ezech. 21*

*Pſal. 68.*

*Pſal. 7.*

*Gene. 3.*

¶ *Et ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum.*

¶ Cum *iniquitas* bifariam accipi poſſit ex Scripturæ conſuetudine, & pro culpa, & pro ſacrificio, vt diximus, accipi peccatum, bifariam etiam poteſt hic locus explanari. Primò ſic, *Ad iniquitatem*, id eſt, ad eorũ culpas, & crimina, *ſubleuabunt*, hoc eſt, ſubleuare ſolent, ſicut explanauimus hanc vocem, *comedent*. Pro *ſubleuabunt*, Septuaginta vertunt, accipiunt. Melius tamen eſt, *ſubleuabunt*, Pro quo alij vertunt, attollunt, alij verò leuauerunt, quæ verba idem ſignificant. *Animas eorum*, Difficile eſt, cognoſcere, pronomen relatiuum *eorum* ad quoſnam referendum ſit num ad homines populares, quorũ ſacrificia comedunt ſacerdotes, an ad ipſos ſacerdotes. D. Hieronym⁹, Rupertus, Lyran⁹, Interlinearis, & Theodoretus ad offerentes ſacrificia referũt. In quem modum ſi diſpungas, erit ſenſus, Cõſenſerũt ſacerdotes ſceleribus delinquentium, quia cum eos peccare perſpexiſſent, non ſolùm non arguebant: ſed laudabant, atque ſuſtollebant, & beatos prædicabant

Iſa. 3. d

Pſal 9.

dicabant peccantes. De quibus & Iſaias loquitur, Populus meus, qui vos beatos dicunt, ſeducunt vos, & ſemitas pedũ veſtrorum ſupplantãt. De his & per Pſaltem clamat, Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Cum enim ſacerdotes tenerẽtur, arguere, & corrigere delinquentes, non ſolum non corripuerant: ſed etiam laudabant, & impunitatem promittebant, eoſque ob maiorem quæſtum conſequendum ad idololatriam, cæteraque peccata inducebant. Alij ſecus expendũt, *Animas eorum*. Pronomen enim *eorum* referunt ad ipſos ſacerdotes. Eritq; tunc ſenſus, Sacerdotes ſunt animo attẽto, vel animas ſuas leuabãt ad iniquitatẽ populi, ſiue iniquitatẽ ſumas pro peccato, ſiue pro ſacrificio, qua ex ea iniquitate lucrum ſperabant, nempe hoſtias, & ſacrificia, quæ pro peccato offerebantur. Ita retulit *animas eorum* ad ſacerdotes ipſos Theophylactus, licet & priorem explanationem, qua pronomen *eorum* retulimus ex diuo Hieronymo ad populũ, non reiecerit. Vtramque enim complexus eſt explanationem, quamuis ſecutus trãſlationẽ Septuaginta aliò ſenſum detorqueat. Sequuntur & Theophylactum recentiores. Vnde Vatablus vertit, pro *ſubleuabunt animas eorum*, attollũt animum ſuum. Atque hæc quidem explanatio mihi magis arridet, diſpungeremq; ego in hunc modum locum hunc, *Et iniquitatem eorum ſubleuarunt eorum*, Et poſuit pro coniunctione quia, quod, vti ſupra diximus, frequens eſt in ſacris Bibliis, quaſi rationem reddat, ob quam comedant ſacerdotes peccata, id eſt, ſacrificia, & dicat Non quia ſubditorum proſpicerent ſaluti darentque operã, vt Deum placarẽt, peccanteſque ad meliora conuerterent: ſed quia quæſtui tantum inhiabant. Hinc cum dolere debuiſſent ob patrata, magis peccatis populi gaudebant.

*Subleuant animas id eſt fauent & velut porrigunt manum & tollunt vt ad iniquitatem peccatores attingant.*

## *Ad mores inſtituendos.*

E*t ad iniquitatẽ ſubleuabunt animas eorũ.* Merito cõquæritur Deus optaſſe ſacerdotes ſacrificia, atque, vt illa adipiſcerentur, excitaſſe populum ad patrandum peccata. Caue ergo ne iniquis viis diuitias congeras. Melius eſt enim modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Caue etiam, cum tibi incumbat, reprehendere peccata, ne quẽquam ad peccandum allicias, aut *ſubleues*, memor obiurgationis Moſis, qui dixit Aaroni, Quid tibi fecit populus iſte, vt induceres ſuper eum peccatum maximum

Exod. 32.

¶Et



¶ *Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos.*

¶Hæc verba diuus Gregorius homilia. 17. & ſimilitudinẽ hanc populi cũ ſacerdotibus ad culpã retulit, ſcilicet quòd vterque, & populus, & ſacerdos peccatis ſint irretiti. Ait enim, Sacerdos non diſtat à populo, quando nullo merito ſuę vitæ vulgi tranſcendit actionẽ. Cum hac expoſitione conſentit Theophylactus, & egregiè explicat in quo ſit *ſacerdos* ſimilis populo, dicens talem eſſe ſacerdotem, qualis eſt *populus* vt pote commendantem ea, quæ ab ipſis agantur. Ac paulò poſt addit, Etiam ſi conſtituti ſunt ſacerdotes, vt ſacrificium facerent Deo: attamen hoc non exhibuerunt, cæterum inſtar populi facti ſunt. Eſt ergo ſimilis *ſacerdos* peccanti, quoniam comendat eius peccatum. Diuus tamen Hieronymus, Lyranus, & Theodoretus ad pœnam referunt, quòd *ſacerdos, & populus* pari iudicio conſtringentur, & idem ſubibunt ſuppliciũ quoniam ſacerdotes, quorum intererat, adhibere curationẽ populo delinquenti, curationem non adhibuerunt. Supplicium autem hoc, recentiores aliqui dicunt eſſe, quòd citra delectum ſacerdotes, & plebeij ducentur in captiuitatem. Non tamen ſolum ad captiuitatem referendum eſt hoc ſupplicium: ſed ad multa alia, quæ pertulerunt incõmoda tam ſacerdotes, quàm plebs, vt ſequentia apertiſſimè demonſtrant. Interlinearis ſub his verbis, *Erit ſicut populus, ſic ſacerdos*, vtrunque complectitur, & culpam, & pœnam pro culpa infligendam. Expendit enim in hunc modum, Quia æqualiter peccant, æqualiter punientur. Et hæc expoſitio mihi magis arridet. Certum enim eſt, hic implicari culpam. Nam ſi pro meritis homines à Deo ſunt, vt decet æquiſſimum iudicem, puniendi, ergo ſi pœna ſimilis eſt, culpa etiam præcedens ſimilis fuit in vtriſque.

*Grandis infœlicitas ſi talis fuerit ſacerdos qualis populus.*

## *Ad morum compoſitionem.*

E*T erit ſicut populus, ſic ſacerdos.* Primò docet hic locus fugiendam perſonarum acceptionẽ, ſicut & Dominus præcipit multis locis. Vt apud Leuiticum, Non conſideres perſonam pauperis, neque honores vultum potentis. Iuſtè iudica proximo tuo. Et certe licet multa ſint, in quibus pauperis, & diuitum ratio habenda eſt: ſed non in iudicio. Nam in operibus miſericordię ad pauperes reſpiciendum eſt, vt ſcilicet illis ſubuenias. In honore etiam exhibendo diuitum ratio habenda eſt.

Leuit. 19.

Iob. 36.

eſt. Deus enim potentes non abiicit, cũ & ipſe ſit potens. In iudicio tamen nihil horum conſiderandum eſt: Addit rationem Dominus in multis locis, quoniam Dei iudicium eſt. Debet enim iudex in iudicando, ſe Deum arbitrari. Sic enim

*Exo.22.*

Deus eum ſæpe vocat, Diis non detrahes, per quos iudices intelligit, vt quemadmodũ Deus eſt in iudicio inflexibilis, & immutabilis, nulla ratione habita pauperis, vel diuitum. Ita, & iudex, qui vices eius in terra gerit, debet oculos claudere, ne quem reſpiciat in iudicio, & aures, ne in iuſtitia precibus moueatur. Eſt certè memoriæ commendandum, quod Ariſtippus reſpondit probro vertentib. ꝙ proſtratus, & amplexus pedes Dionyſij regis, interpellaſſet pro amico. ſ Non ego ſum in culpa: ſed Dionyſius, qui aures habet in pedib. Egregriè ſignificauit iudices iniquos, qui precibus commouentur, & ab æquitate flectuntur. Inuenies etiam alios, qui aures habent in manibus. Si enim in illis inſonuerit æs, ab æquitate deuiant. Non ſic Deus: ſed in capite, vbi viget ratio, aures habet, quia nihil contra rationẽ decernit: ſed cuiq; iuxta ſua merita tribuit. Vnde pari pœna, *& populus & ſacerdos* plectitur. *Erit*, inquit, *ſicut populus, & ſacerdos.* Quadrat in Euangelium Dominicę primę Aduentus, in ea verba, Videbunt filium hominis in nubibus cœli. Cur iudicaturus venit de cœlo, & non de terra? Quia non, vt iudices terræ, feret ſententiam, qui precibus, vel minis, vel muneribus alliciuntur ad iniquitatem. Deus autem de cœlo venit, quia *ſicut populus, ſicut ſacerdos.*

*Legib. diuinis & humanis iudices à muneribus capiundis arcentur, Beatus enim eſt qui ab omni munere manus excutit. c. ſicut nonnulli. 1. q. 1. de Simonia.*

*Mala conſilia pares euentus.*

Secundò, docet, fugiẽdos eſſe prauos cõſiliarios; & iniqua nõ eſſe danda cõſilia. Audimus enim punitos *ſacerdotes*, quia ad peccandum alliciebant populum. Et certè grandè malũ, malum prębere conſilium. Vnde Ariſtoteles refert ex ſententia Leodaman, ꝙ conſulens prauè magis peccat, quàm qui prauè cõſultum agit. Cuius contrariũ Chabrias dixit. Hinc & D. Auguſt. lib. de ſalutarib. documentis inquit, Elige tibi conſiliarios bonos, Deum timentes, & veritatem amantes. Quorſum ſancte Dei, & Eccleſiæ doctor bonos, ais, quærédos conſiliarios? Attende, quid ſubiungat, Sæpè enim adulatores blanda facie decipiunt animas audientium ſe, & perpetuæ mortis laqueis interimunt. O veriſſimam ſententiam Auguſtini, Quot enim homines corruerunt ob iniqua conſilia! Corrumpunt bonos mores colloquia praua, ait Apoſtolus. Et Regius Pſaltes ait, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Vtentè prauum adulatoris conſiliũ vocat

*Liui. lib.6. Decad.1.*

*1. Rhet.c. 7.*

*Tom.4.*

*1.Cor.15.*

*Pſal.140.*

*Simile.*



cat oleum. Nam quemadmodum oleum fouet lucernam, vt ardeat, Ita & prauum conſilium hominem excitat, vt peccatum patret. Quid coniecit Danielem in lacum leonum, niſi ſuggeſtio iniqui conſilij? Quid Saulem commouit aduerſus Dauid, niſi praui conſiliarij, Dixit enim Dauid Sauli, Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malũ aduerſum te? Deniq; dicat ille rex Aſſuerus, quid efficiant iniqua conſilia. Aures, inquit, principum ſimplices callida fraude decipiũt. Quæ res ex veteribus probatur hiſtoriis, & ex his, quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundã ſuggeſtionibus regnum ſtudia deprauentur. Timeãt tamen iſti iniqui cõſiliarij, quia nũ erunt impuniti. Suggeſſit prauũ cõſiliũ Aman, & cruci affixus eſt. Suggeſſerunt etiam ſapiẽtes Dario, vt interficeret Danielẽ, & ipſi à leonibus laniati ſunt. Suggeſſit & ſerpens primis parentib. & audit in punitionẽ, Sup pectus tuũ gradieris, & terrã comedes, &c. Suggeſſerũt etiã iſti ſacerdotes iniqua conſilia, & audis, Dñm dicere, *Erit ſicut populus, ſic ſacerdos,* Quadrat in Euangelium Dñicę primę Quadrageſimæ, in ea verba, Dic, vt lapides iſti panes fiant. Videte, à quo egrediatur prauum conſilium, à diabolo, & ex eius parte ſunt, qui praua cõſulunt, & cũ eo dãnandi. Quadrat & in Euangelium Regũ, in ea verba, Per aliã viã reuerſi ſunt in regionem ſuã. Cur ô reges non rediiſtis ad Herodẽ vt ipſe perierat? Qm̃ praua conſilia nõ ſunt audienda, neque illis obtẽperandũ. Quadrat etiam in Euangelium Transfigurationis, in ea verba, Dñe bonũ eſt, nos hic eſſe. Cui conſilio Dñs non acquieuit, imo, tantùm abeſt, ꝙ acquieuerit, quòd Petrus in punitionẽ priuatus eſt gloria illa trãsfigurationis.

*Dan.6.*

*1.Re.24.*

*Heſter.16.*

*Prauũ cõſiliũ cõſultori peſſimum.*

*Heſter.*

*Daniel.*

*Geneſ. 3.*

Tertiò, docet hic locus, fugiẽdam adulationẽ, qm̃ ob hoc peccatũ plectutur ſacerdotes. Quid. n. eſt adulator? Dicat Ariſtoteles, Qui ad voluptatẽ alterius loquitur, ſui tamẽ cõmodi, & vtilitatis gratia. Et iſti ſacerdotes quare *ſubleuabant animas eorũ?* Ob cõmodũ oblationũ. Adulatores ergo ſunt, & ob adulationẽ puniũtur. Fugiẽda ergo adulatio, quæ etiã ipſũ adulatorẽ interimit. Quemadmodũ. n. vipera ſuo ſe necat partu, & fœtu, & ſicut ſe euiſcerãt apes figẽtes aculeũ, Ita adulator proferẽs adulationis verba, primũ ſeipſũ interficit. Propheta docẽs mẽdaciũ, ipſe eſt cauda, & erũt, qui beatificant populũ iſtũ ſeducẽtes, & qui beatificãtur præcipitati. Duo obſeruãda, inquit, de adulatore. Primũ, ꝙ ſit cauda, id eſt, extremus in opinione apud nos, & deſpectiſſimus. Eſt. n. cruentiſſimus hoſtis aduerſus nos. Cauda itidẽ vocatur, qm̃ quemda-

*4. Eth.6.*

*Ligna dũ augent ignẽ ab ipſo conſumuntur: apes dum alunt adulatores ab ipſis pereunt.*

*Simile.*

*Iſaia.9.*

*Simile.*

quemadmodũ cauda turpia tegit, Sic iſti adulatores ſolent
tegere crimina, & laudare peccatores. Quod etiã egregiè a-
Ezec. 13. perit Ezechiel vocãs adulatores vulpes, Quaſi vulpes in de-
ſerto, ꝓphetæ tui Iſrael erãt Optimè vocat adulatores vul-
pes. Nã ſi conſideretis, vulpes præ cęteris animãtibus caudã
habent magnã, qua turpitudinẽ ſuã tegũt, & qm̃ turpia facta
2. Re. 10. populi tegebãt ſacerdotes, vulpes appellãtur. Quemadmo-
dũ Hanon ſerui, ſeruis Dauid præſciderunt veſtes medias
vſque ad nates: ſic adulator ſuggeſtione diaboli veſtes famę
præſcindit tãtum vſque ad ea, quæ poſſunt rubore ſuffunde
re. Timet enim, ſi detegat, à gratia principum excidere. Cũ
adulator quidam Tiberio Cæſari ſenatum ingredienti aſſen-
tiretur dicens, Liberè loquendum eſt, nec reticenda, quæ ad
rempublicam attinent. Audi, inquit, Cæſar, in quo te repre-
hendimus omnes. Impẽdis teipſum nobis, corpus tuũ diur-
nis, nocturníſq; laboribus, & curis pro republica conficiẽs.
Hæc, & huiuſmodi multa cum diceret turpiter adulans, Ca-
ius Seuerus ſubiecit, Ita tanta libertas hunc hominẽ dabit
exitio. Ita ſupernus iudex, qui ſeueriſſimus eſt, ait adulatori;
Tua adulator libertas te dabit exitio. Sic dediſſe audimus
iſtos ſacerdotes. *Erit ſicut populus, ſic ſacerdos.*

¶ *Et viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes illius reddam ei.*

¶ Pro *viſitabo* Septuaginta legunt, vlciſcar. Et ita etiam le-
git Theophylactus. Græcus interpres vertit, iudicabo. Non
eſt dubius, hoc verbum *viſitare* vſurpari, pro iudicare, & vl-
ciſci. Vnde Interlinearis ita diſpungit, *Viſitabo*, id eſt, puniã.
In quem modum crebrò ſumitur in ſacris Bibliis, vt apud
Exod. 32. Exodum, Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatũ.
Iſai. 13. Et apud Iſaiã, Viſitabo per orbem mala, id eſt, affligam eos.
Pſal. 88. Et apud Regium Pſaltem, Viſitabo in virga iniquitates eo-
rum, id eſt, puniã, & caſtigabo. Sunt, qui huius verbi propriã
ſignificationẽ eſſe dicant quod Latini enũtiant verbo cura-
di, ſiue procurãdi, quæ quidem ſignificatio maiorem videtur
habere emphaſim, & diuini pectoris cõcitationem explicare.
Ac ſi dicat, *Viſitabo*, id eſt, diligenter curabo, vt redeant viæ
eius *ſuper eum*. Relatiuum *eum* tam ad ſacerdotes q̃ ad popu
lũ referendũ eſt, qm̃ ex ſacerdotibus, & populo vnũ corpus
Iſa. 1. conficitur. In quẽ modũ & Iſaias loquitur, A planta pedis,
vſque ad verticem capitis, non eſt in eo ſanitas, à principe,
vſque ad ſacerdotẽ omnes ſtudent auaritiæ. Intellexit hoc
Theophylactus. Ac propterea loco relatiui *eum* tranſtulit,
In ipſis. Vlciſcar inquit, in ipſis. Tetigit & D. Hieronymus
in



in hunc modum expendens, Et hi, qui docti ſunt, & hi, qui
docuerunt. Hinc & Interlinearis interpoſuit, *Super eum*, Sa-
cerdotem, vel populum videlicet. *Vias eius. Vias*, inquit Theo-
phylactus, opera nominat. Conſentiunt cum eo Theodore-
tus, & Interlinearis. Alij omnem rationem noſtram viuendi
per vias intelligunt, & ita diſpungunt Vatablus, & alij re-
centiores. Et qm̃ hæc vox *via* nimis frequẽs eſt in ſacris Bi-
bliis, operæpretium faciemus, ſi eam excutiamus, & enode-
mus. In ſcriptura itaq; *via* appellant metaphoricé, quicquid
agimus, cõuerſamur, mores inſtituta, negotia, incœpta opera
in quibus, quaſi gradientes, verſamur. Denique omnia, quib.
ſtudemus, ſiue bona ſint, ſiue mala, *vias* vocat ſcriptura, vt Ierem. 2.
apud Ieremiam, Quid niteris, bonam oſtendere viam tuam, Pſalm. 1.
id eſt, actiones, mores, & opera tua. Et apud regium Pſaltẽ, *Facilis ad*
In via peccatorum non ſtetit, id eſt, in eorum inſtituto, & vi *infernum*
uendi ratione. Dum autem mecum reputo, cur actiones no- *via eſt,*
ſtræ viæ vocentur, cauſam eſſe exiſtimo, vt oſtendat Deus, *clauſis e-*
inſtituta, & opera noſtra eſſe, vel quibus gradiamur in ſup- *nim oculis*
plicium, vel in pręmiũ, dicente Aſſertore noſtro, Lata eſt via, *illuc itur.*
quæ ducit, ad perditionem, arcta verò, quæ ducit ad vitam. *Dion a-*
*Et cogitationes eius reddam ei.* Licet *cogitationem* hic ſimpliciter *pud Diog.*
ſumant interlinearis, & Theodoretus; plus hic ſignificare *lib. 4.*
certum eſt. Vnde Theophylactus vertit pro *cogitationes*, con-
ſilia eius varia *reddam* ipſi. Et certè, ſi vocem Hebraicam at-
tẽdamus maghallelam poſitam pro hac voce cogitationes,
excogitata conſilia ſignificat, éáque ad curam, & meditatio-
nem reuocata. Et qm̃, teſte Ariſtotele, conſilium non eſt de 3. Ethi. 3. c.
fine, ſed de his, quæ ſunt ad finẽ, opinor, hic ſignificari om-
nia conſilia, quæ ſacerdotes excogitauerant, vt maiorẽ fa-
cerent quæſtum nouas oblationes populo pro peccatis im-
ponentes, & exquirentes. Quod autem hic cogitatio pro
conſilio ſumatur docet Iſaiæ locus, Auferte malum cogita- Iſai. 1.
tionum veſtrarum, hoc eſt, malitioſa conſilia.

## *Ad morum inſtitutionem.*

ET *viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes eius red-
dam ei.* Ecce, quid hominibus conferat *via* eorũ
ſcilicet ferre in ſupplicium. Non inquit Domi- * *Qui am*
nus, *viſitabo vias* meas: ſed *eius*. Cuius *eius*? Ho- *bulat in*
minis, cuius viæ iniquæ ſunt. Inquinatæ ſunt *tenebris*
viæ eius in omni tempore, ait de peccatore Regius Pſaltes. *neſcit quo*
Ac rurſus Sapiens, Via impiorum * tenebroſa, neſciunt, *vadat.*
vbi

vbi corruant. Vtinam vias noſtras, quæ carnem ſapiunt, nunquam ambularemus: ſed diceremus cum Regio Pſalte, Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Iſtæ enim viæ ſunt ſine offendiculo, peccatorum autem quaſi
*Prou. 15.* ſepes ſpinarũ: Quid enim peccator habet in via ſua, niſi quæ illum pungant? Quid, niſi aquam turbidam? Quid tibi in via
*Iere. 2. d.* Ægypti, ait Ieremias, vt bibas aquam turbidam? Tabefacit enim aqua hæc animã noſtrã, ſordidat, & maiorẽ incutit ſitim. Aduerſus homines gradientes per hanc viã vide quid
*Ezech. 9.* dicat Ezechiel, Appropinquauerunt viſitationes vrbis, & vnuſquiſq; vas interfectionis, id eſt, gladiũ ad interficiendũ. Et ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonẽ, & vniuſcuiuſq; vas interitus in manu eius. Quid via Aquilonis, niſi viã adumbrant peccatorum, in qua frigus eſt, & torpor prohibẽs bene operari? Sed ibi inueniemus, niſi qui nos iugulent? Fugiamus ergo, & declinem' ab iis viis, ne pereamus. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dom. 4. Aduent. in ea verba, Parate viã Domino. Non ait veſtrã, quæ ducet in interitũ; ſed Domino, qui ducit ad vitam. Ibi angelos inueniemus comites: nõ carnifices, qui trucidẽt. Quadrat & in Euangelium Regum, in ea verba, Per aliam reuerſi runt in regionem ſuam. Agnito enim Chriſto, alia nobis terenda via eſt.

Secundò, docet hic locus, quàm graue peccatum ſit, quan-
*Primus peccati gradus cogitaſſe quæ mala ſũt.* do malitioſè, & ex præmeditatione procedit. Quod, egregiè inquit hic Theophylactus, duplex ſequitur vindicta. Oſtẽdit hoc Dominus ex loquendi forma. *Cogitationes*, inquit, *eius reddam eis*, id eſt, afficientur pœna talionis, quæ pœna, vt iam diximus, non infligitur, niſi in grauiſſimis peccatis. Quantum autem ſit hæc circumſtantia præmeditationis ad peccatum conſideranda, oſtẽdit Dominus apud Deut. Qui percuſſerit,
*Deut. 19.* inquit, proximũ ſuum neſciens, & qui heri, & nudiuſtertius nullum contra eũ odium habuiſſe comprobatur: ſed abiiſſe cum eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cedenda, & in ſucciſione lignorũ ſecuris fugerit manum, ferrúmque lapſum de manu amicum eius percuſſerit, & occiderit, hic non eſt reus mortis, &c. In eundem modũ in detractione conſiderandum eſt, an ex dolo, & malitia de proximo obloquaris. Tũc enim grauior detractio, ſi vero incidenter, & ſine præmeditatione
*Iob.* fit oblocutio, leuior eſt culpa. Oſtendit etiam ſanctus Iob grauitatẽ huius criminis, dicens, poſtquã multa ſupplicia atexerat peccatoris, Habitabit in ciuitatib. deſolatis, & in domibus



mibus deſertis, &c. Cauſam ſubiungens, ait, Concepit dolorẽ, id eſt, præ excogitauit in corde ſuo, quomodo dolores aliis inferret, & peperit iniquitatem, & vterus, id eſt, cor eius *Simile.*
præparat dolos. Quemadmodum ſagitta non infecta veneno leuius infligit vulnus, Sic peccatum leuius eſt, ſi caruit *Mat. 12.*
conſilio, & præmeditatione. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dom. 3. quadrageſimæ, in ea verba, Ieſus autem vt vidit cogitationes eorum, id eſt, cum cognouiſſet, cogitationes eorum eſſe iniquas, & doloſas, vt ſcilicet à Chriſto abducerent turbas.

Tertiò, docet hic locus, non ſolum pro externis operibus verùm & pro internis *cogitationibus* infligendum eſſe à Deo peccatoribus ſupplicium. Ob eas enim audimus, punitum populũ Iudæorũ. *Cogitationes eius*, inquit, *reddam ei*. Quemadmodũ enim ſanctis cogitationibus Deus ſolet præmiũ reddere, & eas cõmendare, In eundem modũ iniquas ſolet punire. Sapiẽs ait, Cogitationes eorũ apud altiſſimũ. Quorſum *Sap. 5.*
refert, apud altiſſimum eſſe, niſi quia Deus mercedẽ pro illis *Aſſueſcat*
redditurus eſt? De iniquis autẽ cogitationibus obſerua, quid *animus di-*
crebrò obiiciat Scriptura. Apud Deut. Caue, ne tibi ſubrepat *ſcernendis*
impia cogitatio. Et apud Ier. Vſquequo morabuntur in te co *cogitatio-*
gitationes noxiæ? Et attende, quid dicat, ſcilicet morabun- *nes.*
tur cogitationes: non autẽ ait, cur veniant. Nam, vt ait D. *Deut. 15.*
Greg. 17. lib. Mor. c. 10. Etenim in bona corda cogitationes *Ierem. 4.*
illicitæ veniunt: ſed morari prohibentur. Hinc & D. Hiero. *Gregor.*
ad Euſtochiũ ait de cogitatione, Dum paruus eſt hoſtis, in- *Hierony.*
terfice, vt eius nequitia elidatur in ſemine. Quemadmodum *Simil.*
ſi erucæ ſemen manſerit in arbore, cuncta vaſtat, & abrodit, Sic impia cogitatio ſemen eſt, vt totũ hominẽ perdat. Narrat *Sextus*
Sextus Iulius Stratogema. libr. 4. c. 9. ꝙ Caius Pompeius, *Iulius.*
cum ſuſpectos haberet Haucenſes, vel Tucenſes: & vereretur, ne præſidiũ reciperent, petiit ab eis, vt ægros interim apud ſe refici paterentur, & fortiſſimis habitu languentium *Iſai. 55.*
miſſis ciuitatẽ occupauit, Sic diabolus ſuggeſtionẽ immittit *Gregor.*
velut debiles hoſtes cogitationũ ſubrepens, iſtæ quid pote- *Simile.*
runt nocere? Sunt tamen fortiſſimi hoſtes, & arcẽ cordis oc- *Peruerſa*
cupãt. Hinc apud Iſaiam, Derelinquat impius, & vir iniquus *cogitatio*
cogitationes ſuas. Eſt enim cogitatio, vt inquit Greg. li. 12. *peccatorũ*
Mor. c. 18. ſicut radix arboris, à qua poſtea naſcuntur rami, *eſt officı-*
licet occultetur ſub terra, Sic opera mala prodeunt ex ini- *na.*
qua cogitatione, quãuis lateant in corde, & ideo amputanda radix eſt, ne rami oriantur prauorum operum. Dicebat quidam

quidam Philoſophus locuturus, Lingua quò vadis? Nelaberetur in verbum iniquum, Sic nos, quando aliquid cogitat cor, dicamus, Cor quò vadis, Vidit Ioannes in Apocalypſi filium hominis præcinctum ad mammas zona aurea, & caput eius velut lana alba. Quando caput habuit ſeniles cogitatus, id eſt, candidos? (id enim ſignificant caput, & capilli candidi tanquã lana alba.) Cum præcinctum habuit pectus zona aurea. Et quid per zonam auream intelligit, niſi Deũ? Græci enim illi ſapientes, ac Perſæ ad ſignificandũ Deũ circulũ depingebant, & meritò. Nã cum figura circularis principio careat, & fine, omniũ & figurarũ ſit capaciſſima, quæ in Deum maximè cõpetunt, cũ ſit æternus, & principio careat, & fine, omniaq; ſuæ potentiæ ambitu comprehendat, nõ abs re Deũ circuli figura adumbrabant Nos ergo præcingamus pectus, quod locus eſt cogitationũ, Deo, & tunc nihil ſordidũ erit in corde, id eſt, cogitemus, quæ recta ſunt, & ad Deũ ſpectant. Hoc etiã ſignificauit cœleſtis Sponſus dicens, Vulneraſti cor meum ſoror mea, vulneraſti cor meũ in vno crine colli tui. Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ. Quid crines ſunt, niſi cogitationes? Et quoniam omnes iniquas cogitationes à ſe longè repulerat, & tantum vnũ cogitabat, nempe quo modo Deo inſeruiret, propterea ob vnum tantum crinẽ commendatur Sponſa ab Sponſo. Quemadmodum enim crines in capite ſunt, Ita & cogitatiuum caput ſedes eſt. Addit etiã, Quam pulchræ ſunt mãmæ tuæ, ob eandẽ cauſam. Mãmæ enim ſunt in pectore, & quoniam nihil iniquum verſari permittebat in pectore, ſed quod candidum erat, & purum, commendatur Sponſa ob mammarum pulchritudinẽ. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dom. 18. poſt Pentecoſten, in ea verba, Si non dimiſeritis de cordibus veſtris. Non ſolũ munditiam quærit Deus in opere, verum & in corde.

*Apoc. 1. c.*

*Omnium figurarum perfectior circulus.*

*Cant. 4. c.*

*Simile.*

Quartò, docet hic locus, neminem vltra demerita puniendum. Hoc aduertant iudices, maiorem delictis infligentes pœnam, cum tantum debeant dicere, Secundùm peccata eius dam delinquenti. Eſt enim culpa vlna, qua metitur pœna peccantis. Pro menſura peccati erit & plagarum modus, præcipit Deus. Ac rurſum, Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura, &c.

*Pœna grauior grauius peccãtibus.*

*Leuit. 19.*

Quintò, admonet hic locus, nihil quærendum eſſe mediis iniquis, neque honorem, neque diuitias, &c. Solet enim Deus, cum peccatis aſcendere, vel ditari, contendit homo, ipſum deiicere in extremam paupertatem, & ignominiam.



niam. Cogitationes, & conſilia ſacerdotum erant ad comparandas diuitias, ſecundum eas reddit eis. Hinc apud Leuiticum. Si ambulaueritis mecum ex aduerſo, ego quoque contra vos aduerſus incedam. Quemadmodum ſublimatorium refundit humorem ſurſum aſcendentem, quaſi rependens, quod acceperat, Ita & Deus rependit, cũ aſcendere cõtendit homo prauis viis. Sunt conſilia ſcalæ, quibus conſcẽditur ad id, quod conſequi deſideramus. Talis autẽ debet eſſe hæc ſcala, vt per eã angeli non dedignentur aſcendere, & deſcendere, ſicut per ſcalã Iacob, atq; vt firma ſit, non corruamus, exoremus Deum, vt innitatur ſcalæ, id eſt, iuſta apponamus media. Id enim ſignificauit Dominus, ſcilicet habiturũ Iacob terram, in qua dormiebat non aſcendendo ſcalã prauorũ mediorum: ſed iuſtorum. Ac propterea angeli, & Deus ſunt in ſcala. Subditq; Deus poſt viſionẽ ſcalæ, Terrã, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo. Ac ſi apertius dicat, Nõ malis artibus ditaberis, nihil iniquum cõmittes, vt conſcẽdas. Dolendum eſt, multi ponunt ſcalã, vt conſcendant, per quã non angeli aſcendunt, ſed dæmones, non Deus innixus eſt ſcalæ: ſed Satanas. Quot enim peccata patrantur, vt ad culmen honoris euehantur, & diuitiis potiantur? Timeant tamen iſti, quia Deus ſolet, rependere illis ſecundũ eorum cogitationes. Debet Chriſtianus imitari Abrahamum patriarcham, cui cum rex Sodomorum multa offerret reſpondit, Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſſeſſorẽ cœli, & terræ, quòd à filo ſubteminis, vſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt, ne dicas, Ego ditaui Abrahã Ita Chriſtianus, conſiderans, Deũ eſſe poſſeſſorem omnium bonorum, licet diabolus multa offerat bona, nihil quantumuis minimum, vt filum ſubtegminis, aut corrigiam calciamenti, debet accipere, ne quando in conſpectu ſummi iudicis dicat, Æquiſſime iudex, ego hunc ditaui. Quemadmodum aqua ex loco, per quẽ tranſit ſaporẽ accipit, & colorem, Ita & diuitiæ ex viis, per quas conquirũtur, accipiunt & prauum ſaporem, & colorem. Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mũdum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Amens certè iudicaretur homo, ſi iugulum eligeret, dummodo enſis, quo eſt iugulandus, auro eſſet ornatus, & gemmis. Quid aurum, quid opes male acquiſitæ ſunt? Gladius certè, quo interimitur acquirens.

*Leuit. 26.*

*Simil.*

*Gene. 28.*

*Gene. 14.*

*Simile. Vinũ mutatur cum vaſis, diuitiæ autem ſequuntur mores poſſidentium Socrates.*

Sextò, ex hoc loco colliges, qd maximè debeãt ſacerdotes

ante

*Modò inquit D. Bern. plus inuigilant ſubditorũ euacuandis marſupiis quam extirpandis vitiis.*

ante oculos habere ſalutem animarum, non diuitias cõquirere. Væ paſtoribus, ait Dominus, qui paſcebant ſemetipſos. Nonne greges à Paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis, &c. Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam, vt vltra non paſcant gregẽ meũ, nec paſcãt amplius paſtores ſemetipſos. Obſerua, vbi quæſiturus eſt oues Deus, in manu paſtoris, in qua ſi lucrũ inuenerit, nõ medicinã, vt vulneratis medeatur, quid dicturus eſt Deus? De manu etiã inquit, requirã paſtorũ nõ de pedibus, quia oues non ſunt vilipẽdendę, nõ cõculcãdæ: ſed in manibus portandę. De manu etiam paſtorũ requiram, quia opera paſtorum examinabit Deus. Manus enim opera ſignificant. Nihil enim magis perdit gregem Dei, quam exemplum prauorum operum paſtoris. Quæret enim Deus, an ob commodum ſuum peccata ouium diſſimulauerint. Debet bonus ſacerdos, ſemper dicere illa verba regis Sodomorum, Da mihi animas, cætera tolle tibi. Ita enim debet proſpicere ſaluti ouium, vt omnia bona temporalia illi poſtponat. Multis lachrymis deflendi ſunt nonnulli ſacerdotes, qui ſecus faciunt. Hos adumbrant latrunculi Syriæ, qui puellam Iſraeliticam Naaman Syrio lepra contaminato tradiderunt, Ita quidam ſacerdotes magis latrones ſunt appellandi. De illis enim inquit Chriſtus, qui non intrat per oſtium, ſed aliunde, ille fur eſt, & latro. Quid eſt, intrare per oſtium, niſi Chriſtum imitari, qui ait, Ego ſum oſtium: Tunc autem imitatur, cum vitam ponit pro ouibus; tantum abeſt, quod temporarium quærat emolumentum. Tunc autem aſcendunt aliunde, cum diabolo tradunt animas ob quæſtum, qui lepra execranda peccatorum eas inficiat, O calamitatem deplorandam, cum medicinam debeant adhibere, vt ſanentur, eaſque Chriſto offerre in ſponſas, diabolo, cuius typus eſt Naaman, in ſuam perniciem tradunt. Quadrat obſeruatiæ in Euangelium Dominicæ tertiæ poſt Reſurrectionẽ, in hęc verba. Qui non intrat per oſtium: ſed aliunde, ille fur eſt, & latro. Quod ſi latro eſt, quid de illo erit Domine? Timendum ſane eſt. Obſerua, quid hic dicat, *viſitabo ſuper eum vias eius & cogitationes eius reddam ei.*

*Gene. 14.*

*4. Re. 5.*

*Bonus paſtor ponit animam pro ouib. ſuis.*

*¶ Et comeden & non ſaturabuntur.*

Theodoretus & Theophylactus referunt hæc verba ad

pœnas.



pœnas & ſupplicia ſacerdotibus à Deo infligẽda ob eorum auaritiam, Ac ſi apertius dicat Deus, Continua, alia, atque alia ipſis mala adducam. Et quemadmodũ voraces, adeoque inſatiabiles pãphagi manducantes non ſaturantur, ſic, & ipſi fructus *comedent* operum ſuorum, hoc eſt, ſupplicia, & perinde ac neque comediſſent, neque puniti eſſent, alias ſubinde prouocabunt pœnas. Diuus Hieron. ſecus. Ait enim, cibum hunc, quem manducaturi ſunt iſti, eſſe voluptatem, quæ inſatiabilis eſt, & quanto magis capitur, tanto plus vtentibus ſe famẽ creat. E contrario, beati eſurientes, & ſitientes iuſtitiã, qm̃ ipſi ſaturabuntur. Sicut iuſtitia ſaturat, ſic iniquitas ſubſtantiã non habens vana comedentes fraude deludit, & vteros deuorantium vacuos derelinquit. Conſentit cum hac Hieronymiana explanatione Interlinearis. Superpoſuit .n. his verbis, *comedent & non ſaturabuntur*: id eſt mala opera exercebunt Alij ad bona tẽporaria ex victimis, & oblationibus, atque hoſtiis conquiſita hunc referunt ſermonem, quod cũ multas hauſerint ſacerdotes ex ſacrificiis populi opes: nunquam tamen ſuum expleant animum, ſed ad alias, atque alias congerendas anhelant ſitibundi. Et hic ſenſus mihi videtur verior, & germanior. Ideoque ita diſpungemus. Primũ certũ eſt, Deũ ad ſacerdotes hæc deſtinare, Nam cum ſupra crimen ſacerdotum obiurgauerit, quod ſpe lucri ducti, ad idololatriam populum alliciebant, nunc pœnam qua plectendi ſunt ob tantum facinus, detegit. Ea autem eſt, vt ſacerdotes contrarias omnino res ſuis ſtudiis, & cupiditatib. malis experiantur, & quanto attentius. & impenſius congerendis opibus quæſtu victimarum incubuerint: tanto vehementius, & acerbius eſuriem eos paſſuros, & omnium commodorum inopia laboraturos, prædicit Deus. Amplectuntur hanc explanationem tum Rupertus, tum recentiores.

*Simile.*

*Voluptas inſatiabilis eſt.*

*In ſacerdotes qui congeriẽ oblationũ cupiũt ad cumulandas diuitias.*

## *Ad componendos mores.*

ET *comedent & non ſaturabuntur.* Si de pœnis infligẽdis ſacerdotibus intelligas hæc verba, in quem modum Theodoretus, & Theophylactus expendunt, diſce ex hoc loco, quantũ malum ſit peccatum, ſiquidem aliæ, atque aliæ pœnæ pro eo his iniquis ſacerdotibus iniunctæ, non illos exonerant: ſed comminatur Deus: ſemper eſſe nouas addendas, nunquamque finiendas. Et obſerua verbum, *comedent*: vt ingentem fore pœnarum acerbitatem deprehendas. Nam quæ ore abſumuntur, intra



pectus

pectus,& viſcera ſunt. Eſſe igitur pœnas has comedendas
*Simile.* quid aliud inuoluit,quam eſſe grauiſſimas, & acerbiſſimas?
Quemadmodum enim vulnera corporis interna acerbius
cruciãt,quam externa,Ita ſupplicia internè illata moleſtius
torquent. Et iuſtiſſima quidem ſententia hæc Dei eſt. Nam
per ea,aut in his puniendus eſt peccator,in quibus, aut per
quæ Deum offendit. Vnde Sapiens ait, Per quæ quis peccat,
per hæc & punietur. Peccauerant ſacerdotes,& populus, cor
de conſilia iniqua excogitando,quamobrem dixerat *Cogita-*
*Sap. 11.* *tiones eius reddam ei*:ipſa corda etiam fore crucianda,implicat
vates noſter hac voce,*comedent*. Timendum igitur nobis eſt,
quando æquiſſimus iudex non ſolum peccatorem,verum e-
*Iuſte affli-* tiam in his corporis partibus, & membris punit,quibus de-
*guntur* lictum commiſit. Videmus nonnullos chiragra, & podagra
*membra* laborare? Fortaſſis manus & pedes inſtrumenta fuerunt pec
*corporis* catorum. Pedes enim ad malum cucurrerunt, & manus vel
*quæ ad* iniuriam intulerunt,vel quid impium commiſerunt,ac pro-
*patranda* pterea peccator in illis plectitur membris. Corripitur alius
*peccata* pleuritide, hoc eſt laterali morbo? Fortaſſis odio proſequu-
*inſtrumen* tus eſt proximum,cuius ſedes cor eſt quamobrem & in cor-
*ta fuerũt.* de punitur. Alius & capitis dolorem patitur? Fortaſſis no-
xiis dedit locum cogitationibus, aut in ſuperbiam elatus,
fratrem contempſit. Alius dentium dolore punitur? Videat
is, an guttur ſuum fuerit ſepulchrum patens, & veneno aſpi-
dum fuerit infectum ad detrahẽdum honori fratris ſui. De-
mumquoties homo ſe ſentit in aliqua corporis parte mor-
bo affectum, oculos mentis aperiat,& cognoſcat,an huiuſ-
cemodi membrum ad patrandam iniquitatem fuerit inſtru-
mentum,& agat pœnitentiam,vt miſericordiam conſequa-
tur à Deo. Vis frater mi,agnoſcere,plerũq; hominẽ iis, qui-
bus deliquerat,partib. corporis à Deo torqueri? Audi, quid
*Iſai. 3. d.* dicat Iſaias,Pro eo quod ambulauerunt filiæ Sion extento
collo,& eleuatæ ſunt,& nutibus oculorum ibant,& plaude-
bant,& ambulabant pedibus ſuis,& compoſito gradu ince-
debant,decaluauit Dominus verticem filiarum Sion,& Do-
minus crinem earum nudabit. Et erit pro ſuaui odore fœ-
tor,& pro zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitium,
& pro faſcia pectorali cilicium. Ecce, quæ capite,& collo
peccauerant naribus ſuauem odorem, & voluptatem ve-
neream haurientes zona,aliiſque variis ornamentis corpo-
ris allicientes ad turpitudinem, iiſdem membris pœnas
exoluunt. Nam caput crinium expoliatur pulchritudine,
naribus fœtor adhibetur,renibus cilicium aptatur. Quo-
ſum



ſum.n.putas,hęc tã minutĩ ab Iſaia recẽſeri? Certe,vt pœnas
his corporis membris infligendas intelligas,quib.homo de-
liquit. Vnde optimè D. Chryſ. de diuite epulone inqt, Quia
in conuiuando magis loquacitate peccauerat,in lingua gra
uius ardebat. Atq;in Apocaly. Quantũ glorificauit ſe, & in
delitiis fuit,tantũ date illi tormentum, & luctum. Quid eſt
quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit:tantum date illi
tormentum,& luctum,niſi obſeruate,quibus maximè animi
facultatibus:& corporis mẽbris delectatus ſit peccator,& in
his præcipuè cruciatè,& torquere? Quod & in Iob dicitur,
Iuxta multitudinem adiuuentionũ ſuarum,ſic & ſuſtinebit. *Iob 20.*
atque in euangelio, Væ vobis,qui ridetis nunc,quia lugebi- *Luc. 6.*
tis. Ecce riſus in luctum mutatur.

Secundò, locus hic pro concionibus Dominicæ primæ
Aduentus venuſtiſſimus eſt. Explicat enim,quantum ſint tor
mentum paſſuri damnati, pœnas videlicet in æternum du-
raturas. *Comedent*,inquit. Et quid *comedent*? Ignem certe gehen
nalem,fumũ,fœtorẽ,quæ vel mẽte cogitare eſt horrendũ.
Quinimo ipſos dæmones *comedent* variis indutos beſtiarum
formis,quas,vt acerbius crucient,aſſument. Audi quid dicat
Deus Iob de Behemoth,hoc eſt,dæmone, Sternutatio eius
ſplẽdor ignis,de ore eius lãpades procedũt,ſicut tædæ ignis *Iob. 41.*
accenſæ. De narib. eius procedit fumus,ſicut ollæ ſuccenſæ,
atq; feruentis. Halitus eius prunas ardere facit, & flãma de
ore eius egreditur. Cur tam cruentus, & horribilis depingi- *Horribilis*
tur diabolus,niſi vt quantum damnatos cruciet, aperiatur? *damnato-*
*Comedent* igitur dãnati diabolũ, quoniã per eorũ fauces in- *rum cru-*
gredietur,vt ſæuius viſcera laniet,& diſrumpat, vt igne in- *ciatus.*
tus adurat,vt fumo ſtrangulare videatur. Audi etiã,quid rur *Iob 20.*
ſum dicatur apud eundẽ Iob,Panis eius in vtero illis verte-
tur in fel aſpidũ intrinſecus. Diuitias,quas deuorauit, euo-
met,& de ventre illi⁹ extrahet eas De⁹. Caput aſpidũ ſuget,&
occidet eũ lingua viperæ. Nõ videat riuulos fluminis,torrẽ-
tes mellis,& butyri. Luet,quæ fecit omnia,nec tñ cõſume- *D. Tho.*
tur. Iuxta multitudinẽ adinuentionũ ſuarũ ſic & ſuſtinebit.
Hæc apud Iob. Et nihil aptius dici potuit ad depingendas
damnatorũ pœnas. Vnde egregiè D. Thomas de dictis dam
natorum pœnis locum expendit. Sed nos latius diſpungemus,Ideo explanationi noſtræ aures accommoda. Ait itaq;
panis eius in vtero ei⁹ vertetur in fel aſpidũ intrinſec⁹. Ecce
qualis erit ci[illegible] ãnatis,non vtiq; externè ſolum ſed internè
etiam fel aſpi[illegible] m. Et qui ſunt iſti aſpides Certè dæmones

Hi, vt dirius crucient, virus inſtar aſpidum, euoment intra ipſa viſcera miſerorum damnandorum, ipſa viſcera rodentes, & laniantes.

*Simil.*

Et quemadmodum bilioſus humor ad vomitum cogit in quo miſerè torquetur homo, cũ non ſine ingenti dolore videatur illi ipſa viſcera eiicere. Ita dæmones exiſtentes intra viſcera ad doloris incrementũ cogent dãnatos ad abominandũ vomitum. Vnde ſubiungitur, Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deꝰ. Diuitias poſuit pro acerbiſſimis pœnis, metonymicè effectum pro cauſa atrexens. Nã quemadmodum quãdoque cibꝰ comeſtus cõuertitur in humores venenoſos, & cũ digeri non poſſit, per vomitum eiicitur cũ abominatione, & dolore, Ita peccatores diuitias male partas dicũtur, euomere, quia inter alias pœnas pro eis torquebuntur abominando vomitu, cõclamantibus dæmoniis, ad idque cogentibus, dicentibuſque, Euome diuitias, quas iniquè acquiſiſti, & tibi cauſa fuerunt, vt multa patrares peccata. Atque vt in profundum miſeriarũ eos deueniſſe cognoſcas, obſerua, quid ſubditur, Caput aſpidũ ſuget. Ad eandem normam aſpides vocat dæmones, quoniã illi aſpidis, & viperæ formam ſumentes, capita ſua in ora damnatorũ immittent, & ſugere cõpellent, venena emittentes. Hæc de pœna, quã Theologi vocãt pœnã ſenſus, dicta ſunt.

*Pœna ſenſus & pœna dãnis*

*Pſal. 35. a*

Deinde torquendos pæna damni ſignificat his verbis, Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri. Qui ſunt iſti riuuli, & torrentes, niſi bona illa inaudita quæ præparauit Deus diligentibus ſe, de quibus & Regiꝰ Pſaltes inquit, De torrente voluptatis tuæ potabis illos: Tanta bonorũ copia priuandos eſſe peccatores prædicit. Et meritò riuulos fluminis beatitudinẽ vocat quoniã beati non totum flumen exhaurient: ſed riuulos quoſdã imbibent illius beatificãtis maieſtatis diuinæ.

*1. p. q. 12. ar. 7. ad 1.*

Tãtũ enim, quantũ beatificare poteſt in æterna, & incõprehenſibilis maieſtas, nulla creatura comprehendere poteſt. Vnde egregiè inquit D. Thomas quod quãuis beati Deũ cõprehendãt: non tamen totaliter, id eſt, omnibus modis, quibus comprehendi poteſt. Atque, ſi loquendi modum obſerues, dum ait, Non videat riuulos fluminis, inuenies, veram eſſe eiuſdem diui Thomæ ſententiã aſſerentis, beatitudinem, in operatione intellectus conſiſtere, hoc eſt, in viſione: non in actu voluntatis.

*1. p. q. ar. 4. c*

Non enim dixit, Non delectetur riuulis fluminis: ſed ait, Non videat riuulos fluminis. Igitur præcipua beatitudinis ratio in viſione conſiſtit. Dum verò beatitudinẽ appellat torrentes mellis, & butyri





butyri ſuauitatẽ cœleſtis glorię maximã eſſe complexus eſt. Per mel enim, & butyrũ omnis ſuauitas, & dulcedo intelligitur, cũ hæc duo inter cætera dulciſſima eſſe, certum ſit. Cum itaque damnati dicuntur, *comedere* pœnas, tu vtramque intellige pœnã videlicet ſenſus, quæ debetur culpæ, ratione inordinatæ conuerſionis, & pœnã damni, quæ debetur culpæ, ratione auerſionis.

*Simile.*

*Comedent* enim ipſum ignem, & vna cum ipſo igne ipſa dæmonia deuorabunt. Et quemadmodũ, vt quidam exiſtimant, licet reclamante Plinio, in ipſo igne ſalamandra gignitur, animal certè peſtilentiſſimum ob exitiale venenum, Ita in illo gehennali igne dæmones erunt, quàm acerbiſſimè torquentes miſeros dãnatos. Sed aduerſus hanc ſententiã iam mihi videntur, inſurgere Scholaſtici proferẽtes ex Diuo Auguſtino, nequaquam damnatos cruciandos in inferno corporeis vermibus. Nam li. 20. de Ciuitate Dei c. 22. licet dicat non deeſſe, qui ob verba Iſaiæ. Vermis eorũ non morietur in æternũ, Ac rurſum apud Iudith, Dabit ignẽ & vermes in carnes eorum. Et illud, Vindicta carnis impij ignis, & vermis intelligant viuaciſſimos vermes corporeos laniaturos corpora damnatorũ: credibilius tamen iudicat, vermem tropicè ad animã ſolum referendum, eſſéque vermem iſtum, conſcientiæ remorſum perpetuò animam cruciantem.

*Li. 20. de ciui. Dei c. 22.*

*Iſa. 66.*

*Iudith.*

*Eccl. 7.*

*D. Tho.*

Quã ſententiã amplectitur Diuus Thomas in multis locis, ac maximè in. 4. ſentent. diſtinct. 50. q. 2. & opuſculo 10. ar. 41. cuius verba citare non grauabor. An in inferno, inquit, erit corporalis vermis? Hoc Auguſtinus ſub dubio reliquit. 21. de Ciuitate Dei, licet in. 20. eiuſdem dicat, hoc probabilius videri, quòd ignis referatur ad corpus, vermis tropicè ad animam, quod etiam mihi probabilius videtur. Hæc Diuus Thomas.

*An in inferno dãnati corporalibus vermibus ſint cruciandi.*

Rationes verò, quibus fulciunt non futuros corporeos vermes in inferno, non ſunt difficiles ſolutu. Arguunt enim in hunc modum, quieſcente motu primi mobilis, nulla erit generatio, & corruptio: igitur non generabuntur vermes in inferno, cum iam ceſſauerit motus cœleſtis. Quis tam cæcus, vt non videat, friuolũ & nullius momenti eſſe argumentum? Bifariam enim reſponderi poteſt. Primò, quòd vermes inferni non denuò producantur, ac poſtea rurſum corrumpantur, ita vt detur generatio, & corruptio vermium: ſed quod in ipſo igne ſint æterni & perpetui. Qui enim corpora damnatorum perpetua facit ad cruciatũ cur & vermes incorruptibiles non poterit, in ipſo igne gehennali creare ad acerbius damnatorũ tormentũ? Dicamus

ergo,vermes eſſe in inferno,nõ de nouo productos,iterũque corrũpendos:ſed ipſi igni coæternos,Hinc, & ad aliã rationem,quã velut irrefragabilem ſubiiciunt,facilis eſt ſolutio, Vermes ex corporis corruptione ſcaturiunt:ſed corpora dãnatorũ non erũt corruptibilia, igitur non erũt in illis vermes.Reſpondemus ad antecedens,gehennales vermes non eſſe ex quapiã corruptione:ſed diuina virtute creatos.Vides quo pacto aſſeuerari poſſit vermibus corporeis cruciandos eſſe dãnatos.Cæterũ,ne tantorũ doctorũ,diui videlicet Auguſtini,& diui Thomæ,ac aliorũ refragari ſententiæ videar dicamus, non futuros vermes qui ſolum vermes ſint, ipſos veruntamem dæmones vermium poſſe aſſumere formas imo aſſumpturos , vt acerbius crucient, non dubito.Hactenus pœnas infligendas miſeris damnatis implicatas hac voce,*comedent*,cõplexi ſumus.Nũc , quantũ ſint duraturæ,ſequenti verbo,ſcilicet *Et non ſaturabuntur*,perſtringit.Et quid eſt,*non ſaturabuntur*? Iam diximus diſpungentes litterã,iuxta Theophylacti ſententiam ſignificari, ſuplicia noua eſſe ſemper addenda dãnatis,& perinde, ac neque comediſſent,neq; puniti eſsẽt,alias ſubinde ſubdituros pœnas O horrendũ ſpectaculũ, noua ſemper inueniri tormentorũ genera,neque adinuentis cõtentos eſſe tortores,& ſine termino duratione eſſe perpetua.Sed cur Domine ita tua tremẽda iuſtitia in peccatores deſæuit,vt pro peccatis finitis,& certo tẽpore patratis æternas pœnas inducas? Satis ſit,obſe-

*Deut.25.*

cro,iuxta legẽ à te ſancitã,pro mẽſura delicti ſit & plagarũ modus.Peccarunt miſeri damnati viginti, aut quadraginta annis? Totidẽ etiam tradantur puniendi tortoribus. Quid ſi immenſam tuæ maieſtatis amplitudinem offenſam acclames,ac propterea meritò ęterno addici ſupplicio peccatores qui contra Deũ,qui infinitus eſt,in lethale crimen prolapſi ſunt. Vbi,quæſo,eſt miſerationum tuarum abyſſus? Nonne tu es,qui punis citra condignum? Quare ergo peccatoribus pares pœnas delictis refers? Mouẽt hũc lapidẽ multi ſancti patres inquirẽtes,quo pacto diuina iuſtitia cohæreat cũ pœnarũ inferni immenſitate.Videtur enim vltra condignũ damnatorum punitio,cum illi tempore infinito torqueãtur pro peccatis & numero,& tempore finitis. Ad hęc,cum diuina miſericordia ſit ſuper omnia opera Dei,atque etiã in ipſorũ

*Lib.21.de ciui. Dei. c.11.&21*

damnatorum vindicta miſericordia maximè reſplendere debeat,& ſuperexaltare iudiciũ,iure optimo quæri poteſt,quo modo Dei miſericordia ſtare poſſit cũ tanta pœnarum acerbitate, & duratione. D.Aug.reſpondet,nõ eſſe neceſſariũ,pœnæ durationẽ eſſe æqualẽ durationi culpę ad ęquitatẽ iuſtitię.

*Peccati ſiniti infinita & perpetua in damnatis pœna.*

Non.n.adulteriũ,quod momẽto tẽporis perpetratur,momentanea pœna punitur,etiã ſecundũ leges humanas:ſed duratio pœnæ reſpicit diſpoſitionẽ peccãtis : Quandoq; enim ille,qui peccat in aliqua ciuitate,ex ipſo peccato efficitur dignus,vt totaliter à ciuitatis cõſortio repellatur,vel per exiliũ perpetuũ,vel etiã per mortẽ.Ita etiã ſecũdũ diuinã iuſtitiã homo ob peccatũ mortale redditur dign⁹, penitus à ciuitatis Dei cõſortio ſeparari,& ęternæ pœnę ſubiici. Quia, vt D.Aug.loco citato ait,quod eſt de ciuitate iſta mortali homines ſupplicio primę mortis:hoc eſt de ciuitate illa immortali,homines ſupplicio ſecũdę mortis auferre.Quòd autẽ pœna,quã ciuitas mundana infligit,perpetua nõ reputatur, hoc eſt per accidens,vel quoniã perpetuo homo nõ manet, vel quia ipſa ciuitas deficit.Vnde ſi homo in ꝑpetuũ viueret, pœna exilij,vel ſeruitutis,quæ per legẽ humanã infertur in eo perpetuo maneret.Inueniuntur & aliæ rationes à ſanctis aſſignatę,quare iuſti dãnati pro peccato tẽporatio pœna ꝑpetua puniantur. Vna eſt,quia peccauerũt cõtra bonũ ęternũ,dũ contẽpſerunt ęternã vitã. Et hoc eſt,quod D. Auguſt. lib.citato dicit, Factus eſt malo dignus æterno,quia hoc in ſe peremit bonum,quod eſſe poſſet æternum.Alia ratio eſt,

*Gregor.*

*Hierony.*

quia homo in ſuo æterno peccauit. Vnde D. Gregorius libr. 4 Dialog.inquit,Ad magnam iuſtitiam iudicanti pertinet, vt nunquam careant ſupplicio,qui nunquã voluerunt carere peccato.Atque D. Hieronimus in hæc verba.cap.27. Prouerbiorum,Infernus & perditio non replebuntur, & oculi hominũ inſatiabiles,ait, Inferni tormenta non replebuntur, terminum accipiendo,ſimiliter & intentiones eorum,qui humana ſapiunt,inſatiabiles ſunt in deſiderio peccandi.Qui & ideo ſine fine pœnas luunt,quia voluntatẽ habuerant ſine fine peccandi,ſi naturã haberẽt ſine fine viuendi.Quòd ſi obiiciatur,quoſdam peccatores , quando ſe irretiunt crimine mortifero,proponere in corde ſuo,vitam ſuam poſt patratũ peccatum in melius commutare.Vnde,ſi vera ſunt, quæ diximus,cum non habuerint voluntatem ſine fine peccandi. conſequenter non eſſent digni æterno ſupplicio. Reſpondent nonulli , diuos Hieronymum , & Gregorium locutos eſſe de voluntate , quæ in externas prodit operationes. Qui enim in mortale peccatum labitur, propria voluntate in eo ſe collocat ſtatu à quo erui

*Prou.27. Per infernum & perditionẽ impiorum damnatorum & dãnationis eorũ locũ intelligit Lyranus.*

non poteſt, niſi diuinitus. Vnde ex hoc ipſo, quòd vult peccare; conſequẽter vult, in peccato manere perpetuò. Hoc.n. eſt, ſpiritus vadẽs in peccatum, & non rediens per ſeipſum.

*Simile.*

Quemadmodum ſi quis in foueam ſeipſum det præcipitem vnde exire non poſſet, niſi adiutus, dici poſſet, huiuſmodi hominem ibi in æternum manere voluiſſe, quamuis aliud cogitaſſet. Vel pōt dici, & melius: ꝙ ex hoc mortaliter peccat finem ſuũ in creatura conſtituit: & quia ad finem vitæ tota vita ordinatur, ideo ex hoc ipſo totam vitam ſuã ordinat ad illud peccatum, & vellet in perpetuum in peccato manere, ſi hoc ſibi eſſet impunè. Significauit hoc egregiè D. Gregor.

*Gregor.*
*Iob 41.*

lib. 34. Moralium expendens illud Iob 41. c. Æſtimabunt abyſſum, quaſi ſeneſcentem iniqui. Ideo, inquit, cum fine deliquerunt quia cum fine vixerunt. Voluiſſent quippe, ſine fine viuere, vt ſine fine potuiſſent, in ſuis iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt peccare, quã viuere. Præterea tertiò, digni ſunt æterna pœna damnati, quia eorum culpa manet in æternum. Nã cũ culpa non poſſit remitti ſine gratia, quam non poteſt homo poſt mortem adipiſci, nō agitur ęquũ eſt, finiri pœnam, ſiquidem culpa manet in dãnatis. Cũ igitur hæc ita ſe habeant, & tam longa, támque cruenta punitio, & ſæua damnandos maneat, Vnde Iſaias ait, Videbunt cadauera virorum qui præuaricati ſunt in me: vermis eorũ non morietur, & ignis eorũ non extinguetur: & erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni, cur homines adeo ſunt vecordes, & amentes, vt tanti ſupplicij obliti, non reuocent gradum à viis ſuis peſſimis; Cur cum ſancto Iob nō dicũt in corde ſuo, Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deũ, & pondus eius ferre non potui? Cur cum D. Hierony. Siue comedam, ſiue bibam, ſemper in auribus meis ſonat illa tremẽda tuba, Surgite mortui, venite ad iudicium? Cur cum D. Auguſtino, Dñe hic vre, hic ſeca, vt in æternum parcas? O cæcitatem ingentem, ô amentiam deplorandam. Reſipiſcamus fratres mei, atque, vt tremebundi, expectemus diẽ illam tantæ calamitatis, & miſeriæ: ante oculos mentis apponamus, quod Dñs præcepit Ezechieli, videlicet, Tu fili hominis ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem. Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, & ædificabis munitiones, & cõportabis aggerẽ & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro. Et tu ſume tibi ſartaginem ferream inter te; & ciuitatẽ, & obſirmabis faciem tuam ad eã, & erit in obſidionẽ, & circundabunt eam.

*Iſa. 66.*
*Iudicij extremi cōſiderationos deterret à peccatis.*
*Amb. ad Virg. lap.*
*Iob 31. c.*
*Hierony. in Epiſtolis.*
*Ezech. 4.*
*Tremẽda Dei per prophetã vox in nouiſſimis diebus cōuocandis.*



eam, Signum Domui Iſrael. Nihil aptius dici potuit ad adumbranda ſupplicia, quæ peccatores experientur in inferno. Singula expẽdamus. Tu, inquit, fili hominis, non fili Dei. Nã cum poteſtatẽ acceperis, filiũ Dei fieri; ob tua flagitia, & peccata nō Dei filius vocari mereris, ſed filius hominis, hoc eſt, peccator, fragilis, & abiectus, &c. Sume tibi laterẽ, ſume cor tuum durũ. Meritò cor peccatoris laterẽ vocat, terram videlicet recoctã, & in lapidem ferè conuerſam ob eius duritiem. Ideo dicitur apud Deuter. Non obdurabis cor tuum. Et per os Dauidis, Nolite, obdurare corda veſtra. Et per Iſaiam, Audite me duro corde. Atque D. Paulus, Secundùm duritiam tuam, & impœnitens cor theſauriſas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. Ad hæc cor hominis meritò laterem appellat. Si enim colorem lateris obſerues nihil eo ſimilius carni inuenies. Cum ergo cor peccatoris carneum ſit, & in cunctis ſuis actionibus carnem ſapiat, non ab re illud laterem nominat. Tu igitur peccator duro corde & qui carnem tuam ſemper es ſecutus, vt eius deſideria perficeres, ſume illud tibi. Non inquit aliis. Multi enim duritiã aliorum execrantur, reprehendũt, & obiurgant acclamantes diem iudicij vindicem fore maleactorũ, at ſuimet obliuiſcũtur. Frater mi, relinque corda aliena, tuum tibi ſume. Et pones illud corã te, Non ait, in ſcapulis, aut tergo. O bone Deus quot hominum millia cordis ſui duritiam retro proiiciunt, ac veluti excordes ſint, viuunt. Non enim attendunt, quid cogitat cor eorum, quid agat, quò tendat. His inquit Deus; Pone cor tuum coram te, illud contemplare. Vide, an purũ ſit, vel impurum: attende, quales ſint eius cogitatus, & opera, &c. Item pone cor tuum coram te, id eſt, iuxtà te. Solent enim peccatores, longè eſſe à ſuis cordibus. Vnde Dauid dicebat, Cor meum dereliquit me. Et in libro 2. Regum cum Deo loquens aiebat, Inuenit ſeruus tuus cor ſuum. Si illud inuenit, ergo antea non habuerat. Et Ieremias, Audi popule ſtulte, qui non habes cor. Et Daniel de tyranno quodam, quem rationis expertem vocat loquens, ait, Cor eius datum eſt ei, Atque Iſaias, Redite præuaricatores ad cor. Vnde D. Gregorius. Cor, inquit, noſtrum non habemus, cum grauiter delinquimus. Et alibi, Nihil nobis vicinius eſt corde: & tamen ſæpe euagatur. Nihil longius à nobis, quàm nos. Mali, inquit Seneca, vbique ſunt, præterquam ſecum. Ponat igitur miſer peccator cor ſuum coram ſe, reducat ad ſe, non illud extra ſe diuagari patiatur. Et ſubdit ſtatim, Et deſcribes in

*Ioan. 1.*
*Deut. 15.*
*Pſal. 94.*
*Iſa. 46.*
*Rom. 2.*
*Pſal. 39.*
*2. Reg. 7.*
*Iere. 5.*
*Danie. 7.*
*Iſaiæ. 46.*
*Greg.*
*Impius nunquam eſt apud ſe.*

eo ciuitatem Ieruſalem. Ac ſi dicat, Ne in corde tuo ſculpas aut depingas, veluti in topographia, & mappa mundi Babylonem ciuitatem confuſionis, hoc eſt, mundi gloriam inanē & fluxam, quæ inſtar floſculi decidit, & perit. Quin potius imaginem hanc, quæ oculos peccatorum ſua vana pulchritudine remoratur, ne ad cōtēplandā cœleſtē Ieruſalem, ad quā incolandā conditi ſunt, mentē leuēt; ex corde tuo dele; q̄ velis, nolis, fluit, & preterit. Quod intelligēs Regius Pſaltes, cū Dn̄o ſermonē conferens canebat, Velut ſomniū ſurgentiū Dn̄e in ciuitate tua imaginē eorū ad nihilū rediges. Ac ſi diceret, Euaneſcet vana mortaliū fœlicitas, quā in fluxis mundi rebus conſtituunt, tanquam ſomnium hominis expergiſcentis, quod cum eſſet inane, eum tamen dormientem falſò delectabat. Tu Dn̄e in ciuitate tua, in gloria ſempiterna, imaginē mundi, quam inſipientes homines in corde ſuo depingebāt, ad nihilum eſſe redactā; oſtendes. Nā quid imaginē appellat, niſi mundi vanitates, opes dignitates, generis ſplendorem, nominis amplitudinem, & alia id genus, quibus vani mortales inflantur? Hæc inaniter fuiſſe ſculpta in animo, intuebuntur cognoſcentes, nihil aliud eſſe, quam vmbras, & imagines fallaces, dicentéſque non ſine ingenti dolore, Tranſierunt omnia illa, ſicut vmbra. Deleamus igitur ex corde noſtro hanc mundi Babylonem execrandam, & deſcribamus in eo ciuitatem Ieroſolymā, viſionē pacis, gloriam cœleſtem, ſedes beatarū mentium immortales, cantica illa dulcia Sionis, patriam promiſſionis, beatitudinem æternam, cuius voluptatem, & ſplendorem quis pro dignitate recenſere poterit, cum dicat Apoſtolus, Oculus non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe? Ad hæc, diuino amore inflammati aſpiremus, ea in animo verſemus, cogitantes quāta bona amittant peccatores, qui illa ciuitate priuātur, hoc eſt, pœnam damni; quam ob crimina ſua incurrūt damnati; in imo pectore reuoluamus, vt amore tantę beatitudinis illecti; candidis virtutum actionibus nauemus operam; & tam immenſam Dei bonitatem non offendamus, qui ſua miſeratione nos ad tanta condidit bona, timeamúſq;, ab illa beatorum fœliciſſima ſocietate ſeparari, oculis mētis contēplātes quid dicat Apocalypſis; nempe, Beati, qui lauant ſtolas ſuas vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem, foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium.

De-

*Pſal. 72.*

*Sap. 5.*

*1. Cor. 7.*

*Ad æternitatis gloriam acquirendā nullus labor durus nullū tempus longū iudicari debet.*

*Apo. 21.*



Deſcribe ergo tu in corde tuo ciuitatem ſupernam Ieruſalē vt attendas, quanta beatitudinis voluptate ſit plena. Atque hac cōſideratione, veluti acutiſſimis ſtimulis excitatus; defle peccata tua. Ita autem defle, vt ſit poteſtas tibi in ligno vitæ. Tunc autem bene defles, & poſt fletum cōceditur veſci ligno vitæ, cum poſt lachrymas ad iniquitatē non recurris ſed ſtatim ad cuſtodiam mandatorū temetipſum cōuertis, vt tantò iā conditori tuo placere ſtudeas poſt pœnitētiæ luctū per obedientiā mandatorū: quantò ante cōuerſionem eidem diſplicebas impœnitens per inobedientiā mandatorū. Deſcribe, inquam, ciuitatem Ieruſalem in corde tuo, vt agnoſcas, an portas inuenias illius ciuitatis ſanctæ, per quas ingreſſus patet ad eā. Sūt autē iſtæ portæ, vt placet Auguſtino virtutes ac bona opera. Aliis verò, obſeruantiæ præceptorū Dei. Iuxta quod Dn̄s ait, Si vis, ad vitam ingredi, ſerua mādata. Vide ergo, an fores iſtæ, virtutes videlicet, tibi ſint occluſæ, cū illas neq; à limine ſalutaueris, neque in earum actiones incubueris. Nā hæc porta Dn̄i, nō iniqui, & ſcelerati: ſed iuſti ſolū intrabunt in eam. Deſcribe etiam ciuitatē Ieruſalem in corde tuo, vt perpendas, foris eſſe canes impudicos, homicidas, & amantes, & facientes mendaciū. Atque hinc cognoſces, an conſors futurus ſis, & conciuis beatorū. Quòd ſi te canem fratrum tuorum famam dentibus lacerantem, & oblatrantem inueneris, & ad vomitum peccatum redire, ſi homicida es, proximum tuum odio proſequens, ſi tuis voluptatibus, veluti idolis, ſeruiens, ſi amas mendacium, hoc eſt, peccatū, illi cor tuū tradens. Nā vbi eſt amor tuus, ibi eſt & cor tuū. Vnde nō ſolū ait, qui facit mendaciū: ſed, qui amat. Amare autē eſt, cor, & volūtatem tradere amato. Da operam vt mores mutes; & te ad meliora cōuertas. Cæterū ſi tantus ciuitatis ſupernæ ſplendor nō te à peccato reuocat, ac tanta beatitudinis maieſtas in corde deſcripta non te ad virtutē amplectendam inflāmat. Quid tibi agendū reſtat? Fac, quod Dominus præcipit Ezechieli. Ordinabit aduerſus eam obſidionem, hoc eſt, depinges hoſtes illos acerrimos, dæmones, videlicet, te in inferno obſidione cingentes, & bellum atrociſſimum inferentes. Et quo pacto depinges? Singula obſerua. Ædificabis, inquit, munitiones. Munitiones ſunt præparationes bellicæ, quibus duces caſtra ſua muniunt aduerſus hoſtes, ſiue propunaculis ligneis, aut terræplenis, ſiue foſſa, ſiue vallo, ſiue tormētis ignitos globos iaculantib. ſiue quibuſcūque aliis machinis, & armis. Tu verò per hæc intellige

varia

*Salutaris Paraneſis ad vitæ emēdationem.*

*Matt. 19.*

*Pſal. 119.*

*Sub ordine caſtramētationis depingit atrociſſimas peccatoris clades Ezechiel.*

varia tormentorũ machinamẽta, quib. dæmones oppugnabunt damnatos. Et comportabis aggerẽ. Aggeres ſunt coaceruationes terræ, & lapidum, quibus valla, foſſæque implētur. Per quæ internè implendos damnatos cruciatibus, atq; pedibus dæmonum conculcandos intellige. Quemadmodũ enim foſſas, poſtquam terra repleuerint milites, pedibus calcant, Ita dæmones pedibus ſuis conculcabunt, & peſſundabunt in inferno peccatores. Quod & Apocalypſis aperuit dicens, Miſit angelus falcem ſuam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu vſque ad frænos equorũ per ſtadia mille ſexcenta. Vides, quo pacto dæmones induant formam equitum militantium, vt pedibus equorum, quibus inſident, calcent damnatos. Sed obiicies hæc ex Apocalypſi deſumpta potius ad tropologicã, & myſticam intelligentiam eſſe referenda, neque eſſe veritati conſonum, fore equites in inferno: ſed his, velut quibuſdam vmbris, immenſitatẽ pœnarum gehennaliũ tegi. Confirmatque hanc ſententiam ſanctorum patrum explanatio, qui myſticè diſpungunt, quod de equitibus, & alia huiuſcemodi inquit Apocalypſis. Exoſculamur ſanctorum patrum ſententiam, eamq; maximè amplectendam aſſeueramus. Cæterũ, vti iam diximus, certò credimus, dæmonia, vt acerbiùs crucient, mille artes, & modos excogitatura, inter quos vnus eſt, varias inducere formas. Sed ad Ezechielem reuertamur. Dabis contra eam caſtra. O formidandam pugnam, ô bellũ exitiale. Si cum vno tantum dæmone damnatus certaret, actum eſſet de damnato, quid erit, ſi caſtra, hoc eſt, multi dæmonum exercitus miſerum peccatorem oppugnent; Si vera illa ſententia eſt, Neque Hercules contra duos, quid faciet imbellis homo, & omnibus armis deſtitutus, oppugnatus à milliis dæmonum? Et pones arietes in gyro. Certum eſt, arietes eſſe machinas bellicas habẽtes capita duriſſima ferro tecta, quibus muri ſubruuntur, & lapidum iuncturæ diſſoluuntur: ſic appellati, quòd inſtar animaliũ huius nominis retrocedant, vt poſſint vehementiùs capitibus ferire, In eundem modum dæmones aduerſus peccatores decertabunt. Sume tibi ſartaginem ferream. Sartago eſt patella illa, in qua cibi friguntur, per quam intelliges ignem illum ardentiſſimum inferni, quo frigentur, & excoquentur damnati. Certũ enim eſt, ob materiæ denſitatem ferrum intenſiùs ardere, atque propterea acerbius vrere. Et obfirmabis faciem tuam ad cam,

*Simile.*

*Apoc. 4.*

*Plato de amicitia.*



cam, hoc eſt, dirige faciem tuam aduerſus laterem, in quo depicta eſt Ieroſolyma vultu irato, & truculento, non ei oſtendas vultum hilarem, & lætum: ſed triſtem, & turbulentũ. O non parum, ſed multum pœnarum incrementum, tortores crudeliſſimos ipſis ſuppliciis addere triſtitiam faciei. Solet nonnihil ſolatij eſſe damnatis ad mortẽ carnifices videre cõpatientes, & condolentes ſibi, atque exhortantes, vt bono animo ſint in tormentorum agone. At ſi tortores, & carnifices ſe crudeles exhibeant, & non ſolum factis: ſed etiam dictis, minis, atque vultus ſupercilio torqueant, quantũ hæc addent acerbitatis miſeris torquendis, cum, quoquò ſe vertant, omnia inueniant plena malis? Sed quod ſubiungit Ezechiel me multò magis terret, nempe, Signũ eſt domui Iſrael. Ac ſi apertiùs dicat, Quæ paucis cõplexus ſum, vmbræ ſunt, & ſigna quædã futurorum. Et quemadmodũ ſignũ, & vmbra rei parũ, vel nihil affert nocumenti: ſed ipſa res, vt ſi vmbrã, vel ſignum ignis tecũ habeas, nihil ab illo accipis incõmodi: ſecus autẽ ſi in ipſum proiectus fueris ignẽ, tunc ſentis vim flammarum, dolorẽ pateris, &c. Ita quæ dicta ſunt, ſigna quędã iudica, non terrentia, aut parum mouentia. Veniet, veniet dies, quando ſignis ſuccedent res, quando non imagines carnificum, & tormentorũ oculis ſubiicientur peccatorum: ſed ipſi attrociſſimi tortores, ipſaque truculentiſſima ſupplicia, vt experiantur, quantum ſigna à rebus diſtent. O horrendũ ſpectaculum, ô inauditam damnatorum calamitatem. Si audire, quæ diximus, exhorrent aures, & tantùm illa ſignis adumbrando animis contremiſcit, atque corda etiã ſaxea vmbra emollit, quid efficiet ipſe rerum euentus, quid ipſa ſupplicia, & tormenta? Quadrat obſeruatio in hæc verba, Videbunt filium hominis venientem cum poteſtate magna. Magna quidem poteſtas, *comedere* tormenta, & nunquam illis *ſaturari*, ſed eſſe in æternum duratura.

*Damnationi æternæ nulliũ malum poteſt comparari.*

Tertiò, iuxta Diui Hieronymi explanationem diſces ex hoc loco, quæ ſit peccati, & vitiorum conditio, nempe nunquam miſerum hominem *ſaturare*, qũamuis multum *comedat*, & ſe totum illis tradat. Dicit peccator tentatus à voluptate venerea, Nunc peccabo, & explebo animũ meum: ſatiabor, & poſtea vitia faſtidiam. Falleris frater mi, nam quò plus comederis, plus eſuries. Et quemadmodum ignis, quò plura accipit ligna, fit ardentior, & hydropicus, quò plus potat, plus ſitit, Ita peccatum ad maiorẽ ſitim ſui excitat hominẽ. Duæ, inquit Sapiẽs, ſãguiſugæ ſunt filiæ dicẽtes, Affer, Affer. Quæ ſunt

*Simile.*

*Pro. 30. b.*

ſunt iſtæ filiæ,niſi libido,& auaritia ? Nam qui his vitiis de-
**Hebræus* diti ſunt,non facile ſatiantur:ſed ſemper clamant. Affer,*
*habet* Affer Non credas frater tentatori,quoties ſuggeſſerit,Nunc
*Hab,hab,* pecca,poſtea ſatiatus faſtidies peccatum. Nam licet laſſatus
*hoc eſt da,* fueris peccando;nunquam tamen eris ſaturatus. Vnde & de
*da.* fœmina impudica Poëta cecinit,Delaſſata quidem: ſed non
ſatiata receſſit. Obſecremus Dominum fratres mei,vt donet
*Eccl.7.* (eius enim donum eſt)vt ſi quando peccauerimus,ita *ſatiem-*
*mur*,vt non amplius peccata *comedere* velimus,memores ama
ritudinis , quam ſecum voluptas corporis implicat. Vtinã
*Simile.* peccator diceret tum Eccleſiaſte,veluti ſatiatus voluptate,
Inueni amariorem morte mulierem , quæ laqueus venatorũ
eſt,& ſagena cor eius:vincula ſunt manus illius,vt quemad-
modum,qui cibum hauſit ſaluti noxium , & longam incur-
rit ægritudinem, poſtea quoties ſibi apponi cernit , ſtoma-
chus ad vomitum excitatur,atque ſolo aſpectu illius ita vi-
ſcera commouentur,vt vel ipſum videre non ferat:ſed ocu-
los auertat clamans,Auferte iſta hinc,illa enim meæ diutur
næ valetudinis,& languoris ingentis,qui me angit,cauſa ex
titere. Quadrat obſeruatio in Euangelium ſabbathi poſt
Dominicam ſecundam Quadrageſimæ,in hæc verba,Cupie
bat filius ille prodigus ,implere ventrem ſuum de ſiliquis,
quas porci manducabant. O miſerande adoleſcens,quis tibi
daret,vt repleres ita ventrem tuum ſiliquis porcorum , hoc
eſt,voluptatibus vitiorum,vt ſatiatus peccata faſtidires,&
amplius eas comedere perhorreſceres ; Sed verbum ſubſe-
*Eccl. 21.* quens horrore plenum eſt,nempe,Nemo illi dabat. Quod i-
**Noua* ta verum eſt,vt non ſolum nemo daret : verum neque dare
*vita non* poſſet,niſi ſolus Deus. Is eſt,qui poſt hauſtum cibum pecca
*ſufficit ad* ti eo ſaturare poteſt,non alius. Vnde hic comminatur pecca
*verã pæ-* toribus,*comedent,& non ſaturabuntur.* Diſce etiam ex hoc lo-
*nitentam* co,Dei eſſe ſupplicium,cum patraueris peccatum,eo non ſa-
*ſed pia o-* *turari*,ſed,vt illud rurſum committas, anhelare ſitibundum.
*pera inter* * Fili,inquit Sapiens,peccaſti? Non adiicias iterum:ſed & de
*quæ ora-* priſtinis deprecare,vt tibi dimittantur. Quartò, *Comedent,&*
*tio primũ* *non ſaturabuntur.* Diſces ex hoc loco,donum eſſe Dei,opes,&
*locũ obti-* diuitias,quas *comedis*,& congeris,eſſe tibi non ad famem:ſed
*net neceſ-* ad ſaturitatem. Nam in pœnam peccatorum ait,Comedetis,
*ſaria ſunt.* & nõ ſaturabimini. Atq; hoc loco,*comedẽt,& non ſaturabuntur.*
*Leuit.26.* Rurſum,quaſi populum benedicens ait , Vt ipſi comedatis,
*Deu. 11.c* ac ſaturemini. Non ergo fidas diuitiis multis. Nam quamuis
*Gen.41.* illas habeas,potens eſt Deus,te fame premere. Quemadmo
dum



dũ boues,quas vidit in ſomnio Pharao, quãuis erant in ripa
fluminis,& vberrimis paſcuis,aliaſq; ſeptẽ boues pulcherri
mas , & pingues deuoraſſent , macilentæ erant , & nul-
lum ſatitatis dedere veſtigium,In eundem modum inuenies
multos homines , ditiſſimos quidem , & veluti in amœ-
niſſimis pratis diuitiarum vitam degentes , atque alios
diuites abſorbentes , & deglutientes : tamen poſt hauſtum
tam vberrimum paſtum eos ingenti macie extenuatos. Et
quemadmodum Tantalus flumini aſſiſtens , bibere non *Simile.*
poterat , & fructus arboris capiti imminentis colligere *Tantalus*
non dabatur , quòd aqua refugiebat , quoties contingere *à labris ſi-*
conabatur , & rami fructibus onuſti ſubitò porrigenti *tiens fu-*
manũ aliò ſeſe ſubducebant,Ita cum multis diuitibus adſint *gientia cæ*
bona,præſente ipſorum copia,inopia miſerè diſcruciantur, *ptat Flu-*
& bonis partis frui negatũ eſt. Quot magnates ſunt in Hi- *mina Ho*
ſpania hoc Tantali ſupplicio torti? Conuerte,precor,oculos *rati. ſerm.*
mentis ad illuſtriſſimas ducũ,& comitũ domos, & familias, *Satyr.1.*
vt inſpicias,tot anni redditus,& prouẽtus quomodo expen-
duntur,& nummorũ aureorum millia in quo conſumuntur,
& inuenies,in his paſcuis ditiſſimis cum ſint,macilentos eſ-
ſe,nimiumq; lãguidos,& quod peius eſt,boues pingues exi-
ſtentes apud ſe deuoraſſe,hoc eſt,ſubditos,& ſibi ſubiectos
in miſeram paupertatẽ redactos. Cum enim Domini popu-
lorũ ſint multo oppreſſi ære alieno , cogunt ſubditos,pro ſe
ſua,ſeq; ſpondere,& ſtipulari,& cũ poſtea magnates ſoluere
nõ valeant creditoribus,quod in ſponſionibus ſanxerant,ad
miſeros populares pœna deuoluitur, qui ſoluere coguntur,
quod eorũ Dñi ſoluere debuerant. Quid hoc eſt,niſi magna
tes,inſtar boũ macilentarũ ſomnij Pharaonis,alias pingues
deuorare? Vides,quo pacto in iſtis cõpletũ ſit,*comedent,& nõ*
*ſaturabuntur*? Sed vnde iſtis tãta calamitas eſt exorta,vt in pra
tis tot diuitiarũ fame premãtur? Paucis dicã. Fortaſſis opes
eorũ male partæ ſunt,quamobrẽ & male dilabũtur. Alij ra- *Pro.11.d.*
piũt nõ ſua,& ſẽper in egeſtate ſunt,inquit Sapiens. Atq;,vt
multa omittã,iſtis illud vatis Aggęi aptare poſſumus,Semi- *Aggæi.1.*
naſtis multũ,& intuliſtis parũ:comediſtis,& nõ eſtis ſatiati:
bibiſtis,& nõ eſtis inebriati:operuiſtis vos,& nõ eſtis calefa
cti:& qui mercedes cõgregauit,miſit eas in ſacculũ pertuſũ.
Scrutemur ergo nos corda noſtra,& inſpiciamus,an ſacculũ
conſcientiæ noſtræ perforauerit inimicus aliquo eccati te-
lo,per quod foramen cunctas opes diripiat,omnemque cibũ
hauriat,ne ſit nobis ad ſatietatem;ſed ad famẽ. Et ſi pertuſũ
ſacculum inuenerimus , demus operam , vt occludams.
Tunc

Tunc autem concludemus, cum virtutum actionibus compingemus, aut reſarciemus. In quem modum ſi fuerit obſtruſum, aut reſarcitum, comedemus, ſicut Dñs pollicetur, panẽ noſtrum in ſaturitate. Iuſtus enim comedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſaturabilis, ait Sapiens. Quadrat obſeruatio in euangelium Dominicę quartę Quadrageſimæ, in hæc verba, Diſtribuit Ieſus diſcumbentibus, quantum volebant, vt autem impleti ſunt, &c. Curiſti homines, quantum volunt, accipiunt, & implentur? Quia à Deo, & per manus Apoſtolorum, hoc eſt, bonis, & non iniquis mediis cibum acceperunt. Quæramus & nos non prauis viis opes, ſed iuſtis, & veluti per manus Apoſtolorum, vt cum *comederimus ſaturemur*. Quod ſi ſecus fecerimus, timeamus, audientes, *comedent & non ſaturabuntur*. Quadrat etiam obſeruatio in Dominicam decimamquartam poſt pentecoſten, in hæc verba, Primum. Quærite regnum Dei, & iuſtitiã eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Quid erit, ſi quis contra faciat, & quærat prius diuitias, regnum Dei, eiuſque iuſtitiam tradens obliuioni? Facile eſt dictu. Is, quamuis comedebat, non *ſaturabitur*, ſicut hic ſacerdotibus Dominus comminatur.

*Leui. 26.*
*Pro. 13. d.*

*Docet ſapiens impiorũ deſiderio & appetitus (hac enim ventris nomine ſignificatur) nunquam ſatisfieri.*

¶ *Fornicati ſunt, & non ceſſauerunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo.*

¶ Referunt multi hanc fornicationem ſacerdotum, & populi ad idololatriam, ſicque diſpungunt *Fornicati ſunt*, idololatrando. Ita expendunt Theophylactus, Theodoretus, Lyranus. Alij de corporea fornicatione ſolum hunc locum intelligunt, vt Dionyſius Carthuſianus, & nonnulli recentiores. Diuus Hieronymus, quem Rupertus, & Haymo ſequútur, ad vtramque retulit fornicationem: & corpoream, & ſpiritualem, & ita nos vtroque modo diſcutiemus, licet germanior ſenſus appareat, ſi ad idololatriam referamus, quod verba ſubſequentia demonſtrant, nempe, *Quoniam Dominum dereliquerunt*. Redditur enim cauſa fornicationis, his verbis, quod videlicet *Dominum dereliquerunt*. Igitur de ſpirituali fornicatione videtur eſſe ſermo magis, quam de corporali. *Fornicati* itaque ſunt ſacerdotes & populus, venereis voluptatibus nimium permittentes habenas: fornicatæ etiam ſunt decem tribus cum idolis Hieroboam filij Nabath. Pro *fornicati ſunt*, nonnulli vertunt, ſcortabuntur, per tempus futurum, quo verbo iniquũ peccandi propoſitũ detegitur. Côſuetudo enim Scripturæ, tempus pro tẽpore, ponere & maxime præteritum



præteritum pro futuro: vt iam diximus ex diuo Auguſtino, aliiſque ſanctis patribus. Et opinor, non ineptè diſpungi hic *fornicati ſunt*, pro fornicabuntur. Animum enim hominis magis, vt in poſterum peccet, præfixum ſolet Deus, intueri, quã peccata eius tranſacta. Vnde de ædificatoribus turris Babyloniæ inquit, Non deſiſtent à cogitationibus ſuis. Atque ob eam cauſam alij vertunt, pro *fornicati ſunt*, accipient vxores. In eundem modũ videtur diſcutiendum verbum ſubſequẽs, *Et ceſſauerunt*, id eſt, non ceſſabũt. Fauet huic expoſitioni trãſlatio Septuaginta, qui pro *non ceſſabunt*, vertunt per tempus futurum, non dirigentur. Atque ob eam rem alij transferũt, non habebunt liberos. Sed quid facere non ceſſabũt? Si de corporea fornicatione expendas, certum eſt, ſubintelligendum eſſe fornicari. Et quorſum fornicari non ceſſabunt? Optimè inquit Diuus Hieron. quoniam vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi deſiderium non quieſcit, ſiue deſiderium ardeſcit, vt habet Interlinearis. Et nos addamus ſignificari, adeo eſſe effrænes, vt vſque ad decrepitam ſenectutẽ in ſtercore libidinis cõputruerint, iuxta illud, Cõputruerunt vt iumenta in ſtercore ſuo. Sunt qui ſequentes exemplar Hebraicum pro, *non ceſſabunt*, vertant, non habebunt filios, ſiue non gignẽ filios. Hebraica enim vox para poſita pro, *non ceſſabunt*, ſignificat prorumpere, & propagare. Atque ita Chaldaicus habet pro *fornicati ſunt & non ceſſauerunt*. Accipient vxores, & non gignent filios. Quibus verbis videtur, detegi, qua pœna plectendi ſint iniqui ſacerdotes ob male partas opes. Ea autẽ eſt, quod non ſint habituri filios eorum bonorũ hæredes, iuxtà illud Pſalmi, Relinquẽt alienis diuitias ſuas: theſaurizat, & ignorat, cui congregauit ea. Si vero de fornicatione ſpirituali, nempe idololatria, hoc verbum, *non ceſſabunt*, diſpungas, apertus ſatis ſenſus eſt, quod non ceſſent, fornicari, id eſt, idola colere. *Quia dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo*. Dominus æquiſſimus iudex rationem reddit pœnæ infligendæ. Cæterũ, quod inquit, *In non cuſtodiendo*, non eodẽ modo ab omnibus explanatur. Rupertus ſic, *Non cuſtodiendo*, ſe videlicet. Potuerant enim, ſe cuſtodire, liberum habendo arbitrium ſimulque Dei quærendo auxilium, hoc non fecerunt, ſed legitimum dereliquerunt Dominum, & ſponte tyrãno mortis, id eſt, peccato ſeſe ſubdiderunt. Hęc Rupertus. Reliqui omnes velut vno ore ſequuti D. Hieronym. ſic, *In non cuſtodiendo* Dominum, & mandata eius, qui illis inſſerat, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Vnus

*Appetitu non ceſſãte, ſed viribus carnis non valentib⁹ imò deficientibus.*

*Ioel. 1.*

*Pſal.*

*Deu. 5. c.*

Thophylactus nobis negotium faceſſit legens pro, *In non cuſtodiendo*, vt obſeruarent fornicationem. Vnde hanc obſeruationem, & cuſtodiam refert ad firmam & tenacem adhæſionem peccati. Habet enim abſque negatione: ſic namque diſpũgit, *In cuſtodiendo* quod ſcortati ſint, ab ipſo Deo ad idolorum cultum deuoluti, vſque adeo, vt cuſtodirent hanc fornicationem, & permanerent in ea firmiter. Non mihi omnino diſplicet hæc Theophylacti explanatio, cui fauere videtur Hebraica exemplaria, in quibus legimus abſque negatione, *In cuſtodiendo*. ſiue ad cuſtodiendum. Atque ſi rationem vocis, *In cuſtodiendo* obſerues, referenda vox eſt ad munus, & officium ſacerdotum. Nã cuſtodia in ſacris bibliis idem, quod officium apud Latinos, ſignificat. Eſt autẽ officiũ, quod vnicuique hominũ pro muneris, & conditionis ſuæ ratione facere incumbit, vt illud, Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper ſtationem meam. Veruntamen ſi oculos *Hab. 2. a.* mentis aperiamus, ſiue affirmanter, ſiue neganter legamus, *In cuſtodiendo*, vel *In non cuſtodiendo*, eodem recidit ſenſus. Nã Dominus hoc verbo ſacerdotibus obiicit crimẽ deſerti officij. Vnde ſic eſt locus diſpungendus, ſi cũ negatione legas, *In non cuſtodiendo*, id videlicet, ꝙ ſacerdotibus ex munere ſacerdotali fuerat iniunctum, non cuſtodierunt. Si autẽ affirmanter legas, *In cuſtodiendo*, ſic explanabis, quod explicet hoc verbo in quo eam Dominum dereliquerint, in cuſtodiendo videlicet, quod ad ſui muneris executionem ſpectabat.

## *Ad inſtituendos mores.*

*Gen. 49* FOrnicati ſunt, & non ceſſauerunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo. Vt iam diximus literam diſpungentes, crebroque à nobis eſt obſeruatum, nõ tam peccatum patratum, quam animi firmitudinem, & propoſitum ad peccandum ſolet Deus intueri, cum homo peccat. Hinc non ſolum obiicit ſacerdotibus crimen fornicationis cõmiſſum, ſed addit, *non ceſſauerunt*, ſcilicet fornicari, ſed adhuc fornicari volunt. Hinc & merito ſanctus patriarcha Iacob reprehendit pertinaciam Simonis, & Leui. Maledictus, inquit, furor eorũ quia pertinax: & indignatio eorũ, quia dura. Iudicabat bene ſanctus vir, nam quamuis humanum ſit paſſionibus excitari, in eis pertinacem eſſe, extremum malum eſt, Quemadmodum Dominus non curat priores negligentias ſerui,

*Cum ſuum hominis eſt errare nullius niſi inſipientis pe ſeuerare in errore.*





cum eas viderit multiplicari, quas diſſimulauerat; aduertit, obiicit, & punit. Ita Deus peccata noſtra diſſimulat: cæterũ ſi viderit, nos à peccato non deſiſtere, & vlterius progredi, *Iſai. 42.* omnia peccata tranſacta noſtris oculis ſubiicit, quantumque diſſimulauerit, oſtendit, ac poſtea ſeueriſſimè animaduertit. Tacui, inquit apud Iſaiam, ſemper ſilui, patiens fui: ſicut *Pſal. 49.* parturiens loquar, diſſipabo, & abſorbebo ſimul, deſertos faciam montes, & colles, & omne germen eorum exiccabo. Et apud Pſaltem, Tu vero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuã ponebas. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filiũ matris tuæ ponebas ſcandalum. Hoc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis. Vides quo pacto Deus referat, quantũ peccata diſſimulauerit, & tacuerit? Cæterùm cum poſt tot peccata non ſe conuerterit ad meliorem frugem peccator, obſerua, quid dicat Deus, Arguã te & ſtatuã cõtra faciẽ tuã. Quid ſtatues Domine, & quomodo argues? Statuam flagitia peccatoris, quæ me diſſimulaſſe putat atque eorũ vltionem ſemper in ſeipſo ſentiet. Quid igitur faciendũ eſt, ne peccator experiatur tantam iudicis irati ſæuitiam? Obſerua, quid ſubiungat, Intelligite hęc, qui obliuiſcimini Deũ, nequando rapiat, & non ſit, qui eripiat. Ac ſi apertius dicat, Reuocate gradũ à veſtris viis peſſimis, imponite finẽ veſtris prauis actionib. ne vos inopinatos rapiat, & puniat, & digna factis rependat. O raptũ formidandũ, erit enim ad vltionem inauditã. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ ſancti Stephani, in hæc verba, Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram. Cur Domine peccatores iſtos tanto tẽpore expectas? Cur diu diſſimulas? Certè, vt à peccatis abſtineant. Sed cũ eos eſſe effrænes experiaris, exactiſſime puniendos aſſeueras. Hinc non ais, Vt veniat ſuper vos pars ſanguinis ſanctorũ, ſed omnis ſanguis iuſtus. Hinc etiam non ait. Mitto ad vos ꝓphetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occiditis, & crucifigitis, & flagellatis, ſed in hũc modũ ꝓ tẽpus futurũ. Occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis. Magis.n. ad patranda, q̃ ad patrata peccata conuertis oculos, vt vindictam ſumas. *Quia dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo.* Secundo, Ecce quid boni Dominus, eiuſque præcepta cõferũt homini, Nõ.n. Deus, & eius mãdata ſunt aliud, q̃ fortiſſimus murus hominẽ cuſtodiens, ne ſuam expleat libidinem,

& à tentationibus ſuperetur. Hinc obiicit, quòd Dominum
*Simile.* derelinquerint, qui vera cuſtodia hominis eſt. Quemadmo-
dum arx, quantumuis ſit munita aliunde, ſi dux abſit & mu-
ro careat, facile ab hoſtibus occupatur, ſecus autẽ, ſi cincta
ſit muro, & ſtrenuus dux cuſtodiat, In eundem modum, ſi ar-
cem inhabitet noſtri cordis Deus, & vallata ſit præceptis di-
uinis, tentationibus reſiſtit: at ſi Deo careat, eiuſque præce-
*Iere. 15.* pta cõtempſerit, cito corruet, dæmoneſque funditus euertẽt.
Dabo te, inquit Deus Ieremiæ, populo huic in murũ æreũ,
fortem, & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt: quia
ego tecum ſum, vt ſaluẽ te, & eruã te, dicit Dominus, Et li-
berabo te de manu peſſimorũ & redimam te de manu fortiũ.
*Pſal. 15.* Vides vnde ſit tanta fortitudo Ieremiæ, vt appelletur murus
fortis, & æreus, nempe quia Deus cum illo erat? Nõ ergo eſt,
cur timeas, quamuis ab omnibus dæmonibus ſis obſeſſus, ſi
Deus tecum eſt, ipſe enim liberabit te de manu horũ peſſi-
*Pſal. 26.* morũ, & fortiũ. Hinc & Regius Pſaltes, Prouidebã Dominum
in cõſpectu meo ſemper, quoniã à dextris eſt mihi, ne cõmo
uear. Ac ſi apertius dicat, Tam ſtrenuo duce, tamque forti
muro circunſeptus, nunquã calamitatibus, vel prauorũ ſug-
geſtionibus, aut perſequutionibus deiicias, & cadã. Ac rur-
ſum, Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ce-
ciderunt. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, nõ timebit cor
*Prou. 18.* meũ. Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.
*Quinuo-* Vnde tibi tãta animi fortitudo bone rex; Obſerua quid prius
*cat nomen* dixerit nẽpe, Dñs illuminatio mea, & ſalus mea, quem time
*domini* bo Dñs protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Atque Sapiens
*quaſi in* ait, Turris fortiſſima nomẽ Dñi, ad ipſam currit iuſtus, & ex
*alta turri* altabitur. Quid per nomen Dñi intelligit, niſi illius poten-
*ſublatus* tiam; Conſueuit Scriptura quicquid de Deo celebriter præ-
*& eleua-* dicatur, nomẽ eius appellare. Recte igitur potentiã Dei cõ-
*tus à ſuis* ponit, cũ turre eáque fortiſſima. Nam quemadmodũ, qui cõ-
*hoſtibus* fugiunt ad turrim fortẽ, tuti ſunt ab inimicis, Ita iuſtus cur-
*protegetur.* rẽs ad vmbrã clarã Dei, exaltabit͛, hoc eſt, protegetur à Deo.
Quod & optimè cœleſtis Sponſus apud Cantica ſignificauit
dicens, Quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquẽ-
da eſt? Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula
argentea. Et murum Sponſa ſe cognoſcẽs reſpõdit, Ego mu
rus, & hubera mea ſicut turris. Quid eſt eſſe murũ Sponſam?
*Cant. 8.* Dicant nobis inter alios ſancti Gregorius, & Thomas. D.
Gregorius expendens hunc locũ inquit, Dato ſpiritu ſancto
murus ſancta Eccleſia efficitur quia quæ prius timida erat,
inſtruen-



inſtruente eãdẽ ſpiritu omnipotente, impenetrabiliter robo
ratur. Et D. Thomas ait Ego, inquit Spõſa, murus, quia ſu-
pra firmam petram fundata ſum. Spiritus ergo omnipotens
murus iſte eſt. Chriſtus etiã murus eſt. Quis enim dubitat,
firmã petrã Chriſtũ eſſe cum dicat Apoſtolus, Petra autem *1. Cor. 10.*
erat Chriſtus? Qui hoc muro ſepti ſunt, muniũtur etiã pro-
pugnaculis argenteis, hoc eſt, diuinis legibus, & præceptis.
Ita.n. inquit Regius Pſaltes, Eloquia Dñi eloquia caſta, argẽ *Pſal. 18.*
tum igne examinatũ. Muniuntur verò, vt ab hoſtibus ſe de-
fendãt. Et cũ ſe agnoſceret Sponſa tanto munimine prote-
ctã, ſubiũgit, Ego murus hoc eſt, Chriſto, qui firmiſſima pe-
tra eſt, ſum vallata & vbera mea ſicut turris. Vbera appellan
tur ſacerdotes & doctores, qui lacte præceptorũ diuinorum
paſcunt, & nutriũt populũ, quo quidẽ lacte qui nutriũt͛, expe
riũtur, ſe aduerſus inſidias hoſtiũ eſſe in tutiſſimo loco, ac
veluti in excelſa turre collocatos. Quoniã igitur ſacerdotes
dicti non è pectore candidũ lac porrigebãt populo Iudæo- *Militia eſt*
rũ, ſed tetrũ, & peſtilentiſſimum, quæritur Deus, quod ſe de- *vita no-*
relinquerint in non cuſtodiendo populum veluti munitiſſi- *ſtra ſuper*
ma turre, hoc enim ſacerdotũ munus eſt. Et quoniã quantũ- *terram.*
uis quis munitus ſit, dum hic viuimus, non deſunt hoſtes
impugnãtes, qui nobis bellum indicant, & excitent ad cer
tamẽ, quãobrẽ non decet, eſſe ſacerdotes, & in vtráque aurẽ *1. Re. 26.*
dormire, addit, Ex quo facta ſum quaſi pacem reperiens. Nõ
inquit, Factus ſum pacẽ reperiẽs, ſed quaſi pacem reperiens.
Nõ enim dum in hoc mundo ſumus, à peccatis omnibus de
ſiſtimus: & quandiu cum peccato viuimus, pacem perfectam
cum illo qui, ſine peccato in carne vixit, nõ habemus. Quod
& optimè ſignificauit noſter vates vtens hac voce, *In non cu-
ſtodiendo.* Ac ſi apertius dicat, Neceſſum eſt, vt vigiletis in
cuſtodia. Qui enim cuſtodit ciuitatem, vigilem eſſe oportet
vt illam defendat. Adumbratũ eſt hoc non ineptè, dum Da-
uid inuenit Saulem dormientem, & vna cum illa etiam Ab-
ner ducem, & populum dormientes in circuitu illius. Qua-
mobrem haſtam, & ſcyphum aquæ abſtulit, quæ erant ad ca-
put eius ac poſtea clamauit ad Abner dicens, Nunquid non
vir tu es? Et quis alius ſimilis tui in Iſrael? Quare ergo nõ cu
ſtodis Dominum tuũ regẽ? Ingreſſus eſt enim vnus de tur-
ba, vt interficeret Dominum regẽ tuũ. Non eſt bonum hoc
quod feciſti. Viuit Dñs, quoniã filij mortis eſtis vos qui non
cuſtoditis Dominũ veſtrũ Chriſtũ Domini. Nũc ergo vide,
vbi ſit haſta regis, & vbi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput

 eius

eius. Quid Saul adumbrat niſi homines à Deo Optimo Ma-
ximo creatos, vt fruantur regno cœlorũ? Vnde & Apoſtolus
inquit. Vos genus electum, & regale ſacerdotium. Hi homi-
nes traditi ſunt ſacerdotibus, vt ab illis cuſtodiantur, excite-
turque, ſi quando in ſomnũ peccati lapſi ſint. Iſti ſacerdotes
duces ſunt. Audiant autem, quid illis dicat Deus per Dauid,
*1. Petri. 2.* Nunquid non vir tu es? Ac ſi dicat, Decetne ducem dormi-
re? atq; nõ ſecus, ac ſi puer eſſet, vel imbecilla fœmina, non
inuigilare, ne pereat, qui ei in cuſtodiã traditus eſt? Sed quod
ſequitur, magis obſeruatione dignũ eſt, Et quis alius ſimilis
tui in Iſrael? O verbũ formidandũ, bene tamẽ oculis huma-
nis ſubiiciens, qualis debeat eſſe paſtoris, ſiue ducis vita: tan-
tæ videlicet integriatis, vt cæteros virtutibus lõgè antecel-
lat: nulluſque ei ſimilis in morũ candore inueniatur. Tantũ
inquit D. Gregorius, debet actionem populi actio tranſcen-
dere præſulis: quantũ diſtare ſolet à grege vita paſtoris. Cũ
itaque ingenti ſolicitudine debeat cuſtodire ſacerdos gre-
gem illi commiſſum, quare dormit, & permittit, vt ingredia-
tur vos de turba, tẽtatio videlicet, & diabolus, vn interfici-
at regẽ? Optimè inquit, Ingreſſus eſt vnus de turba. Caruit
enim miſer homo vallo pręceptorũ Dei: caruit turre, intra
quã concluſus eſſet ſecurus, & nõ pateret aditus hoſti. Bene
etiã inquit, Vnus de turba eſt ingreſſus, vt pauidũ hominẽ
reddat, quẽ nõ vnus tantũ inimicus aggredi poteſt, ſed turba
circũſtat, vt cũ ſe obtulerit occaſio, aggrediantur. Sed quid
ex hoſtis ingreſſu eſt ſubſecutũ? Vt interficeret regẽ inquit,
eſt ingreſſus. O miſera delectatio peccati, ſiquidem veneno
*Heb. 4.* eſt infecta, & illius ingreſſus eſt ad ĩteritũ animę. Attẽdãt ergo
populi duces, quod ſubiungitur cum iuramento, Viuit Do-
minus, quoniam filij mortis eſtis vos, ideſt, digni morte. Du-
*Ephe. 6.* ces enim lethale crimen incurrunt, quòd non cuſtodierint
homines ſibi traditos in cuſtodiã. Obſerua etiã, quid fura-
tus fuerit hoſtis, haſtã nempe regis, & ſcyphũ aquę. Cuius
*Pſal.* rei typus eſt haſta, niſi verborũ, & præceptorũ diuinorũ? Apo-
ſtolus nãq; ait, Viuus eſt ſermo Dei & penetrabilior omni
gladio ancipite. Ac rurſum, Sumentes gladiũ ſpiritus quod
eſt verbũ Dei. Hæc arma conatur à nobis auferre diabolus,
noſque inermes reddere. Agnouit enim his armis ablatis fa-
re nos facile eius ſeruituti ſubiiciendos. Scyphũ etiam aquæ
ſuffurari ſtudet, hoc eſt, lachrymarũ profluuiũ, quo ſordes ma-
leactorũ abluere poſſimus, dicentes cũ Regio Pſalte, Exitus
aquarũ deduxerũt oculi mei, quia nõ cuſtodierunt legẽ tuã.
Meritò

*Cuius vita dignitate excellit ea etiam cete ros moribus anteire beate.*



Meritò itaq; ſacerdotes reprehẽdit, quod *Dñm dereliquerint in non*
*cuſtodiendo*, populũ videlicet quẽ gubernãdũ ſuſceperãt. Item
*in nõ cuſtodiendo* Dñm, qui murus eſt fortiſſimus, & eminen-
tiſſimus ad protegendum eos, qui ad illum confugiũt, Item
*in nõ cuſtodiendo* mãdata, Dei, quæ vallũ, & arma ſunt, vt homo
ſe defendat ab hoſtibus, Quadrat obſeruatio in Euangeliũ
Dominicæ primę Quadrageſimę, in hæc verba, Ductus eſt *Pſal. 22.*
Ieſus à Spiritu in deſertũ, vt tẽtaret à diabolo. Obſerua, quãdo
aggreditur certamen, nempe cum ducitur à Spiritu, non ſe-
cus, vt diſcas in tentationibus, ſi victor euadere deſideras,
primum inuocare Deum, eumque tecũ habere, imo te totũ
illi tradere vt te gubernet, ducat, & reducat, quocũque ieris,
eoq; conſulto facias, quicquid faciendũ eſt. Is enim murus
eſt, protector eſt, patronus eſt tantę virtutis, vt ſi eum nõ de-
reliqueris: ſed tecũ habeas, dicere poſſis. Si ambulauero in
medio vmbrę mortis, nõ timebo mala quoniam tu mecũ es Ob-
ſerua etiam, in quas actiones incubuerit, cum retulit Scriptu-
ra, Chriſtũ ductum ab Spiritu nempe in ieiunia, in orationẽ,
in animi deiectionem, &c. non in peccata. Igitur ſi candidis
virtutum actionibus dare operam cupis, Deum quære, illũ-
que in animo tuo cuſtodi. Vnde precor tanta calamitas pec-
catoribus eſt exorta: vt ſe pracipites dent in voragines in-
explicabiles vitiorum? Certe quia Dñm dereliquerunt, eum-
que nõ cuſtodierunt. Quadrat etiam obſeruatio in hæc ver-
ba, Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo, quod
procedit de ore Dei. Ecce à quo pendet vita noſtra, à verbis
diuinis, hoc eſt, diuinis præceptis. Illa enim inſurgentibus in
nos hoſtibus vallũ ſunt, quo protegimus. Oppugnat tenta-
tio aliqua? Vis illi nõ ſubiici? Muni te præceptis Dei tui, quæ
nõ ſolum inſtar valli te protegent: verũ & gladius erunt an- *Pſal. 79.*
ceps, quo eam iugulare valeas. Quadrat etiã obſeruatio in fe- *Pſal. 88.*
riã ſextã poſt ſecundã Dominicã Quadrageſimæ, in hęc ver-
ba, Paterfamilias plantauit vineã, & ſepem circundedit ei,
& in ea ædificauit turrim. Quid vocat ſepem, & turrim? Cer-
te vel legem, & præcepta Dei, quæ limites agendi hominibus
præſcribunt: vel ſacerdotes, & rectores populi, quorum in-
tereſt populũ cuſtodire, ſanctiſque monitis, & exhortatio-
nibus munire, ne aper de ſylua exterminet vineã Domini: at-
que ne eam deripiant omnes tranſeuntes viam.

Tertiò obſerua, in quo *Dominum dereliquerunt* ſacerdotes,
videlicet, *in non cuſtodiendo*, quæ vox ſignificat deliquiſſe in
functione earum rerum quæ ad ſacerdotale munus, & officiũ

*Chriſtiani militis arma aduerſus carnem mũdum & dæmonẽ.*

ſpectabant. Cuſtodia etiam, vt in diſpunctione ſenſus litera
lis diximus, ſignificat, quod cuique facere incumbit ex offi-
cio. Diſces igitur ex hoc loco, te redditurũ eſſe rationẽ tui
muneris, & officij, Deumque tuum diſquiſiturũ, quo pacto
*Eſther. 16.* illud fueris executus. Quemadmodum rex Aſſuerus in eos
magna contulit beneficia, qui officia ſibi credita diligenter
obſeruarunt, & in eorũ functione digni laude inuenti ſunt:
cõtra verò in eos, q oſcitãter ea exercuerũt, animaduertit;
In eundẽ modũ Deus eos, qui in munere ſibi iniuncto ſtre-
nuè ſe gerũt, multis cumulabit beneficiis: quos verè deſides
*Gene. 40.* & oſcitantes inuenerit, paria factis rependet. Et ſicut Pharao
in carcerem miſit pincernam, & piſtorẽ, q infideles fuerint
inuẽti in ſuis miniſteriis, Ita Deus miniſtros ſuos iniquos
in executione ſui muneris addicet carceri inferorum. Et ſi-
*Num. 4.* cut Aaron ex diuino præcepto diſpoſuit opera ſingulorum
populi Coath, & diuiſit, quid portare eorum quiſque debe-
bat, Sic Deus onera diuerſi ſtatus, & muneris imponit hu-
meris fidelium, petiturus rationem functionis ſuæ. Indicant
crebrò nonnulli ſe non peccati lethalis reos: atque ſine of-
fendiculo ſe tendere ad regna cœlorum exiſtimant, ſuaden-
tes ſibi, q omnia Decalogi adimpleant præcepta. Dicit ſa-
*Sũma ſtul* cerdos, Ego horas canonicas dico, celebro rem ſacram, ne-
*titiæ gen⁹* minem odio proſequor, &c. Dicit vir vxoratus, Pacem cum
*eſt, vt cum* proximo habeo, neminem concutio, nullius bona rapio, &c.
*alio debeas* Dicit iuriſperitus in eundem modum, ac reliqui aliorum
*vitæ bene* ſtatuum & conditionum vitæ. Fratres mei hæc facere bonũ
*ficiũ tibi* eſt, ſed & alia oportet non omittere, ad conditionẽ ſuæ ſor-
*aſcribas* tis quiſq; oculos conuertat, vt peculiariter agnoſcat, an quæ
*ornamẽta* ſunt muneris ſui, diligenter adimpleat. Nam vnuſquiſque,
*virtutum.* vt inquit D. Thomas, obligatur ad exequendum officium,
*3. p. q. 67.* quod accepit. Sacerdos es? Vide, an vltra ea, quæ diximus,
*art. 8. in* omnia quæ ad ſacerdotis integritatem ſpectant, adimpleas,
*corp.* an oues, quas gubernas ſuſcepiſti, dignè paſcas; an pauperũ
miſerearis, cum decimas Eccleſiæ accipias: an teipſum ope-
rum bonorũ præbeas exemplũ. Vir es vxoratus, & filios ha-
bes? Luſtra animo tuo, an vxorem diligas, ſicut Chriſtus di-
lexit Eccleſiam, an ſis amarus ad illã, an filios educes in di-
ſciplina, & correctione Domini, &c. Iudex es, aut comes, aut
Marchio, aut populorum Dñs? &c. Conſidera, an lege tenea-
ris pecuniarũ repetundarum, an plus à ſubditis extorqueas,
quã iura decernant, an integrũ iuſtitiæ miniſtrũ te exhibeas,
Et memento, quòd ſi in tua cuſtodia defeceris, Dominum
derelin



derelinquis. Imitare ſacerdotes, quos inquit Scriptura, fuiſſe *1. Par. 23.*
dedicato ſibi officio ſeruientes. Non ait, officia ſeruire ſacer-
dotibus: ſed contra, ſacerdotes ſeruire officio ſibi tradito.
Inuenies enim multos, qui ita officio vtuntur imo abutun-
tur, vt dominos, non miniſtros illius ſe exhibeant: officia. n.
illis ſeruiunt, non illi officiis. Vellem, iſti animo reuoluerẽt *Libera ſer-*
Antigoni regis verba, qui cum conſpiceret filium ſuum, eos, *uitus Re-*
in quos habebat imperium, ferocius tractantem, atque inſo- *gnum.*
lentius, in hunc modum eſt locutus, An ignoras, regnum no
ſtrum eſſe ſplendidam ſeruitutem? O egregiam viri vocem
ô commendandũ principem, qui ſe ſeruũ ſui officij ingenuè
cõfitetur. Sed quid opus eſt Ethnici regis teſtimonio? Quid
vocat Apoſtolus epiſcopatum, niſi miniſterium? Miniſteriũ
tuũ imple, inquit Timotheo. Cum igitur miniſtri ſimus, non *2. Tim. 4.*
Dñi officij noſtri, vt pro voluptate eo abutamur; vigilemus
in illius cuſtodia, quemadmodum vigilabat ſanctus ille va-
tes Habacuc, qui ait, Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam *Habac. 2.*
gradum ſuper munitionem, & contemplabor, vt videã, quid
dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentẽ me. Stabo, in-
quit, ſuper cuſtodiam, non dormiam porrectis pedibus, non
iacebo, dabo operã, vt non cadã in executione muneris mei.
Atque optimè munitionem vocat officium, Debet enim mul
tis munitus eſſe virtutibus, vt figere poſſit gradũ, & nõ ter-
ga vertat inimico. Et ſicut dicebat Habacuc, Contemplabor
vt videam, quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguẽ-
tem me: ſic nos obſeruemus, quid nobis dicat Deus per Scri
pturam, eſſe in noſtro munere adimplendum, quidque illi
reſpondere poterimus, cum nos arguerit violati officij. Eſt
enim in porta, teſte Ezechiele, Chriſtus & funiculus lineus *Ezec. 40.*
& calamus menſuræ in manu eius, vt metiatur totum ædi-
ficium ciuitatis ſanctæ Ieruſalem, & cognoſcat, an quiſque
lapis viuus, ex quo conſtruitur illa ciuitas ſuperna, iuxtà
menſuram, & funiculum Chriſti dolatus ſit, an verò cũ re-
gula, & perpendiculo non cohæreat, quamobrẽ, & ab illis la
pidib. diſſentiat. Eſt autem amuſſis hæc & funiculus doctri-
na Euangelica, quæ verã cuique viuendi rationẽ pro eius ſta
tu, & vitæ conditione tradit, & docet. Vnde locus ille Pſaltis *Rom. 10.*
ab Apoſtolo citatus in ea, quæ extat ad Romanos, epiſtola, *Archite-*
In oẽm terrã exiuit ſonus eorum, poteſt verti ex Hebræo, In *ctus eſt*
omnẽ terrã exiuit norma, ſiue amuſſis, ſiue funiculus, & di- *ciuitatis*
rectorium eorum. Quẽ locum D. Paulus de Euãgelica præ- *ſanctæ cõ-*
dicatione intelligit. Eſt enim Euangelicus concionator ar- *cionator.*
H 5 chitectus

chitectus, eiuſque conciones ex Euangeliis deſumptæ ſunt regulæ docentes vnumquemque viuere piè ac iuſte, prout illius vitæ ſors poſtulat. Vnde Egregius ille cõcionator ait, *1. Cor. 3.* Vt ſapiens architectus fundamentum poſui. Optimè etiam Chriſtus cum funiculo, & calamo in porta dicitur ſtare, non intra portã ciuitatis, vt oſtendat omnes homines eſſe examinandos ante ingreſſum illius ciuitatis ſupernæ, foráſque eiiciẽdos, ſi in cuſtodia ſui officij nõ vigilauerint. Agnouit S. Auguſt. exactiſſime rationẽ ſui officij ſibi eſſe exigendã, eáque ob cauſã exorat homines ſibi ſubiectos, vt ei dimittãt quicquid in officio deliquerat. Sed quõ ſui muneris defectus diſcutiat, obſerua, Talis, inquit ſanctus doctor, debitor etiã ego pro mearum viriũ exiguitate, diſpenſationiíq; portiuncula, non quibuſdã, ſed omnibus ſum. Verũ nunc de his debitis loquor, quæ mihi dimitti, nõ à me exigi cupio. Neque enim ſic tumore vanę mẽtis extollor, vt audeã dicere, ex quo huius muneris ſarcinã portò nullum à me perperam læſum: hoc cuilibet homini tã multis, & moleſtis actibus occupato, atq; diſtento, ne dicã, impoſſibile, certè difficile eſt, quãto magis mihi, qui noui infirmitatem meam, quam cum meis, & pro me veſtris orationibus diebus ac noctibus offero ſanandum Domino Deo meo. Diuerſarum ergo curarũ æſtibus, ac difficultatibus conturbatus, ſi quem forte, non vt poſcebat, audiui, ſi quem triſtius, quàm opus erat, aſpexi: ſi in quem verbum durius, quàm oportebat, emiſi, ſi quem corde contribulatum, & opis indiguum reſponſione incongrua conturbaui, ſi quem pauperẽ mihi in aliud intento importunius inſiſtentẽ vel prætermiſi, vel diſtuli, vel etiã nutu aſpero contriſtaui: ſi cui de me falſi aliquid tanquam homini de homine ſuſpicanti, iuſto acerbius indignatus ſum, ſi quis in ſua conſcientia non agnouit, quod de illo humanitus ſuſpicatus ſum, vos, quibus pro his, atque huiuſmodi offenſis ex me fateor debitorem, ſimul me veſtrum credite debitorem. Nam pullos quos fouet ſæpe in anguſtiis: ſed non toto pedis pondere calcat & mater, nec ideo deſinit eſſe mater. Dimittite, vt dimittatur vobis. Dimittite amantes vos debita difficultatis, qui nec contra inimicos debita crudelitatis tenere debetis. Hæc diuus Auguſtinus. Ex quibus perſpicere licet, quam adhibuerat in aſſeruanda officij ſui cuſtodia ſolicitudinem. Demum & Seneca inquit, Vtere officio, quod ſemel ſumpſiſti, turpe eſt onera cedere. Quarat obſeruatio in Euangelium Natiuitatis Chriſti,

*Tom. 10. homil. 24. prope finẽ.*

*Optimum conſilium ne quis in animæ cogitationibus ſe ſe extollat.*



ſti, in hęc verba, Et paſtores erant in regione eadẽ vigilãtes, & cuſtodiẽtes vigilias noctis ſuper gregẽ ſuũ. Et ecce angelus Dñi ſtetit iuxtà illos. Cur, quæſo, his paſtoribus præ cæteris apparuit angelus, eiſq; dixit, Natus eſt vobis ſaluator mundi? Certè qui erant intenti exequendo muneri ſuo. Iis enim, qui non negligenter exequuntur munus ſuũ, naſcitur Chriſtus. Quadrat etiã in Euangeliũ Dominicæ 9. poſt Pẽtecoſten, in hæc verba, Redde rationem villicationis tuæ, quiſque enim ſui peculiaris officij redditurus eſt rationem.

¶ *Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.*

*Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientem.*

¶ Diuus Hieronymus ἐμφατικῶς legenda eſſe hæc verba exiſtimat, & plus ſignificari, quàm dicitur, vnde ſic diſpũgit, Sicut vinũ, & ebrietas eũ, qui biberit, mẽtis ſuæ impotẽ facit, ita & fornicatio, ac voluptas peruertit ſensũ animũq; debilitat & ex rationabili homine brutum efficit animal: vt ganeas, & lupanaria, & libidinũ luſtra ſectetur. Cõſentit cũ D. Hieronymo Haymo. Alij ferè oẽs expoſitores ſine emphaſi locũ hũc expẽdũt, licet in explanatione nõ omnino cõueniũt. Per *fornicationẽ* vtrãnq; intelligit Lyranus, & corporeã, & ſpiritualẽ, puta idololatriã, atq; in eundẽ modũ diſpungit Haymo. Theophylactus, & Theodoretus fornicationem ſolum referunt ad idolorum cultũ, cæteri verò expoſitores ſolũ ad corporeã. *Ebrietas.* Hebraicè pro, *ebrietas*, muſtũ legimus, quo verbo ſignificatur, impẽſius, & ſtudioſius fuiſſe hũc populũ ebrietati deditũ, non enim ſolũ vino veteri, ſed & nouo indulgebant. Poteſt aũt hoc bifariã intelligi, primo quod miſtione vtriuſq; vini ſuauiora pocula parantes, ebrietatẽ, & petulantiã ſibi grauiorẽ molirentur. Cũ enim vinũ nouum vehemẽtiores vires habeat, vetus vero crebriores exhalationes ſuppetat, ſi fuerint cõmixta, facilius cor hominis ebrietati ſubiiciunt. Secũdò, vitio vertit muſti potionẽ quoniam muſti hauſtus ſatis apertè indicat, quãtũ fuerint effrænes ad ebrietatem, ſiquidẽ nõ ſolum vino bono, verumetiã muſto, quod peſſimum eſt, quia feruidum & nondũ confectũ dabant operam. Neſcio ſane, quid habeat dulcedinis muſtũ, video enim homines ebrietati deditos ad hauriendum illud eſſe propẽſiores, quam ad vetus. Neque mihi diſplicet Theophylacti obſeruatio, qui hac voce *ebrietas* implicari ait, hunc populũ ad nullas non delitias eſſe effuſum. *Auferunt cor.* Cũ *cor* non vnum, ſed multa ſignificet in ſacris Bibliis, varie locus hic expenditur. Exiſtimat Hugo Cardinalis, idque ex mente D. Hieronymi, *cor* hic ſenſum ſignificare, ſed fallitur, non enim

enim D. Hieron. ſolum *cor* ad ſenſum, retulit, quinimo per *cor* ſenſum & intellectum intellexit, ita enim ait diſpungens hunc locum, Fornicatio, & ebrietas peruertit ſenſum, animúmque debilitat. *cor* ergo pro ſenſu, & intellectu, & non tantum pro ſenſu accepit ſanctus doctor. In quem modum etiam diſpungit Haymo. Lyranus per *cor* intellectum, & voluntatem intelligit, quas duas animæ facultates, & potẽtias auerti ait vino, & ebrietate à ſtudio legis diuinæ. Cæterùm mihi rem penitius conſideranti videtur, hac voce *cor* implicari animũ ipſum cum omnibus facultatibus illius; quæ tum ad ſentiendum, tum ad intelligendũ ſpectant. Metonymicè enim hæc omnia *cor* appellat crebrò Scriptura, neq; ab re, cũ *cor* domiciliũ ſit ſenſuum, & fons cogitationũ. Hanc explanationẽ eſſe aliis præferendam docuit non ſolum D Hiero. dicens, fornicatione peruerti ſenſum, animúmq; debilitari, verum, vt poſtea in obſeruatione morũ diſcutiemus, multiſque congeſtis teſtimoniis, & rationibus probabimus, nihil nocentius humano cordi fornicatione inueniri poteſt. Verũ quoniam cor populi ſunt principes & ſacerdotes, atque ita eos appellat Iſaias dicens, Omne cor mœrens, hoc eſt principes, & doctores, vt expendit D Hieron. ſunt impij, poſſumus etiã hoc loco per cor ſacerdotes intelligere, qui præ ceteris ebrietatibus ſeſe dediderant. Neq; obſtat, paraphraſtem Chaldæũ in hunc modum vertere, Fornicatio, vinum, & ebrietas educit, & in errorem cõpellit corda eorum. Nam licet in numero multitudinis trãsferat corda, bene poteſt referri ad ſacerdotes, & doctores. Cum enim nõ vnus tantum ſacerdos, ſed plures eſſẽt, detegit voce multitudinis omnes, aut fere omnes ſe in deteſtandũ delitiarũ pelagus ingurgitaſſe, germanior tamen eſt alius ſenſus. Sed quid his verbis, *auferunt cor*, velit ſignificare, non omnino mihi certũ eſt. Lyranus, vti iam diximus, ſic: *Auferunt cor*, id eſt, auertũt à ſtudio legis diuinæ. Alij ſic, *Auferunt cor*, ne videlicet verum Deum agnoſcant, ſed ligna, & lapides deos putent. Ita expendunt fere omnes expoſitores, exiſtimantes, ſe ſequi diuum Hiero. Sanctus tamen doctor, licet expẽdat in hunc modũ, vlterius ꝓgreſſus eſt, & verba duo ponit nõ ſilentio ꝑtermittẽda, nẽpe, auferat cor animũq; debilitat, q̃bus oſtendit, quid in homine efficiãt fornicatio, vinũ, & ebrietas, videlicet vigorẽ mẽtis, cordiſq; virtutẽ eneruare. Auferre igit᷑ cor, eſt hominẽ reddere elanguidũ, & viribus animi exhauſtum, ne valeat tentationibus reſiſtere, iuxtà legẽ Dei viuere, atq; creatorẽ ſuũ agnoſcere

*Venereæ luës incõmoda corporis recẽſet Gal. c. 87. artis medicinalis.*

*Iſai. 1.*



agnoſcere verum Deum. Quod autem obſeruat Hugo Cardinalis dictũ ſcilicet, *Fornicatio, vinum, & ebrietas auferũt cor* in numero ſingulari, non in numero multitudinis, *auferunt cor*, quia quodlibet horum ſufficit ad auferendum cor, non eſt adeo veritati conſonum. Nã licet ipſe in aliquibus codicibus inuenerit, *aufert cor*, multi habent in numero multitudinis, *auferunt cor*, in quem modum habent Hebraica exemplaria, licet Græca ſecus nempe πορνείαν καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα ἐδέξατο καρδία λαοῦ μου, id eſt, fornicationẽ, & vinum, & ebrietatẽ ſuſcepit cor populi mei, cæterum Hebraica magis cohærent cum æditione vulgata, quæ ſemper amplectenda, & aliis præferenda eſt. Neque quia in numero multitudinis dicitur, *auferunt cor*, conſequitur non quodlibet horum fornicationem, vinum, & ebrietatem poſſe cor auferre, non enim id modo dicit Scriptura, ſed aperit, hunc populum pluribus vitiis eſſe irretitum, & non ſolum fornicationi, verum & ebrietati eſſe deditum.

## ¶ *Ad morum compoſitionem.*

F*ornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.* Vt optime obſeruat Rupertus, non caſu, aut fatali neceſſitate cor ſuum perdidit iſte populus, ſed fornicando, bibendo vinum, & inebriando ſe, vim rationis obruit. Quo oſtendit, rationem, & cauſam eſſe ſemper nobis inueſtigandam, ob quam cæcutiamus, & ad meliora non cõuertamur. Quemadmodũ arborẽ videntes aridã, fructu foliiſque deſtitutã, oculos ſtatim conſicimus in radicẽ, dicimuſq; cauſam eſſe ariditatis in ea, puta vermem corrodentem illã, aut aliquid aliud noxium, Ita cum homo præceps fertur, vt nõ cognoſcat Deũ, vel peccati amplectatur voluptatẽ, recurrat ad fontẽ cecitatis tantæ: & proculdubio peccatum eſſe inueniet, hic vermis conſciẽtiæ abſtulit cor, ne agnoſceret peccati fœditatẽ. Redite, inquit Iſaias, præuaricatores ad cor. Ac ſi apertius dicat, Inquirite cauſam amiſſionis cordis veſtri. Videte, vbinã cor habeatis, & repoſuiſtis, & inuenietis tyrãnice ablatũ à voluptate venerea, ab auaritia, ab odio, &c. Quis. n. tam cæcus, vt nõ videat pulchritudinẽ fœminæ placere, q̃a voluptas illic latitat venerea, inhiare cõgerẽdis opibus, q̃a auaritiæ laqueis eſt irretit᷑ miſer homo, cõtra ꝓximũ obloqui, q̃a odiũ excæcauit mẽtis oculos? Recte igitur ait Iſ. Redite præuaricatores ad cor, nã præuari-

*Simile.*

*Iſa. 46.*

*Iſai. 46.*

præuaricatores diuinæ legis ſunt, qui cor amiſerunt, & tā perſido, & execrando tyranno, quantus eſt præuaricatio, arcē cordis, ſolo Deo inhabitandā tradunt. Quemadmodum qui ab arce ſibi à rege tradita egreditur, eamq; hoſtibus tradit, aut relinquit, cum tantum regi eſſet aſſeruanda, iure optimo traditor appellatur, Sic qui cor, in quo tria ſunt cubilia ſoli Deo reſeruanda, memoria nempe, intellectus, & voluntas, in manu tyrannici apetitus, cæterarumq; indomitarum cogitationum relinquit, præuaricator dicitur. Et quemadmodū aquila, & accipitres inter cętera corporis mēbra, maximè appetunt cor, vt eo veſcantur, Ita Deus ex omnibus hominis partibus maximè ſibi cor aſſeruari, & offerri deſiderat. Vnde apud prouerbia dicitur, Fili præbe mihi cor tuum. Cur optime Deus præ cæteris partibus hominis *cor* eligis? Credo reſpondebis, quoniam ipſa natura illi tres dedit ſinus, vt oſtendatur ineffabili Trinitati cor eſſe dicādū, nō rebus creatis. Sunt certe peccatores ſimiles teſtudinibus, quas corde exempto inquit Ariſtoteles viuere, cū in cæteris animātibus cor fons vitæ ſit, & rationē reddit, cur id ſit teſtudini peculiare, quoniā non bene, inquit, eſt compoſita illius natura. In eundē modū peccatores, cum diuina gratia ſint deſtituti, quæ perficit naturā, appellādi ſunt quodammodo non bene compoſiti, ac propterea, auulſo corde, viuere quamuis eorum vita mors eſt potius dicenda, de illis ſiquidē ait Chriſtus, Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos. Depingebant antiqui, inter quos princeps fuit Phidias illuſtris ille pictor, qui Elienſibus Venerem depinxit calcantē teſtudinem: eo ſymbolo veluti tacita ambage, indicans, mulierum eſſe munus domum cuſtodire, & ſilere, teſtudo enim animal mutum eſt, & cum corticem non egrēdiens. Autor eſt Plutarchus in Præceptis coniugalibus. cap. 33. & Pauſanias libr. 6. Ego vero alio detorquerem ſymbolum iſtud, diceremque, eo ſignificari, homines à venerea voluptate calcatos eſſe excordes, & ſine corde viuere, quemadmodū & teſtudo, ac propterea pedibus veneris eſſe preſſam. Qui enim homo pateretur ab obſcœna voluptate carnis peſſundari, ſi cor haberet? Merito igitur dicitur, *Fornicatio aufert cor*, quoniam peccatum ab homine cor adimit. Ob hoc Regius Pſaltes ait, Cor meū dereliquit me. Et alibi, Super ſanctos ſuos, & in eos, qui cōuertūtur ad cor. Si ad cor cōuertuntur, ergo antea extra corda vagabātur, & veluti vecordes erant. Et Eccleſiaſticus inquit, Collige, & congrega cor tuū. Quadrat obſeruatio in Euangeliū Sabbati poſt

*Simil.*

*Simil.*

*Pro. 23. c.*

*Cor triplicē ſinum continet.*

*Ariſto. de de Somn. & Vig. c. 30.*

*Ariſto. Vit. & Mor. c. 1.*

*Simile.*

*Math. 8.*

*A Phidio nominatur artifex nunquam ſatis laudatus cuius præſtātiſſima opera deſcribit c. 8. u. 34. & c. 5. lib. 36.*

*Pſal. 39.*

*Pſal. 83.*



ſecundam Dom. Quadr. in hæc verba, In ſe autē reuerſus dixit. Igitur antea extra ſe erat. Quadrat etiam in Euangelium Septuageſimæ, in hæc verba, Ite vos in vineam meā. Quæ eſt hæc vinea niſi nos ipſi? Ad nos igitur ipſos mittit nos, quia extra nos ſumus, quoties peccato tradimus corda noſtra.

Secundò *Fornicatio, & vinum, &c.* Satis apertum argumentū ſumitur ex hoc loco ad probandum fornicationē, & ebrietatē eſſe peccatū mortale, nā ſi iſta auferunt cor, & in corde collocata eſt vita in animalibus omnibus, teſte Ariſtotele, igitur qui ſine corde eſt, mortuus dicendus eſt, nō viuus, mortuus, inquā, morte ſpirituali, de qua dicitur, Nomen habes, quod viuas, & mortuus es. Vides, quàm magnā grauitatē peccati fornicationi, & ebrietatis tetigerit? Vbi ergo ſunt, qui fornicationē eſſe peccatum mortale negāt? Audiunt hic illā auferre cor, fontē, & originē vitæ, & nō erubēt dicere, eā nō eſſe peccatum mortale? Diſces etiā ex hoc loco fornicationē natura ſua eſſe malā, & cōtra ius naturæ nō ſolum quia eſt cōtra bonū hominis naſcituri, nā proles quæ ex vago cōcubitu naſcitur, ſi rei naturā ſpectemus, neq; educari recte poteſt, neq; ali cōmode, vt egregiè docet D. Th. verumetiā quia maximū nocumentum infert ipſi homini fornicario, cum perdat vigorē ſenſuum, & intellectus, uno omnes animi vires, quod, vt diximus expendentes literā, & ex Diui Hieronymi ſententia, eſt auferre cor. Atque vt agnoſcas quam ſit rationi conſentanea hæc ſententia, *Fornicatio aufert cor.* Libet eā tum ſapientum teſtimoniis, tum rationibus confirmare. Primò igitur quòd *cor*, hoc eſt, corporis vires maximè fornicatio debilitet, & labefactet, hinc compertum eſt, atque experientia prope quotidiana comprobatur, quod animalia quæque eo breuioris ſunt vitæ, citiuſque ſeneſcūt, quo plus, crebriuſq; coeunt. Teſtis eſt Ariſtoteles libr. 7. de Hiſtoria animalium. c. 1. & in libro, quem de breuitate, & longitudine vitæ compoſuit. Columella etiam lib. 7. c. 6. de hirco loquens, Eſt autem, inquit, menſium ſeptem ſatis habilis ad procreandum, quoniam immodicus libidinis dum adhuc uberibus alitur matrē ſtupro ſuperuenit: & ideo celeriter, & ante ſex annos conſeneſcit, quod immatura veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhauſtus eſt. Sed & id in vniuerſum aſſerunt Raſis ad Almanſorē lib. 4. c. 17. & Auerrois in Canticis, commen. 156. & Albertus Magnus li. 15. de Animalibus, tractatu. 2. cap. 6. Quod & Cicero adſtruit libro de Senectute dicens,

Libidino-

*De Iuuēt. & Senec. c. 2. c.*

*Apoc. 3.*

*Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale.*

*Clem. ad noſtrā de hereticis. c. meretrices & ibi Ioh. de Turre cremata. 32. q. 4.*

*2. 2. q. 154. ar. 3.*

*Animalia multum coeuntia citò ſeneſcunt.*

*Hircus luxuriā putidam deſignat.*

Libidinoſa, intemperanſque adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. Eſt & Heſiodi ſententia in Theogonia, minime ducendā vxorem ei, qui ſeneſcere cupit. Et rationem reddit lib. 2. Operum, & dierum, nam vxor abſque titione virum quantumlibet fortem vrit, crudæque tradit ſenectuti. Diuus etiam Chryſoſtomus in Homi. cui titulus eſt: Quod nemo læditur, niſi à ſe ipſo, Qui, inquit, in libidine vitam ducunt, reſoluta quidem corpora, & omni cera molliora circūferunt, atque agmine quodam infirmitatum replentur: quibuſcunque ad cumulum malorum podagræ tremor, & immatura ſenectus ſuccedit: & eſt eis vita ſemper cum medicis: & medicamentis. Eamque ob cauſam arbitratur Antoninus ille Florentinus Archiepiſcopus in ſecunda parte Summæ, titulo 5. c. 1. hanc vnam eſſe ex rationibus, quare homines priſci ſæculi erant viuaciores, diuturnioreſque, & longæuiores, atque etiam robuſtiores, quam viri ſequentis ætatis, quoniam videlicet illi non tantum erant effrænes ad libidinem, ſed temperatiores. Propterea Salomon quamuis vnius ſolum & quinquaginta annorum eſſet, cum è vita deceſſit, tamen eum ſenem, vel longe ante mortem, vocitant ſacræ literæ, vt pote cui ſenectutem frequens coitus cum tot vxoribus, & cōcubinis ante tempus accelerauerat. Quid plura citem teſtimonia probantia à fornicatione cor auferri, quatenus fons eſt roboris, & fortitudinis, eaque vna vires corporis frangi & ſubneruari? Quorſum putas Diuum Auguſtinum lib. 20. contra Fauſtum Manichæum tradere Poëtas illos antiquos ſcribere: Venerem non quidem Martis eſſe vxorem, ſed adulteram, niſi vt ea re, velut vmbra quadam ſignificarent libidinem belligerantibus eſſe incongruā, quod vires corporis exhauriat, & abſumat? Hinc & Plato in ſuis legibus lib. 3. ſcribit Iccum Tarentium, Aſtylum: Chryſonem, Theopōpum, alioſque athletas, tametſi robore & bona habitudine corporis proniores eſſent in libidinem, tamen victoriæ cupiditate, quam conſequi ex Olympicis, aliiſque certaminibus cupiebant, nullam vnquam in toto exercitationis ſuæ tempore Venerem cognouiſſe. Quod & omnes athletas facere ſolitos inquit Galenus libro ſexto de locis affectis haud multo ante finem. Demum, vt alia tranſeamus, quantum viribus corporis noceat fornicatio, oſtendit venuſtiſſime Doſithens lib. 3. Rerum Lydicarū, & ex eius authoritate Plutarchus in parallelis. cap. 36. Tradunt namque iſti, quod Sardiani gerentes bellum cum

*Quare priſcis temporibus homines lōgioris vitæ viſebantur.*

*3. Reg. c. 11.*

*Non minus contumeliā in milite quam virtutem atque animi magnitudinem deſidero Cæſar de bello gallico lib. 7.*

Smyrnæi



Smyrnæis legatos miſerunt, qui dicerēt, ſe non ante ab obſidione diſceſſuros, quam vxores ad coitum conceſſiſſent; tunc ancilla quædā honeſta facie ad herum Philanchum accurrēs, Mittite, inquit, ancillas ornatu liberali, quod cū factū eſſet, Sardiani earum coitu defatigati, ac viribus exhauſti, continuo capti ſunt. Hæc omnia ſuo animo reuoluens Pythagoras ille, interrogatus à quodam, quando eſſet congrediendum cum fœmina, optimè reſpondit. Cū voles te ipſo fieri debilior. Vides quantum nocumentum afferat viribus corporis fornicatio? Sed vt ſingula diſcutiamus, obſerua, vt auferat cor, quatenus ſenſibiles reſpicit facultates. D. Chryſoſtomus citata Homilia, cui titulus eſt. Quod nemo læditur niſi à ſe ipſo, ait, iis qui in libidine vitam agunt, ſenſus omnes eſſe tardos, graues obtuſos, & quodammodo iam ſepultos, aſſerit. Atque ne ſingulos ſenſus, breuitatis gratia percurramus, ſaltem quantum oculorum precioſiſſimo lumini obſit coitus, percipies ex hiſtoria, quam refert Diuus Ambroſ. lib. 4. in Euangeliū Luc. c. 17. enarrans illud, Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Theotimus, inquit ſanctus doctor, cum graui oculorum morbo laboraret medici coitum illi interdixerunt: verum is vxoris amantiſſimus, ac libidinis impatiens, nō potuit ſibi temperare, quin vxorem amplecteretur, atque cum eſſet in ipſo æſtu feruentis libidinis, & conſuetudine voluptatis, veniſſetq; in mentē interdictū medicorū, ait, Vale amicū lumē: nimirū intelligens, ſeſe voluptatē eā perbreuē oculorū diſpendio emiſſe. Cæterum quod *fornicatio auferat cor*, hoc eſt, præcipuas illas animi facultates, intellectum videlicet, memoriam, & voluntatem quodāmodo funditus euertat, paucis aperiā. Cū per Venerē, vt tradit D. Thom. hominis intentio maximè aptetur corporeis rebus, actio hominis debilitatur circa intelligibilia. Perfectio enim intellectualis actionis in homine conſiſtit in quadam abſtractione à ſenſibilium rerum phantaſmatib. propterea quanto intellectus hominis magis fuerit liber ab huiuſmodi phantaſmatibus, tanto melius conſiderare poterit intelligibilia, ordinare & omnia ſenſibilia: ſicut & Anaxagoras dicit, Oportet animum, intellectumque nulla re eſſe mixtum, vt imperet, delectatio autem applicat attentionem ad ea: in quibus quis delectatur. Vnde Ariſtoteles ait, vnumquemque ea, in quibus delectatur: optimè operari, contraria vero nequaquam. Hinc & optimè D. Greg. inquit, ex luxuria proficiſci mētis cæcitatē: quę ferme omnino

*Lepida hiſtoria.*

*2.2. q. 15. art. 3.*

*Ethic. li. 10.*

I no

nò ſpiritualium bonorum cognitionem excludit: ſicut è cõtrario caſtitas, & abſtinentia maximè diſponunt hominem ad perfectionem intellectualis actionis. Vnde apud Danielẽ dicitur, Pueris his ſcilicet abſtinentibus, & continẽtibus dedit Deus ſcientiam, & diſciplinam in omni libro, & ſapientia. In hac eadem ſententia eſt Diuus Auguſtinus expendens illud Pſalmi, Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem. Quis ignis iſte eſt, niſi ignis concupiſcentiæ, & libidinis? In eo námque ſenſu conſueuit Scriptura ignem pro Venere accipere, vt apud Eccleſiaſticum, Propter ſpeciẽ mulieris perierunt, & ex hoc concupiſcẽtia quaſi ignis exardeſcit. Ac rurſum, Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas, & non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui. Igitur hi, ſuper quos cecidit ignis iſte venereus, non viderũt Solem, illum vtique Solem iuſtitiæ, de quo dicunt impij. Sol non ortus eſt nobis, tenebris enim obuoluti ſunt, & cæci mente. Hinc & alias idem Diuus Aug. Nihil, ait, eſſe ſentio, quod magis deiiciat ex arce animum virilẽ, quàm blandimenta fœminea, corporumque ille contactus. Et Ariſtoteles, ait paſſionibus, & malis habitibus impediri, & perturbari iudicium rationis. Hanc etiam forte ob cauſam poëtæ, qui omnium rerum naturam ſub fabularum inuolucro aptiſſimè comprehenderunt, Cupidinem libidinis Deum cæcum finxerunt ab effectu, quoniam libido oculos mentis obnubilet. Et Plato, teſte D. Auguſt. in lib. de vera religione, diſcipulos edocere ſolitus erat, vt à venereis voluptatibus abſtinerent: perſuaſiſſimumque haberent veritatem non corporis oculis, aut ſenſu aliquo, ſed ſola mentis puritate videri: ad quam percipiendam nihil magis impedimento eſſe, quam vitam libidini deditam. Quemadmodum in Imolo monte lapis inuenitur, qui ſingulis quaternis diebus colorem permutat, conſpici autem non poteſt niſi à virginibus, vt tradit Ariſtoteles, ſic veritas exactè perſpici non poteſt à libidinoſis, ſecus autem à pudicis, & continentibus. Memoriæ etiam obeſſe certum eſt fornicationem, reddereque homines obliuioſos, nam lancinatio illa in coitu contingens conuulſioni quodammodo eſt cognata, & per frigerationẽ, quæ ſuccedit, congelat quodãmodo ac ſtupefacit intelligentiam. Quemadmodũ iuxta flumen Orchomenon fons eſt bibentis obliuionẽ afferens: & in Cea inſula eſt alius fons, quo homines hebetes fiunt. Ita ve-

*Dan. 1.*
*Pſal. 57.*
*Eccle. 9.*
*Prou. 6. d*
*Sap. 5.*
*Lib. 1. Soliloq. c. 10.*
*6. Eth. c. 7*
*Amoris cæcitate impedita vorũ mis rationẽ arguit.*
*Simile.*
*De Admirãdis aud. 25.*
*Lapis qui viſibilis nõ fit niſi virginum oculis.*
*Pli. lib. 31. c. 2.*
*Breuis morbus comitialis coitus.*

vens



nereæ voluptatis fons memoriã adimit, & intellectus acumen. Nihil eſt, inquit Seneca, tã mortiferũ ingeniis, quam luxuria. Quid plura? Vis vno verbo agnoſcere quãtũ nocumenti adferat homini fornicatio? Audi quo nomine appellet Plato in Phædro hominẽ libidini deditũ, pecudi nẽpe ſimilẽ, flagitioſum, & impudẽtẽ. Democritus etiã venerẽ dãnauit, vt in qua homo alius exiliret ex homine. Et Ariſtoteles coitũ deſtructionẽ vocat virtutũ, legis tranſgreſſorẽ, morborũque ſœuiſſimorũ fontẽ. Quid erit, ſi filios, quos hæc immaniſſima fera gignit, animo contẽpleris? Audi, quid dicant viri, tum literarũ ſplendore illuſtres, tũ ſanctitatate inſignes. Luxuria, dicunt, gignit ex ſe mentis cæcitatẽ, inconſiderationẽ, incõſtantiã, præcipitationẽ, amorẽ ſui, odiũ Dei, deſiderium huius vitæ nimiũ, mortis, futurique iudicij horrorẽ, ac fœlicitatis æternæ deſperationem. Quis non exhorreat hanc vel nominare truculentã ferã, ſicut docet Apoſtolus, Fornicatio neq; nominetur in nobis? Cur putas, inquit idem Apoſtolus, Fugite fornicationẽ, niſi vt doceat peſtilentiſſimũ eſſe venenum, & pluſquam viperinum, quòd euomit? Cur ſanctus Ioſeph, cum eũ tetigit fœmina, fugit ex manibus eius, & quaſi ad morſum rabidiſſimæ canis, ne paulatim virus ſerperet, pallium, quòd tetigerat, abiecit, niſi quia mentis oculis perſpiciebat illa venerea voluptate cor ſibi auferendum? Cur magnus ille Cyrus Perſarum Rex, cum ſe abſtineret à conſpectu Panteæ, & Aroſpo dicenti eam eſſe inſigni forma, dignamque regis oculis, reſpondit, Ob iſthuc ipſum magis eſt ab illa abſtinendum. Etenim ſi nunc tuo obtẽperans conſilio, illam adiero, cum vacat, fortaſſis illa mihi perſuaſura eſt vt ad ipſam frequenter commeen, etiam cum non vacabit, eique aſſideam neglectis ſeriis negotiis: niſi quia agnoſcebat fœminas à viris, etiam fortiſſimis corda ſurripere? Quid dicam de Alexandro Magno, qui cum Darij filias, vxorem, ſororem captiuas haberet, mirũ in modum formoſas ne videre quidẽ eas voluit, turpe ratus eſſe, cum qui viros viciſſet, à mulieribus ſuperari? Quid deniq; adumbrat illa impudica Dalida in ſinu ſuo dormiẽtis fortiſſimi Sanſonis crinẽ, in quo robur omne cõtinebat, abradens, ac poſtea eũdẽ tradẽs Philiſtęis excęcãdũ, niſi hominẽ voluptati venereę deditũ fortitudine ſpoliari, mẽtiſq; oculis orbari? Quẽadmodũ tenebris inimica lux eſt, atq; vbi tenebrę ſũt, lumẽ nõ inuenit, Ita vbi reſidet libido, aufugit mẽtis pſpicacitas. Fortaſſis hoc voluit ſignificare Apoſt. dicẽs, Obſcuratũ cor eorũ,

*Seneca in præfat. li. 7.*
*Arcanor ad Alex.*
*o ignis Luxuria infernalis, cuius materi, gula cuius flamma ſuperbia cuius ſcintilla praua collo quia cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia cuius cinis gehenna, Hieron. in Epiſt.*
*Iudic. 16.*
*Cæcus eſt ignis ſimulatus ira.*
*Simile.*
*Rom. 1.*


pro-

propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum
in immũditiam,&c. Obſeruandum autem eſt, cum dictũ ſit,
*Fornicatio aufert cor*, ſilentio eſſe prætermiſſum, quibuſnã ho-
minibus cor auferat fornicatio. Libet ergo percontari cur
id ſubticuerit Spiritus ille cœleſtis. Paucis reſpondebo, quia
nullus eſt eximendus, ad omnes conuertitur hic ſermo ſine
diſcrimine, non eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Nullus
mihi obiiciat ætatem ſenilem, non ſapientiam, non ſanctita
tẽ,&c. Senectute credis ſatis cor eſſe protectũ, ne illud aufe-
rat fornicatio? Audi quid dicat ſenibus ſanctus Daniel, Inue
Dan. 13. terate dierum malorũ, nunc venerunt peccata tua, quę ope-
raberis prius. Ac rurſum, Semẽ Chanaan,& nõ Iuda, ſpecies
decepit te,& cõcupiſcentia ſubuertit cor tuũ. Obiicis ſapiẽ-
3. Reg. 11 tiã? Num tu ſapientior es Salomone? Sed & audi, quid dicat
Scriptura de eo, qui & iam ſenex erat, & ſapiẽtia omnes mor
tales longe antecelluit, Cumq; iam ſenex deprauatum eſt
cor eius, vt ſequeretur deos alienos,&c. Vnde tanta amentia
ſapientiſſimo homini? Conſidera, quid prius dixerat Scriptu-
Gene. 6. ra, Rex autẽ Salomon adamauit mulieres alienegenas, qui-
bus copulatus eſt ardentiſſimo amore,& auerterunt cor e-
ius. Sanctitati,& caſtitati præteritæ fidis? Nonne legis, Viden-
tes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchrę, acceperũt
ſibi vxores ex omnibꝰ, quas elegerãt; Igitũ ſi viri ſãcti, quos
vocat filios Dei pulchritudine fœminarũ ſolũ conſpecta, ex-
arſerũt in libidinẽ, quid erit de his, qui inter medios fœmi-
narum choros ſe ſecuros, eſſe arbitrantur? Quid de illis, qui
cũ mulieribus ſecreto,& abſque arbitro, vel teſte diu ſeden
tes familiarius loquuntur? Captus eſt Dauid laqueo oculo-
rum ſuorũ, qui te ſanctior erat,& tu nõ capiendum te dicas,
cum fœminæ vultum frequenter attẽdis: Vnde & Salomõ in
quit, Non cõcupiſcat cor tuum pulchritudinẽ eius, ſcilicet
fœminæ, neque capiaris nutibus illius. Pretium enim ſcorti
vix eſt vnius panis:* mulier autẽ viri prætioſam animã ca-
pit. Ac rurſum hoc idẽ admonet, Virginẽ ne conſpicias, in-
quit, ne forte ſcandalizeris in decore illius. Auerte autẽ fa-
ciẽ tuã à muliere compta:& ne circũſpicias ſpeciẽ alienam.
Propter ſpeciem mulieris multi perierunt,& ex hoc concu-
piſcentia quaſi ignis exardeſcit. Quadrat obſeruatio in feſtũ
Annuntiationis diuæ virginis, in hæc verba, Quomodo fiet
iſtud? quoniam virum non cognoſco: Cur tanti facis pu-
dicitiam,& caſtitatem o ſacerrima virgo: Promititur tibi fi-
lius in æternũ regnaturus,& de pudicitia es ſolicita: Sed me-
ritè

** In vno pane pulchre hic philoſophatur Beda ſicut enim inquit vnus panis diurnam ſolum effugat eſuriẽ & poſt modum eſurit ſic ſcortator ad horam euaporat libidinem ſed poſt paululum ardentior redit.*



rito ô vnicũ caſtimonię exẽplar, agnoſcis.n. verã eſſe Apoſto Cor. 6.
li ſententiã, cũ inquit, Nolite errare. Neque fornicarij neq; a-
dulteri regnum Dei poſſidebunt. Ac rurſum, Hoc ſcitote in
telligẽtes, ꝙ omnis fornicator, aut immundus non habet hæ Ephe. 9.
reditatem in regno Chriſti & Dei. Quid ergo poſſidebunt
fornicarij, aut vbi habebunt hæreditatem ô alma Dei geni-
trix virgo? Certus ſum, quod nos ad Apocalypſim remittes Apoc. 21.
dicentem, Fornicatoribus pars illorum erit in ſtagno arden-
ti igne,& ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Sed cur morte
ſecunda plectuntur? Quia ſtagnum illud regio mortuorum
eſt, cum ergo fornicarij mortui ſint, fornicatio enim illis ab-
ſtulit cor quamobrem & mortui dicendi, merito in locum
mortuorum relegantur fornicarij.

*Et vinum.* Id inter alia inuenies eſſe diſcriminis inter viros *Stoici a-*
iuſtos & iniquos: ꝙ iuſti bibunt,& comedunt, vt viuãt, ini *pud Plutar*
qui vero ſecus, ideo.n. viuere volunt, vt comedãt, & bibant, *chum de*
Nõ interdicit Deus vinum, ſi ad vitam neceſſarium ſit: nã & *ſer. num.*
Apoſtolus præcipit Timotheo, Vtere modico vino propter *vind.*
ſtomachum tuum,& frequẽtes tuas infirmitates. Ac ſi aper- Rom. 12.
tius dicat, Conſule ſaluti tuæ. Debet enim eſſe rationabile
obſequium noſtrum: ad tuendam vitam nunc neceſſarius ti-
bi potus vini eſt. Non dico, vt te vino ingurgites, aut bibas
immoderate. Vtere modico, non multo vino. Nam vt inquit
Exultatio eſt animæ, & cordis vinum moderate potatum. Eccl. 31.
Eſto ex illis, qui bibunt vinum,& viuant, non contra, & vi- *Duplex*
uunt, vt bibant,& ſe totos tradant venereis voluptatibus. *fructus re*
Hinc, vt optime definit diuus Thomas, vſus vini non eſt *cti vſus*
illicitus ſecundum ſe loquendo: poteſt tamen reddi illici- *vini quia*
tus per accidens, quandoque quidem ex conditione bibentis *triſtitiam*
qui à vino facile læditur: vel qui ex ſpeciali voto obligatur *pellit ab*
ad non bibendum vinum, quandoque autem ex modo bi- *animo, &*
bendi: quia ſcilicet menſuram in bibendo excedit, quando *morbos à*
que autẽ ex parte aliorũ, qui ex hoc ſcãdalizantur. Hæc D. *corpore.*
Thomas. Opinor autẽ, hic reprehendi ſacerdotes, quoniã cũ 2.2.q.1.
illis vinum bibere prohibuiſſet Dñs, quoties in tẽplo erant 591.ar 3.
miniſtraturi. Ac prętерea, quia iudicaturi erant de munditia *Leuit 10.*
& immũditia, populumque docturi quibus exbibendis offi-
ciis certum eſt, vinum immodice hauſtũ obeſſe, licet nõ in e-
brietatem incidãt, illi ſui muneris obliti, vino indulgebant,
quamobrẽ & populus ſcandalum patiebatur. Adhęc, vini ar
guuntur, quoniã illud bibebãt, vt ardentius,& potẽtius ſuas
explerent voluptates venereas. Agnoſcebant enim, vinũ eſſe

 volu-

voluptatis fomentum. Hinc vtrumque ſimul attexit, *fornicationem* videlicet, *& vinum.* Atque diuus Hieronymus vinum vocat incendiũ voluptatis, oleũ flammæ venereæ, & fomentũ igniũ libidinis. Athenæus etiã lib. decimo Dipnoſophiſtõ, ſcribit, Ariſtophanem vocaſſe vinum, Αφροδίτης γάλα, id eſt, lac veneris, quod ipſius vſus ſit veneris incitamẽtũ. Et Apuleius li. 2. Aſini aurei tradit, Liberũ eſſe hortatorẽ, & armigerũ Veneris. Orpheus etiã in hymno veneris eam vocat Bacchi ſociam. Poetæ denique gentium Veneris ſodalem Bacchum appellant, quòd ad humanos animos expugnandos, atque ſibi ſubiiciendos vterque ſimul cõſpirent. Sed omittamus Ethnicos. Teſtis nobis eſt Apoſtolus vtrumque etiam connectens. Nolite, inquit, inebriari vino, in quo eſt luxuria. Et Salomon, Luxurioſa res eſt vinum. Bene etiam inter cæteras partes hominis vinum dicitur, *cor auferre:* quoniã quemadmodum venenum hauſtum primo tendit ad cor, Ita vinũ præcipuam hominis partẽ puta intellectum inuadit, itaque ipſum occupat, vt hominem ſuę mentis compotem eſſe non ſinat. Atque hinc eſt quod Diuus Hieronymus, & D. Ambroſius crebro vinum venenum appellant. Ad Nepotianum de vita clericorum, de vino loquens, ait D. Hieronymus, Libenter carebo poculo, in quo ſuſpitio veneni eſt. Atque ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis rurſum inquit, Si quid in me poteſt eſſe conſilij, ſi experto creditur hoc primũ moneo: hoc obteſtor, vt ſponſa Chriſti vinũ fugiat pro veneno. Atque D. Ambroſius in tractatu de Helia inquit, Vina prætẽdis, venena diffundis, etiam maior vis vini, quàm veneni eſt deniq; venenũ vino excluditur, nõ vinum veneno: multi à ſerpentum veneno curãtur, nemo ab ebrietate. Certè veneno caro vulneratur, vino mens. Hæc D. Ambroſ. Quinimo & ipſa Scriptura vinum appellat venenũ. Ne intuearis, inquit, vinũ, quãdo flaueſcit: cũ ſplenduerit in vitro color eius. Ingreditur blãde: ſed in nouiſſimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet. Diſcant igitur ſacerdotes, & principes, non ſolũ ebrietatẽ fugere, verũ etiã non multo vino indulgere. Dñs enim non ſolũ ebrietate *cor* inquit *auferri* ſed etiã *vino*. Quod ſi de vino, quatenus inebriat, ſolũ eſſet ſermo, nõ opus erat diſtinctione ſeiungere vinũ ab ebrietate: verũ cum vtrũq; dicat *vinum*, videlicet, *& ebrietas auferunt cor*, neceſſum eſt, cõfiteamur, vinũ etiam citra ebrietatẽ poſſe auferre cor. In hac ſentẽtia videtur eſſe diuus Iſidorus. Ante omnium li. 2. de Sũmo bono. c. 43. Pleriſq; laus eſt multũ bibere &nea

*Ad Euſtochium de cuſtodia virgin. D. Hierony.*

*Vino ſublato non eſt Venus Euripid in Bacch.*

*Ephe. 5.*

*Prou. 20.*

*Simile.*

*Prou. 23.*

*Comparat vini efficaciam ſerpentibus mordentibus & vini ſui venena per totum corpus effundentibus.*



& non inebriari. Audiãt hi aduerſum ſe dicentẽ prophetã, Væ qui potẽtes eſtis ad bibendũ vinũ. Sed quomodo *cor auferat vinum* non inebriãs, interrogabis, Libenter dicã. *Cor vinum aufert*, ſi non attendas ad tui muneris executionẽ, quia longa vini potatio, quamuis non mentẽ peruertat, dormire cogit eo tempore, quo cauſam pauperis auditurus es. Audiant hoc iudices, & principes dantes operam calicibus epotandis & differentes ius cuique tribuere, quoniam ſtertunt, vt vinum digerant, occluſis foribus. An nõ vinum cor abſtulit, cum ad lectũ illud rapuerit, & diſcutere negotia nõ permittat? Diaconos, præcipit Apoſtolus Timotheo, eſſe creandos non multo vino deditos. Nõ inquit, ebrioſos, aut ebrietati deditos eſſe excludendos à Diaconij honore, ſed multo vino deditos. Inuenies vtiq; homines multi vini potatores: atque tamẽ eorum turbari caput. Hos opinor, dixiſſe Apoſtolum, non admittendos ad Diaconium. Quoniã quamuis bibacitas non obnubilet mẽtem: nõ tamẽ ſobrij ſunt, & ſobrietate ornari decet Diaconum. Commendat ob eam cauſam diuinus ille Plato lib. 2. de legibus Carthaginẽſes, ꝙ interdixerint magiſtratibus vſum vini. Perſpiciebant enim, quãtum nocumenti adferat Reipublicæ, iudices eſſe vinolẽtos. Quadrat obſeruatio in Euãgeliũ Dominicæ primæ poſt Epiphaniã, in hæc verba, Deficiẽte vino, dicit mater Ieſu ad eum, vinum nõ habent, Cur vinum defecit? Quis tam pauper, vt die nuptiarum non habeat vinum ad effuſionem? Opinor cõuiuas illos eſſe temperatos, non multo vino deditos, ac propterea non multũ paraſſe vinum. Quinimò diua virgo ob eorum tẽperiem, exiſtimo, commota eſt, vt pro illis interpellaret filium. Si enim gens illa ad bibendũ eſſet intẽperata, nequaquam pro eis interueniſſet. Qui enim interuenire debebat ad impetrandum id, quod ablaturũ erat cor. Quadrat etiã in Euangelium Dominicæ quartæ Quadrageſimæ, in hęc verba, Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces. Bone Andrea, vbi eſt vinum vt bibant? Non aſportabant illud Apoſtoli. Agnoſcebant enim, vinum iniquum eſſe humani pectoris hoſpitem, quippe quod cor auferre ſoleat.

*Ebrietas auferunt cor.* Immẽſum eſt hoc pelagus. Quis enim expendere queat omnia mala, quæ ex ebrietate oriuntur? Recte dicitur, quod *auferat cor.* Sed quæro, cui cor tradit ebrietas, cum abſtulerit? Dicat diuus Chryſoſtomus Homilia 57. ad populum Anthiochenum. Vbi ebrietas, inquit, ibi dia-

*1. Ti. 3.*

*Ebrietas ſe ipſam ignorat, & nihil eſſutiet indicij Temulentus.*

*Luc. 21.*

ibi, diabolus. Igitur diabolo tradit cor ebrietas. Attendite vobis, ait Christus, ne forte grauentur corda veſtra crapula & ebrietate. Quid eſt, grauari corda, niſi deſcendere ad ima, tendere deorſum ad centrum mundi, non ad ſupernam cœleſtium rerum contemplationem, ad quæ poſſidenda conditus eſt homo? Nam, teſte Ariſtotele, graue eſt, quod natũ eſt ferri ad medium, hoc eſt, centrum mundi. Et centrum mũdi quid eſt, niſi domus diaboli? Grauari igitur corda, eſt tẽdere ad inferos, & ſecũ rapere diabolum. Cui væ? inquit Sapiens cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? Nónne his, qui commorãtur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Licet locum hunc expendãt nonnulli de incommodis corporeis, quæ ebrietas miſeris vinolentis adfert, neque ab re, certum enim eſt, ebrietatem adferre væ, hoc eſt, dolorem animi ſimul, & corporis, non ſolum ebrioſis: verum & eorum parentibus (dolẽt enim, quòd tales genuerint filios,) eſſe cauſam rixarum, & contentionum. Experientia enim docet, quot inter bibendum, & poſt potum oriantur rixæ. Foueæ etiam ſunt ebrioſis, quia cum ebrietas obſtet, quominus rectè incedant ebrij: omnia quippè circumferri illis videntur, frequenter cadunt in foueam. Vulnera etiam ſunt iiſdem, quia ſæpe rixando cum aliis in pugna vulnerantur, & cadendo frequenter læduntur. Dicuntur autem vulnera, ſine cauſa, quia ſine aliqua vtilitate ſuſcipiunt: non ſcilicet in defenſione patriæ, non in bello ob bonum publicum: ſed quia vel ob rem nihili temere nõ nunquam inferuntur, vel quia non ferro, aut alia re, quæ ſolet lædere: ſed cadendo illa accipiunt. Eſt etiam illis ſuffuſio oculorum, hoc eſt, caligo. Non ſuffunduntur multis humoribus viſum obtenebrantibus. Quamuis dicta explanatio optima ſit, poſſunt tamen non inepte omnia hæc aptari nocumentis ſpiritualibus. Per ebrietatem enim homo incurrit væ damnationis æternæ, incidit in foueam vitiorum, vulneratur ſecundum animam, hæbetudinem, & cæcitatem mentis, ac viſus interioris contrahit. Quemadmodum Alexander Magnus per ebrietatẽ præcipuos amicos interfecit, Clitum videlicet Philotam, Parmenionem, & Calliſthenem philoſophũ Ariſtotelis propinquũ, quẽ inter chariſſimos habuerat, Sic homo ebrietate, veluti gladio crudeliſſimo animum iugulat, facultatéſque ipſius perdit. Et ſicut ex Loth ebrietate conſopito orti ſunt Moabitæ, & Ammonitæ vſq; in æternũ inimici Iſrael, Ita quid ebrioſi generat vinolentia ni-

*Ariſt. li. 1. de Cœlo. text. 17.*

*Hunc locũ egregiè diſcuſſit. Corn. Ianſenius quẽ author ſequutus eſt.*

*Simile.*

*Rhodiginus li. 28. c. 30.*

*Defugienda ebrietate Plinius fuſum orationis riuulum expropſit li. 14. c. 22.*



ſi atrociſſimos hoſtes, qui ſemper animum oppugnent, vitia nempe terribilia? Et quemadmodum totum, quod naſcitur in cœnoſis paludibus, nullum fructũ profert: ſed ſerpẽtes ſanguiſugas, diuerſaq; genera vermium: q̃ magis horrorem poſſunt generare, q̃ aliquid, quod ad victum proficiat, exhibere. Nã & arbores, & herbæ, quæ in ipſis paludibus, aut earũ ripis naſcũtur, nihil vtilitatis habẽt, ſed ſingulis annis incẽdio comburantur, aquã etiã ipſam obſcœni fœtore, & turbatione bibere perhorreſcimus, In eundẽ modum quid profert ebrietas, niſi mẽtis turbationẽ, mille mõſtra vitiorũ, & peccata nefanda, ob quę tãdẽ miſer homo igni deputatur æternum? ...oprimè D. Chryſoſt. homilia. 58. in Matthæum inquit, Diabolo nullus magis amicus eſt, q̃ qui delitiis, & ebrietate maculatur. Hic enim fons, hæc mater, atque origo vitiorum omnium eſt: Vis agnoſcere. hãc Chryſoſtomi ſententiam eſſe verã? Intuere, quid pepererit hoc monſtrũ ſancto Loth, quid etiã ſancto Noë. Ecce ſanctus Loth, quẽ impij Sodomitæ à iuſtitia auertere nõ potuerunt, vino, & ebrietate deceptus deteſtandum patrauit inceſtum. Nã cum filiabus cõcubuit. Dederũt, inquit Scriptura, patri ſuo bibere vinum nocte illa, & ingreſſa eſt maior, dormiuitq; cum patre: at ille non ſenſit, nec quando accubuit filia, nec quando ſurrexit. Quid turpius, q̃ patrẽ coire cum ꝓpria filia? Sed obiicies, Factum iſtud extenuat Moſes, ac ipſum Loth excuſat, cum ſubdit, At ille nõ ſenſit. Quo verbo oſtendit, Loth non feciſſe ex propoſito, ſed ignoranter. Non diffiteor. Cæterum obſerua, quid eſt dicere, At ille nõ ſenſit. Quid, inquam, hoc eſt, niſi ebrietas abſtulit cor, eúmq; deteriorẽ multo ſuibus reddidit imò ex homine truncum fecit, quãdo facinus, quod perpetrabat, non ſenſit? Vnde optimè Magnus ille Baſilius inquit homilia 14. in ebrietatẽ, & luxum, Sicut aqua igni eſt aduerſa, Sic vinum immodicum rationẽ ſupprimit. Qua in re dic homo miſer, à brutis differs? Nónne rationis munere quam à Deo omnium conditore accepiſti, reliquæ creaturæ omnis factus Dominus, & imperator? Hoc igitur te mentis lumine per ebrietatem priuans, inter beſtias ratione carentes annumerari poteris, ſimiliſque illis videri. Nec ſolum eò peiores brutis, ꝙ mente inſani, aut ebrij, ſed etiam ꝙ ſenſib. longe infra illa deficere videantur. Quod quæſo animal ita viſu, auditúve, atque ebrius homo debilitatur? Nónne familiariſſimos interdum ignorant, alienis verò ſæpè, vt domeſticis congrediũtur? An nõ vmbras ſæpenumerò tãquã ſulcos,

*Chryſoſto.*

*Simile.*

*Ebrietas flagitiorũ omniũ mater animæ corruptela procella corporis, & vitæ naufragiũ Aug. ad ſacras virgines.*

*Gene. 19.*

*Baſilius.*

*Simile.*

*Inſania voluntaria Ebrietas.*

aut loca prærupta tranſiliunt? Aures terrifico ſonitu, more fluctuantis maris, refertas habẽt, terra interdum inſurgere, ac in arduum, ac rectum erigi, montes vero circummoueri videntur. Hæc D. Baſilius. Ac poſt pauca, Lymphatus & malo dæmone captus, miſericordia quidem dignus: ebrius vero eadẽ fere & ipſe patiẽs, minime miſericordia dignus, qui

*Ebrij ſũt ſimulachra ſurda muta & cæca.*

ſpontaneo ſeruit dæmoni. Quis eſt, qui maledictionẽ Cain in ſe ipſum transfert? An non, qui vino tremit, & vacillat per omnem vitam? Quid, quæſo, ſunt ebrij, quàm gentium idola? Oculos habent, & non vident: aures habent, & nõ audiunt. Obſerua etiam, quid ebrio acciderit Noe. Bibens, ait

*Geneſ. 9.*

Scriptura, vinũ, inebriatus eſt, atq; diſcoopertus eſt, &c. Vides, quanta mala ex ebrietate ſint orta? Primò nudatus eſt Noë, deinde expoſitus eſt ludibrio etiã ipſi filio, tertio paternæ maledictionis fuit cauſa, 4. ſeruitutis fuit inuentrix, &c. Quòd ſi viris ſanctis tã truculentã ſe exhibet ferã ebrietas, qualẽ, exiſtimas, ſe exhibebit peccatoribus? Vtiq; multo truculentiorẽ. Nã quemadmodum Aſſuerus poſt longam

*Eſther. 1.*

potationem cum incaluiſſet mero, reginam Vaſthi è culmine regiæ celſitudinis deiecit, Sic anima ebria è faſtigio rationis, imo è regni cœleſtis gloria detruditur. Et ſicut Iudith ebrij Holofernis caput amputauit, Ita ebrietas mentis

*Iudit. 13.*

ſplendorẽ iugulat, & animi caput amputat, puta rationẽ, hominẽmq; relinquit trunco ſimilẽ, & veluti exanimem. Quid plura? Audi, quid dicat diuinus Moſes de populo ſuo, Sedit

*Exod. 32.*

populus mãducare, & bibere & ſurrexerũt ludere. Quid eſt, poſt longũ potũ ludere? Bifariam diſpungunt expoſitores. Rabbi Salomõ ſic expẽdit, Surrexerũt ludere, id eſt, idololatrare. Vel, Surrexerũt ludere, hoc eſt, tripudiare, ſaltare, feſtiq́ue ducere choros, quemadmodũ Ægyptij in feſtis ſuorum idolorũ facere ſolebant. Et certe da mihi hominẽ ebriũ, in quodnã vitiũ nõ facile rãpietur? Dixit Sapiens, Qui amat vi-

*Prou. 21.*

nũ, & pinguia, nõ ditabitur. Ego verò addã, Qui amat vinũ in extremã paupertatẽ bonorũ ſpiritualiũ incidet. Nã quid eſt ebrietas, niſi rationis interitus, virtutum eneruatio, fortitudinis pernicies, ſenectus immatura, mors momentanea, perturbationis genitrix. Furor cordis, flãma libidinis, incentiuũ inſaniæ venenum inſipiẽtiæ, gaudiũ deniq; & tripudium omnium dæmonũ. Ad ſignificandũ, quãtũ Deo diſpliceat ebrietas obſerua, quid ſub vmbra præceperit Deus. Vas, quod nõ habuerit, inquit, operculum, neq; ligaturã deſuper, immũdum erit. Quid vaſa hęc adũbrãt, niſi homines? Nam in vaſa

*Temporalibus & æternis excidunt diuitiis indulgentes mero liberius.*



vaſe vinum, alioſq́; liquores infundimus, & homo etiã haurit vinũ. Qui igitur ita bibit, vt modeſtiæ, & tẽperantiæ operculũ nõ apponit ori ſuo, ſed ſe inſurgitat vino, is immũdus iudicatur à Deo, & relegari præcepit à templo cœleſti. Sitim habes? Bibe, eã ſedare natura cogit, ne tamẽ bibas plus, quã natura poſtulat, circũda operculũ tẽperãtię gutturi tuo. Noli eſſe ſimilis elephantis, qui cũ plurimũ aquæ promuſcide hauſerint, ac plus, quã ad ſedandam ſitim eſt neceſſariũ, poſteà effundũt ſuperfluũ, omnéſq; circũſtantes reſpergunt.

*Simile.*

Ita ebrij cũ biberint plus, q̃ naturæ ſufficit, vomere cogũtur omnéſq; ſordibus conſpurcant, quinimò proh dolor pudet dicere, ipſum guttur, & os conuertũt in cloacã. Per illa enim eiiciunt non ſine horrendo fœtore, incipientes iam pœnas commeritas ſuæ crapulæ dare, quod per ſeceſſum erat expurgandũ. Vnde Iſaias ait. Hi præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerũt, ſacerdos, & propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerũt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Omnes enim menſę repletæ ſunt vomitu, ſordiũq́ue ita, vt non eſſet vltra locus. Quid turpius excogitari poteſt, quã guttur, & os conditũ ad laudes Deo decantandas, gratiaſq́; reddendas pro ſuſceptis beneficiis, efficere latrinam immundiſſimam ad exonerandum ſtomachum? Summa igitur ſit. Fugienda nobis eſt ebrietas multis de cauſis. Primo, quia ebrij abutũtur Dei donis, quibus pauperes conſolari poſſent. Secũdò, quia Deũ offendũt

*Iſai. 28.*

prohibuit. n. Chriſtus, ne grauentur corda noſtra ebrietate. Vnde & Apoſtolus ait, Nolite errare, neque ebrioſi regnum Dei poſſidebũt. Tertiò, quia vitiant naturã, atq; adeo ſeipſos occidũt. Quartò, quia in beſtias ſe conuertunt. Quintò, diabolo ligatos, & captiuos ſe tradunt. Deniq; ſibiipſis cauſam, & occaſionem preſtant ad omnia peccata obliuiſcũtur Dei, iuſtitiæ honeſtatis, &c. Sed quãuis deteſtanda ſit in omnibus ebrietas, maximè tamen in principibus, & ſacerdotibus. Nã cum illi ſint cor populi, vt diximus diſpungentes literam, corde temulentia perempto, quid erit de Republica? Hinc optimè Athenienſes, quãuis ebrietas vitium in omnib. improbarent, ex Solonis tamen inſtituto principẽ ebriũ morte mulctabant. Et Sapiens ait, Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum; quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas. Ne forte bibãt, & obliuiſcantur iudiciorũ, & mutent cauſã filiorũ pauperis. Quadrat obſeruatio in Euãgeliũ feſti ſancti Ioannis Baptiſtæ, in hæc verba, Quis putas puer iſte erit?

*1. Cor. 6.*

*Cælius Rhodiginus. li. 28. cap. 31.*

*Simili lege Carthaginenſis interdixerunt magiſtratibus vſum vini quod in ipſis laudat Plato. 2. de leg.*

erit? Vultis, vobis dicã, quis futurus ſit? Quærite ab archangelo Gabiele, Quid inter alia de iſto puero præcinit? Vinũ & ſiceră non bibet. Magnum igitur Dei donum eſt, fugere quod hominem inebriare poteſt. Nam ebrietas, & temulentia execrandum malum eſt, quando *cor* ab homine auferri poteſt, &c.

¶*Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei: ſpiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt a Deo ſuo.*

¶Verba hæc indignãtis habitu, geſtu, & voce ꝓnuntiãda ſunt, quo vehemẽtius attentionẽ captat auditorum, maioremq́; dictis fidem conciliat. Inuehitur autem Deus in idololatriã populi ſui, miro vtens artificio. Nã ſumit argumentum à factis, & deſtinatis, quibus aperte oſtẽdit, hunc populum fuiſſe prolapſum in idololatriã. Suntq́; ſingula verba obſeruanda. *Populus meus.* Emphaſim habet, qua facinoris incremẽtum detegitur. Indigniſſimum enim eſt, idololatriæ ſcelus patrari à populo, quẽ Deus diuinis legibus, preceptis, & beneficiis ſibi deuinxerat. Quanuis D. Hie. ſecus, *Populus*, inquit, *meus*, id eſt, qui quondã nomine meo vocabatur, cum quo conſentit Haymo. *In ligno ſuo.* Nõ conueniunt expoſitores in explanatione. Lyranus per lignũ idolum intelligit. Sic nãque expendit. *In ligno*, id eſt, in idolo ligneo. Fauet Lyrano Chaldęus paraphraſtes: ſic namq; vertit, Populus meus ſimulachrum ligni ſui conſulit. Quẽ etiam ſequitur Rupertus. D. Hierony. ſecus. Exiſtimat enim, genus eſſe diuinationis quod fiebat in ligno, & baculo, quo futurorum captabantur auguria. Vnde in Eze. legitur, quod pergens Nabuchodonoſor cõtra Amon, & Ieruſalẽ virgas ſuas miſcuerit, & exiuit virga cõtra Ieruſalẽ. Conſentit cum D. Hiero. Gloſſa, addit tamen nõnihil. Forte, inquit, ſic iſti quæſierunt, quid vtilius eſſet, Deũ, an idolum colere? Vnde iuſto iudicio Dei per reſponſionẽ baculi ſeducti ſunt à diabolo. Vnde ſequitur, Spiritus fornicationis, &c. In eundẽ modum expendit Haymo. Fere omnes expoſitores alij conſentiunt cum D. Hiero. per *lignum* intelligentes quædam peculiaria inſtrumenta, quibus ſortes capiebãtur, & auguria. Cæterùm cum multa haberet deluſa gentilitas inſtrumenta ad auguria captanda, vt aues, ignes, aquas, flatus, exta, tripodes, menſas, delubra, atq; alia id genus, inter omnia, *baculi*, & virgæ mẽtio fit, vt fortaſſis per *ſinecdochem* his duobus omnia auguria cõprehendat, quibus captandis populus Iudæorũ imitatus gentes idololatras.

*Ezec. 21.*

*Simile*



bat operã. Opinor tamen, multo melius expendemus, ſi per lignũ ſimulachra idolorũ tum ſigna omnia, atq; inſtrumẽta augurum intelligamus. Quaſi enim ꝓbro vertat, quod hic populus ꝓdiis colat ligna à ſe facta, atq; parata, quę omnium ſignorum infima ſunt, cum fabricata ſint manibus hominum, & ſymbolis friuolis vtatur gentium ad accipienda auguria, veluti ſubridens eũ, quãuis ſtomachabundus, ait, *In ligno ſuo interrogauit.* Conſentire videntur cum hac expoſitione Theod. & Theop. Sumunt enim *lignũ* ꝓ omnib. ſignis augurij. Vnde Theod. pro, *in ligno ſuo*, ſecus Septuaginta interpretes vertit, in auguriis interrogabãt. Theop. vero, in ſignis interrogabãt, ſubditq́; Sacerdotes, qui populũ in vero Dei cultu, ac pietate inſtituere debebant, iſti vaticinia denuntiãtes, ſi quãdo quiſquã rebus de ſuis interrogaturus acceſſiſſet pertentabantur illi dæmones ſymbolis, hoc eſt, ſignis quibuſdã. Etenim vel auium volatibus vtebãtur ꝓ euenturarũ rerum ſignis, vel fumi ex victimis cæſis, ac ſacrificatis accenſione, ſi videlicet ad obliquũ, vel in ſubrectum vergeret. Cõtemplabantur enim exta victimarum, pérq; colores ipſorum, vel figuras, vel diſpoſitiones videbantur coniicere, & intelligere, quæ voluiſſent. Hæc Theop. Igitur cum dicitur, *In ligno ſuo*, bifariam poſſumus diſpungere, tum per *lignum* intelligendo idola, quæ conſulebat de rebus futuris hic populus, iuxtã illud etiam Iſaiæ, Sumpſit ex eis, videlicet lignis ſaltus, & calefactus eſt, & ſuccendit, & coxit panes, de reliquo autem operatus eſt Deũ, & adorauit, fecit ſculptile, & curuatus eſt ante illud, &c. tũ per *lignũ* accipiendo varia genera diuinationis, vti dictũ eſt. Sunt etiã, q diſtinguãt inter hæc duo, *lignum* & *baculũ*, referẽtes *lignũ* ad idola baculũ vero ad quẽdã peculiarẽ diuinandi modum. Ita Lyranus. Et ait, hunc diuinandi modum eſſe per proiectionẽ baculi. D. Hier. per *baculũ* quamuis intelligat peculiare genus ſuperſtitiõis ad auguria illud eſſe ait quod Græci ῥαβδομαντείαν vocãt. Cum quo conſentit Rupertus. Cæterũm apertius Theop. explanat, qui ſecutus Septuaginta ꝓ *in baculo* poſuit, in virgis eius denuntiabant ei. Atq; egregiè expendit, quis erat hic diuinandi modus. Ait itaque, Etenim virgas duas ſtatuentes, carmina, & incantationes quaſdã ſubmurmurabãt, deinde virgis dæmonũ operationibus, aut effectu cadentibus, conſiderabãt, quonã vtraq; earum caderet, antrorſum ne, an retrorſum, ad dextram, vel ſiniſtram, ſicq; tãdem reſponſa dabant inſipiẽtibus, ſigarũ caſu ꝓ ſignis vſi. Eundẽ ad modũ Nabuchodonoſor

vaticina

*De priſcorũ deorum conſultatione per interrogationem virgarũ conſule Nicãdrum & Cælium Rhod. li. 7. antiq. cap. 29.*

*Iſa. 44.*

vaticinabatur, vt Iezechiel habet. Hæc Theophy. *Interrogauit.* Quid Interrogauit? Subticuit, ſed bene illud addidit Lyra. euētū videlicet de futuris. Quare ergo ſubticuit De⁹ q̄d ſibi populus interrogauerat? Vt indignationem pectoris aduerſus hūc populū detegeret. Eſt.n. hic apoſiopeſis, id eſt, reticentia indignātib. familiaris, quādo verbū extrinſecus ſubintelligitur. *Et baculus eius annunciauit ei.* Non ait, reſpondit: ſed *annunciauit.* Vtiq; certum eſt, interrogationi non alio ſatisfieri quàm reſponſione. Vnde dicere ſolemus de aliquo interrogati. Ad quod interrogas, reſpondeo: non autē ſic, Ad tuam interrogationem annuntio. Cur ergo potius dixit, *Baculus annuntiauit* quàm reſpondit? Vt oſtenderet huius populi cæcitatem, qui in ſuis conſultationibus, & interrogationibus dependerent à rebus, quæ nequaquam reſpondere poſſent, quippe quæ mutæ ſint, & fari nō valeāt. Vnde quemadmodū baculus cæcorū eſt, nō videntium, Ita iſte populus cæcus eſt, & veluti intellectus viſu carens. Hinc & optime quidā hunc locum ſic explanant, Populus meus ſic pendet à pſeudoprophetis, vt cæcus à ſcipione ſuo. Eſt & aliud implicatum ſub hac voce, *annuntiauit*, nēpe nihil certum ad interrogationem populi eſſe reſponſum: ſed annunciari citra verum rei quæſitæ euentum, quamobrem & falli miſerum populum. *Spiritus enim fornicationum decepit eos.* Non inquit, Fornicatio decepit eos: ſed, *Spiritus fornicationum.* Quid intelligat per hunc fornicationum ſpiritum, non eſt certum. Hinc varia adhibetur ab expoſitoribus interpretatio. Lyranus, Haymo, Dion. Carthuſi. Hugo Cardinalis, Gloſſa, Interlinearis intelligunt, hic *ſpiritum* eſſe diabolū, ſiue malignū ſpiritum tentantem de idololatria, & pertinentibus ad eā. Theodoretus ait, hunc ſpiritum eſſe appetitum, & ſtudium in huiuſmodi fornicationem, à qua Theodoreti ſententia eſt Theoph. licet nonnihil aliena. Ait quippe, *Spiritum* hic propenſionē, hoc eſt, multum, ingentémq; impetum ad *fornicationem*, vel ardorem, vel voluptatem appellat. Alij ſignificationem huius vocis *ſpiritus* conſiderantes, quæ idem, quod ventus, ſignificat, quinimo cum ſpiritus & ventus in Hebræo non diſcernantur: ſed promiſcue hac voce Ruach ſpiritum, & ventum ſignificent Hebræi, vt illud Geneſeos, Spiritus Dñi ferebatur ſuper aquas, ſic exponunt. id eſt ventus à Domino excitatus. Atque illud, Spiritus, vbi vult, ſpirat, ſpiritum ventum vocant, hic dicunt *ſpiritum* ventum ſignificare, eſſeq; tranſlationē ſumptam à ventis. Ac ſi apertius dicat, Quemadmodū venti, cū vehementia na...

*Simile.*

*Spiritus fornicationis ſpiritualis ōtendit nos à Deo auocatos ad cultum idolorum prouocare.*

*Geneſ. 1.*

*Ioā. 3.*

*Simile.*



naues impetunt, nō ꝑ nautarū conſilio: ſed ſuo arbitrio eas pellunt huc, atq; illuc, donec fluctibus inuolutæ ſubmergūtur, Sic populus iſte, non quo lex, & ratio: ſed quo animi impetus viuit, impellitur excitatus à fornicatione. Non mihi diſplicet hæc explanatio. *Fornicationum.* In numero dixit multitudinis *fornicationū*: non in ſingulari fornicationis. Propterea vnus Theoph. nobis negotiū faceſſit, qui vtrāque fornicationem, carnis videlicet, & mentium, id eſt, idololatriā ait eſſe intellectam. Reliqui omnes expoſitores velut vno ore, tum antiqui, tum recentiores ſequuntur D. Hieronymum, qui ſolum de fornicatione, quæ idololatria eſt, ait, eſſe ſermonem. Cuius verba ſunt, Fornicationem autem idololatriam nominat, iuxtà illud, quod in Ieremia legimus, Et mœchabatur in ligno, & lapide, & dixi, poſtquā fornicati ſunt cū his omnibus, reuertere ad me: & nō eſt reuerſa in toto corde, ſed in mendacio. Hæc D. Hieronymus. Quam ſentētiam maxime eſſe amplectendam oſtēdit Chaldæus paraphraſtes in hunc modum habens, Spiritus erroris ad errorem adegit eos. Neque conuincit, quòd in numero multitudinis dixerit *fornicationum*, non fornicationis. Nā licet ad ſpiritualem fornicationem ſolum hic ſermo referatur, verus eſt, cum hic populus nō vna, aut altera idololatria, ſed multis fuerit cōtaminatus. Quod obſeruans noſter Interpres numero eſt vſus multitudinis, quamuis Septuaginta in numero ſingulari vertunt, fornicationis, & nō in numero multitudinis, *fornicationum.* Eſt etiā obſeruandum, ꝙ *ſpiritus* cū poſſeſſiuo caſu iunctus, videlicet *fornicationum*, incrementum inuoluit, & vehementiā, pluſq; ſignificatur, quàm ſi diceret, Spiritus fornicās aut fornicatio ſpiritualis, ſicut vas electiōis plus dicit, quàm vas electum, puta ſelectiſſimum. Sic ſpiritus fortitudinis in Nabuchodonoſor, ſpiritus mendacij in falſis prophetis, & in populo ſpiritus erroris ſæpiſſime conſpicitur. Hunc malum ſpiritum Latini furorem vocant, vt Poëta, His furor ipſe dat veniā. *Decepit eos*, Facinus Deus extenuat, quāuis omnium ſit impuriſſimū, qualis eſt idololatria. *Et fornicati ſunt à Deo ſuo.* Certū eſt de idololatria eſſe ſermonē, atq; ita omnes diſpungūt. Non tamen eſt ſilentio prætermittendus loquendi modus. Nā cum Deus hic loquatur, & dicere potuiſſet, Fornicati ſūt à me, non ita dixit: ſed in hunc modum, *Fornicati ſunt à Deo.* Neq; ſolum ait, *A Deo*, ſed addidit *ſuo.* Quorſum putas? Vt oſtendat, quem virum dereliquerit impius iſte populus, Deū videlicet Optimū, Maximum, qui non ſecus cum hoc populo

*Iere. 3. c.*

*Iuuena. Sat. 2.*

populo agebat, atque ſi eius eſſet, hoc enim eſt implicatum illo pronomine *ſuo*.

## *Ad morum inſtitutionem.*

P*Opulus meus in ligno ſuo interrogauit.* Non reprehendit Deus hunc populum, quod de futuris rebus interrogauerit, aut quia ſacerdotes conſuluerit, ſed quia *in ligno & baculo* quæſierit, & idola conſuluerit. Vtinã frater mi nihil ageres ſine conſilio. Sed quæres, Sum cuiuſnã conſilio nihil debeo agere? Certe deſidero, nihil agas ſine Dei tui conſilio, imitatus Dauid, qui ſi quid arduũ erat acturus, prius Deum ſuum conſulebat. Conſuluit Dauid Dominum ait Scriptura, dicens, Num vadam, & percutiam Philiſthæos iſtos? Et ait Dñs ad Dauid, Vade, & percuties Philiſthæos, & Cæilã ſaluabis? Vnde, quæſo, meruit tantam de ſuis hoſtib. victoriã Dauid? Quia Dominũ interrogauit, quid agere debuiſſet, & ſine tanto conſiliario progredi non eſt auſus. Quemadmodũ reges habent viros ſapientia inſignes, quorũ cõſilio cũcta decernunt: & ſi quid dubij, aut litis eſt ortũ, regios adis conſiliarios, vt cauſã examinent, & ſententiã ferant, Sic Deus, Rex regũ habet in curia Eccleſiæ veluti viros omni ſapientia excultos, & integræ probitatis conſiliarios, diuinam ſuã legẽ, & præcepta callẽtes. Hæc antea quam quicquã faciamus, ſunt conſulenda, vt recto tramite procedamus. Audi, an iſtos conſiliarios ſemper adierit Dauid. Etenim, inquit, ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur, hoc eſt, quamuis huius ſæculi principes, & potentes ſimul confœderant, & conſiliũ inierunt loquentes pariter, atque tractantes, quõ mihi nocerent, & me perderent, non ego audiui idola illa, quæ homines cõſulere ſolẽt neque irã, odiũ, dãnũ illatũ, aliaq́; id genus quæ homines confingere ſolent, & tunc quorũ conſilio nihil agũt, imo ſemper eorũ ducuntur ſuggeſtionibus. Quis non videat, iracundum, idolũ iræ conſulere, atque idolũ mundi, vt vidictã ſumat de eo, qui iniuriã irrogauit, dicere q́ue, ſi conſulas illi parcendum, & indulgendum inimico, Nequaquam leges mundi ita decernunt: ſed vindictam eſſe ſumendam, alioquin, quem me dicent homines eſſe? Hominem puſillanimem, indignũ honore, imo ab omnibus calcandum. Nonne etiam auarus auaritiam cõſulit, ne miſereatur pauperis? Diſcurre per omnia

Nihil agendum abſque maturæ conſilij deliberatione.

1. Re. 23.

Pſal. 118.



nia peccatorum genera, & illa nihil aliud eſſe comperies, quam idola, quorum iniqua præcepta inſequuntur homines. Nec immerito, ſi peccata hominũ, eorum idola dixerim. Nã ſequor Apoſtolum, ſequor ſanctos patres, qui illis hoc nomen indiderunt. Nõnne Apoſtolus auaritiam idolorum ſeruitutem vocat? Neque ab re, vt dicunt hunc locum Apoſtoli expendentes D. Anſelmus, & Thomas, auarus dicitur idololatra. Nam licet ſecundum ſpeciem nõ ſit idololatra: bene tamen eſt ſecundum ſimilitudinem: quia auarus ponit vitam ſuam in pecunia, & nummis exhibet honorem debitum Deo. Audi etiam, quid dicat Diuus Hierony. in cap. 8. Ezechielis, Pingimus & in noſtri templi parietibus, hoc eſt corde, idola monſtrare depicta, quando omnibus vitiis ſubiacemus. & pingimus in corde noſtro peccatorum conſcientiam, imagineſque diuerſas. Chryſoſtomus etiam inquit, Idolum auarus & aurum, non differunt. Atque ne diſcurram per ſingulos ſanctos patres, D. Gregorius lib. 6. c. 2. prope medium in lib. Regum, repugnantes prælatorum præcepti idololatras vocat. Sed ad Dauid recurrat oratio. Non iniquam, inſurgentibus aduerſus ſe principibus, iræ idolum conſuluit, vt perſequentium ſe improbitate irritatus paria rependeret. Quid ergo conſuluit? Reſpondeat ipſe ſanctus rex. Conſilium, inquit, meũ iuſtificationes tuæ. Ac ſi apertius dicat, In omnibus agendis adhibeo in conſiliũ iuſtiſſima præcepta tua, nõ agens, quod agendum ſuadet, aut caro, aut mundus, aut diabolus: ſed id ſolùm, quod tua præcepta conſulunt faciendũ. Sed obiicies, Multa egent conſilio, quæ tamen, quoniam nõ ſunt contra diuina præcepta, neque ipſa eadẽ præcepta, normam poſſunt tradere ad agendum, citra huiuſcemodi conſilium diſcernenda ſunt, veluti filios in ſtatu collocare, honorem Reipublicæ conſequi, citra tamen Dei offenſam, parare quæ ad alendam familiam ſunt neceſſaria, aliáque innumera id genus. Quid igitur tunc facturus ſum? Nõ prohibeo, quærere interuentores, qui tibi ſint adiumẽto, viros, qui cõſulant, qua tibi eundũ ſit, moneo tamen, & adhortor, primus omniũ conſiliarius ſit Deus tuus. Hunc interpella, hũc conſule, orationibus fores eius pulſa ſi pro votis rem tibi ſuccedere deſideras. An non legis, illum eſſe magni conſilij angelum? Cur ergo non illum primum adibis aliquid acturus Quem alium conſulebat diuinus ille Moſes? State, inquit, vt conſulam, quid præcipiat Dominus. Sapiens etiam ait, In omnibus deprecare altiſſimum, vt dirigat in veritate viam tuam. Vide, an direxerit in veritate viam filiorum Iſ-

Coloſ. 3.

Ezech. 8.

Chryſoſt.

Gregor.

Pſal. 118.

Iſai. 9.

Num. 9.

Eccle. 37.

*Iud.1.* raël. Poſt mortem Ioſue conſuluerunt filij Iſrael Dñm dicentes. Quis aſcendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? Et quid Dominus reſpondit? Iudas aſcēdet. Bone Deus & quantus futurus eſt dux, iſte, qui te cōſultore, creatore Strenuus proculdubio, ecce enim tradidi terrā in manu eius. Vides, quid illis contulerit Dominum conſulere? Conuerò is agnoſcere, quantum noceat in agendis, Dei obliuiſci, & ad homines quantumuis potentes cōfugere? Audi, quid dicat Deus apud Iſaiam, Væ filij deſertores, vt faceretis conſilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, vt adderetis peccatum ſuper peccatum, qui ambulatis, vt deſcendatis in Ægyptum, & os meum non interrogaſtis: ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem. Vereor, ne Deus, quemadmodum conqueritur de populo Iudæorum, quod *in ligno ſuo interrogauerit*, ita hac noſtra tempeſtate conqueri poſſit, dicatque, Populus meus in carne ſua, hoc eſt, in conſanguinitate, in lucro, in amicitia interrogauit, non ore meo. Quæ enim agenda ſunt, horum conſilio decernunt. Pientiſſime Deus emitte de ſolio maieſtatis tuæ ſapientiam tuam, quæ ingreſſa cordis humani penetralia, quemadmodum Rachel furata eſt omnia idola Laban, ita è viſceribus noſtris ſurripiat idola peccatorum, ne in actionib. noſtris illa conſulamus. O deplorandā peccatorum cęcitatē quib. cōtingit, quod plorat Ieremias videlicet quēadmodum idolo Moloch æneo & interius cōcauo, plenoq; fortiſſimo igne, quādo vehementius erat ignitum, filios ſuos paruulos offerebāt, in manibus idoli eos ponētes, atq; tunc ſacerdotes fortiter percutiebant tympana, ne miſeri pueri, igne idoli peuntis clamorē audirēt parētes, & miſerti ab igne auferrēt, ſed crederēt animam illius ſine dolore ad ſuperos euolaſſe, Ita nos idolis vitiorum tradimus animas noſtras cōburendas proculdubio, cæterum ardorē nō ſentimus ignis, quoniā diabolus variis generibus muſicorum inſtrumētorum corda noſtra demulcet, & fallit. Quis nō videat, hominē iratum idolo iræ igne ſuccenſo ſe tradere animum? Quid eſt homo exardeſcēs in libidinē, niſi hoſtia oblata obſcœno veneris idolo, vt cōburatur? Quomodo ergo ignis cōburēs nō ſentitur? Voluptatis corporeæ muſica cōſopimur, ne quātum nocumēti inferat peccatum agnoſcamus. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dñicæ. 22. poſt Pentecoſtē, in hæc verba, Abeuntes Phariſæi cōſilium inierunt, vt caperent Ieſum in ſermone. Optime dicit, & conſ

*Deus orandus eſt vt in capiendo conſilio & in exequēdo viā hominis dirigat in veritate.*

*Iſa. 30.*

*Gen. 31.*

*Iere. 7.*



... Euangeliſta, Phariſæos abiiſſe à Chriſto, eoque abſente, conſilium iniiſſe. O cęcitate in ingentem, quo pacto poterat bonum eorum eſſe conſilium: ſi Deus illi nō intererat? Ecce quid conſecutum eſt ex tali conſilio, quærere anſam ad perdendum Chriſtum ſaltem ex verbis ab eo prolatis. Quid fuit, niſi Phariſæos *in ligno ſuo*, id eſt, id eſt, idolo inuidię: qua vehementer Chriſtum proſequebantur, *interrogare*? Vtinam cæci Phariſæi idolum illud non conſuluiſſent, dicerentque cum Pſal. Regio. Conſilium meum iuſtificationes tuæ, &c.

Secundo, *Populus meus in ligno ſuo interrogauit.* Quis tanti dāni fuit author, vt *Dei in ligno & baculo interrogaret* Certe iniqui ſacerdotes, & pſeudo-prophetæ. Vides, quantum noceat iniquos habere conſiliarios? Quod ſi populus Dei à veritatis & iuſtitiæ tramite deuiat: quia adhæſit prauis ſacerdotum conſiliis, quid erit de hominibus peccatis multis irretitis; qui non ſunt de populo Dei ſed de Babylone, hoc eſt, populo diaboli? Quomodo iſti reſipiſcere poſſunt? Si viri pij iniquorum hominum corruūt conſiliis, peccatores iiſdem qui conſurgere poterunt? Fugiamus ergo prauos conſiliarios, & quemadmodum Zeuxis pictor ille inſignis picturus imaginem veneris, ex omnibus puellis Agrigentinis quinque ſolam elegit, quarum pulchritudinem imitaretur, Ita nos non vitiis contaminatos conſultores, alioqui fœdam imaginem pingemus peccati, ſed viros pulchritudine virtutis, & ſapientiæ præſtantes quæramus; vt perfectam conſilij formam efficere poſſimus. Eſt namque conſilium pulcherrima imago. Vnde miris coloribus eam depingens Magnus ille Baſilius inquit in c. 2. Iſaiæ, Sacra quædā res eſt conſilium, voluntatum vinc, fructus dilectionis, humilitatis inſigne. Quēadmodum magaritum pretioſum non decet, ſordido ferro coniungi, ſed auro puriſſimo. Sic non decet, ab hominibus impuris, & iniquis conſilium ſuſcipere, ſed à viris ſapientibus, & piis. Hinc S. Tobias præcipit filio, Conſilium ſemper à ſapiente perquire. Atque Deus inter alia beneficia, quæ ſe collaturū pollicetur in filios Iſrael, principē locum obtinet: quod daturus ſit eis optimos conſiliarios. Et reſtituā, inquit apud Iſaiā, cōſiliarios tuos, ſicut antiquit⁹. Quid eſt, ſicut antiquit⁹, niſi ſimiles Moſi, Abrahamo, aliiſq; viris tū prudētia, tū moribus inſignes? Et certe ingēs eſt hæc promiſſio. Nā conſiliator in Republica eſt, vt inquit Cice. li. de Senectute, ſicut gubernator in naui. Vis vno verbo agnoſcere, quātū adimenti adferat homini bonus conſiliarius: Audi, quid de Ioiada bono

*Simile.*

*Baſilius.*

*Conſilium res ſacra eſt Plato de ſapientia.*

*Simile.*

*Tob. 4. c*

*Iſa. 1.*

*Cicero.*

*2. Par. 24*

 conſi-

2. Pa. 24. conſiliatore dicat Scriptura, Fecit rex Ioas, quod bonum eſt coram Domino cunctis diebus Ioiadæ ſacerdotis. Poſtquam autem obiit Ioiada, rex Ioas mutatus eſt in virum alterum, nã delinitus obſequiis principũ Iuda, acquieuit eis: & dereliquerũt templum Domini Dei patrum ſuorum, ſeruieruntque lucis, & ſculptilibus: & facta eſt ira Domini cõtra Iudã, & Ieruſalem propter hoc peccatum. Ecce quo pacto nauis illa, Ioas nempe rex, fluctibus eſt ſubmerſa, mortuo bono gubernatore, Ioiada, & quę proſperis, ac ſecundis vẽtis nauigabat, tẽdens ad portũ ſalutis medio itinere ſuccubuit. Et rex, & populus, qui antea Deum habebãt propitium, iam ſe maximè ſentiant iratũ, & vltorem. Sed quemadmodum nihil poteſt melius excogitari bono conſiliario, Ita nihil poteſt homini nocẽtius cõtingere, quã iniqui cõſiliatoris acquieſcere cõſiliis. Hinc mẽtiũ ſubuerſores vocat eos Moſes. Fi-

Num. 32. liis enim Rubẽ, & Gad inquit, Cur ſubuertitis mentes filiorum Iſrael, ne tranſire audeant in locum, quem eis daturus eſt Dominus? Atque multò elegantius diuus Paulus, dum Elymã Magnum iniquis cõciliis auertentẽ pro cõſulem Sergium à fide Chriſti inuehit, explicat quantũ noceat prauus conſiliarius. O plene inquit, omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitię & nõ deſinis ſubuertere vias Domini rectas. Omnia verba Apoſtoli ſunt obſeruanda. Ple-

Simil. ne omni dolo. Ac ſi apertius dicat, Quid aliud eſt prauus conſiliarius, quàm fons, iſque plenus ſpurciſſimo cœno doli, & quã turbidã, fœtidamque manans? Quis ergo inde ſibi conſilium haurire audebit? Plenus etiam dicitur omni fallacia, quoniã iniquus conſiliarius nõ aliud quærit, quàm fallere, & decipere. Sed quod ſubdit, execrabilius, filium videlicet diaboli. Et merito filius tã nequiſſimi patris appellatur, qui iniquitatẽ alteri conſulit ſectandã & amplectandã, quoniam primus iniqui conſilij artifex fuit diabolus. In cuius enim viſceribus tantum facinus, quãtum eſt malum conſilium poterat fabricari pręterquam diaboli? Is primæ fœminę con-

Iniquorũ conſiliorũ protector Diabol. ſuluit, diuina præcepta eſſe contemnẽda. Is primus dux iniquorũ cõſiliatorum. Malum conſilium cuipiã dediſti? Ecce quem patrẽ habes, diabolum videlicet. Erubeſce, quia talis patris filium te vocat Apoſtolus. Sed vnde ortũ eſt, vt illi ſacerdotes populo Dei iniquos ſe exhibuerint cõſiliarios? Certe quia multis ſceleribus erant contaminati. Quemadmodũ nubes interpoſita inter cœlum, & terrã ſunt impedimento,

Simile. quominus ſplẽdorẽ, & lucem Solis percipiamus, Ita peccata obſtant



obſtãt, ne homo bona ſuggerat cõſilia. Et quemadmodum vipera nõ aliud, quàm virus euomit, Sic homo peccatorum

Simile. maculis irretitus, quid aliud, quã peccata ſuadebit? Igitur cõſilia petituri, primũ mores hominis, quẽ conſulere decernimus, inſpiciamus: q; ſi impurus eſt, & obſcuris moribus corruptus, ab eo cõſilia accipere formidemus, ne pro bono iniquũ ſuggerat, & conſulat. Aduertẽdum eſt, inquit D. Ambro-

Ambr. ſius lib. 2. de Officiis, quòd in acquirendis conſiliis plurimũ valet vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentię vſus, facilitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat? Quis de aqua turbida potũ petat? Itaq; vbi eſt luxuria, vbi eſt intemperantia, vbi vitiorum cõfuſio: quis inde ſibi aliquid hauriendũ exiſtimet? Quis vtilem iudicet cauſæ alienę,

Probi mores verba probant Ariſtoteles. quẽ videt inutilẽ vitæ ſuæ, Quomodo eũ poſſum iudicare conſilio ſuperiorẽ, quem video moribus inferiorẽ? Supra me debet eſſe, cui me committere paro. An eum parabo idoneum, qui mihi det conſiliũ, qui nõ dat ſibi, & mihi eum vacare credã, qui ſibi nõ vacat: cuius animã voluptates occupãt, libido deuincit, auaritia ſubmergit, cupiditas perturbat? Hęc diuus Ambroſius. Quadrat obſeruatio in multa Euangelia. Primò in Euangelium Epiphaniæ, in hæc verba. Congregans omnes principes ſacerdotũ, & ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. Vides quos impius rex congregauerit, interrogaueritque conſiliarios? Vtique nõ ignaros, ſed ſacrarum literarum ſcientia excultos. Quadrat etiam in Dominicã 4. Quadrag. in hæc verba, Philippe, vnde ememus panes, vt manducent hi? Obſerua, quem cõſulit, diſcipulum nẽpe, Chriſtus. Vade, & tu fac ſimiliter, aliquid acturus, conſule diſcipulos Chriſti, homines videlicet pios, & iuſtos, non diſcipulos diaboli, peccatores videlicet. Tertiò, quadrat obſeruatio in feriã quintã poſt primã Dominicã Quadrageſimę in hęc verba diſcipulorũ, Dimitte eã, quia clamat poſt nos. O Apoſtoli, nõ eſſet melius, dicere, Dñe miſerere ei, quàm dimitte illam? Decet ne viros pios huiuſcemodi dare cõſiliũ.

Tertiò, *Spiritus fornicationum*. Obſerua, precor, fratres mi, loquendi modum Non inquit, Fornicationes deceperunt eos: ſed in hunc modum, *Spiritus fornicationum*. Quo verbo, detegit quanto ſtudio, & ſedulitate peccata perficiamus. Vtinam cum Deo inſeruimus, ſpiritum haberent opera noſtra. Porrigis aliquid pauperi: oras ieiunas, audis rem ſacram aut in quampiam aliam actionem virtutis incumbis: Cupio, illa non eſſent mortua: ſed haberent *ſpiritum*. Ad

bona opera adeo ſumus deſides, vt quamuis illa faciamus, ſpiritu tamen careant, ſecus ſumus vigiles, & procincti, cum prauis peccatorũ actionibus inſudamus. Bone Deus, quis pro dignitate expendere queat, quantũ illas omnibus numeris abſololuamus, & cum mortuæ ſint, conemur in eas, immittere ſpiraculum vitæ? Quemadmodum pictores excellẽtes ita homines, & animãtia pingũt, vt illa viuere, & ſpiritũ habere iudicentur, vnde Zeuxis ille inſignis pictor, vt tradit Plinius, iratus operi eſt, quod cum pinxiſſet puerum vuas ferentem, auis ad eas aduolaſſet, & non timuerit ceu viuum, puerum pictum, dicens, Vuas melius pinxi, quã puerum. Nã ſi & hoc cõſummaſſem, auis timere debuerat. In eundẽ modũ ad patrãda peccata ſtrenui ſumus artifices, & cum illa mortua ſint, nõ ſecus, ac ſi viua eſſent, illa abſoluimus, imo credo induſtria, & arte ad hæc perficienda omnes quantũuis peritiſſimos ſuperamus pictores. Si enim peccator obloquitur, quis proximi crimina narrauit euidẽtius eo? Quis oculis contemplãdum obiiciet appoſitius? Quis deiiciet humilius? Quis recẽſet cuncta ſublimius? Quid dicam de peccatore, ſi venereę ſe decreuit tradere voluptati? Quẽ lapidẽ nõ mouet, quid non effingit, vt puellã ad libidinem alliciat? Quæ vocũ emphaſis, qui delectus in epiſtolis eſt, quibus eam oppugnat? Quis viuidius literis poterit ſuam exprimere mentem, & argutius decipere? Quis tanta ingenij dexteritate, tãq; felici mixtura cõtexit, cõcinnat, ac ſtruit carmina, quæ Sonetos, Octauas rithmas vulgariter dicũtur, ad deliniendũ fęminę animũ? Quis mouet efficacius? Quis ſuadet ardentius? O Deum immortalẽ, qui nerui, qui lacerti, qui vigor, qui ictus orationis, & ſpiritus? Quod ſi ſua fruſtrat' ſpe, quas lachrymas fundit, quot ſuſpiria ab imo pectore haurit: Centies quoties in manus meas veniũt libri illi ab orbe relegãdi, & exectãdi Diana, Boſcan, Orlãdus, & cõſidero, quã numeroſa totius orationis cõpoſitio, quantumque ſecũ rapiat lectorẽ, & auditorẽ verborum lenocinium, in has voces non ſine lacrymis prorumpo, Quis his miſerandis hominibus dedit tantum in dicendo leporem: Quis ad ſuadendum tantum cõtulit ſpirit'? Cæterum vt profanos omittamus auctores, quamuis dolendum eſt Chriſtianos ea compoſuiſſe, obſerua, quã ardenti ſpiritu excitetur princeps ille Sichem ad veneream voluptatem. Conglutinata eſt, inquit Scriptura, anima Sichem cum Dina, quam vi oppreſſerat, triſtemque deliniuit blanditiis. Quibus verbis, ô princeps nequiſſime, puellam pellexiſti,

*Simile.*

*Plin. lib. 35. c. 10.*

*In luxuriantem Poetarum noſtri ſæculi turpitudinem quorũ ſcripta lectorum mores corrũpunt.*

*Gen. 34.*



pellexiſti vt integritatem amiſiſſe nõ doleret? Certus ſum, mihi reſpõdebis, Verba protuli ingenti ſpiritu plena, amoriſque vehementiſſimũ redolentia. Num dicebas, O vita animæ meæ, o vnicum ſalutis meę refugium, o ſpes mea, o grata cordis mei domitrix, â qua vna pendeo ego ſeruus tuus, noli flere, quoniã quælibet lachrymarũ gutta oculorum tuorum, gladius eſt anceps meum transfigẽs animũ. Parua ſunt hæc, & humilia, dices multo altiora, & dulciora ſum allocutus. Libẽter fidem adhibeo. Nã ſi patris tui animum viciſti cõpellens eum rogare exteros homines, vt alienigenam tibi in vxorem traderent fœminã, religionem mutare, æquo animo ferre acerbiſſima circuncisionis vulnera totum populum quis ſignificare poterit, quo ſpiritu verba illa amatoria proferebas? Satis indicant ardorem ſpiritus tui hæc fratribus Dinæ à te dicta, Inueniam gratiam coram vobis: & quæcunque ſtatueritis, dabo, augete dotẽ, & munera poſtulate, & libenter tribuã, quod petieritis: tãtũ date mihi puellam hanc vxorem. O breuem, cæterum viuidiſſimã, & efficaciſſimã ad ſuadendum orationem? Quis rhetorum tam paucis, tam dilucide tantam perſtringeret ſupellectilem? Quis tibi o adoleſcens, tantã ſuppeditauit in ſuadendo facundiam: quis docuit te tantum in dicendo artificium: Dubium non eſt, magiſtrum eſſe ſpiritũ fornicationis, ſpiritus autem fornicationis diabolus eſt. Hic amãtium doctor, & inſtitutor. Hic mẽtium illuſtrator, & ductor ad condenda carmina, & epiſtolas amatorias. Iactas ingenij acumen, & ſpiritũ in ſcribẽdo ſublimẽ: Diaboli te profiteris eſſe diſcipulũ. Is ſuggeſſit pennis intellectus tui ſpiritũ ad obſcœuiſſima depingẽda. Is ſubminiſtrat facundiã, vt cũ ad extremũ amentiæ te deiecerit, ab ſtultis ſuper ſydera volitare iudiceris. Adũbratũ eſt hoc perelegãter apud vatẽ Zachariam, Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ. Et dixit, hęc eſt impietas, & proiecit eã in medio amphorę, & miſit maſſam plũbeã in os eius. Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres egrediẽtes: & ſpiritus in alis earũ & habebãt alas quaſi alas milui, & leuauerunt amphorã inter terrã, & cœlũ. Et dixi ad angelũ, qui loquebatur in me, Quo iſtæ deferunt amphorã: Et dixit ad me, Vt ędificetur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſem ſuam. Hęc Zacharias, & obſerua explanationem. Quid amphora adumbrat, niſi animum hominis: Nam quemadmodum amphora vas eſt quoddam, in quod liquores

*Ingenioſus amor ad explendam libidinem.*

*Zach. 5.*

infundimus. Ita nos animos noſtros, ceu liquoribus, replemus, vel vitiis, vel virtutibus. Sed non excidat memoria, genus eſſe amphorã cuiuſdam menſuræ, vt agnoſcamus, quod cum fuerit plena menſura peccatorũ noſtrorũ, quæ à Deo præfixa eſt, vnde; & à ſaluatore dicitur ad Iudæos, Implete menſurã patrum veſtrorum; è mundo hoc eſſet relegandos. (Matt. 23. d.)
Plũbum verò, quod põdus grauiſſimum eſt ad terræ centrum tendens, ſignificat, ingenia peccatorum ad terrã deprimi, ne in altũ volare, quãuis alas habeãt ingenij, & volũtatis, quibus in cœlũ cõſcendere poſſent, impietas obeſt, hoc eſt, peccatum in medio reſidẽs amphoræ, id eſt, vnicè ab hominib. amata, & honorata. Ob id. n. mediũ locũ, qui præ cæteris eſt honoratior, illi tradimus; corda videlicet noſtra, atque vtinam illã ſedere pateremur, hoc eſt, diu pmanere, ſed iã q̃ĩ iniquitatẽ laberemur, illi diceremus, Nolo, ſedeas in corde meo, tranſi hinc. Hæc, inquã, impietas plũbo cõiuncta impedimento eſt, ne homo ad cœleſtiũ rerũ contẽplationẽ leuetur. (Simile.) Quemadmodũ auis, quãtũuis pennas habeat multis veſtitas plumis, ſi graue onus ſuperponas, in altũ tendere nõ poteſt, ſed humi iacet. Sic homo iniquitatis põdere prægrauatus, cœleſtia meditari nõ valet, ſed ſuper terrã rapit. Quid ergo meditabitur; Dicat Zacharias, Ecce duæ mulieres, id eſt, duæ animæ præcipuę facultates, & potentię, intellectus videlicet & volũtas habebant alas, non aquilæ, quæ ſoli radios valent intueri, non colũbæ, quæ velociſſimè ſuper nubes aduolat, ſed ſpurciſſimi milui. Quid eſt, habere alas milui? Dicat B. Hieron. Milui vtique nigri, non albi, aut ſtellari. Miluorum enim tria ſunt genera; ſed nigrum genus miluorum fœdiſſimum eſt, & ſanguinarium; & pugnaue; ad coitum impatiens, ita vt ex oculis eorũ erũpat cruor. Igitur alis milui adũbratur; quã agiles ſint homines, & gnari ad turpiũ rerum conſiderationẽ, in his ſapiũt, quæ ad voluptates venereas ſpectãt, in his obſcœniſſimis reb. acutiſſimè philoſophãtur. Vnde pulchrè ſubiungũt vates Zacharias, Et ſpiritus erat in alis earum. i. in mente, in intellectu, & voluntate ſpiritus, q diabolus eſt, velut gubernator peritus reſidebat, hoc ſuggerente diabolico ſpiritu, alæ intellectus; & voluntatis excitantur ad condẽda carmina, ad ſcribendas epiſtolas tãto ardore, vt miri ab hominib. iudicentur. O cęcitatem ingentẽ, ò amẽtiã deplorandã, ſolũ ingenij alis volare, vt ſapiant, quæ carnis ſunt, nõ quæ Ieſu Chriſti. Nã ſi cũ huiuſmodi hominibus de cœleſtibus loquaris, aut de his, quæ ad ſalutẽ animi attinẽt,

*(Amore & voluptate deprædatur animæ [illegible] et poteſtas intellectus ſcilicet & voluntas.)*

bone



bone Deus quam oſcitantes, & hebetes eos inuenies. Verè liceat plũbeos eſſe, nihil p ſapere, niſi quæ ſũt ſup terrã. Sed audiamus, quæ pœna hos miſerandos maneat. Quo delata eſt amphora tacet vates? Ad terrã Sennaar i. Babylonis, confuſionis videlicet perpetuæ, ad infernũ, vbi extremã, & in æternũ duraturũ patientur cõfuſione, ibi ſtabilietur ſuper baſem ſuã amphora, hoc eſt, pœnas factis, & dictis dignas exſoluẽt. Ecce quo te deferunt alæ tuæ amator obſcœne, ecce quis te maneat exitus, ſi non reſipiſcas. Demus igitur operã vt calcato hoc ſpiritu fornicationis, foraſq; eiecto, ſpiritui, qui ex Deo eſt, fores mentis aperiamus. Is, ſummis precibus à Deo eflagitemus, ſedeat in medio amphoræ animæ noſtræ, hoc eſt, in corde, & ſicut prius ſpiritus peccati ardenter nos excitabat ad ita perficienda peccata, vt plena eſſent ſpiritu diabolico. In eundem modum ſic nauemus operam virtutum actionibus, vt ſpiritus bonus illis inſit. Hoc enim eſt, quod Apoſtolus admonet. Sicut exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, Ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Ac ſi apertius dicat. Nónne ingenti ſpiritus diabolici feruore ducti patrabatis peccata, & veluti animam inſufflabatis iniquitati. Nõnne totus intellectus, voluntas, memoria, cæteraque corporis membra, oculi, os, aures, manus ſpiritum videbantur infundere diabolicæ ſeruituti? Mutetur ergo, obſecro, nunc ſors ſpiritus, paria rependite iuſtitiæ. Hac vna re contentus ero, vt pari ſtudio, & æquali ſpiritu ſeruiatis Deo, quo diabolo ſeruiſtis. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ 3. Quadrageſimæ, in hæc verba, Cũ immũdus ſpiritus exierit de homine. Quid facit is immundus ſpiritus in homine? Vtique eum excitare, vt quàm exactiſſima faciat opera diaboli, hoc eſt, peccata. Non enim contentus eſt, hic peſtilens hoſtis noſter quando negligenter, & veluti exhauſto ſpiritu illi inſeruimus. Quadrat etiam in Euangelium pro Magdalena, in hæc verba, Lachrymis cœpit, rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat. Cur ò Magdalena lachrymas fundis? Quia æquum eſt, vt quæ ſpiritu libidinis inflammata multum fleuit, vt ſeruiret voluptati, nũc lachrymis pro Chriſto fuſis paritate ſpiritus nõ ſit inferior, peccatrice. An ignoras, me ex illis fuiſſe mulieribus tã ò ſpiritus iniqui ardore ſuccenſis, vt ſedentes plangerent Adonidem? Igitur par eſt, vt quæ planxit Adonidẽ, nunc pro Chriſto vberioribus lachrymis ora riget, imo feruentius Chriſto

*(Amor terrenus effundit & ea vera ſedes eſt amore [illegible] Menander.)*

*(Rom. 6. d.)*

*(Ezech. 8.)*

*(Adonis ſumitur eximie pulchritudinis à venere adamatus & ob id poetarum fabulis inſignis.)*



ſto

ſto inſeruire contendo. Nam quæ ſedebam me exhibens ſamulam Adonidi, nunc non ſedeo, ſed ad pedes Ieſu humi iaceo. Quo pacto oſtendo, ardentiori ſpiritu me poſthac inſeruituram Chriſto, quàm libidini inſeruieram.

Quartò, *Spiritus fornicationum.* Spiritum pro vento ſumas, perpulchre certe implicat breuitatem venereæ voluptatis. *Iob 7. b.* Quid enim citius vento tranſit? Quòd ſi, vt ſanctus Iob ait, ventus eſt vita noſtra, quid, quæſo, erit voluptatis tempus? Neſcio ſane, cum qua re illam componam. Hinc ſapiens ait, *Sap. 5.* Spes impij tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. *Simile.* Bene cum fumo, vt cætera expēdere omittam, voluptatē impij cōfert. Nam quemadmodum fumus lachrymas fundere cogit, Sic voluptas tandem quid parit, niſi dolorem? Audi etiam, quid Nathan dixerit Dauid in parabola, *2. Re. 12.* Cum autem peregrinus veniſſet ad diuitē, Quid vocat peregrinum, niſi voluptatem? Atque egregiè, vt breuitatem eius noſtris oculis cōtemplandā obiiceret. Nā quemadmodum peregrinus alio diuertit, & diſparet citò, Sic libidinis delectatio q̃ citiſſimè euaneſcit. Quid autem poſt ſe voluptas relinquat, maximè nobis eſt obſeruandum, mortē videlicet animæ, iram omnipotentis Dei, reatū æternæ pœnæ. Quemadmodum vulnera corpori illata ſæpe paruo tempore infliguntur, medelæ vero vulnerum cum tormētis adhibentur ingentibus, non iuxtà æqualitatem temporis, quo fuerunt inflicta, ſed iuxtà rationem curationis. Nam quãuis fractura manus, aut pedis contritio, aut cuiuſuis corporis membri læſio in temporis momento fiat, menſibus tribus, ac longo tempore vix curatur, Sic & voluptas, quæ neruos animi ſuccidit, luxuria, aliáque peccata, cum perexiguo temporis interuallo infœlicem animam illexerunt, magnū poſtea tempus in ſupplicij cruciatibus promerentur. Aptiſſima mente vſus eſt Deus ſimilitudine fornicationem vocās ſpiritū, id eſt, ventum ad ſignificandum, quantum nocumenti inferat momentanea voluptas. Quid enim nos ſumus, niſi naues ad portum cœleſtis regni tendentes, vt ibi auro illo pretioſiſſimo, & fulgentiſſimis gemmis ditemur, quibus dicitur *Apo. 21.* in Apocalypſi, ciuitatem illam Ieruſalem eſſe conſtructam. Ipſa verò ciuitas, inquit D. Ioannes, aurum mundum, & fundamenta muri ciuitatis omni lapide prætioſo, ornata. Ad hanc, inquam, ciuitatem tendimus per mare huius ſæculi,

*Fluit voluptas & prima quæque euolat ſæpiuſque relinquit cauſas pœnitendi quam recordandi.*

*Simile.*

*Simile.*

vt non



vt non ſecus, ac Hiſpani nauigāt ad occidentales Indos, inde ingentes theſauros reportaturi, Sic diuitias cōſequamur æternas in illa India ditiſſima cœli. Nec alicui mirū videri debet, aut nouum, q̄ homines cum nauibus componam. Sic enim & ſanctus Iob eos appellat. *Iob 9. c.* Dies mei inquit pertranſierunt, quaſi naues poma portantes. Cæterum in ipſa nauigatione quādo ſecundis ventis æquora ſulcamus, ô nos miſerandos aſpirat, & reflat aura diaboli, donec nos fluctibus inuoluit, & ſubmergit. O rem omni miſeratione dignam. *Simile.* Enimuerò ſicut negotiator, qui, cum multis mercibus, & opibus congregatis nauem impleuerit, ſubito orta tempeſtate, & præualēte ventorū violentia; vacua in littus egreditur ſcapha, fit omnibus miſerabile ſpectaculum, nudus repente apparens, & poſt plurimas, indicibileſque diuitias in extremam redactus egeſtatē, Ita & cū hoc populo Iudæorū, imò nobiſcū agit diabolus. Nā quia inuenit nauē animæ noſtræ multis ſpiritualibus diuitiis oneratā, & videt grandem theſaurū, quē ex diuinæ legis, & præceptorū Dei obſeruatione, ex ieiuniis, aliiſq; virtutū actionibus collegimus: quaſi tēpeſtate quadā immiſſa, vento pernicioſo, celeriterque trāſeūte fornicationis, aliarúmque voluptatum omnibus nos diuitiis deſtituit, & ſpoliat. Vis, referemus aliud ſub his verbis implicatū, Spiritus, hoc eſt, ventus *fornicationum*? Audi, quid de forte muliere dicat Sapiens, *Prou. 31.* Quæſiuit lanam, & linū, & operata eſt cōſilio manuū ſuarum, facta eſt, quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuū. Quid adumbrat hæc fortis fœmina, niſi quamlibet animā fidelē? Hæc tunc parat veſtes laneas, & lineas, nō ſolum ſibi, verum & aliis propriis manibus, cum virtutes varias velut fila texit, pro quibus veſtibus virtutum mercator cœleſtis Chriſtus panem pretioſum, & à longè petitū, puta è cœlo, reddit. Populus igitur hic Iudęorū cū velut nauis portatura panē cœleſtē debuiſſet, in cœli regionē nauigare, ventus fornicationū obſtitit, & fuit nauigationi impedimēto, nō enim contexerat veſtes virtutum cōmutandas pro tritico cœleſtis gratiæ. Hinc quaſi ingēti dolore Deus affectus ait, *Spiritus fornicationum decepit eos.* Ac ſi diceat, Cupiebam commutare cum hoc populo panem auxilij mei, & ſicut benignus pater illis porrigere cibum, qui verè animos paſcit. Cæterum neque ex lana charitatis, nec ex lino patiētiæ veſtes habent contextas, quas hic populus mihi offerat, & tradat pro tritico. *Simile.* Lanā autē voco charitatē, & linū patientiam, nec ab re, Nam quemadmodum lana calefacit

*Hic conſtituitur mulieris laus quod priuatas & peregrinas opes inferat in domum mariti nō ad luſum ſed ad neceſſitatem quæ nomine panis deſignatur.*

&

& contegit hominem, Ita charitas velut ignis cœleſtis ho-
minē accendit ad ſeruiendum Deo, & ad commiſerationem
neceſſitatum proximorum & peccata noſtra tegit, iuxtà il-
lud, Charitas operit multitudinem peccatorum. Et ſicut lana
multis affi [illegible] contuſionibus, nec alias ex eo fila fieri, & te-
læ texi poſſunt. Sic viri iuſti plura patiuntur incommoda æ-
quo animo illata ab iniquis. Quadrat obſeruatio in Euan-
gelium ſabbathi poſt ſecundam Dominicam Quadrageſi-
mæ, in hæc verba, Adoleſcentior filius peregre profectus eſt
in regionē longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiā ſuam vi-
uendo luxurioſè. Quis hunc filium prodigū duxit in regionē
longinquā, quaúe iter fecit ad eā? Ventus fornicationis ſuf-
flans per mare voluptatis ferebat. Sed quanto tēpore diſſipa-
uit ſubſtantiā viuendo luxurioſè? Vtiq; perexiguo. Ventus
enim ſunt omnes voluptates celeriter decurrens, & præte-
*1. cor. 7. f.* riens. Vnde & Apoſtolus inquit, Qui vtuntur hoc mundo
tanquam non vtantur, & qui gaudent, tanquam non gauden-
tes: Præterit enim figura huius mundi. Dic, quæſo, quomodo
præterit? Tanquam ventus velociſſimus.

Quintò, *Spiritus fornicationum decepit eos.* Quid ais Domine,
*Spiritus fornicationum decepit eos?* Igitur immunes ſunt à pecca-
to. Nā vbi deceptio eſt, ibi voluntas non eſt & vbi voluntas
non eſt, quo pacto poteſt eſſe peccatum? Cur ergo ais, *Dece-
pit eos?* Imo non ſunt decepti. Bene enim agnoſcebant, forni-
cationē eſſe peccatum tua diuina lege prohibitū. Certū eſt,
*ſpiritum* hic ſumas pro ſtudio & appetitu, aut voluptate; iuxta
quem modum ſumpſere Theophylactus, & Theodoretus,
*Res per ſe* hæc nequaquam per ſe potuiſſe decipere hūc populum. Res
*nō fallunt* enim, vt optime docet S. Thom. per ſe non fallunt: ſed per
*ſed per ac* accidens. Rationem autem ſubiungit deſumptam ex D. Au-
*cidens, in-* guſtino lib. de vera religione: quia res non oſtendunt aliam
*quit D.* quàm ſuam ſpeciem. Dicuntur vero res per accidens decipe-
*Thomas* re, quia dant occaſionem falſitatis: eo quod ſimilitudinem
*1. p q. 17.* eorum gerunt, quorum non habent exiſtentiam. Igitur iux-
*1. ad 2.* tà hunc loquendi modum hic populus non fuit vere dece-
ptus, ſed decipi dictus eſt, amplè, & non ſtricte ſumēdo hoc
verbum decipere, quatenus voluptas præbuit occaſionem vt
hic populus iudicaret bonum, quod erat iniquum. Aut ſi m[illegible]
uis in eodem D. Thoma in c. 2. prioris epiſtolæ ad Timotheum
expendente hæc verba, Adam non eſt ſeductus, duplex eſt
ſeductio, ſiue deceptio, ſcilicet in vniuerſali, & particulari
eligibili, quæ eſt ignorantia electionis. Adam non fuit de-
ceptus



ceptus in vniuerſali. Non enim credidit, quod ſerpens ſug-
geſſerat, ſed deceptus fuit in particulari; ſcilicet quòd geren-
dus eſſet mos vxori, & cum ea comedere deberet, & inex-
pertus diuinæ ſeueritatis; credidit, quòd facile ei remittere-
tur. In eundē modū hic populus nō in vniuerſali fuit dece-
ptus. Bene enim agnouerat peccato fornicationis Deū offen-
di, cæterum iudicabat, facile ſibi hanc culpam dimittendam,
qua in re fallebat eos animus eorū illectus dulcedine volu-
ptatis. Quòd autem ſpectat ad morum compoſitionem, ob-
ſerua, quo fuerit verbo vſus Dñs Deus tuus nēpe, *decepit eos*,
quo culpam extenuat, non exaggerat, ſicuti homines ſolent
peccata aliena exaggerare, ex feſtuca trabē facientes, & rem
minimā ita extendentes, vt maxima eſſe videatur. Quemad- *Simile.*
modū ſpecilla rem maiorem reddunt, quàm ſit, vnde qui ob-
tuſam habent oculorū aciē, huiuſmodi orbiculis vitreis v-
tuntur ad legendum, q; ſine illis nō valent legere, Sic nōnul-
li peccata, quæ alias minimè cognoſcerentur, ita exaggerāt,
& maiora efficiunt, quàm ipſa ſint, vt ab omnibus circunſpi-
ciantur. Quid iſti ſunt, niſi ſpecilla vitrea à diabolo fabrica-
ta, vt obiiciant cæteris crimina cōtēplanda? Atq; non imme-
rito hos homines ſpecilla vitrea appellamus, quoniam omni- *Iniqui a-*
bus fragiliores ſunt. Vere, inquam, ſunt vitrei, & plurib. ſce- *lieni cri-*
leribus cōtaminati, quàm alij, ac propterea ſuorum criminū *minis æſti-*
obliti excutiendis, & expendendis alienis culpis ſtudent. Po- *matores.*
tuiſſes quidem optime Deus, hoc peccatum maximum tui
populi referre, cauſaſq; inquirere, quę illud deteſtabiliꝰ red-
derent, vt acerbius punires: ſed tua ineffabilis bonitas quæ-
rit cauſas extenuantes crimen, vt magis aliena peccata exte-
nuare, quàm exaggerare diſcamus. Hinc apud Geneſim ma- *Gene. 8.*
ximam peccati partem retorques inhumani animi propen-
ſionē ad malum. Nequaquam, ais, vltra maledicam terræ pro-
pter homines: ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in ma-
lū prona ſunt ab adoleſcētia ſua. Hinc & Dauid ait de te, Mi- *Pſa. 101. c*
ſertus eſt Dñs timentibus ſe; quoniam ipſe cognouit figmē-
tum noſtrum. Atq; hoc loco in deceptionem, & ignorantiam
partem peccati tui populi reiicis. Certum enim eſt, deceptio-
nē aliquam ſecum ignorantiā inuoluere, licet non omnino
à peccato excuſet. Sic etiam ſanctus ille Daniel crimē iniqui *Da. 13. f.*
iudicis extenuat dicens, Species decepit te, & concupiſcētia
ſubuertit cor tuum. Audi etiam & principem Apoſtolorum *Act. 3. c.*
Petrum extenuantē peccatum populi Iudæorum, cum Chri-
ſtū morti tradiderint. Et nunc, inquit, fratres ſcio, quia per i-
gno-

gnorantiam feciſtis, ſicut& principes veſtri. Sed æquum eſt cauſam inueſtigemus, cur viri pij aliena peccata exte[...] iniqui autẽ non itẽ. Opinor certe, cauſam eſſe, quia viri [...] quàm lõgiſſime diſtant à peccato: impij vero propiores ſunt peccato. Quemadmodum rẽ procul à nobis exiſtentẽ, minorem eſſe iudicamus, quàm ſit, Ita viri pij, cum longè abſint à peccato, quæ maxima ſunt, illi minima iudicant; contra vero iniqui, cũ prope ſe, imo intra ſe peccata habeant ſimilia, aut deteriora, quàm alij, grandia iudicant aliena. Quadrat oratio in Euangelium Do. 11. poſt Pentecoſten, in hæc verba Phariſæi, Nõ ſum ſicut cæteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieſu bone, vt exaggeret iſte Phariſæus peccata Publicani, non eſt contentus dicere, latrones, ſed raptores, quod grauius eſt, neque dixit, Fornicarij, ſed Adulteri, quod etiam maius peccatum eſt.

*Humilius excuſant ſua peccata viri iuſti.*

*Simile.*

¶ *Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accẽdebant thymiama, ſubtus quercum, & populum, & terebynthum, quia bona erat vmbra eius.*

¶ Perquam elegãter, tum per ſpecies idololatriæ, tum per loca, in quibus hic populus idololatriæ crimen patrabat, diſcurrit. Atque primum in impudentiam Synagogæ inuehitur, quòd nullus locus fuerit vel aditu difficilis, vel publicus, vel lege prohibitus, quẽ non adulteriis idololatriæ contaminauerit. Quinimo, ſi Haymoni, & Dionyſio Carthuſiano fides eſt adhibenda, etiã voluptati corporeæ libidinis in eiſdem locis laxabant habenas. Fortaſſis & iſti ex Interlineari ſumpſerunt, quæ expendens hæc verba, *quia bona erat vmbra eius,* ſuperpoſuit, Id eſt, placebat exequendis voluptatibus. Quãuis alij omnes expoſitores ſolum de fornicatione ſpirituali dicunt, hic eſſe ſermonẽ, quod verius iudico, licet Haymonis ſententiã nõ omnino reiiciendã cenſeo. Potuit enim eſſe, ꝙ hic populus amœnitate tum harũ arborum, tum locorum allectus, in immunditiã carnis fuerit prolapſus. Sed iam verã diſpungamus. *Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles,* &c Periphraſi vſus eſt, hoc eſt, circuitione. Per *capita montium & colles* intelligi phana, id eſt, tẽpla idolorũ certum eſt. Nam ſuper capita montiũ, quæ à Latinis vertices editiſſimi dicuntur, ædificabantur templa, quæ phana vocabant, propterea quod eſſent conſpicua, atque omni ex parte patentia. Eligebant autem hæc loca præ cæteris ad phana ædificanda, quia illa cœlum propius attingere, quamobrem & ad fictos illos deos adorãdos liberiora, atq; auguſtiora eſſe indicabãt. De vero,

*Ex ſacra Dauidis Pſalmodia docemur montes olim diuinis laudibus fuiſſe dicatos quos nepharie ad idola colẽda Iſrael occupauerat.*



vero, quaſi erubeat, nominare proprio nomine ea loca, non inquit, in templis, aut phanis ſacrificabant: ſed circumloquitur in hunc modum, *Super capita montium.* Grata mihi eſt hæc explanatio, quãuis Theophylactus ſecus. Ait quippe, ſcandere hunc populũ montium cacumina, ꝙ illis maxime arbores, pulcherrimæq; vmbræ eſſent. Fortaſſe propterea etiam, quod diuinatores facilius iſthic in dęmones inciderent. Hęc Theophylactus, cum quo conſentire quodammodo videntur Rupertus, Haymo, Theodoretus, Lyranus, imo & D. Hie. qui hunc locum expendentes nullam phanorum mentionẽ faciunt: ſed tantum arborum, & lucorum. *Super capita montiũ.* Non inquit, In angulis, aut in cubiculis, ſed ſuper extremos vertices, & colles, foris, ſub dio, in locis publicis, maximeque patentibus, in quibus ab omnibus committentes peccata conſpiciebantur. Augen autem hoc non parum peccata: quoniam homo publicitus peccans neque Deum, neque homines reuereatur. *Sacrificabant,* pro ſacrificare ſolent. Nã hoc verbi tempore conſuetudinem in voluit. In quem etiã modum diſpungendum eſt verbum ſubſequens, *Adolebant.* Vnde alij per præteritum perfectum reſoluunt dicentes, pro *Sacrificabant,* ſacrificarunt. Alij, vt Paraphraſtes Chaldæus, per tempus præſens ſic, Super culmina montiũ ſacrificant, & ſuper colles adolent thymiamata. De his ſatis, quoniam à nobis pluries eſt hoc iam obſeruatum. *Sacrificare* autem, & *adolere* coniunxit, quoniam hæc duo ſunt præcipua cultus genera, victimarũ videlicet mactatio, & hæc implicatur verbo *ſacrificabant,* & thuris ſuffitus ſub verbo *adolere,* atq; ſub his cęteri omnes ritus, & cæremoniæ intelliguntur, quib. Synagoga deos gẽtiũ colebat. *Subtus, quercum, & populum, & terebynthũ.* Inter omnes elegantius, & dilucidius expendit hunc locum Theophylactus, in hunc modum dicens, Etenim Græci tradebant, alias arbores aliis diis conſecratas eſſe veluti quercus Nymphis, laurum Apollini, Veneri roſam, & myrũ, aliaſque cæteris. Igitur ſub his arborib *ſacrificans, quercu, populo, & terebyntho,* implicat varios cultus diis exhibitos, licet in explanatione nõ ſit cõcors omniũ ſentẽtia. Nã *quercus* refertur à Theophylacto Nymphis. Alij referũt Ioui *quercũ* conſecratã. Sic apud Celtas tradit Max. Tyrius, altiſſimã quercum eſſe delectam, eamq; fuiſſe Iouis ſignum. Cui etiam conſentit Plutarchus. Neque deſunt, qui dicant, Marti eſſe dicatam. Demũ his arboribus ſignificat, multos deos celi ab hoc populo. Nã ſicut *quercus* Ioui erat cõſecrata, ſic *populus* Herculi.

*Iuppiter in quercu ſua reddebat oracula apud Dodonã Syluam.*

Et

*E terebynthum.* Pro hac voce Septuaginta vertunt, *nemoroſas arbores*. Cum quibus conueniunt Theodoretus, & Theophylactus, quamuis in numero ſingulari habent, *vmbroſa arbor*. Vox Hebræa *Ela*, pro qua vetus interpres vertit *terebynthum*, quidam dicunt, eſſe vlmum, & ita habet Paraphraſtes Chaldæus. Cæterum opinor, hac vna arbore comprehendiſſe omnes arbores vmbroſas, quibus lucus fiebat. Nam inter omnes alias, quamuis eſſe Plinio, breuis ſit, maximè extendit ramos ſuos, iuxta illud Eccleſiaſtici, Ego quaſi terebynthus extendi ramos meos. *Quia bona erat vmbra eius.* Cui iam viſa bona erat arborum harum vmbra? Pronomen enim *eius* non ſolum ad *therebyntum*: ſed ad omnes arbores referendum eſt. Quamuis, vti diximus, Interlinearis bonam dicat hanc vmbram exequendis voluptatibus, opinor, magis referendum eſſe hanc vmbræ bonitatem ad offerenda ſacrificia, & thuris ſuffitum Obſeruandum etiam eſt ex Ruperto non ad has arbores confugiſſe hunc populum, vt propter meridiem aliquis neceſſe haberent, ſubtegi ſaltem ramis, & frondibus, ſed quia bona erat vmbra eius, hoc eſt, amœna. Reddit hoc idolatriæ peccatum grauius, quoniam in lege præceptum erat, vt non ſacrificaretur Domino niſi in loco, quem elegiſſet Dominus Deus, & ne iuxta altare Domini lucus, & arbores plantarentur. Quæ præcepta miſer populus contemnens, ſub vmbra infructuoſarum arborum merito eſſe poſitus, vt priuari fructu veritatis, nihilque aliud, quam vmbram amplecti cognoſcamus.

## ¶ Ad morum compoſitionem.

Sap. 5.

*SVper capita montium ſacrificabant.* Meritò noſtris oculis obiicit Deus, hunc populum non vallibus aut locis planis ſacrificaſſe idolis: ſed in verticibus montium, qui ſunt aditu difficiles, & ſine ſudore ad eos aſcendi non poteſt. Hinc enim diſcimus, voluptatem peccati nunquam ſine ingenti labore adipiſci peccatores. Aſcendendum illis eſt cum ſudore, & labore. *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, dicunt impij, viam autem Domini ignorauimus. Ac ſi apertius dicerent, Latiſſimum diſcrimen eſt inter vias peccatorum, & iuſtorum. Nam viæ peccatorum, quibus quippiam conſequi contendunt, laborioſiſſimæ



ſunt, & quemadmodum echinus marinus vndique armatus eſt ſpinis: & quaqua tractare volueris, te punget, In eundem modum peccatum omni ex parte labore, & dolore plenum eſt: virtus autem non item, cuius via planior eſt, & ſuauior. Multò enim facilius aſcenditur ad virtutem, quã ad vitia, licet multis ſecus videatur. Quemadmodum primo parenti poſt patratum peccatum dictũ eſt, In laboribus comedes ex terra cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas, & tribulos germinabit tibi, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, Sic peccatori dicere poſſumus, cũ non cœlum, ſed terrã excolat, quoties peccat, Excole peccatum, quid aliud tibi pariet, quã ſpinas, & labores? Eſt peccatũ ſaxum illud Siſiphi, quod cum miſer homo prouolueret ad verticem montis non ſine ingẽti ſudore, vix conſcenderat, cum relabebatur. Hinc apud Iſaiã Dominus ait Iſraeli inſudanti patrandis peccatis, In multitudine viæ tuæ laboraſti, non dixiſti, Quieſcã. Et apud Ieremiam Seruietis diis alienis: qui non dabunt vobis requiẽ die ac nocte. Regius etiam Pſaltes quid præter afflictionem inuenit in ciuitate circundata iniquitate: Die, ac nocte, inquit circundabit eã ſuper muros eius iniquitas: & labor in medio eius, & iniuſtitia. Elegãter inquit in medio eius labor. Nã licet videantur peccatores in animi tranquilitate eſſe, lætitia perfundi, dũ ſuas explent voluptates: intus tamen magno dolore torquẽtur. Quẽadmodum intra prunã os inuenies, cuius nucleus amariſſimus eſt, quãuis externus fructus dulcedine quadã guſtum afficiat, In eundem modum voluptatis arbor à diabolo plantata in corde hominis quẽ profert fructum, niſi intus amaritudine plenum? Inueni, inquit, Salomõ poſtquã huius arboris fructum guſtauerat, amaiorem morte mulierẽ. Ac rurſum, cum vt ſe voluptatibus traderet, ædificaſſet domos, plantaſſet vineas feciſſet hortos, & pomaria, obſerua quid in his inuenerit Et vidi, inquit, in omnibus afflictionẽ animi. Hinc D. Hieron. ait. Quot ſunt vitia: tot ſunt animi tormenta. Et Diuus Ambroſius, Impius ipſe ſibi pœna eſt, iuſtus gloria. Atque Diuus Bernardus, Nihil eſt in hac vita laborioſius, quàm deſideriis terrenis æſtuare. Adumbrata eſt pulchrè amaritudo; & dolor intra voluptatẽ incluſa verbis iniquorum iudicum, qui interrogati à Daniele, ſub qua arbore vidiſſent fœminã cũ adoleſcente, prior reſpõdit ſub ſchino, alter vero, ſub prino. Obſerua igitur, voluptatẽ venereã vbi dicãt inuentã, videlicet ſub ſchino, id lẽtiſcum appellamus, quæ abor nihil habet præter amaritudinem in

Simile. Gen. 3. Siſiphium ſaxũ voluere, Adagium. Iſa. 57. Iere. 16. Pſal. 54. Simile. Eccle. 7. d Eccle. 2. Dan. 13. f

ſucco, & foliis. Ita etiã voluptas quid profert, niſi animi amaritudinem? Alter inuẽtam fœminã ait ſub prino, id eſt ſpino, quamobrem ſi attingas, cum folia pungentia producat, dolore afficieris. Sic ex libidine quid conſequeris, præter ingentẽ animi dolorem? Non habent, inquit D. Ioan. requiem die, ac nocte, qui adorauerunt beſtiã, & imaginem eius. Quæ eſt imago beſtię? Non ab re dicemus, eſſe peccatum. Nam diabolus hanc imaginem primus fabricauit, & depinxit, eamque totis viribus contendit depingere in tabulis cordis humani. Et quidnam eſt hæc imago peccati? Certè triſtis mortis imago, peccatũ enim eſt animę interfector. Hęc mors inuidia diaboli introuit in orbẽ terrarũ, ait Sapiens. Vis, aperte agnoſcere, peccatum eſſe quãdam imaginem? Audi, quid dicat De⁹ per Iſaiam. Ego ipſe ſum, qui deleo iniquitates tuas. Quid deletur, niſi quod depictum erat? Pictura ergo peccati mortis imago eſt, quæ nunquam quieſcere permittit, ſed ad laborẽ maximũ cõpellit miſerũ hominẽ. Hinc D. Ioan. ait non habere requiem die, ac nocte, adoratores imaginis beſtiæ. Sed quæro ſacer vates, iam quod peccatores carent requie, in quonam labore vires conſumunt? Opinor, non ad Scripturam remitteres, vmbramque laborum peccatoris diceres eſſe Sanſon. Nã ſicut hunc vinctũ catenis in carcerem coniecerunt, ac molere fecerunt Philiſtiim, Sic peccator vinculis peccatorum irretitur, & ad carcerem damnatur inferni, ac non ſine ingenti ſudore peccatum patrat. Quis enim poterit expendere, homo ita percitus, quanta animi, & corporis patiatur diſpendia? Quis digne referre inuidi tormenta queat? Quis ꝓ meritis oculis obiicere valebit contẽplandam iacturã bonorum, tum animi, tum corporis, quã homo Veneri deditus facit? Vno verbo hæc omnia complexus eſt Iſaias dicẽs, Impij quaſi mare feruens, quòd quieſcere non poteſt. Et Socrates cõponens animũ libidinoſum in Euripo in Eubæa, vbi aqua fluit, & refluit, ac ſurſum, deorſúmq; iactatur. Sed dolendum eſt, multiſq; lachrymis cęcitas hominum deploranda, qui agiles, nimiſque præcinctos ſe exhibent, vt hoc iter faciant, omnẽ vię difficultatẽ contẽnentes, celeriſque ea tendentes, q̃ ſi plana eſſet, ac facilis. Inter alia animalia lege prohibita leporẽ inuenies. Cauſam autẽ mihi ſæpius inueſtiganti hęc occurrit. Voluiſſe nẽpe Deũ, ſub vmbra huius animalis ſignificare, quæ nobis fugienda ſunt, ſi Deo placere deſideramus. Eſt lepori à natura inditum, vt, canibus inſequentibus, montes conſcendat, ſeq; agiliorẽ, & velociorẽ

*Cincta dolore voluptas.*
*Apo. 14.*
*Sap. 2.*
*Iſa. 4.*
*Iudic. 16.*
*Iſa. 57.*
*De. 4.*
*Simile.*

ex-



exhibeat ad aſcenſum, quam ad deſcenſum montium. Rationem autem huius rei reddunt philoſophi, quòd crura habeat anteriora breuiora, quàm alia. Lep⁹ igitur eos homines adumbrat, qui à tentationib. diaboli æquè, atque à canibus exagitati, difficilius iter arripiunt, vitiorũ nẽpe, & viã virtutum, quæ planior eſt, & facilior, ſegniter ambulant, tantũ abeſt, quòd currant. Fugiamus fratres mei hãc leporis naturã imitari, & quamuis canes gehennales ſuis latratibus tentationum nos perſequantur, vt ad cacumina conſcendamus virtutũ, enitamur, faciliorẽ viã, quę virtutũ eſt, eligentes. Quadam obſeruatio in Euangeliũ Transfigurationis, in hæc verba, Duxit eos in montẽ excelſum ſeorſum. Cur Sancte Apoſtole noſtris oculis obiicis contemplandũ arduũ aſcenſum excelſi montis? Num q̃a laborioſum eſt, ſequi Chriſtũ? Nonne difficilior eſt via, per quã diabolus ſuos ducit diſcipulos? Eſt ſane. Ait enim Hoſſeas, *Super capita montium ſacrificabant.* Cæterum hunc laborem totus populus ſubit Iudæorũ. Chriſtum autẽ pauciſſimi ſequuntur, puta tres, Petrus, Iacobus, & Ioannes.

*Quare lepores ſint velocioris & rapidioris curſus in aſcenſu quam in deſcẽſu.*

Secundò, *Super capita montiũ ſacrificabant.* Non inquit, In angulis, aut cubilibus, alijſve locis occultis: ſed, *Super capita mõtium*, vbi ab omnibus videri poterant. Frater mi, omnia tibi peccata fugienda ſunt, ſed multo maiorem curã debes adhibere, ne publicitus pecces? quoniã peccata publica vehemẽtius commouẽt Deum ad vindictam, quia peiora ſunt. Rationem reddit Diuus Thomas, tum quia peccator publicus videtur ex maiori contemptu peccare, tum etiam quia peccat cũ ſcandalo aliorũ: & ideo quoddã remediũ eſt in peccatis, ꝙ aliquis in occulto peccet. Hinc Dñs apud Iſaiã animaduertit in Iudæos, ꝙ peccata ſua nõ abſcõderit. Peccatũ ſuũ, inquit, quaſi Sodoma prædicauerunt. Væ animæ eorũ: quoniam reddita ſunt eis mala. Hinc & Apoſt. pręcipit Tim. Peccantẽ corã omnibus argue. Ac ſi dicat, Nunquã diſſimulanda ſunt peccata publica, ſed obiurgãda, & reſcinde. Quẽadmodum nyctorax ſub dio apparẽs ſtatim impetitur ab aliis volucrib oculóſq; illi eruere cõtẽdũt, Sic publice peccãti nõ eſt parcendũ, ſed infligẽda pœna. Rationẽ ſubdit Apoſtolus, vt cæteri timorem habeant. Duos, inquit Diuus Thomas Chriſtus ſuſcitauit, puellam intra domum, ad quam ſuſcitãdam turbam prius foras eiecit, hæc occultum peccatorem adumbrat, qui occultè ſuſcitandus eſt correctione. Filium vero viduæ extra portam ciuitatis coram omnibus.

*3. p. q. 84. ar. 6. ad. 1.*
*Iſa. 3.*
*1. Tim. 5.*
*Simile.*
*Publica crimina publico ſupplicio digna ſunt, quò videntes alij male affectum præ metu reddãtur meliores.*

 Cur

Cur hunc adoleſcentem reduci in domum non iuſſit,vt re-
ſuſcitaret ſed publicitus vitam dedit,Vt oſtenderet,publicũ
peccatum publice puniendum.Quadrat obſeruatio in Euan-
gelium pro feſto diuæ Magdalenę,in hæc verba,mulier quæ
erat in ciuitate peccatrix.Nõ ait,In domo ſua,aut cubili,ſed
in ciuitate peccatrix,quod multo deterius eſt.

Tertiò,*Subtus quercum,& populum,& terebynthum.* Obſeruat
optimè Diuus Hieronymus,ſub arboribus infructuoſis hunc
miſerandum populum ſacrificare,non ſubter ficum,& vineã
fructuoſas.Ecce quas arbores colant peccatores,quę vel nul-
*Simile.* lum fructũ reddãt,aut tantum glandes,quæ cibus porcorũ
ſunt.Nihil aptius dici potuit ad ſignificandum,hunc popu-
*2.Pet.2.* lum fœtidiſſimo cœno vitiorum eſſe conſpurcatũ.Nã quem-
admodum ſues immundi luto,& ſtercore inquinati,ad quer-
cus confugiunt,Sic peccatores fæcibus obſcœnarum volu-
ptatum contaminati,iuxta illud Apoſtoli, Contingit eis il-
*Quercus* lud veri proverbij,ſus lota in volutabro luti,veluti ad arbo-
*& Olea* rẽ,hominib⁹ infructuoſam,& animãtibus rationis expertibus
*Antipa-* bus frugiferã tendũt,inde nihil aliud, quã acerbitatẽ,& aſpe-
*thia.* ritatẽ pœnarũ gehẽnaliũ habituri, nullũq; miſericordię lo-
cum apud Deum adepturi,ſi non ſe ad meliora conuerterint.
Qui enim ſub quercu quieſcant,à Dei miſerationibus ſe pro-
fitentur alienos.Nà cum olea ſit pacis,manſuetudinis,& be-
nitatis indicium,Dei Optimi Maximi typũ gerit,qui nobis
ſemper ſe exhibet pacificũ,& manſuetũ,& miſericordẽ.Sed
nos miſeri ad quercum aſperrimã ire eligimus, quæ adeò i-
nimica eſt oleæ:vt eam iuxta ſe poſitã extinguat. Cum er-
que inquit Deus,*ſubtus quercum ſacrificant*, egregie implicat
hunc populũ non pace,& manſuetudine dignum,ſed acerbe
eſſe plectendum,quoniã iuxta quercum nũquam olea inue-
nitur,quòd quercus ſecum eam non ferat.Attende igitur fra-
ter mi,quamnã arborem eligis ad requiem.Nã ſi eam,quæ
obſcœnis fert fructum,elegiſti,puta *quercum*,nunquã ibi inue-
*Ionæ 4.* nies oleam,Dei miſericordis ſymbolum:ſed ſeueriſſimi iudi-
cis aſperitatẽ.Quadrat obſeruatio in Euangeliũ primę Do-
minicæ Aduentus,in hæc verba,Areſcẽtibus hominibus præ
*Simile.* timore.Aptiſſima vtitur ſimilitudine Euangeliſta vocans ho-
*Hedera* mines areſcẽtes.Nã quemadmodum propheta Ionas affe-
*ſemper vi-* ctus eſt nimis,quod hederam obũbratem caput eius,& pro-
*ret.* tegentem à radiis Solis ardentibus ventus calidus,& vrens
percuſſiſſet,& exiccaſſet,cum vmbra hederæ ingenti lætitia
vatem perfunderet,In eũdem modum miſeri homines are-
ſcent,



ſcent,imminente die iudicij,cum videãt arbores vmbriferas
ſuarum voluptatum:ſub quibus lætari ſolebant,à vento iræ
tremendi iudicis exiccatas.de quibus dixit vates Hoſſeas,
*Subtus quercum*,porcorum videlicet,*& populum* iracundiæ dica
tam,non patientiæ. Id enim antiquitas deluſa ſignificabat
conſecrans eam arborem Herculi,& iam ſub huiuſmodi ar- *Iſaiæ.1.g*
boribus ſuas deinde nõ valeant explere voluptates. De qui
bus & Iſaias inquit,Erubeſcetis ſuper hortos quos elegera-
tis,cũ eritis tanquam quercus defluentibus foliis. Cui vſui
quercus abſque foliis,ſicca eſt?Certe in ignẽ coniicitur cõ-
burẽda.Sacrificare ſub quercu,eſſeq; huic arbori ſimilẽ quid
ergo aliud erit,quã igne inferni peccatorem eſſe cõburẽdũ.
Quartò, *Subtus populum ſacrificabant.* Sicut malus inter li- *Cant 2.a*
gna ſyluarũ,ſic dilectus meus inter filios.Sub vmbra illius
quẽ deſideraueram,ſedi,& fructus eius dulcis gutturi meo,ait
Sponſa.Hic populus cæcus ſub arbore hac debuiſſet ſacri-
ficare,nõ *ſub populo*.Nã ſicut malus,vt elegãter inquit diuus
Anſelmus,odore fructus,& bona vmbra,deinde ipſius fru-
ctus refectione potius,quàm cæteræ arbores delectat. Quis
enim nõ videat,quantũ malus & amœnitate foliorum , &
pulchra pomorũ ſpecie ilicẽ,& quercum cæteraſque rigidas *Chriſtus*
arbores ſyluæ,ſuperat?Cuius oculos nõ rapiẽt poma illa ex *ampliſſi-*
malo pẽdentia colore illo albo,rubeoq; exornata?Sic Chri- *ma arbor*
ſtus & odore bonæ operationis,& vmbra,id eſt, protectio- *cuius vm-*
ne reliquas arbore,ex quibus homines decerpunt volupta- *bra noſtris*
tis corporę fuctus,aut,vt verius loquar in quibus ſolũ inue- *malis om-*
niunt voluptatis vmbrã,nõ verã vmbrã,lõge antecellit.Op- *nibus me-*
time qui ſe inquit,Sub vmbra illius ſedi,id eſt,in protectio- *detur.*
ne ipſius contra æſtũ diaboli quieui.In omnibus enim aliis *Plinius.*
arboribus vmbriferis nullã animi inuenio trãquillitatẽ,qui- *li.17.c.12.*
nimo vmbra earum me vehementiore percutit , & impetit
ardore.In his nihil præter ſitim,& famẽ inuenio.Et quemad
modũ ait Plinius,vmbra iuglãdiũ grauis eſt,& noxia;etiam
capiti humano,Ita vmbra arborũ voluptatis venenũ animæ
eſt,& non ſolum grauis,& noxia.Sub vmbra,inquã,iſtius cœ
leſtis mali ſedi,quoniam ad radicem eius fontem aquæ ſaliẽ
tis in vitam æternã inuenio.Et quemadmodum Agar filium
Iſmaelem ſubter arborem proiecit ſiti maxima periclitantẽ,
& poſt pias voces lachrymis cõiunctas,atque ad cœlũ emiſ- *Geneſ.21.*
ſas,fuit à Domino exaudita,qui & fontem oſtendit , cuius
aqua fuit mirabili dulcedine refectus puer, Ita ego ſedens
ſub hac mali vmbra è fonte haurio cœleſtem ſuauitatem

 animæ

animæ meæ. Inuenio etiam in hoc malo fructum, id eſt
corpus, & ſanguinẽ mei cœleſtis Sponſi, vel refectionem di-
uini verbi dulcem quidem, & ſuauẽ gutturi meo, id eſt, cor-
di meo. In aliis autẽ arboribus incultis, & horridis ſyluæ hu-
ius mũdi quid inueniũt peccatores? Vtiq; non fructũ: ſed tan-
tũ vmbrã. *Quia bona erat vmbra eius*, ait De⁹. Quid hoc Deus?
q d& fructũ nõ inueniẽt? Nõ inueniãt fructũ: ſed tantũ vmbram
*Simil.* fructuum. O deplorandos homines, qui ſolum vmbrã fru-
ctuũ in arboribus voluptatis inueniẽtes, tanquã fructuum ve-
rũ, eam amplectũtur. Quid his hominibus amentius, & inſa-
nius poteſt excogitari? Quemadmodum homo ingenti ſiti
laborãs, & ardenti ſiti æſtuans, ſi relicto pulchro fonte ema-
nenti fiſtulis aureis abundantiã gelidarum aquarũ, & pulcher-
marũ, atq; contempta arbore pulcherrimis pomis onuſta, ad
fallacẽ vmbram aquarum, & arboris confugeret, eaq; am-
*Sap. 1.* plecteretur: vt ex his comederet, & biberet, amẽs, & ſtolidus
*Fugacia mundi oblectamenta,* cenſeretur, Sic, atque multo amplius ſtultus eſt cenſendus
qui, relicto vero Deo, qui arbor vitæ eſt, & ſolus animũ ſatia-
re poteſt, ad voluptates corporeas anhelat, cum non aliud
ſint, quam fugaces vmbræ, nullã animi famẽ, & ſitim extin-
guentes. Agnouerunt hoc peccatores, qui quãris ſero ingen-
ti dolore affecti in has voces prorumpebũt, Quid nobis pro-
fuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis?
Tranſierunt omnia illa tanquã vmbra. Quadrat obſeruatio
in Euangeliũ pro Septuageſima, in hæc verba, Ite vos in vi-
neam meam. Non ait, Ite in *quercum, & populum* arbores infru-
ctuoſas, in quibus poſt laborem nihil præter vmbras
inuenietis. Ad vineam vos mitto, quæ vberes fructus pro-
ducit.

¶ *Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ: & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt.*

¶ De vtraque fornicatione, & corporea, & ſpirituali quidam
hũc locũ intelligunt. Ita Haymo, & Vatablus, Reliqui om-
nes expoſitores ſolũ de corporea fornicatione hic dicũt eſ-
ſe ſermonem, quæ explanatio mihi magis arridet. *Ideo*, Ratio-
nem ſubiungit, & cauſam reddit, ob quã filiæ Iudæorũ pro-
bro fornicationis afficiẽdæ ſint, quòd & ipſi fuerint fornicati
à Deo ſuo, eiq; fidem nõ ſeruauerint. *Fornicabuntur*. Optime
diſpungit Lyranus, id eſt, permittentur fornicari. Tetigit &
Rupertus in hunc modum dicens. Corporali fornicatione
ſordidari permittet. Tetigerunt & alij. Cæterum inter om-
nes multo melius diſpungit Dionyſius Carthuſianus. Inquit
enim, Porro quod ait, *Ideo* non eſt ſic intelligendum, quod
Deus



Deus propter peccatum perſonale vnius puniat alium in
ſpiritualibus, gratiam ſubtrahendo, & in peccatum directè
cadere permittendo: ſed peccata parentum, ac maritorum
exemplariter inducerũt filias, & vxores ad aliqua mala prop-
ter quæ meruerunt, vltra relinqui, & capi, atque aliorum ex-
poni libidini. Et hoc Deus ordinauit ad vindictam peccati *Promerentur parentes fornicationem filiarum ſuo exemplo.*
parentum, ac maritorum, vt qui aliter ſuas ſpirituales for-
nicationes pẽſare, & emẽdare noluerãt, ex proprio opprobrio
atq; dolore id eſt, filiarũ, & ſponſarũ ſuarũ violatione, atten-
derent, quàm inique egerunt recedendo à cultu ſponſi cœ-
leſtis. Vnde & Iſaias Babylonis deſtructionẽ, & pœnas de-
ſcribens, Vxores, inquit, eorum in oculis ipſorum violabun-
tur. Hæc Carthuſianus. Quam ſententiam videntur ample-
cti nonnulli ex recentioribus. Alij vero ſic expendunt, *Ideo*
*fornicabuntur*, id eſt, ſcortandi occaſionem nanciſcuntur. Dua- *Iſai. 13.*
bus enim rationibus dicit filias, & ſponſas eorum fornicatu-
ras, exemplo videlicet eorũ, & abſentia ab ædibus ſuis. Om-
nia hæc non mihi omnino diſplicent. Cæterum rem peni-
tius conſideranti mihil aliud occurrit, nempe has fœminas
contaminandas crimine fornicationis, & adulterij obſcœno
non ſolam quia iniqua exempla ſuorum parentum ſint imi-
taturæ, maiorumque ſecuturæ veſtigia: ſed in tormentum, &
pœnam parentum patrantium ſpiritualem fornicationem
Deus pollicetur, ſe permiſſurum, vt filiæ, & ſponſæ eorũ la-
bantur in fornicationem, & adulterium. Ita expendere vide-
tur diuus Hieronymus. Ait enim, Ideo fornicantur filiæ
eius, & ſponſæ, & abſque vlla vindicta in ſuo ſcelere relin-
quuntur: vt quod filiæ, & vxor viro parenti, fecerant, &
marito, hoc in liberis ſuis, & vxoribus ſentiant, & ex pro-
prio dolore intelligant dolorem Dei. Vides, quàm aperte
dicat ſanctus doctor in dolorem, & ſupplicium parentum
filiabus, & ſponſis inurendam notam fornicationis, &
adulterij? Non igitur ſic eſt hic locus diſpungendus, vt
dicamus fœminas fornicaturas ob occaſionem exempli
impij à parentibus oblatam ſolum, & ob abſentiam eo-
rum, quòd videlicet dum parentes ierant ſacrificatum,
domi filiæ ſcortentur, ſed quod lapſus in fornicationem,
& adulterium pœna peccati ſit parentum. Fieri enim non-
nunquam ſolet, vt patrati peccati pœna peccatum etiam
ſit. Oſtendit hoc diuus Apoſtolus ad Romanos ſcribens,
Quia inquit, commutauerunt veritatem Dei in mendacium,
& coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius quam creatori:

 propterea

propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam
fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum, qui eſt contra naturã, &c. Dicitur autẽ Deus, vt optimè
obſeruat D. Thomas, cauſa peccati non directè, & per ſe, ſed
indirecte, & per accidens, inquantum ſubtrahit gratiam, per
*Prima culpa cauſa ſequentis & ſequẽs prioris pœna.* quam homines continebantur, ne peccarent, ſicut ſi aliquis
alicuius ſuſtẽtaculum tolleret, diceretur, facere caſum eius.
Et per hunc modum primum peccatum eſt cauſa ſequentis
peccati, ſequens vero eſt pœna prioris, Hæc ex D. Thoma
deſumpta ſunt in citatum locum Apoſtoli. Video, Caietanũ
ſecus expendere, Deum eſſe cauſam peccati. Vtitur enim di-
2. Re. 12. ſtinctione quadam in illud, Ecce ego ſuſcitabo ſuper te ma-
lum de domo tua, Vbi ait, Eſt ſermo non de malo culpæ, ſed
de malo pœnæ. Deus enim non eſt auctor peccati, vt ſic, ſed
2. Re. 16. quatenus pœna eſt peccãtis, vel alterius. Hactenus Caieta-
nus. Ac rurſum in illud, Dominus præcepit ei, vt maledice-
ret Dauidi. Agnoſcit, ait maledictionem illam, quatenus pœ-
nalem ſibi procedere à Deo. Efficit ſiquidem Deus p Semei
maledictionẽ illã, non quatenus erat peccatũ, ſed quatenus
erat pœna ipſius Dauidis. Quẽadmodũ ſuperius etiã per os
Nathã dixerat, Suſcitabo malũ de domo tua, non quatenus
erat malũ culpæ, ſed pœnę. Hæc Caietanus. Cuius diſtinctio
peccati in malum culpæ, & in malum pœnæ, atque quod
quatenus peccatum pœna eſt Deus author ſit quatenus
vero culpa eſt, non item ſed diabolus; vel vno exemplo fit
dilucidior. Chaldæi abſtulerũt camelos ſancto Iob, abſtulit
& Deus, ſed Chaldæi patrarunt peccatũ, quia tum auarè, tum
iniquè abſtulerunt à Satana excitati, Deus verò ſolum abſtu-
lit iuſtè, eis benignè pœnã inferẽdo. Nihil ergo eſt abſurdi
ſi idẽ opus, quatenus pœna eſt, ad Deum, quatenus eſt cul-
pa, ad Satanã autorẽ referamus, vt Satan, & in culpa agat, &
in pœna: Deus in pœna agat quidẽ, at in culpa non agat, ſed
permittat. Adducunt alij in huius rei confirmationẽ philo-
ſophorum doctrinã, qui eundem motum dicunt, eſſe paſſio-
nem, & actionem, in quem etiam modum idẽ peccatum, &
actio, & paſſio eſt, atq; idẽ motus, quatenus actio eſt, culpa
eſt, quatenus verò pœna eſt, paſſio eſt. Dicunt igitur Deum
*Motus actu & paſſio eſt.* non eſſe malæ actionis autorem, ſed bonæ paſſionis. Cæte-
rum, re oculatius inſpecta, non videtur habere locum hæc
peccati diſtinctio in actionẽ, & paſſionem, referendo illud,
*3. Phyſic. tex. 28.* quatenus paſſio eſt, ad Deum. Qm̃, teſte Ariſtotele, idẽ mo-
tus quatenus exit, ab agente, dicitur actio, quatenus verò
ſuſc. pitur



ſuſcipitur in paſſo, dicitur paſſio. Cum ergo peccatum qua-
tenus pœna eſt, nõ ſit in Deo, tanquam in paſſo, quinimo à
Deo exit, vt puniat, actionis magis ſibi videtur vindicare
nomen, quam paſſionis. Vnde crediderim ego, ſi quis Caieta
num interrogaret, quo eſſet nomine peccatũ nuncupãdum,
quatenus pœna eſt, nũ actio, vel paſſio? Reſpõderet, aut ego
philoſophiã neq; à limine ſalutaui, peccatum, quatenus pœ-
na eſt, vtroq; nomine appellãdum, & actionẽ & paſſionem,
quatenus à Deo exit, actionem: quatenus vero ſuſcipitur in
peccatore paſſionẽ. Hoc verum eſſe, aperte ſatis oſtẽdit ipſe
modus loquendi Caietani, cuius verba ſunt, Agnoſcit male-
dictionẽ illã, puta Semei, quatenus pœnalẽ ſibi, hoc eſt, Da-
uidi procedere à Deo. Efficit ſiquidẽ Deus per Semei male-
dictionẽ illã. Hæc ſunt verba Caietani. Vbi vides, peccatum,
quatenus pœna eſt, procedere, & effici à Deo. Tunc ſic, Pro-
cedit, & efficitur à Deo, ergo potius actio dicẽda eſt, quam
paſſio, quãdo motus, vt exigit ab agente, actio appellatur, nõ
paſſio, videtur, hãc ſententiam Caietanus deſumpſiſſe ex D.
Auguſt. lib. 5, contra Iulianum, vbi longa oratione probare
cõtendit, multiſq; Scripturæ teſtimoniis, nõ permiſſionis tã-
tum, aut diuinæ patientiæ eſſe peccata, ſed etiã potẽtiæ: cum
priora videlicet per poſteriora puniuntur. Ex multis autem Rom. 9. d.
ab Auguſtino cõgeſtis vnum, aut alterum referã. Deus, quẽ
vult, indurat. Volẽs ergo indurat Deus. Ac deinde, Quod ſi
Deus volens oſtẽdere irã, & notã facere potentiã ſuam, &c.
Potentiæ igitur diuinæ ſunt eiuſmodi peccata, quare Deus
in his agit etiã, ne dum permittit. Confirmat autem hoc, vel 2. Re. 16.
maximè, ꝙ cum Dauid increparet Abiſai, qui caput Semei
amputare volebat, Dimittite, inquit, eum: Dñs enim præce-
pit ei, vt malediceret Dauid. Et poſt pauca, Dimittite eum,
ait, vt maledicat iuxtà præceptum Dñi. Præceptum eſt Dñi,
igitur non ſolum permiſſio. Plus enim inuoluit præceptum
quam permiſſio. His, atque aliis, quæ ſilentio prætereo, exi-
ſtimat D. Auguſt. cauſã obtinere. Hinc & rurſum, De gratia
& lib. arb c. 21. aperte inquit, Deum in cordibus hominum
operari ad inclinãdas eorum voluntates in malum, ne dum
mentes in falſum. Adducuntur & in hanc ſententiam non-
nulli ex recentioribus, viri quidem literis inſignes, quamuis
nonnihil adhærere videntur, iudicantq; minimè eſſe pericu-
loſum, ſi in id genus locutionis non ſolum permiſſionẽ di-
uinam eſſe dicamus, ſed permiſſioni nõnihil addamus; quod
ac actio propriè Dei ſit, nec ſola permiſſio. Vellem certè,
 huiuſ-

huiuſmodi viros percõtari, quonã nomine id ſit appellãdũ. Mirum enim eſt, nouam excogitaſſe rationem ad explanandas Scripturas ſacras; & non potuerint vocem effingere, aut adinuenire, qua animi conceptionem, & mentem aperirent. Et quamuis viri iſti primum fontem, vnde hanc hauſerint doctrinam, ſubticuerint, ac ſi nobis venditare voluerint, ſe proprio Marte id inueniſſe, à D. Thoma ſurripuerũt. Neſcio autem, cur ſanctum doctorem Thomam ſua fraudant gloria, cum apertiſſimè ab eo ſuffurati ſint, qui lect. 3. in c. 1. Epiſt. ad Ro. eam mirè expendit. Sunt autem hęc verba doctoris ſancti, Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum. Sed aliquid amplius videtur mihi in hoc eſſe intelligendum, quàm permiſſio: quia videlicet inſtinctu quodam interiori mouentur homines à Deo ad bonum, & ad malum. Vnde Aug. dicit in lib. de Gratia, & libero arbitrio, quod Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit; ſiue ad bona pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorum.

*Interiori inſtinctu mouentur homines à Deo ad bonũ & ad malum.*

Vnde & Deus dicitur, excitare aliquos ad bonũ ſępius, ſecundum illud Daniel. 13. Suſcitauit Deus ſpiritum pueri iunioris. Dicitur etiam ſuſcitare aliquos ad malum faciendum, ſecundum illud Iſaiæ. 13. Suſcitabo Medos, qui ſagittis paruulos interficiant. Aliter tamen ad bona, aliter ad mala. Nam ad bona inclinat hominum voluntates directè, & per ſe, tanquam actor bonorum: ad malum autem dicitur inclinare, vel ſuſcitare homines occaſionaliter, inquantũ ſ. Deus homini aliquid proponit, vel interius, vel exterius, quod quãtum eſt de ſe, eſt inductiuum ad bonum, ſed homo propter ſuam malitiam peruerſe vtitur ad malum. Supra ſecundo, Ignoras, ꝙ benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: ſecundum autem duritiam tuam, & cor impœnitens theſaurizas tibi irã in die iræ. Et Iob. 14. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbia. Et ſimiliter Deus quantum eſt de ſe, interius inſtigat hominem ad bonũ, puta regem ad defendendum iura regni ſui, vel ad puniẽdum rebelles. Sed hoc inſtinctu bono malus homo abutitur ſecundum malitiam cordis ſui. Et hoc patet Iſai. 10. Vbi dicitur de Aſſur, Ad gentem fallacem mittam eum, cõtra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat ſpolia, &c. Et poſt, Ipſe autem non ſic arbitrabitur, & cor eius non ita æſtimabit, ſed ad conterendum erit cor eius. Et hoc modo circa Pharaonem accidit, qui cum à Deo excitaretur ad regni ſui tutelã, abu-

*Bonæ ſuggeſtiones à bono ſpiritu ſiũt ſed intereſt quibusnã earũ mens humana conſentiat diuino auxilio, vel deſerta merito, vel adiuta per gratiam.*

*Aug. in Ioan. Tract. 55.*

ſus



ſus eſt hac excitatione in crudelitatẽ. Secundò eſt conſiderandum, quo fine Deus iſta partim faciat, & partim permittat. Eſt n. cõſiderãdum ꝙ Deus operatur in creaturis ad ſuã manifeſtationẽ, ſecundũ illud ſuprà. 1. Inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur. Vnde & huiuſmodi excitatio in hoc ipſum ordinatur, & quãtum ad præſentes, vt oſtẽdã in te virtutẽ meã. Exod. 14. Viderũt filij Iſrael manũ magnã, quã exercuerat Dñs cõtra Ægyptios. Et quantũ ad abſentes, vt annũtietur nomẽ meũ in vniuerſa terra. Pſal. Annũtiate inter gẽtes gloriã eius. Sic igitur patet, quod quãtum ad hoc non eſt iniquitas apud Deum, quia vtitur creatura ſua ſecundũ eius merita ad gloriã ſuã. Et in hoc eodẽ ſenſu poteſt exponi, ſi dicatur, Poſui te, ordinaui malitiã tuã ad gloriã meã, Deus. n. malitiam ornat, ſed non cauſat. Hactenus D. Thom. Sunt autem à nobis fuſius tranſlata, vt liqueat, tum non eſſe nuper excogitatam hanc doctrinã, tum vt intelligamus, nomen adinuentum à D. Thoma, quod id explicetur, quod plus eſt, quam permiſſio, minus verò quàm actio Dei in dictis locutionibus excæcationis, indurationis &c. Vocatur autem à D. Tho. occaſio oblata à Deo, ſiue ordinatio Dei. Sed cum duplex ſit occaſio, teſte eodem D. Thoma, data videlicet, & accepta: de occaſione accepta, loquitur ſanctus Doctor, non de data. Hæc enim nequaquam poteſt eſſe ſine peccato, abſit autem à Deo impietas. Cæterum quãuis hæc opinio ab his duobus grauiſſimis doctorib. D. Auguſtino, & D. Thoma emanauerit: aliam tutiorem iudico, quam & hi ſancti patres multis in locis amplecti videntur. Atque ad eam refutandã, ceu periculoſam, ſatis eſſe arbitror, cõmunẽ ſanctorũ patrũ ſententiã, qui nequaquã aliud ꝗ permiſſionem diuinam dicunt interuenire in induratione, excæcatione, & in ipſa perpetratione peccati. Atque anteaquam ſanctorum patrum teſtimoniis eã impetam, periculoſiſſimã eſſe, vel vna ratione oſtendam. In excęcatione, induratione, aliiſq; id genus plus ex parte Dei quã permiſſio eius interuenit, ergo ea re, quę plus eſt quam permiſſio, verè Deus agit ad cooperationẽ peccati. Nã ſi Deus nihil agit, ſatis eſt, id vocare permiſſionem eius. Quod ſi dicas Deũ vere agere, illa actio non poteſt dici inſtrumẽti ſed principalis agentis actio eſt appellanda, quoniam indignum eſt cenſere creatorem inſtrumentum eſſe creaturæ. Tunc ſic, Deus eſt principale agens, ergo cauſa per ſe in huiuſcemodi actionibus, & non per accidens. Cauſa eſt per ſe, ergo facultatem

*Volũtates noſtræ tantum valẽt quantum Deus eas valere voluit atque præſciuit.*

*Aug. de Ciuit. Dei. li. 5 cap. 9.*

liberi

liberi arbitrij adimit homini, vt etiã nollẽs trahatur ad peccatum. Hoc autẽ dicere impiũ eſt, & plus quam erroneum: ergo nihil aliud intercedere, quàm permiſſionem diuinam in peccato, dicendum eſt. Accedit his communis ſententia ſanctorum patrum, cui refragari nequaquam licet. Ipſe diuus Auguſtinus multis in locis, imo quoties de hac re incidit ſermo, ad ſolã Dei permiſſionem recurrit. In libr. de Prædeſt. & grat. c. 4. Non operatur, inquit, Deus in homine ipſam duritiam cordis, ſed indurare eum dicitur, quem mollire noluerit. Sic etiam excæcare, quem illuminare noluerit, & repellere eum, quem noluerit vocare. Et in lib. de Articulis ſibi falſo per Pelagianos impoſitis artic. 10. eorum opinionem deteſtatur, qui Deum prauæ cuiuſquam aut voluntatis, aut actionis credunt autorem, ſiue excitantem, ſiue ſuadentem, ſiue impellentem peccantium cupiditates. Et in Pſal. 77 inquit de Pharaone, & Ægyptiis loquens, Hanc iniquiſſimam, & maligniſſimam obſtinationem Deus cum facere dicitur, non inſtigando, & inſpirando: ſed deſerendo facit, vt illi operentur in filiis diffidentiæ, quod Deus debite, iuſtéque permittit. Et in Epiſtola 105. Sixto presbytero ſcripta ait, Non obdurat Deus impertiendo malitiam: ſed non impertiendo miſericordiam. D. etiam Hieron. expendens illud Apoſtoli, Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, inquit, In hoc, quod Deus tradidiſſe dicitur propriis deſideriis peccatores, oſtendit, non quòd ipſe ſit cauſa: ſed quod per longanimitatem, & patientiam, non inducendo vindictam, patitur, eos ſecundum cordis ſui agere voluntatem. In hac eadem ſententia eſt D. Greg. lib. 13 Moral. c. 16. Et Clemens Alexandrinus li. Stro. 1. explicans illud Mat. 13. Ideo in parabolis loquor eis, &c. Non Dñs præbet ignorationem, inquit, hoc enim ſentire eſt nefariũ: ſed ipſam, quæ inerat, propheticè arguit. Et D. Anſel. expendens illud, Propterea tradidit illos Deus, inquit, Ideſt, ire permiſit in paſſiones. Docuit hoc luculenter diuus Tho. li. 3. aduerſus Gentes. c. 162. Atque in c. ad Ro. 9. in hæc verba, Ergo cui vult miſeretur, adducens illud. Excitaui te in peccatum, vt deterior fias, ait, Quod quidem non eſt intelligendum hoc modo, quòd Deus in homine cauſet malitiam: ſed eſt intelligendum permiſſiuè, quia ſcilicet ex iuſto ſuo iudicio permittit, aliquos ruere in peccatum propter præcedentes iniquitates. Obſeruandũ etiam eſt, bifariã accipi diuinã permiſſionẽ. Altera eſt, qui ita Deus dicatur hominem deſtituere fauore & auxilio diuino: vt in perpetuum

*Illa eſt pœna peccati iuſtiſſima vt amittat vnuſquiſque illud quo bene vti noluit cum ſine vlla difficultate poſſet ſi vellet.*

*Habes hic Deũ mali nequaquã eſſe auctorẽ ſed illius incentiua & quaſi ſemina in nobis exiſtere, perfectionem verò Diabolo profeſſiſ quod aſtruit D. Hiero. in 2. aduerſus Pelagianos.*



perpetuũ illũ deſerere decreuerit. Altera vero eſt, qua Deus ſinit quẽq; libere agere ſecundũ ꝓpriã voluntatẽ, ita tamẽ, vt ſemper ſit Deus paratiſſimus manũ porrigere peccatori, vt reſurgat, niſi per ipſum peccatorẽ ſteterit. Priori permiſſione, certo credo, neminẽ vnquã fuiſſe à Deo derelictũ, ſuiſque cupiditatibus permiſſum: ſed altera. Nã ſi Deus ita quẽpiam auxilio deſtitueret, vt ſtatuiſſet, illi nunquã opitulari, directe videretur peccatorẽ ſubigere prauis eius affectibus, quod vel mente cogitare impium eſt. Atque præterea, ſi ita permitteret, quo pacto verũ eſſet illud Apoſtoli, Deus vult, omnes homines ſaluos fieri? Nam & ſi D. Aug. id alicubi de voluntate beneplaciti, & conſequente intellexerit, ideoque diſtributionẽ conſtrinxerit ad genera tantũ, id eſt, ꝙ ex ſingulis ordinibus, & ſtatibus aliquos vult ſaluos fieri: vel in hunc modum, ꝙ omnes, qui ſalui fiunt, voluntate Dei ſeruantur: eſt nihilominus autoritas hæc veriſſima in vniuerſum de ſingulis hominibus, ſi de voluntate antecedente intelligatur: in quem modũ ſancti Doctores omnes fere explanant. Ita enim vult Deus, omnes, & ſingulos in vniuerſum ſaluos fieri: vt quemadmodũ leges omnibus, cõſilia, & exempla abũdde ederit. Ita ſit omnib. præſentiſſimus ad hoſtiũ pulſans, vt à ſe nihil deſit officij omnino, quin perditiſſimo etiã cuiq; opem ferat, niſi per ſe homo ipſe renuerit. Hunc intellectum ſatis aperte videtur D. Paulus præ ſe ferre. Admonet enim Timoth. vt ꝓ omnibus, & ſingulis oraret: quia Deus vult, omnes homines ſaluos fieri. Præterea ſi res non ita ſe haberet, quomodo veræ eſſent voces illæ Euangelicæ, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã vos? Et, Pœnitentiam agite? Et, Conuertimini ad me in toto corde veſtro? Et, Deus non vult mortẽ peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat? Et, Ego ſto ad oſtiũ, & pulſo? Hæc pluribus ſum proſecutus, quã in exordio huius quæſtionis inſtituerã, quamuis prolixitatis non me pœnitet. Deſeruiẽt enim, quæ hic à nobis dicta ſunt, aut ſaltem nonnihil adiumenti adferent explanandis multis Scripturæ teſtimoniis, in quibus hic lapis mouetur. Reſtat autẽ adhuc dubiũ, vt rẽ exactius abſoluamus, quomodo verũ ſit, ꝓpter peccata parẽtũ filias, & ſponſas fore lapſuras in fornicationẽ, cum nullus demereatur propter actionẽ alterius in his, quę ad animi ſalutem ſpectant, quod & optime tetigit Carthuſianus. Reſpondemus, ita eſſe. Vnde dicendum eſt, has fœminas multis peccatis fuiſſe irretitas vna cũ earũ parentibus, quamobrem & in

*1. Tim. 2.*

*Nos omnes inuitauit ad cœnã Deus qui autem non obedierunt ei ſemetipſos priuauere ẽt regia mẽſa.*

& in pœnā eorum in alia, atque alia peccata labi permittuntur. Si enim eſſent iuſtę, nequaquam tam acerbo addicerentur ſupplicio. Sed ad textū redeamus. *Filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ.* Quando hæc impleta ſunt? Quando Aſſyrij, vt refert Regum hiſtoria, regnum Iudæorū expugnarunt. Ita exponere videntur Theodoretus, & Theophylactus. Cæterum quas vocet *ſponſas*, licet D. Hieron. & Interlinearis, ac nonnulli alij dicant, eſſe vxores ipſas Iudæorum: alij, vt Theophylactus, per *ſponſas* non intelligunt proprias vxores: ſed vxores filiorum ſuorum, id eſt, nurus. Vnde Theophylactus ſic diſ[illegible]git, *Sponſæ veſtræ.* Vxores filiorū veſtrorum, ſponſæ, vel puellæ exiſtentes captiuantium iniuriæ exponentur. Fauet huic explanationi Paraphraſtes Chaldæus. Habet enim in hunc modum, *Filiæ veſtræ*, quas ſuſcepiſtis de filiabus populorum & nurus veſtræ, quas accepiſtis filiis veſtris ex populis. Videtur hæc explanatio germanior. Non enim dixit, Vxores veſtræ: ſed *Sponſæ veſtræ*. Nec obſtat, huiuſcemodi fœminas non ſoceris eſſe ſponſas, ſed nurus, quoniam communi voce ſponſæ filiorum dicuntur etiam parentum ſponſæ, non vt co[illegible] cum illis: ſed quia ſoceri non ſecus, ac filiabus, proſpicere ſoleant nuribus. Nos ea voce *Sponſæ*, vtraſq; fœminas intelligamus, & vxores, & nurus Iudæorum.

*4. Re. 25.*

## *Ad componendos mores.*

*Timenda lex Talionis diuinæ Iuſtitiæ qua facinora facinoribus adæquantur mutuis vicibus.*

IDEO *fornicabuntur filiæ veſtræ.* Timendum eſt, imo fugiendum, offendere Deum, qui eandem vicem, paremque pœnam rependit. Fornicantur Iudæi à Deo ſuo, permittit etiam Deus Iudæos eodem affici probro, & dedecore, quo Deum virum Synagogæ ipſi affecerant. Quæcunque ſeminauerit homo, hæc & metet, inquit Apoſtolus. Et apud Prouerbia, Deluſores Deus deludet. Et Iſaias, Indutus eſt Dominus veſtimentis vltionis, & opertus eſt quaſi pallio zeli. Sicut ad vindictam, quaſi ad retributionē indignationis hoſtibus ſuis, & viciſſitudinē inimicis ſuis. Vides, quàm aperte dicat Iſaias Deū ſumpturum vltionē reddendo iniquis retributionē, hoc eſt, paria factis? Sed ad Scripturæ exēpla oculos conuerte, vt id apertius cognoſcas. Deludit Iacob patrem Iſaac, dicens, ſe eſſe Eſau, pari pœna & ipſe plectitur. Nam Laban decepit Iacob, pro Rachel. Lyam ſupponendo. Aman pro virili dabat operam, vt Mardochæus in cruce ſuſpenderetur,

*Galat. 6. Prou. 3. Iſa. 59. Gen. 27. Heſter. 9.*



in eodem patibulo Amā ſuſpenſus eſt. Quærebat Saul vadere Dauidem occidendū Philiſtiim, & ab ipſis Philiſthęis Saul in bello eſt occiſus. Patrat adulterium Dauid cum Berſabee, eandem ignominiā & ipſe Dauid patitur. Nam & Abſalon ingreſſus eſt ad vxores patris ſui, imo multo acerbiori plectitur ſupplicio. Dixit enim ei Nathan, Eò quòd tuleris vxorem Vriæ, vt eſſet vxor tua. Itaque hæc dicit Dn̄s, Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua. & tollam vxores tuas in oculis tuis: & dabo proximo tuo, & dormiet cū vxoribus tuis in oculis Solis huius. Tu enim feciſti abſconditè ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael. Quiſquis igitur quippiā nocumenti intulit ꝓximo, timeat, quaſi tumentes fluctus, Deū, qui non ſolum parem, verum & acerbiorē pœnam infligere ſolet iis, qui in ꝓximos deliquerunt. Pellicit aliquis vxorem alienā, aut filias? Reſipiſcat, alioqui ipſe experietur in ꝓpria vxore dedecus adulterij. Inurit quis honori alterius notam? Nō deerunt canini, & viperini dentes eius famā lanantes. Quemadmodum ſagitta in durū ſignum immiſſa magno impetu redit ad ipſum mittentem, eumque acerbius cruciat, & vulnerat, quàm ipſum ſignum, In eundē modum contumeliam Deus, retorquet in autorē, acriuſq; infligit vulnus autori, quàm ipſe inflixerat ꝓximo.

*1. Re. 18.* *2. Re 11.*

*Non inulta manent ſcelera in detrimentū proximis lata.*

*Simile.*

Secundò, *Fornicabuntur filiæ veſtræ*, &c. Non loquitur de viris dicens, Fornicabuntur filij veſtri: ſed ſolum de fœminis, videlicet filiabus. Quorſum fœminas fornicaturas, & adulterium cōmiſſuras potius inquit, quàm viros? Certe, q̄a multo grauius eſt dedecus homini, filias, & vxores contaminari his ſceleribus, quàm filios? Hinc Sapiens ait, Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam: ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis. Ac rurſum, Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum. De filiis vero maſculis nihil omnino dicit. Quin imo leges conditæ ſunt permittentes parentibus, filias in ſtupro, aut fornicatione deprehēſas interficere, licet iam abolitæ ſint. Sic l. patri, & in l. neq; in ea. ff. ad legē Iuliam. de adulteri. & l. caſtitati. C. eodem tit. De filiis vero nunquā tale leges ſanxerunt, vt propter fornicationē à parentibus necari poſſent. In vxore vero eſſe grauius crimen adulteriū, quàm in viro ſaltem propter bonum prolis docuit D. Thomas. Alij vero Theologi dicunt, adulterium viri neque tam infame eſſe, neque tam pernicioſum in prolē, & hæredes, ac ꝓpterea non illud in viro, ſicut in fœmina criminali pœna vindicari. Hinc & gl. in l. palam §. q̄ in adulterio. ff. de rit. nu. decernit, quòd

*Eccl. 42. & c. 7.*

*Iſta egregiè diſſeruntur per Angelū Aretinū in ſuo tractatu malefic. in verſ.* che hai adulterato la miadona.

quòd licet mulier in adulterio deprehenſa ſit infamis ipſo
iure, vt eſt text. ibi ſecus tamen in maſculo, ſcilicet vt ex ta-
li deprehenſione non ſit infamis Atque rurſum gloſſ. in. §. ſi
qua cum ſeruo 12 q. 2. inquit, impudicitiam eſſe multo dete-
ſtabiliorẽ, fœdiorẽ, atq; turpiorẽ in muliere, quàm in viro. Va-
de & M. Cato in oratione, quæ de dote inſcribitur apud Gel-
lium. 10. c. 23. in adulterio, inquit, vxorẽ tuã ſi deprehendiſ-
ſes, ſine iudicio impunè necares illa te, ſi adulterares, digito
non auderet cõtingere, neq; ius eſt. Agnouerunt non ſolum
viri iuſti, ingens eſſe crimẽ adulterij: verũ & Ethnici. S. Iob
ait, Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium
amici mei inſidiatus ſum, vt ſcilicet cum vxore aliena coit,
ſcortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illã incuruentur alij.
Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima: ignis vſq; ad perdi-
tionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Obſerua e-
tiam, quid ſanctus Ioſeph reſponderit fœminæ ad coitum
allicienti, Quomodo poſſum, hoc malum facere? Quantum
eſt hoc malum bone adoleſcens? Quæ lingua id poterit ex-
plicare? cum ſit omnium turpiſſimum, & fœdiſſimum: Vtinam
tantũ facinus eſt adulterium: vt vocem ad id explicandum
non habeam. Ethnicus etiam ille imperator Alexander, qui
puella multa nocte ad illum eſſet adducta, cum eo dormitu-
ra, rogauit, vbi tamdiu fuiſſet, atque illa reſpondente, ſe ex-
ſpectaſſe, donec maritus iſſet cubitum, miniſtros accitos acri-
ter obiurgauit. Reducitéque, inquit, hãc, parum enim abfuit,
quin veſtra culpa fuerim factus adulter. O egregiam tum iu-
uenis, tum regis continentiã. Nã apud iſtud iſtos ſimplex ſtu-
prum pro nullo crimine habetur. Quid plura referam exem-
pla? Audi, quantum fœmina gentilis adulterij facinus ex-
horruit. Cornel. Tacitus ſcribit, Pontiã quãdã Romanã fœ-
minã nullis verborum lenociniis, aut pollicitationib. ad adul-
terium cum octauio Tribuno plebis cõmittẽdum impelli po-
tuiſſe: quin ab eodẽ interfici maluiſſe. Si tãta animi firmitudi-
ne patrare adulterium refugit gẽtilis fœmina: vt mori potius
eligat, quã adulterij labe pollui, quid quæſo, fœminæ fidem
Chriſti profitentes agere debent quantunque fugere adul-
terium? Quadrat obſeruatio in Euangelium Annuntiatio-
nis, in hęc verba. Quomodo fiet iſtud? Quid hoc eſt, ò ſan-
ctiſſima virgo? Promittitur tibi filius in æternum regnaturus,
magnus, & filius altiſſimi futurus ſit, & mod⁹, quo id fiet te
anxiã reddit? Tu, vt cunq; fiat, præbe aſſenſum, etiã ſi violes
mariti thorũ. Abſit hoc, hoc ingẽs enim Dei ſupplicium, et
perm-

*Vxor manũ adulterij arguere nequit maritus potest. Inst. de ado. 4. §. sed & i. Iud l. 1. c. de adu.*

*Iob. 31. b*

*Gen. 39.*

*Adulteriũ etiã feris ac Barbaris detestabile.*

*Amb. li. 1. de Abraham.*



permittere, fœminam in adulterium labi ſicut apud Hoſſeã
comminatur Dominus, *Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ*, &c. Qua-
drat etiam in Euangelium Sabbathi poſt 3. Dominicã Qua-
drageſ. in hæc verba, Adducunt Scribæ, & Phariſæi mulierẽ
in adulterio deprehenſam. O lamentandã impudicitiam, &
ingenti afficientem dedecore non ſolum virum: ſed etiam to-
tam cognationẽ viri, & vxoris. Vnde viri vxorum adulteria
tã ęgrè ferunt, vt ea moleſtius patiantur, quã neces ipſarum.
Maritus enim, vt inquit D. Hieronymus in c. 7. Amos, liben-
tius audit, vxorem interfici, quàm pollui. Hinc & eleganter
Magnus ille Baſilius inquit, adulterium naturæ eſſe viperi-
næ. Nam quemadmodum vipera murænam è mari ſibilo e-
uocat ad coitum, quamuis alterius ſit naturæ, propriamq́ue
abijcit cõſortẽ, In eundẽ modũ fœmina, relicto viro proprio
cũ alio coiẽs cõmittit adulteriũ: quãobrẽ & Ægyptij ſacer-
dotes procos, & alienigenarum concubitum appetentes per
murænam depictam ſignificabant. Diſcant ergo adulteri,
cuinam feræ, cuique reptili ſimiles ſint, puta viperæ, vt adul
terij facinore contaminari exhorreſcant.

Tertiò, *Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ
erunt*. Obſerua, quam ob cauſam ſint fornicaturæ, quoniam &
earum viri, & parentes eodẽ fornicationis crimine erant irre-
titi. Ecce quid boni conferant filiis, & vxoribus iniqua parẽ-
tum exempla, eos videlicet in iis prauis actionibus imitari.
Caueant igitur parentes, & viri vxorati, coram filiis, & vxo-
ribus in quampiam obſcuram, & ignobilem actionem incũ-
bere. Nã quemadmodum quoquo verteris vnum oculum, al-
ter ſtatim comitatur. Ita ſi quippiam faciunt parẽtes, eorum
filij, qui non ſecus, atque oculi diliguntur ab ipſis parentib.
illorum inſequuntur veſtigia. Et quemadmodum pictores
imagine pingentes exemplar identidem reſpectant, omnia-
q; lineamenta eius transferre conãtur magno ſtudio ad ſuũ
opificium. In eundem modum filij vitam parentum reſpi-
ciunt, & in corde veluti in tabula mores pingunt paternos.
Filij, inquit Ieremias, colligunt ligna, & patres ſuccendunt
ignem, & mulieres, hoc eſt, vxores conſpergunt adipem: vt
faciant placentas reginæ cœli, & libent diis alienis. Vides,
parentes, & filios eodẽ ſcelere conſtringi? Audi etiã, quid de
rege Zacharia dicat Scriptura, Fecit, quod malũ eſt corã Dño, ſi-
cut fecerant patres eius. Sed quãuis vxores, & filij parentum
imbibere ſolent mores, multo propenſiores ſunt ad imitãdã
eorum libidinem. Hinc Ariſtoteles inquit, Primum leges ſint

*Hæc ferè Basilius in Examero oratione septima. Idẽ etiam. Pli. 9. lib. c. 23. Cælius Rhod. 6. c. 13.*

*Simile.*

*Iere. 7. d*

*4. Re. 15.*

*ib. 1. Oeconom. c. 24.*

viro ad vxorem,vt iniuria ceſſet:ſic neque ipſe iniuriam patietur. Eſt autem,vt ille,paucis interiectis,ſcribit, viri iniuria externarum mulierum congreſſio. Et Seneca ad Luc. Grauiſſimum eſt iniuriæ genus in vxorem,habere pellices. Improbus eſt,q ab vxore pudicitiã exigit,ipſe alienarũ corruptor vxorum. Et Lactantius, Exemplo continẽtiæ docenda eſt vxor,vt ſe caſte gerat. Iniquum eſt enim,vt id exigas, quod ipſæ præſtare non poſſis. Quæ iniquitas id effecit profecto,vt eſſent adulteria,fœminis ægre ferentibus, præſtare ſe fidem,nõ exhibẽtib. mutuã charitatẽ. Deniq; nulla eſt perditi pudoris adultera,quæ nõ hãc cauſam vitiis ſuis prætẽdat,iniuriam ſe peccando non facere,ſed referre. Et Quintilianus,Homo,inquit,nec alieni matrimonij abſtinens,neque ſui cuſtos,quæ inter ſe natura connexa ſunt. Nam neque maritus circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus,poteſt vacare domeſticæ ſanctitati,& vxor , cum in talem incidit matrimonium,exemplo ipſo incitata , aut imitari putat,aut vindicari. Demum D. Augu. in c. Si dicturi.32.q. monet,vt quales volunt viri vxores ſuas inuenire, tales & ipſæ eos inueniant:& ſi intactam quærunt,intacti ſint,ſi puram,puri. Ac rurſum in libro de Decem chordis,Si caput, inquit,eſt vir,melius debet viuere , & præcedere in omnibus factis ſuis vxorem,vt illa imitetur virum. Quadrat obſeruatio in præfatum Sabbathum poſt.3. Dñcam Quadrage in hæc verba,Adducunt ei mulierem in adulterio deprehenſam. Cur,ô fœmina impudica adulterium committis? Num quia vir tuus adulter eſt,vis,paria pari reddere?&c.

*De Vero cultu.c.23*

*Vxor viri moribus conſonet Plutarch. de præceptis connubialibus.*

Quartò, *Fornicabuntur filiæ veſtræ*. Cur fornicantur? Quia parẽtes fornicati ſunt. Quid ergo mirum ſi ex iniquis parentibus iniqui naſcantur filij? Ex iniquis enim omnes filij, qui naſcuntur,teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua,ait Sapiens. Eſdras nõ illepidis ſimilitudinibus id inſinuat. Qualis,inquit,eſt ager,talia & ſemina: & quales flores,tales & tincturæ:qualis operator , talis & creatio: qualis agricola,talis & cultura. Atque Seruator noſter,Non poteſt arbor mala,bonos fructus facere:neq; arbor bona malos fructus facere. Hinc & Deus ait filiis Iſrael,q eſſent multis criminibus implicati,Radix tua,& generatio tua de terra Chanaã,pater tuus Amorrhæus,& mater tua Cetæa,ſicut mater,ita & filia eius. Ac ſi apertius dicat. Non ſecus, atque ſi è perditiſſimis his gẽtib. originẽ duceres,corruptis moribus es imbuta. Quẽadmodũ è cœno oritur putor intolerabilis,

*Sap.4.*

*Eſdr.4.c 9.*

*Mali corui malum ouum.*

*Mat.7*

*Ezec.16.*



& ex ſtercore vermes immundi,& ſcarabæi. Sic ex parẽtibus impij prodeunt filij. Viderat Diogenes in foro hominem ebrium,& ait. Illius pater ebrius fuit. Sophiſta etiã quidã,vt tradit Philoſtratus in Ariſtide,dixit Alex. Patris es filius,q patris ambitionẽ imitaretur, Hinc & Prouerbium,Mali corui, malum ouum. Contra vero ex bonis,iuſtiſque parentib. viri naſcuntur pij. Conſentaneũ eſt,inquit Ariſt. ex melioribus ortos eſſe meliores. Quemadmodum in terra diligenter culta bonoque ſeminata ſemine, raro oriuntur tribuli , ſed quod ſeminatum triticum eſt. Ita ex bonis parentib. filij ginuntur boni. Quẽ aliũ fructum ager ille Abrahami ferre debebat , quàm ſanctũ Iſaac? Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Natiuitate diuæ Virginis,in hæc verba,Ieſu Chriſti fili Dauid filij Abraham. Quorſum hos viros ſanctitate inſignes, è quibus genus traxit Chriſtus,noſtris oculis ſubiicit contemplandos? Vt eorũ filium imitatorẽ diſcamus,& neq; Abrahamo,neq; dauide meritis inferiorẽ Chriſtũ eſſe agnoſcamus.

*3.Pol.c.8.*

*Simile.*

Quintò. *Fornicabuntur filiæ veſtræ*. Quando vxores, & filiæ erant fornicaturæ? Quando parentes, & viri abſentes erant,& in vertice montium,atq; ſub arboribus ſacrificantes. Vides,quid pariat abſentia virorũ è domib. ſuis? Vxores videlicet,& filias fornicarias. Quãtũ nocumẽti attulerit fœminas eſſe ſolas,iã ab orbe cõdito docuit ſatanas,qui,vt fœminam vinceret,ſolitudinẽ quæſiuit. Quando etiam Ioſephum fœmina impudica conata eſt ad libidinẽ allicere? Vtique cũ eſſet abſque arbitris. Quãdo Berſabee pellexit Dauid? Quãdo vir eius abſens erat,& ierat ad bellum. Quid plura? Audi quid dicat adoleſcenti mulier. Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus,donec illuceſcat dies, nõ eſt enim vir in domo ſua,abiit via longiſſima,ſacculũ pecuniæ ſecũ tulit,in die plenæ lunæ reuerſurus eſt in domum ſuam. Irretiuit eum multis ſermonib. & blãditiis labiorũ protraxit illum. Vides,abſentiam viri primũ obiectam à fœmina adoleſcenti,vt illũ induceret ad voluptate? Non eſt,inquit , vir in domo ſua. Quid ſi vir domi eſſet,ô fœmina,faceres? Timerem certe,neque tãtũ facinus aggredi auderem. Sed quoniã poterat adoleſcens reſpondere. Quid ſi breui reuertat vir tuus,& nos in adulterio deprehenderit? Hunc eximit metũ, ſubiiciens fœmina, Via abiit longiſſima,nequaquam citó redibit,ad ſumptus enim nõ paruã pecuniam ſecũ tulit, ſed ſacculum plenum. Ad hæc,certa ſum,quando vir meus reuerſurus eſt, quæſiui enim ab eo diem reditus , & plenilunij

*Gen.3.*

*Gen.39.*

*2.Re.11.*

*Prou.7.*

*Graphicè depingitur adulterij occaſiones & pericula deinde impudicæ mulieris ingenium.*

diem præfixit. O diabolicã calliditatem, ô aſtutiam [illegible] brem. Quis tibi ſuggeſſit vt ad patrandum peccatum [illegible] dula auferres impedimẽta? Videte, vt extorſerit à viro [illegible] tudinem aduentus ſui: quo ſecurior ſuam poſſet explere [illegible] bidinẽ. Diſcant igitur domum, & vxorem relicturi viri, [illegible] cælare ſui reditꝰ, ne ſecutæ vxores, & filię voluptatibus [illegible] mittant habenas: Sed incertæ maritalis aduẽtus, ſi pudor [illegible] peccato nõ reuocet, ſaltẽ metu ĩperati aduẽtꝰ à peccato [illegible] antur. Sed obiicies, Ea fœmina, de qua loquitur Sapiens [illegible] cax erat, garrula, vaga, quietis impatiens, nec valens in [illegible] mo conſiſtere pedibus ſuis, filiæ meæ pudicæ ſunt, vxor [illegible] neſta, intra domus fores contenta, in publicum prodire fugiens, confabulationes faſtidiẽs, quamobrẽ abſentia [illegible] nihil nocebit, ſed ſecurus abibo. Heus bone vir, quid [illegible] ſanna ſanctis, & cõtinentius? Nũ defuerunt viri impudici qui in extremas anguſtias ſanctã fœminã deiecerunt, & [illegible] ad turpitudinem nõ potuiſſent eam allicere, qui dicerent imponentes falſum adulterij crimen, ſolã mãſiſſe, & pue[illegible] à ſe dimiſiſſe, vt cum adoleſcente concumberet: Vides, [illegible] tum periculi ſanctæ fœminę ſolã eſſe relictam attulerit [illegible] ergo, abſq; arbitris filias, & vxorẽ relĩquere. Quod ſi ta[illegible] mus tuę ſemp eſſe cuſtos non potes: ſed foras egredi ne[illegible] ſiras cogit, obſerua vigilanter quibus perſonis vxorẽ, [illegible] lias cuſtodiendas reliqueris, ne dũ tu foras egrederis, [illegible] vxoris benedictionẽ ſurripiat, quemadmodũ Iacob, ab [illegible] Eſau paternã benedictionẽ extorſit. Nõ ſecus ac vmbra [illegible] pꝰ ſequit̃, debet vir vxorem comitari. Quemadmodũ te[illegible] viuẽs nuſquã extra corticem degit, Sic maritus pro vi[illegible] bet dare operã, vt quã raro à domo ſua exeat. Phidias [illegible] Veneris ſimulachrum Eleis ex auro, & ebore cõficeret, [illegible] dinem altero eius pede preſſam appoſuit, ſignificãs, virgines cuſtodiendas eſſe: coniugatas vero taciturnas eſſe (Eſt enim teſtudo animal mutũ inter cætera animantia) & intra [illegible] cta cohibendas, veluti teſtudo eſt intra conchã. Ego etiam [illegible] ro vxorato potius, aut ſaltem in eundem modum dico, [illegible] tare teſtudinẽ, ſi nihil ſiniſtrum de vxore, & filiis audire [illegible] pis. Neque à ratione alienũ iudicauerim, ſi quãdo foras [illegible] di neceſſum eſt, tecum vxorem ducas. Sic ſanctus patriarcha Abrahamus deſcenſurus in Ægyptũ, nõ domi vxorem [illegible] reliquit: ſed ſecũ tulit. Hoc exemplũ ſibi proponant contẽ plãdum viri longo tempore vxores relinquentes. Verum [illegible] iicies, Fames præualet, deeſt facultas ad alendam vxorem & [illegible]

*Eſt pudicæ mulieris raro in publicũ prodire.*

Dani. 13.

Gene. 27.

Simile.

*Ægyptiis mulieribus calceis vti non fuit patrij moris quo domi ſe cõtinere quodammodo cogerẽtur.*

*Teſtudinẽ Heſiodus domiportam appellat.*

*Gene. 12.*



[illegible] familiam, quid igitur facturus ſum? Non poſſum nõ abi[illegible] ad quærẽdũ illis victum multo enim peius eſt, fame pe[illegible] Do libenter, iuſtũ eſſe, cibũ familiæ quærere iniuſtum [illegible] eſſe cenſeo, vxorẽ deſerere. Quid igitur faciendum [illegible] ingrualeſcẽte famę? Quod fecit Abrahamus, ducere nẽpe ſe[illegible] vxorẽ, ac maximè ſi pulchra eſt, vt fuit Sara. Nonne hic [illegible] abſentibus viris, ſponſas fornicari? Igitur ne vxori tuę [illegible] contingat, illã tecum fer. Quemadmodum ventus ſe[illegible] nubes rapit, Sic dilectio viri debet ſecum abducere vxo[illegible] Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Natiuitate Dñi, in hæc verba, Aſcendit Ioſeph Bethlehem, vt profiteretur cũ Maria deſpõſata ſibi vxore. Cur Ioſeph tecum defers vxorẽ? Nonne fœminæ ab hac profeſſione ſunt exemptæ? Nonne honor coniugalis in tuto eſt, quamuis vxorem domi relin[illegible] igitur ſi ſalua ſunt tibi omnia, quare ſine vxore non i[illegible] ampis? Certe vt doceas, vxores non facile deſerendas.

*Simile.*

*Proprij & veri comites hominum vxores.*

¶ *Non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fuerunt fornicatæ, & ſuper [illegible] veſtras cum adulterauerint, quoniam ipſi cum meretricibus con[illegible] & cum effœminatis ſacrificabant, & populus non intelligens [illegible]*

¶ *[illegible]* pro punire ſumunt omnes fere expoſitores ſecu[illegible] diuum Hieronymum, qui in hunc modum diſpungit, *Non [illegible]*, id eſt, abſque vlla vindicta in ſuo ſcelere relinquun[illegible] Theophylactus bifariam diſpungit. Primò ſic, *Non viſitabo ſuper filias*, hoc eſt, deſeram, & permittam, eas talia pa[illegible] Viſitat & alia ratione peccantes Deus, quando eorum mi[illegible] impediẽs ipſorum ad vitia impetuoſum iter, ac caſti[illegible] gationi tradens, iuxta illud, Viſitabo in virga peccata ipſo[illegible] rum miſericordiam vero meam non diſpergam ab ipſis. Hęc ſecunda explanatio mihi magis arridet, quam, vt iam dixi, omnes doctores amplectũtur. Quamuis de qua viſitatione, [illegible] punitione Dominus loquatur, diſſidium eſt inter docto[illegible] res. Diuus Hieronymus perquam egregie inquit, Vt autem [illegible] viſitationem quaſi vulneratorum, & languentium, ideo inferri à Deo, vt veluti cauterio, & amariſſimis potioni[illegible] bus recipiãt ſanitatem, & morbis careant, per prophetam lo[illegible] quentẽ audiamus Dominum, Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, miſericordiam autẽ meam non diſpergam ab eo, Qui igitur amatur, corripitur: qui negligitur, ſuis peccatis dimittitur, Hæc diuus Hieronymus. Et videtur, ad viſitationẽ medici hanc referre viſitationem, qui cum ægrotos viſitat, medendis morbis dat operã.

*Pſal. 88.*

*Pſal. 88.*

Cum hac explanatione videtur conſentire Theodoretus.
Sic enim expendit, *Non viſitabo*, id eſt, nullã de vobis
nem accipiam, neque de filiis veſtris, & ſponſis veſtris.
tur iuxta hanc ſententiam ſic diſpungemus, *Non viſitabo*
quam medicus videlicet. Alij ſic, *Non viſitabo*, tanquam
flagellatione paterna. Huic expoſitioni videtur fauere Theo-
phylactus. Adducit enim illud Apoſtoli, Quẽ enim
*Prouidentia gubernatur omnia & quæ putatur pœna medicina eſt Hieron.* Dñs, caſtigat tãquã filiũ. Quis porro filius eſt, quẽ nõ caſti-
gat pater? Reſtat vnum inueſtigãdum, quæ videlicet no-
mina in hac vt ita loquar, inuiſitatione, vel non viſitatione
ſeu abnegatione viſitationis neget Deus, ſe vulneribus
rum appoſiturũ? Aut ſi de flagellatione exponas, quæ fla-
la ſe non adhibiturũ inquit? Video multos recurrere ad
mitates, aliaq; id genus incommoda, quæ à viris piis
ctis dicuntur tribulationes. Iis enim ſolet Deus viſitare
catores, vt gradum reuocent à viis peſſimis. Non con-
hanc explanationem: ſed exoſculor, vt par eſt, quã
ſancti patres in eum modum expendunt. Cæterùm
peculiare hic implicatum inuenio quod paucis ap
xerat Deus leges, quibus plecterentur peccatores,
vindicem ſe fuerat profeſſus, ſi quis eas violaret. Vnde
Leuiticũ ait, Cuſtodite leges meas, atque iudicia, & fa-
ne & vos euomat terra, quã intraturi eſtis, & habitaturi
ter alias autem leges cõdiderat Deus aduerſus adulteros
*Deut. 22.* ſtupratores, tum apud Leuiticum, tum apud Deuteronomium
varias leges. Si dormierit, inquit, vir cũ vxore alterius
que morietur, id eſt, adulter, & adultera & auferes malum
Iſrael De virgine autẽ ſic, Quod ſi verũ eſt, quod obiicitur
nõ eſt in puella inuenta virginitas eiiciẽt eam extra
domus patri ſui & lapidibus obruent viri ciuitatis illius
morietur quoniã fecit nefas in Iſrael. Cũ ergo inquit
*Nõ viſitabo ſuper filias*, &c. idẽ eſt, ac ſi dicat. Nõ puniã filias
ſtras iuxta leges à me ſancitas, ſed peccatorũ patratores
bere, & ſine punitione vindice viuere permittã. In quẽ
*1. Reg. 15* ſi expendas, verbũ viſito magis videtur iudicis rationem
officium inuoluere, quod frequens, eſt in ſacris Bibliis
pud Samuelẽ Deus, Viſitauit, inquit quæcũque fecit Amalec
Iſraeli. *Quoniã ipſi cum meretricibus conuerſabantur*. Rationem
dit, ob quẽ nõ ſit puniturus filias, & ſpõſas adulteras, & for-
nicarias. Ea autem eſt, quòd *ipſi*, id eſt, parentes, &
*cum meretricibus conuerſabantur*. Perſonã mutat & ſubito
ſtrophe vſus magnitudinẽ ſceleris patrati detegit. &



indignã non ſolum vt patretur: verum vt audiatur, non in
faciẽ dicit. Cum meretricibus conuerſamini, & cũ effœmi-
natis ſacrificatis. Vtimur hac loquẽdi forma, cum rem ama-
riſſimã, & acerbiſſimã referimus. Ex tempore enim ora ver-
timus ad alios aſtantes, relictis ſceleris autoribus, cum qui-
bus erat nobis ſermo prius. Habet autem hæc vultus ad a-
lios conuerſio, neſcio quid indignationis tẽperatæ tamẽ com
miſeratione. *Cũ meretricibus*. Quid vocet meretrices, non om-
nino aſſequi poſſum: quãuis video omnes fere expoſitores
in hac eſſe ſentẽtia, vt de corporea fornicatione dicant eſſe
ſermonẽ, quã voluptatẽ explebãt cum meretricibus, ideſt,
ſcortis. Theophylactus tamẽ hac voce *meretricibus* aliquid pe-
culiare eſſe implicatum inquit. Transfert autem pro *cum me-
retricibus*, cum ſcortis, & hæc ſcorta proprie hic dicit eſſe ſacer- *Priapus tur piſſimus antiquarũ fabularũ deus libidinis & hortorũ præſes.*
dotes ipſas Beelphegor. Hoc autẽ idolum erat apud Græcos
appellatum Priapus, libidinis, & laſciuiæ præſes, quod ex i-
pſa etiam forma ſua indicabat. Si hãc ſequamur Theophyla
cti explanationem, certũ eſt, hic nõ de fornicatione corporea
eſſe ſermonẽ: ſed de ſpirituali, quæ idololatria eſt. Nõ ab hac
expoſitione videtur diſſentire Theodoretus. Ait enim in
hunc locũ, Fornicationem interdũ appellat procliuitatẽ ad
Venerem: interdũ impietatem. Ex quibus verbis Theodore-
ti, & ſequentibus, etiã meretrices cõſequitur hic vocari ido-
lolatras. Ego ſub hac voce *cum meretricibus*, vtrumque opinor
cõplecti, & venereã corporis turpitudinẽ, & idololatriã. Nã
cũ ſacrificatũ idolis ibant, cũ ipſi, ſacerdotibus concũbebant.
*Conuerſabantur*. Nõ exiſtimes, cõuerſatione, hoc eſt, cõfabula-
tione, & colloquio ſolum id eſſe dictum: ſed conuerſari vo-
cat, commiſceri, ſeu miſceri. In quẽ modum habent Septua-
ginta, Theophylact⁹, & Theodoretus. Et quãuis Parapraſtes
Chaldaicus habeat pro, *cum meretricibus conuerſabãtur*, cum me
retricibus ſocietate ſe iungunt, & cũ ſcorto cõmeſſantur, &
potant, plus hic, quam ſermonem interuenire, puta actionẽ *Tangit nephandum peccatum contra naturam.*
veneris turpiorem, certum eſt. *Cũ effœminatis*. Quid vocet *effœ-
minatos*, non parũ ingerit difficultatis. Rupertus hos *effœmina-
tos* eſſe ait maſculos, qui fœmineo more peccato ſeſe ſubde-
bant, contra quos præceptum eſt, Qui dormierit cum maſ- *Leuit. 20*
culo coitu fœmineo, morte moriatur. Lyranus ſic, *Cum effœmi-
natis*, id eſt, cultoribus idolorũ eunuchiatis. Dionyſi⁹ nõni
hil addidit. Ait quippe, *cũ effœminatis*, ideſt, mollibus, ſeu ab-
ſciſſis, vel eunuchiatis. Septuaginta pro *cũ effœminatis* vertũt,
*cum initiatis*. Vocant autẽ *initiatos*, vt inquit Theodoretus, ſacris

impietatis deuotos,ac dedicatos. Nam vt nos diuinis myſte-
riis ornatos fideles vocamus, Ita Græci τετελεσμένους, id
eſt,initiatos nominauerunt exactius ad ſuam impietatē in-
ſtitutos. Apertius tamen explicat Theophylactus,qui fuerint
initiati iſti,dicens, initiatos appellat,huiuſmodi idoli ſacro-
myſtas,dignos iam arcanis apud illos ſacris iudicatos, & 
perfectiores, qui mares eſſe viſi,femellæ fuerunt, cymbala
vtentes,fœmineiſq; vlulatibus circumibant triuia Beelphe-
gor ſacramenta perficientes. Dum itaque inquit, *cũ effœmina-
tis ſeu initiatis ſacrificabant*, ſignificat, ꝙ Iudæi faciebant ſacra
turpi Deo,doctoribus dictis initiatis vſi. D. Hiero. pro ini-
tiatis *effœminatos* vertit,vt ſenſum verbi noſtrorum auribus
panderet,hanc mutationis iſtius cauſam ipſo D. Hiero. red-
dente. Ait autē ſanctus Doctor,eſſe iſtos effœminatos, quos
hodie Romæ matri, non deorum,ſed dæmoniorum ſeruientes
Gallos vocant;eo quod de hac gente Romani truncatos libi-
dine,in honorem Atys,quem eunuchũ dea meretrix fecerat,
ſacerdotes illius mancipauerint. Propterea autē Gallorum
gentis homines effœminātur:vt qui vrbē Romanā cœperant,
hac feriantur ignominia. Iſtiuſmodi idolatria erat in Iſraël
colētib. maximé fœminis Beelphegor ob obſcœni magnitu-
dinē, quē nos Priapũ poſſumus appellare. Vnde & Aſa ab-
tulit excelſa de populo,& huiuſcemodi ſacerdotes,& matrē
de auguſto depoſuit imperio,ſicut Scriptura teſtatur,dicens:
Et fecit Aſa rectus ante conſpectum Dñi,ſicut Dauid pater
eius:& abſtulit effœminatos de terra, purgauitque oēs ſor-
dē idolorũ, quæ fecerāt patres eius. Inſuper & Maachā ma-
trē ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi,& in luco
eius,quē cōſecrauerat:ſubuertitq; ſpecũ eius, & cōfregit ſi-
mulachrũ turpiſſimũ,& cōbuſſit in torrēte Cedron, *Et populus
nō intelligens, vapulabit*. Trifariā poſſunt hæc verba intelligi.
Primo, ironicô, aut interrogatiuè. Et in hunc modũ legit &
expendit Paraphraſtes Chaldaicus. Ita n. inquit, *Et populus ge-
nerationis, qui non intellexit legem, nonne colliderur?* In quem mo-
dũ ſi expendas,videtur ſignificare,exemplo,& cōſuetudine ma-
iorum,plebem ad patranda hæc peccata fuiſſe inductā: non
tamen propterea à ſupplicio infligendo omnino eximendā.
Secundò, pōt hic locus affirmatiuè legi,in hunc modum, *Po-
pulus intelligens*, ablata negatione *nō*. ita legit Theophylactus.
Habet enim pro, *populus non intelligens vapulabit*, ſic, *populuſque
intelligens complicabatur cum ſcorto.* Vocat autem Theophyla-
ctus populum intelligentem duas tribus, & regnum Iuda.

*Cynedi vocātur Galli gallinacei Cibeli deorum matri ſacri.*

*Beelphegor .i. Deus verēdorũ.*

*Locus vergit ad Duces cæcos, qui ſecum in foueas errorũ inextricabiles duxerũt populum.*





qui exiſtimari,habere Dei cognitionē,vt qui in Ieroſolymis
vrbe Dei regnarent, Aſtartes idolo ſacrificabant,ſeu Vene-
ri. Hanc enim ſcortum nominauerunt. Etenim imago eius
nuda ſtabat,ipſo ſuo ſpectaculo,vel intuitu fornicationē,&
abominationem ſpirans. Excitauit autem Aſtartæ ſimula-
crum Salomō,vxori ſuæ gratũ faciēs. Exiſtimat itaq; Theo-
phylactus, hactenus cōmemorata de decē Tribubus eſſe di-
cta, quæ & Iſraël nominabātur, hæc verò, *populuſque intelligēs*,
ſolũ ad alias duas tribus Iuda referēda. Neſcio ſane, quod
habuit exēplar Theophylactus, vir ſingularis īgenio, & ſpe-
ctabili eruditione, & quē ego magnopere ſuſcipio, vbi abſq;
negatione inuenerit, *populuſque intelligēs*. Ego enim in omnib.
exēplaribus quotquot potui inuenire,inueni autē nō pauca
appoſita negatione lego in hunc modum, *populus nō intelligēs*
quā trāſlationem amplectendā eſſe certum eſt. Locumq; ſic
diſpungemus: *Populus non intelligens*. Quid non intellexit, aut
non intelligit? Optimè Interlinearis, Deum inquit, vel pec-
catum ſuum, cum quo conſentit Haymo. Ita etiā expendit
Dionyſius. Addidit autē his nonnihil, dicens, *Populus non in-
telligens*. i. populus Iſraël ſua peccata non recognoſcens, nec
ſcientiā Dei habens, idcircò nec pœnitens. Sed qũo hic po-
pulus dicitur non intelligens? Bene reſpondent Rupertus,
& Lyranus, quia intelligere noluit. Non ergo excuſatio eſt:
ſed accuſatio contemptus, qui ſcire recuſabant, & intellige-
re nolebant, ſicut Pſal. ait, Noluì intelligere, vt bene ageret. *Pſal. 35.*
*Vapulabit*. Significat, vt inquit D. Hieron. quem fere omnes
ſequuntur expoſitores, vno dempto Theophylacto, quod va-
pulet in captiuitate, & diuerſis afficiatur plagis; vt per dolo-
rem recipiat diſciplinam.

## *Ad inſtituendos mores.*

NON *viſitabo ſuper filias veſtras*. Cur, Dñe, non
viſitabis ſuper has fœminas? Reſpondeat
pro te D. Hieron. Quia tantus eſt, inquit, nu-
merus fornicatorum Iſraël: vt ceſſet vltio,
deſperans emēdationem. Quoties ergo vi-
deris, in regno, vel Republica non puniri
malefactores, fortaſſis Deus excæcat oculos iudicum ob
multitudinem patrantium crimina. Quemadmodum medi-
cus deſperans ſalutem infirmi, ꝙ multis vulneribus ſit con-
foſſus, negligit apponere medicamina, dicens, Auferte iſta
hinc, nō enim proderunt, quia his viuere nō poteſt, Sic Deus

*Simile.*

*Actũ eſt de anima quam dominus non viſitat.*

cum cernit Rẽpublicam multis peccatoribus refertam, ve-
luti infirmum iam iam agentem animam, & moriturum re-
linquit, & remedia adhibere negligit, & permittit, vt eius mi-
*Simile.* niſtri, puta iudices auferãt ſupplicia, & pœnarũ varia gene-
ra, quibus Reipublicæ vulnera curantur. Et quemadmodũ
vineæ laborem impendere negligis, ſi ſepes, & maceria hinc
inde eſt deſtructa, atque hac, & illac feris patet aditus ad il-
lam vaſtandã, quod nullum fructum percipiendũ ſperas, in
eundẽ modũ Deus ciuitatẽ, q̃ nõ eſt aliud, q̃ vinea eius, ca-
nens vallũ, & foſſam legũ mille partib. dirutã, quib. peccat-
*Iſa. 2.* intrant, cunctaq; perdunt, non ſecus ac rẽ indignã cura de-
ſpicit, & cõtemnit. Væ gẽti peccatrici, ait Deus, populo gra-
ui iniquitate, ſemini nequã, filiis ſceleratis. Super quo per-
tiam vos vltra, addẽtes præuaricationẽ? Quid eſt, ſuper quo
percutiam vos vltra, niſi non inuenio, quam plagis veſtris
adhibere poſſim medicinam? Ita mẽbra veſtra vndique vul-
neribus ſunt plena, vt nullam corporis partem, quæ non
ſit ante percuſſa, reperiam. Quid ergo reſtat Dñe, ſi de ſalute
huius populi deſperas? Deſerã illum, nõ viſitabo eum, ſed ſi-
nam eũ ambulare ſecundum deſideria cordis ſui. Quod
*Pſal. 80.* egregiè inquit D. Hieron. in hunc locum, gradis offenſæ eſt
poſtquam peccaueris, iram Domini non mereri. Eſt in Pſal-
*Ezec. 16.* mo, Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt
adinuentionibus ſuis. Et apud Ezechielem, Zelus meus re-
cedet à te, & non iraſcar tibi amplius. Conſiderans Regius
Pſaltes, grandem offenſam Dei eſſe, ab eo non viſitari, ſum-
*Pſal. 79.* mis precibus ab illo impetrare contendit, vt viſitet populũ
*Silueſcit* Iſraël. Viſita, inquit, Dñe vineam iſtam, exterminauit eam
*vitis niſi* aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Quid eſt
*puteturita* viſita vineam iſtam, niſi noli nos derelinquere, quod imun-
*& homo,* da peccata, & atrocia in ea committantur? Hinc inter cæ-
*corũ autẽ* tera animantia aprum, qui immundus eſt, & ſingularẽ ferum
*qui peccãt* qui crudelis eſt, diuinis oculis obiicit. Vt quid deſtruxiſti
*puntio diui* maceriam eius. i. deſtrui permittis ſepẽ legum, qua erat cir-
*ni habet* cumuallata? Viſita, precor, puniẽdo delicta, excita iudices ad
*ſcopũ ſalu* ſumendam vindictam de maleactis, trade manibus gubernatorum
*tem, Cle-* natorum putatorios gladios, de quib. inquit Apoſtolus, Non
*mens Ale* ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in
*xand. Pe-* iram ei, qui malum agit, vt aridos palmites tollat è vinea
*dag. lib. 1.* tua, ne cum viderint tui oculi diuini eam multis palmitibus
*cap. 8.* plenam ferentibus botros amariſſimos, de quibus ait Moy-
*Rom. 13.* ſes, De vinea Sodomorũ vinea eorum, & de ſuburbanis Go-
mo-



morrhæ, vua eorum vua fellis, & botri amariſſimi. Fel draco-
num vinum eorũ, & venenum aſpidũ inſanabile, dicas, *Non
viſitabo ſuper filias veſtras.* Audiant hoc iudices, quorũ intereſt,
delinquentes punire, & caueant, ne eorum culpa Dñs relin-
quat vineã, quã ipſi ſuſceperũt gubernãdã, ne ſepis deſtrua-
tur legũ humanarũ; & diuinarũ. Quemadmodũ ſeleucides a- *Simile.*
ues vocãtur, quarum aduẽtum ab Ioue precibus impetrant
Caſi montis incolæ, fruges eorũ locuſtis vaſtantibus, atque *Aequ. Iu-*
ſi huiuſmodi aues locuſtas nõ trucidarent, & à frugib. arce- *dex i Deo*
rent, & abigerent, Reſpublica deperiret, In eundem modum *ſuper ciui*
debemus preces pias ad Deũ fundere: vt iudices non ſegnes *tatẽ muros*
& oſcitantes donet Reipublicæ, ſed vigiles, & ſtrenuos qui *conſtitui-*
peccatores ſeuerè puniãt, & à Republica longè relegent, ne *tur.*
Deus eã viſitare contẽnat. Et quemadmodum ciconiæ ædiũ *Simile.*
faſtigia, & acroteria inhabitantes, inde ſerpentes contẽplan-
tur, atque vbicunque eas viderint, impetunt, acriterq;, & aſſi-
duè cõtra eas dimicant, Ita optimi iudicis eſt munus, longè
ſceleratos homines à ciuitate ſubmouere. Quadrat obſer-
uatio in Euãgeliũ pro Septuag. in hæc verba, Conducere
operarios in vinea ſuã. Quid iſti operarij facturi ſunt in vi-
nea tua? Agnoſcat quiſq; operarius, quid muneri eius incũ-
bat, & id operis impẽdat. Si iudex eſt, abigat apros immũdos
i. peccatores vaſtãtes vineam, veneturq;, vt ſuſpendat, ſi cri-
mina exigunt, vallũ, hoc eſt, leges dirimi, & deſtrui nõ per-
mittat, qua viderit in ſepe foramẽ, occludat, ne ob eius ne-
gligẽtiam Dñs vidẽs vndiq;, & ſepẽ, & vineã vaſtatã, dicat,
*Non viſitabo ſuper filias,* &c. Secundò, *Non viſitabo.* Diſce ex
hoc loco, peccatorẽ à Deo nõ viſitari, ingẽs eſſe diuinæ re℗-
bationis indicium. Cõtra verò *viſitari,* plerunq; eſſe prædica-
tionis argumẽtum. Apud Ieremiã inquit Deus plaga inimi- *Ierem. 30.*
ci pcuſſi te, caſtigatione crudeli, inſanabilis eſt dolor tuus.
Solet Deus, percutere peccatores, tãquã amicus, & tanquam
pater, ſolet etiã percutere, tãquã inimicus. Tunc percutit, vt
amicus, quando in hac vita flagellat, & viſitat, non quidem
ad mortẽ: ſed ad correctionẽ. Corripe me Dñe, inquit Iere- *Ierem. 10.*
mias, verumtamẽ in iudicio, & nõ in furore tuo, ne forte ad
nihilum redigas me. Et Regius Pſaltes, Domine ne in furo- *Pſal. 6.*
re tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Quid eſt, ne
in furore tuo arguas me, niſi nõ percutias me, tanquã hoſtis
flagella, vt pater? Quid, niſi illud Ieremiæ dictũ, Caſtigo te *Ierem. 30.*
in iudicio, vt nõ tibi videaris innoxius, nõ autẽ te faciam in
conſummationem? Tunc verò percutit, vt hoſtis, quando nõ
hic

hic viſitat,ſed differt,in æterna percuſſurus vita,quæ potius
*Heb. 11.* mors,eaque acerbiſſima,dicenda eſt. Quod ſi extra diſcipli-
nam eſtis,ergo adulteri,& non filij eſtis, inquit Apoſtolus.
*Cant. 6.* Deſcendi,etiã,inquit,in hortũ nucum,cœleſtis Sponſus,vt
comederẽ poma cõualliũ.O arcanũ,nimiſq; retruſũ loquen-
di modũ.Cur,Sponſe,hortũ hunc,pura Eccleſiã,potius vo-
*Firmiter* cas nucũ,quã pomorum,cũ in ea nõ minus mali ſint fertilia
*dũ caderis* poma,quam nuces? Opinor reſpondebis, Obſeruate naturã
*quaſi in-* pomorum,& nucum quidque inter ea ſit diſcriminis,& quid
*cus ſtat.* voluerim ſignificare,percipietis.Certum eſt ,nucis fructum
*Generoſi* nequaquam percipi poſſe.niſi virga,aut lapidibus arbor ipſa
*eſt Athle-* imperatur:ſecus autẽ malus reddit poma:quæ manu,& leui-
*tæ cedi &* ter ſunt colligẽda,alioquin ſi vel leuiter percuſſeris,ſtatim
*vincere,* putrent,& aſſeruari non poſſunt.Sunt quidẽ viri iuſti iacta-
*maximè* ti calamitatibus,& inſtar nucum,lapidari,& virgis concuſſi
*vero pro-* multarum,vt ita loquar tribulationum:non tamen propter
*pter Deũ* ea facile franguntur,quinimo intra amaritudinem illam pu-
*patienda* taminis externam ſuauiſſimum habent reconditum nucleum
*ſunt om-* patientiæ,charitatis,modeſtiæ,&c.Quæ arbores adeo placent
*nia no-* Sponſo,vt earum dicat eſſe hortum,non autem pomorum,
*bis vt ipſe* id eſt,hominum,qui molliter tractandi ſunt, quos ſi vel le-
*nos patia-* uiſſimo ictu tetigeris,cibũ inuenies putrẽ,& inſuauẽ. Ama-
*tur.* tunt enim patiẽtiæ uitorẽ,ita tabeſcunt,deniq; indigni ſunt
ꝙ ab ipſis nomen imponatur horto Eccleſiæ,cum à conſor-
tio iuſtorum ſint relegandi.Ideo bene inquit Sponſus,vt vi-
derem poma,non tangerem.Si enim vel manu molliſſimè te-
tigiſſem,actum eſſet de illis.Quoties ergo videris,peccatores
diuitiis affluere,iactare ſe potentia,ſanitate gaudere,delecta-
ri coniuge, corona circundari liberum,deniq; & implere il-
lud,quod ſcriptum eſt,In labore hominum non ſunt,& cum
hominibus non flagellabuntur,dicito,eum non eſſe durum
nucem:ſed molle pomum Eccleſiæ,atque in illo commina-
*Pſal. 27.* tionem prophetæ eſſe completam. *Non viſitabo ſuper filias ve-*
*ſtras,cum fuerint fornicatæ,&c.* Quadrat obſeruatio in multa E-
uangelia.Primò in Reſurrectionem,in hæc verba,Nonne o-
portebat,Chriſtũ pati?Igitur ſi filius Dei patitur, cur & nos
pati formidabimus?Cupimus ne,in eorũ numero ſcribi,de
quibus inquit Dñs, *Non viſitabo ſuper filias veſtras, &c.* Abſit
hoc.Tũc enim plaga inimici nos percuteret,poma eſſemus,
non nuces.Quadrat in Euangeliũ de Omnib. ſanctis,in hæc
verba,Beati,q perſecutionem patiuntur.Cur beati? Quia a-
mici plaga tunc eos percutit Deus,nõ plaga inimici,& nõ



de illis ſunt,quibus comminatur,Deus, *Non viſitabo ſuper fi-* *Simile.*
*lias veſtras*,&c.Iniqui enim ſimiles ſunt herbæ à poëta Home *Homerus*
ro,Odyſſeæ decimo.dictæ Moly,quam ait radicem quidem *Odyſſeæ*
habere nigram:ſed florem lacteum,In eundem modum ini- *K. Moly*
qui,licet,dum in ſæculo viuunt, ſecundis ventis videantur *herbam à*
nauigare, eos exitus manet miſerandus. Cum enim ha- *Mi rcurio*
beant animã in terrã radicatam,quid ab ea conſequetur,niſi *Vlyſſi da-*
luctum,atq; pœnarum inferni nigrorem ? Demum quadrat *tã tãquã*
hæc obſeruatio in omnia Euangelia,in quibus calamitatũ, *amuletũ*
& pœnarum mentio fit aliorumque incommodorum, quę *præſentiſ-*
homini obtingere ſolent. *ſimũ ad-*
Tertiò,*Non viſitabo.*Si viſitatio, vt placet D. Hieronymo, *uerſus om-*
quaſi vulneratorum & languentium eſt,Vbi ergo non eſt in- *nia vene-*
firmitas,neque languor,non eſt,cur iudices,aut prælati viſi- *ficia inuẽ-*
tant,id eſt,puniunt.Egregiè punitionẽ vocat viſitationẽ, tũ: *tu diffici-*
vt doceat,quomodo procedendũ ſit ad puniendũ.Prius enim *limam di-*
eſt videndum,an verum ſit,quod de delinquente circunfer- *cit eſt &*
tur.Deſcendam;inquit Deus,& videbo,vtrum clamorem o- *apud Pli-*
pere compleuerint;ne tu facile rumoribus fidas:tum,vt do- *nium*
ceat iudicem medicum agere, qui vtique non ſanos viſitat: *li. 25. c. 4.*
ſed ægrotos.Nõ opus eſt valentibus medicus, ſed male ha-
bentibus,ait Chriſtus.Nõ ergo eſt,cur viros pios,qui nullo *Gene. 19.*
morbo laborant,viſitet,infirmos quærat.Sed proh dolor,nõ *Matt. 9.*
nulli ſunt,qui relictis ægrotis,ſanos viſitant.Quis id æquo
animo ferre queat?Quid tu diceres,ſi cum recte valeas,vide
res domũ tuã medicum ingredi,petere brachium ad inſciſio *Simile.*
nẽ venarum,ſirupum amarum condire,vt bibas?Nónne bra
chium negares,& potionem medicam ſtomachabundus ef-
funderes in terram,dicens,Ego non egeo medicamine iſto,
ſanus ſum,ægrotos quærito? Cur patiar,affici guttur amari-
tudine potionis?Vtinam iſtud animaduertant,qui pro nihi-
lo ducunt viſitare nulla infirmitate affectos, non attenden-
tes,quantum ſanis noceant. Nam quemadmodum ægrotis
prodeſt medicina,Ita ſanis illa non parũ nocumenti adfert.
Quid mirantur iudices,& prælati,cum audiunt,inſontes ob
murmurare,conquæri,in cœlũ clamare gemebundos, ꝙ viſi
tentur,cũ viſitatione nõ egeant?Ad hæc,ecce quẽ ſcopũ de- *Simile.*
beant iudices,& prælati ante oculos habere,cũ viſitant,ſa-
nitatẽ nẽpe ægroto reſtituere,non ſe ipſos vindicare. Quid
enim aliud quærit medicus pharmaco,quam ſalutem? Velit
nolit prælatus, medicus eſt,non carnifex.Quòd ſi deſæuit,
carnifex,timeat rationẽ redditurus,ꝙ nõ viſitet,vt medicus
ſed

ſed cruciet, vt tortor. Præterea, dũ viſitat, caueat, ne acriorem adhibeat medicinã, quam infirmitas poſtulat. Quòd ſi ſecus fecerit, audiat, quid Dominus dicat, Ira magna ego iraſcor ſuper Gentes opulentas: quia ego iratus ſum parum, ipſi vero adiuuerunt in malũ. Quadrant hęc in feſtum ſancti Mat. in citata verba Chriſti, Non opus eſt valentibus Medicus. Viſitas ergo Domine ægrotos, vt ſanitatem reddas, non vt torqueas. Id enim munus medici eſt.

*Zach. 1.*

Quartò. *Quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur.* Peccant filij, & ad parentes conuertit ſermonem; & ſupplicium. Cur hoc? Quia debent parentes filios corripere. Si genuerit, inquit Deus, homo filium contumacem, & ꝓter vnũ, qui non audierit patris, ac matris imperiũ, & coercitus obedire contẽpſerit, &c. Ecce quod debet eſſe parẽtum munus, in officio cõtinere filios, & à peccato coercere. Sic ſanctus Tobias filiũ ſuum coercebat. Dicebat enim illi, Omnibus dieb. vitæ tuæ in mente habeto Deũ: & caue, ne aliquãdo peccato conſentias, & prætermittas præcepta Dñi Dei noſtri. Sic & Sara cũ vidiſſet filiũ Agar ludentem cum Iſaac, non permiſit cum eo verſari, quippe qui iniquus erat; ſed ait Abrahamo, Eiice ancillã, & filium eius. Nefcio ſane, quibus laudibus efferam Lacedæmoniorum leges, quæ pro delictis filiorũ ipſos parentes puniebant. Hinc cũ duo fratres inter ſe diſſidium haberent, mulctã dixere patri, ꝙ filiorũ diſcordiã diſſimulaſſet, & nõ ꝓuiderat, ne quid inter eos oriretur ſimultatis. Quemadmodũ formæ vertimus imaginis imperfectionem, cum excudimus, dicimuſque vitio formæ, ſiue exemplaris imaginẽ è prælo prodiiſſe informem, Sic & parentes reprehendendi ſunt, quoties filij non ingenuos imbibunt mores, debent enim eſſe exactum exemplar, ad formandos filiorum mores. Quadrat obſeruatio in Euangelium feriæ 5 poſt. 1. Dominicam Quadrageſimæ, in hæc verba, Miſerere mei Domine, filia mea male à dæmonio vexatur. Quid eſt hoc mulier? Tibi petis miſericordiam? Pete potius filiæ, ea enim eſt à dæmonio vexata, non tu. Dic ergo potius, Miſerere filiæ meæ, quam mei. Sed optime oras, fortaſſis enim agnoſcis tua culpa filiam à diabolo ſurreptam, quippe quæ te iniquum exemplar exhibueris ad formandos filiæ mores, eamque bene inſtituere neglexeris.

*Deut. 21*
*Tob. 4.*
*Gen. 21.*
*Quātus ſit parentum culpa qui, vel malo exemplo vel male filios educarunt declarant Eccl. verba. 41. De patre impio querantur filij quoniam propter illum ſunt in opprobrio.*

Quintò. *Ipſi cum meretricibus conuerſabantur.* Cur non ait, cum meretricibus coiſſe, ſed ſolum conuerſari, cũ re vera coierunt cũ meretricibus? Vt doceat, quanta honeſtate in reb. turpib. nominandis



nominandis vti debeamus. Tunc enim, ſi neceſſitas cogit mentem aperire, melius eſt, vti circuitione verborum, quam obſcœnis exprimere vocibus. Fornicatio, & omnis immunditia, ait Apoſtolus, neq; nominetur in vobis, ſicut decet ſãctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rẽ nõ pertinet. Bene inquit, Sicut decet ſanctos, nã viri iuſti nõ ſolum in turpes actiones incũbere, verum & turpia nominare erubent, hominem vero peccatorem ex ipſis verbis deprehendes, quorũ ora nõ ſunt aliud, quàm cloaca turpiſſima, & fœdiſſima, ſtercore plena. Audiant iſti Scripturam ſacram vtentẽ circũloquiis, quoties de rebus minus honeſtis incidit ſermo: vt à verbis turpibus abſtineant. Nam ad explicandum venereum coitum, ecce, quibus vtitur verbis, Cognouit Adam vxorem ſuam. Ad ſignificandum lotium vtitur aqua pedum, pro exonerare ventrem, ait, pedes tegere. Cur ergo hac verborum honeſtate non explicabimus mentis conceptionem, cum locuturi ſumus? Dixerat Diogenes audiens adoleſcentẽ honeſta ſpecie verbis parum honeſtis vtentem. Non te pudet, qui ex eburnea vagina plumbeum educas gladium. Ebur olim in ſummo erat pretio. Quid pretioſus animo, qui corpore regitur? Cur ergo is obſcœnus, & non candidus relucebit in oratione honeſta, & pudica? Quadrat obſeruatio in Euangelium ſabbathi poſt 2. Dom. Quadrageſimæ, in hæc verba, Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxuriosè. O ſacer Euangeliſta, cur tam paucis verbis explicas animum adoleſcentis effrænem ad explendam libidinẽ? Cur omnes actiones turpes, quibus ſe ingurgitauerat, tanta verborũ honeſtate cõprehẽdis? Expẽde ſcorta, venereos amplexus, oſcula, aliaq; turpia, qbus ſe dederat is adoleſcens. Pudenda illa ſunt, cur & fari nõ pudebit? Quadrat & in Euangelium de Annun. in hæc verba, Quæ cũ audiſſet, turbata eſt in ſermone eius. Quid audiſti ſacerrima virgo, ꝙ ſic turbaris? Num aliquod verbum impudicum, aut obſcœnum? Sed abſit. Angelus enim eſt, non homo, qui tecum loquitur.

*Epheſ. 5.*
*Verba parũ honeſta ſunt per periphraſim inuoluenda ne pudicas aures offendant.*
*Gene. 4.*

Sextò. *Cum meretricibus conuerſabantur.* Iudicant nonnulli, non eſſe crimen, confabulationes texere cum meretricibus. Audiant iſti, Iudæos ob conuerſationẽ meretricum acriter obiurgari, & reprehẽdi, nec ab re. Quid enim ex huiuſmodi colloquiis poteſt oriri, niſi caſtitatis incendium? Quemadmodũ ſi quis ſuffiet ſcintillã ignis poſitam inter ligna arida, & ſtupam, ignem excitat ingentem, Sic confabulatio meretricũ, ne dicam omnium fere mulierũ, flatus eſt efficaciſſimus ad accenden-

*Conſortio muliebri via aperitur ad nefarias voluptates.*
*Simile.*

accendendum ignem voluptatis venereç in humano pectore. Quid enim corda hominum aliud ſunt, quam ligna ſicca vehementer, vt exardeant in libidinem? Colloquium mulieris alienæ, ait Sapiens, quaſi ignis exardeſcit. Sed dic ſodes, quanto potentior erit conuerſatio meretricis ad comburendum animum? Si ſancti patres, ac maximè D. Hieron. fœminarũ interdicunt etiã pudicarũ colloquia, quanto magis interdicẽt meretricũ? Omnes puellas, inquit Nepotiano, & virgines Chriſti, aut ęqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne ſub eodem tecto manſites: nec in præterita caſtitate confidas, nec ſanctior Dauid, nec Salomone potes eſſe ſapientior. Memento ſemper, ꝙ paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. Sed dices, Securus cũ meretrice confabulaturus accedo nihil. n. prę́ter verba ab illa accipiã, aut dabo. O hominis ingentem cæcitatem. An ignoras, inter alia caſtitatis impedimenta connumerari à D. Thoma colloquia & frequentem conuerſationem mulierum? Vis ſcire, quę mater genuerit turpiloquium? Dicat tibi Diuus Iſidorus, Luxuria, inquit, mater eſt turpiloquij. Ecce ex cuius brachiis verba, quæ meretrici dicis, accepiſti. Hinc Sapiẽs ait de meretrice, Irretiuit iuuenem ſermonibus ſuis. Video viros, quos maiorum ſplendore iactat mundus, adire meretricum domos, ſolum confabulationis gratia, eáſque ad coitum, velut ſtercus contemnere, dicentes, ex ea arbore non fructum obſcœni coitus, ſed folia tãtum ſe colligere velle. Ac ſi ratione hac à peccato lethali ſe eximant. Non iſti attendunt, ingentem occaſionem præbere meretrici, vt in libidinem exardeſcat, eſto ipſi in portu videantur nauigare. Nam quemadmodum ferramentum excuſſorium, licet frigidum ſit, percutiens ſilicem, inde extrahit ignem. In eundem modum quamuis homo frigidus, imo frigidior ipſo ferro, nullumq́ue in ſe ſentiens ardorem libidinis, accedat ad confabulãdum cum meretrice, eius verba nõ ſunt aliud, quàm ictus impetẽtes cor impudicę fœminæ, indeque ſcintillas turpis ardoris educentes, quibus miſera meretrix tota exuritur. Vides, quantum nocumenti inferat mulieri colloquium tuum? Fuge igitur huiuſmodi confabulationes, ne ſis aliis occaſio ruinæ. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dñicæ Reſurrectionis, in hæc verba. Viderunt iuuenem ſedentem in dextris coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt. Cur obſtupeſcitis ſanctæ fœminæ? Num timetis, conuerſari cum iuuene, quem videtis ſedere, quaſi expectet, vt vobiſcum colloquia commiſceat? Sed quid inde pu[illegible]

[illegible]

Eccle. 9.

*Amor atque concupiſcẽtia incitamentibus hominũ exardeſcit ſpecie & colloquio mulieris, vnde factum eſt vt multi perierint.*

*Prou.*

*Mulier nec alios videre nec videri debet.*



fœminæ? Quanto magis timeretis, ſi is iuuenis eſſet impudicus & procax? Quadrat & in Euangelium feriæ. 5. poſt 1. Dominicam Quadra. in hæc verba. Quæ non reſpondit ei verbum. Cur non reſpondes Domine? Eſt ne, vt doceas nos mulierum fugere confabulationes?

¶ *Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem* Iuda: *& nolite ingredi in Galgala, & ne aſcenderitis in Bethauen, neque iuraueritis, Viuit Dominus.*

¶ Non diſplicet, quod Lyranus obſeruat, videlicet vocem Si, poni pro *quia*: licet mihi magis arridet, poni pro *cum*. In quem modum nonnunquam vſurpatur in ſacris literis. Vt in Eccleſiaſte, Si dormierint duo fouebunt ſe mutuo. *Si* poſuit Ecc. 4.
pro *tam fornicaris*. Certum eſt, de idololatria id dici, & maximè de cultu, quem impendebãt decẽ trib. eas enim vocat Iſrael, vitulis quos erexerat impius Ieroboam. *Non delinquat ſaltem Iuda.* Per Iudam duas intelligit tribus Beniamin, & ſacerdotalem, id eſt, Leuiticam cum eadem tribu coniunctas. Has exhortatur, ne imitentur Iſraelem, apud quẽ eo inſaniæ ventum eſt, vt quicunq; impleret manum, vel ſuam, vel regis offerendo, & dando ei munera: ſacerdotes fieret excelſorum. Merito autem magis Iudam exhortatur, quàm Iſraelem, ne ſe cõtaminet idololatriæ ſcelere: quoniam Iudam pluribus ſibi Deus vincierat beneficiis, quippe q ſanctũ tẽplũ Ieruſalẽ poſſidebant, eiúſque exercebant cæremonias, & habebant ex lege Leuitas. Nõ autem ab re deterret ab idololatria Iudam. Agnouit enim, quanto in periculo verſentur, quod cum impiis idololatris haberent familiaritatem, & conſortium amicitiæ. Omnibus enim compertum eſt, quantũ habeat roboris malorum ſocietas, vt viros etiã probos ad iniquitatẽ ipſorũ alliciat ſectandam. Quaſi ergo ingens periculum immineat Iudæ amplectendi exemplum idololatriæ Iſraelis ob neceſſitudinem, qua cum eodem erat coniunctus, & amicitiam, dehortatur, in hunc modum dicens, *Non delinquat ſaltem Iuda.* Explicuit hoc per quam eleganter vtens hoc verbo, *delinquat*, pro quo Hebraicè eſt *Aſſam*, quod de ea culpa dici ſolet, quæ ab alio profecta, in alium etiã permanauit, vt ſi quis alteri, vt peccet, cauſa ſit, de vtroque *Aſſam* dicatur: vt Iſaac à rege Geraræ obiurgatus audiuit. Quare impoſuiſti nobis? Potuit coire quiſpiã de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos grande *Aſſam*, id eſt, peccatum. Et illud clarius, Si ſacerdos, qui vnctus eſt, peccauerit, delinquere faciẽs populũ. Quo in loco ꝓ peccauerit, vox, *Aſſam*

*Si claudo vicinus ambulaueris & ipſe claudus ambulare diſces Plu. de li. educat.*

*Gene. 26.*

eſt. *Et nolite ingredi in Galgala.* Locus erat *Galgala* inſign
ob innumerata beneficia, quæ ibi in Iudęos contulerat D
Nam D. Hier. Theophylactus, Theodoretus, Haymo, Ly
nus, ac multi alij recentiores multa cõierunt quæ hanc
*Ioſu. 5.* tatem illuſtrem reddunt. Primo in ea Saul vnctus eſt in
gem. Secundo in ea exiens populus, de deſerto, prim
ſtramentatus, ſecunda circuncisione purgatus eſt. Terti
*Ioſu. 4.* hac eadem Ioſue duodecim lapides repoſuit, quos h
dio Iordanis alueo accipiendos iuſſerat Dominus, vt b
cij accepti eſſent monumentum, atque per hos lapide
ſteri noſcerent, vt ſiccato alueo Iudæi flumen trãſiſſet. Q
to, in ea etiã tabernaculum Domini fuit poſitũ poſt in
ſum terræ ſanctæ. Maximè autẽ ingrati animi ſignũ eſt,
bem illam, in qua tanta diuinæ benignitatis monumen
cepiſſent, impietatis factam eſſe metropolim. Interdic
que Iudę, cum qua modo loquitur Dominus non ſolum
tum idolorũ: verũ & ingreſſum ad locũ, vbi idololatrię p
catũ patrabatur, ꝙ maxima obſeruatione dignũ eſt. *Et n*
*Ioſ. 18.* *ſcenderis in Bethauen.* Erat *Bethauen*, quæ olim primum dicta
Luza, deinde Bethel, in ſorte Beniaminiæ trib. ſita à qua
rũ diſtaba, * Galgala. Ait itaq; *Ne aſcenderis in Bethauen*, q
niam ibi eius loci incolæ erectum à Ieroboam vitulum
rabant in honorem Dñi. Cùm ergo is locus prius dice
* Bethel, ꝙ Dñus ibi apparuit Iacob, id eſt, domus Dei
aliud illi nomẽ imponit, puta *Bethauen*, quæ vox ex duab
poſita eſt, nẽpe ex *Beth*, quæ domũ ſignificat, *&* *auen*, qu
ſignificet, nõ omnino certum eſt apud expoſitores D. H
reiecta explanatione ei voci à Septuaginta adhibita, cu
cõſentit Theodoretus, *auen* dicunt, ſignificare idolum,
*Bethauen* idẽ ſonat, ꝙ domus idoli. Alij *auen* dicunt ſignif
iniquitatẽ, ſecuti Theodotionẽ. Alij ſecuti Theodotion
Alij ſecuti Aquilã, & Symmachum, dicunt, ſignificare i
lẽ. Thophylactus ꝓ *auen* habet iniuſtitiã. Sunt, qui dicã
ſignificare rem vanam. Igitur, vt omnia vno verbo
plectamur, * *Bethauen* idem eſt, quòd domus idoli,
domus iniquitatis, ſiue domus inutilis, ſiue domus ini
tiæ, vel domus vanitatis. Quæ omnia, licet voce diff
eandem tamen hic rem ſignificãt. Idolum enim appell
iniquitas, iniuſtitia, vanitas, res inutilis. *Neque iurauerit*
*uit Dominus.* Theophylactus bifariã ait, hæc verba poſſ
ſpungi. Primo ſic. Non oportet vos, per verum Deum
tes, in domum idolorũ aſcendere. Quod & D. Pau. ait. N
t

**Galgala locus religioſus ac ſacer Iudæis.*
**Hic Ieroboã collocauit Idolũ Aegypti ſcilicet Apin: erat enim vitulus vo*
*luitque eũ locũ eſſe in uen Iſrael ſanctiſsimum.*
**Bethauẽ id eſt, domus iniquitatis.*



ſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Se-
cundo ꝙ Iudæi ipſum idolum viuentem Dominum iura-
bant, ac ſi prohibeat eum honorẽ idolo deferre. Amplectun-
tur hanc ſecundam explanationẽ Lyranus, ac nonnulli re-
centiores. Cæterum prior germanior videtur, quã adhibent
D. Hier. & cæteri expoſitores. Nam cum iuramentum, vt in-
quit egregie D. Tho. ſit actus religionis, ſeu latriæ, iſq; ho- *2. 2. q. 89.*
norabiliſſimus, merito prohibentur iurare in nomine Domi *ar. 4. c.*
ni, qui cultores idolorum extiterant, & laudibus dæmonum
os pollutum habebant. Nõ enim eſt ſpecioſa laus in ore pec *Eccle. 15.*
catoris. Nã prohibuerat Dominus in lege, ne iurarent Iudæi
per nomina idolorum per nomẽ ſuum iurare concedens. V- *Exod. 23.*
nuſquiſq; enim per quẽ iurat, aut amat, aut veneratur. Vnde
ne idola diligerent, aut venerarẽtur, prohibiti ſunt per no-
mina idolorum iurare, ne forte, eorum facta mẽtione, illice-
rentur ad amorẽ & cultum eorum, ſed habentes nomen Dei
ſemper in ore, illum colerent, & adorarent. Verum quia ipſi
Iudæi iam, relicto Deo, colebant idola, prohibentur iurare.
*Viuit Dominus*, quo iuramento ſæpius eos vſos legimus. Vn-
de Elias iurat. Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto.

## *¶ Ad morum compoſitionem.*

SI *fornicaris tu Iſrael, nõ delinquat ſaltem Iuda.* Quid
nocumenti poſſunt tibi afferre delicta Iudæ,
aut quid tibi allatura eſt cõmodi fides inuio-
lata eius Domine Deus, quod tam anxiè hũc
populum adhortaris, ne delinquat imitan-
do peccatum Iſraelis? Nihil certè, ſed propterea cupis, Iu-
dam immunem eſſe à peccato, vt eius iuſtitia, & innocentia
protegat Iſraelem, ne ob eius peccatum funditus eum euer- *Iuſti pec-*
tas. Quid enim ſunt iuſti inter peccatores degentes, niſi for- *cantium*
tiſſimi clypei, quibus ſe tuentur peccatores? Quid niſi ſe tuẽ- *clypei.*
tur peccatores? Quid niſi murus ingẽs, ne traſeat ad iniquos
iratus? Quid niſi pignora magni pretij, quorũ recordatione
parcis iniquis? Collũ tuũ ſicut turris Dauid, mille clypei pẽ- *Cant. 4.*
dẽt ex ea, ait Spõſus. Quid hic collũ ſignificat, niſi ſanctos, vt
optimè inquit D. Anſel. Hi turris, id eſt, defenſio ſunt aliorũ
ad eos cõfugiẽtiũ. Atq; bene turris Dauid appellat, qm ver-
Dauid, nempe Chriſtus, in ſanctis habitat. Nonne inquit

N 2 Apoſto

Apoſtolus. Templum ſanctũ Dei viui eſtis vos Mille clypei,
2. Cor. 6. id eſt innumerati pendent ab his ſanctis quoniã ipſi defen-
dunt, peccatores, An non clypeus erat ſanctus Loth Sodomi-
Gen. 19. tis, quos quãdiu ſecũ habuerunt illũ, nõ eos cõbuſſit Deus.
Quemadmodum qui gladio, vel haſta quempiam percutere
intendit, expectat, donec aliquã corporis partẽ hoſtis dene-
gat, ne clypeo vulnera infligat, ſed ei, qui ſub clypeo ſe abſ-
condit, In eũdẽ modum De⁹, donec ſancti ſunt cum iniquis
*Simile* nõ percutiuntur à Deo, quòd ſi percutere decernit, prius ſan-
ctos ab eis ſeiungit, ne habeant parmas, quibus ſe protegãt.
Cogebãt, inquit Scriptura, Loth angeli exire de Sodoma, at-
que eo diſſimulãte, apprehenderunt manum eius, & eduxe-
rũt extra ciuitatẽ. Vides quo pacto muniti erant Sodomitæ,
nõ ſecus ac fortiſſimo clypeo, ſancto viro Loth? Obſerua e-
tiã, an fuerit ſcutum alterius ciuitatis. Nã cũ dixiſſet, Quæ-
Gen. 19. d ſo Domine, eſt ciuitas hic parua, ad quam poſſum confugere
& ſaluabor in ea, Dominus reſpondit. Ecce etiam in hoc ſu-
ſcepi preces tuas, & non ſubuertã vrbem, pro qua locutus
es. An non etiam ſanctus Moſes clypeus erat, ne perderet
Exo. 32. b Iſraelem, quando iratus ei dicebat, Dimitte me, vt iraſcatur
furor meus contra eos, & deleam eos? Cur etiam, putas, ſan-
ctum Ioſeph ductum in ægyptũ, niſi ne Deus perderet eos
fame ob ingentia peccata ibi patrata? Hinc punitus Dñs Iſ-
Ezec. 13. raelem, reprehendit eorum ſacerdotes, quòd non fuerit tanta
eorum integritas, vt inſtar muri defenderent populum Non
oppoſuiſtis, inquit murum pro domo Iſrael. Et Iſaias geme-
Iſai. 64. bundus ait Domino, Non eſt, Domine, qui inuocet nomen
tuũ qui cõſurgat, & teneat te. Cum itaque inquit, Deus, *Non*
*delinquat ſaltem Iuda*, propterea id exoptat, vt Iuda ſit clypeus
defendens Iſraelem, ne de eo vindictam ſumat. Quadrat ob-
ſeruatio in Euãgelium pro Paſſione Domini, in hæc verba,
Egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis. Quãdiu Ieroſolymis
fuit Chriſtus cum diſcipulis ſuis. vbi non eſt commiſſum tan-
tum facinus, quantũ eſt, tradere Chriſtũ: ſed poſteaquã ex-
ierat. Cur hoc? Quia præſentia ſanctorum non ſolum à pœ-
*Flectere* na malis infligenda liberat, verum & ne multa peccata cõ-
*diuinam* mittant, quæ committerent, ſi ſancti abeſſent. Quadrat & in
*vindictã* Euangelium pro feſto ſancti Lucæ, in hæc verba, In quãcun-
*poſſunt v-* que domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui.
*ri ſancti.* Cur Dñe pax erit domui, quam ingrediuntur ſancti? Quo-
niã quãuis Deus iratus ſit propter eius peccata, illis parcet.
Et quemadmodum ad ingreſſum Ioſeph benedixit domui
Ægypti



Ægypti, Ita domum hominis, quantũuis vitam agat Ægy-
ptiam, multiſque peccatis ſit irretitus, ſi ibi fuerint viri iuſti
omnia cedent in bonum eius, parcet Deus, & excitabit ad
pœnitentiam, &c,

*Non delinquat ſaltem Iuda.* Meritò hoc exoptat Deus. Cum
enim degim⁹ cũ iniquis præbentibus iniquitatis exẽpla ma- *Pſal. 36.*
xime nobis vigilandum eſt, ne ad eadem prolabamur. Hinc
Regius Pſaltes orat, Man⁹ peccatoris nõ moueat me. Quem-
admodũ velũ eo nauẽ defert quocunque ſpirauerit ventus, *Simile.*
Ita exemplũ prauæ actionis magnopere excitat homines, vt
illud imitentur. Quod enim nauigiis ſunt flatus, hoc animis
ſunt iniquitatis exemplaria. Et quemadmodũ Iacob virgas *Gen. 30.*
populeas virides decorticauit, quas dum cõtẽplabãtur oues
fœtas edebant varios, & maculoſos, In eũdem modum ho-
mines imitantur & inſequuntur exẽpla peccatorum, qui nõ
ſunt aliud, quã arbores infructuoſæ, ſimiles populis, nullum
fructum candidę actionis ferẽtes, ſicut & populi nullum e- *1. Reg. 31*
dunt fructum. Hęc exẽpla decorticant, vt iuxta eorum nor-
mã viuãt, quamuis ſuas animas interficiant. Arripuit Saul
gladium ſuum, & irruit ſuper eum. Quod cum vidiſſet armi *Pſal. 37.*
ger eius, irruit etiam ſuper gladium ſuum. Vides, quid effe-
cerit in homine prauũ exẽplum? Ita nos, ſi quiſpiã ludit, lude-
re volumus, ſi ſcortatur quis, ſcorta eius imitamur, ſi ſuper- *Prou. 3.*
bit ſuperbimus, &c. Quod aduertens Regius Pſaltes ait, No-
li æmulari malignantibus. Et Sapiẽs, Ne æmuleris hominem *3. Ioan.*
iniuſtũ, nec imiteris vias eius. Et diuus Ioannes, Chariſſime,
noli imitari malum, ſed quod iuſtũ eſt. Cõſpicis aliquẽ per-
mittere habenas iniquitati; Noli ſequi: ſed remiga. Imitare *Tob. 1.*
Tobiam quem impietatis exemplum cõmouere non potuit *Multitu-*
Cum irent inquit Scriptura, omnes ad vitulos aureos, quos *do erran-*
Ieroboam fecerat rex Iſrael, hic ſolus fugiebat conſortia o- *tium non*
mnium: & pergebat in Ieruſalem in templum Dñi, & ibi a- *patrocina-*
dorabat Dominum Deum Iſrael. Nullus igitur mihi obii- *tus errori.*
ciat, Cæteri hoc malum faciunt, cur ego ſolus renitar? quan- *Daniel. 1.*
do audit, ſolum Tobiam, omnibus impietatẽ cõmittentibus,
amplexum eſſe virtutẽ. Vis & aliud exẽplum? Num quia cæ-
teri pueri Iſrael polluti ſunt de menſa regis Babylonis, ſe-
cuti ſunt eos Daniel, Aananias, Miſael, & Azarias? Abſit, ſed
legumina præpoſuerunt cibis regiis, ne contaminarentur.
Quadrat obſeruatio in Euangelium Epiphaniæ Domini, in
hæc verba, Herodes rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma
cum illo. Ecce, quo pacto imitati ſunt regem, quamprimum

N 3 enim

enim viderunt regem turbatum, & omnes alij turbari [illegible] Quadrat & in ſabbathũ poſt 3. Dominicã Quadrag. in [illegible] verba, Vnus poſt vnum exibant. Ecce cum viderunt [illegible] diſcedẽrẽ à Chriſto, alij etiam diſcedebant O ſtulti Iud[illegible] eſſet melius, eſto vnus abeat, & Chriſtũ relinquat, reliq[illegible] omnes prouolui ad pedes Chriſti, petere ab eo miſeric[illegible] illũq; non deſerere? Erat ſanè multo melius, ſed hom[illegible] proniores ſunt ad ſequendũ malũ, quam bonum exẽpl[illegible]

Tertiò, *Nõ delinquat ſaltem Iuda.* Quaſi grauius eſſet pecca[illegible]tum idololatriæ in Iuda, quàm in Iſrael, inquit. *Nõ de[illegible] ſaltem Iuda.* Sed quare grauius in Iuda hoc peccatũ? Quo[illegible] poſſidebat templum Ieruſalem, & habebat ex lege Leu[illegible]

*Quò loca cultu & religione cæteris præſtantiora ſunt eo etiam homines diuinis feruentiores eſſe debent officiis.*

Exiſtimant homines, ſe non reddituros rationem, cum [illegible] acceperint à Deo beneficium, vt habeant iuxta ſe loca [illegible] quædam peculiaria, in quibus Deo inſeruitur feruentiu[illegible] pſeq; propenſior eſt, vt miſereatur, vel ob miracula, quæ [illegible] facere ſolet, vel ob ſanctorum corpora, aut reliquias ibi [illegible] ſitas. Falluntur tamen. Nã ſi ob templũ Ieroſolymitanum, [illegible] bi ſolum pecora Deo offerebantur, Iudã magis obnoxi[illegible] Dominus debere ſibi eſſe fatetur, quanto magis homines [illegible] uincit, vt ſibi inſeruiant, & peccata fugiant, quos tantis [illegible] mulauit beneficiis, vt degant vitam in locis inſignibus, [illegible] miraculis vel ſanctorũ reliquiis. Romæ es frater mi? Loca [illegible]cra corpora ſanctorũ ibi recõdita, atque alia multa, quę [illegible]tatẽ redolent, æquũ eſt, te à peccato reuocent, excitẽtque, [illegible] Deo tuo ardentius ſeruias. Viuis Toleti? Hanc vrbem [illegible] celeberrimã ob piẽtiſſimum cultum diuini officij Deo [illegible]ſum, ob reliquias ſanctorum ibi congeſtas, & quoniam [illegible] angelorum regina, & alma Dei genitrix ſua præſentia [illegible]crauit, & Archiepiſcopo diuo Alfonſo in eo tẽplo veſte[illegible]cerdotalẽ donauit, certũ eſt. Caue ergo ne ibi Deum off[illegible]das, & tibi dictũ puta, Etſi in aliis locis homines delinq[illegible] & peccatis ſe tradant, non delinquas ſaltem tu, qui apud [illegible]plum multo pręſtantius habitas q̃ fuerit Ieroſolymitanum. Cur ciues Cæſarauguſtani non erunt aliis continentiores, [illegible] quidẽ ſanctæ Engratiæ, ſancti Lãberti, & innumerabiliũ [illegible]tyrum ſanguine eſt conſecrata eorum ciuitas, totque [illegible]culis eam decorauit ipſa mater Dei, vt ad eam de cœlo [illegible]re dignata ſit? [illegible]ur etiã, qui in monaſteriis ſanctiſſimę [illegible]nis Mariæ Guadalupenſis, vel Mõtis ſerrati, aliiſue [illegible]bus ſunt, peccare nõ perhorreſcent, cum ipſa ſacra tẽpla, [illegible]tor quotidie patrantur miracula, & nocturniſq; Deo inſer[illegible]

*Diuæ Virginis phanum Mõtis Serrat toto orbe celeberrimum.*

tur



[illegible] clamẽt, eam terrã eſſe Diuæ virgini dicatã? Quemadmo[illegible] refert Elinardus, eſt vmbra cuiuſdã arboris, ad quã ani[illegible] à draconibus agitata confugiunt, ibique proteguntur [illegible] ſub ea arbore ſunt, in eundem modum qui viuunt, v[illegible] corpora ſunt ſanctorum, aut templum aliquod ob mira[illegible] illuſtre, debent ſub vmbra eorũ ſe à dracone, & antiquo [illegible] ita protegi, vt non illos deuoret, aut laniat. Video e[illegible] ſanctis compleri, quod de trifolio refert Plinius, in eo [illegible] nuſquã aſpici ſerpentes, Sic ſancti, inſtar trifolij, ſemp[illegible]terunt faciem ſuam ad Solem iuſtitiæ, nunquãque con[illegible]terunt eam ad cõmutabile bonũ, quod, vt dicunt Theolo[illegible] peccatũ eſt, atque propterea à Deo impetrant, vt ad ſe cõ[illegible]gientes protegantur à ſerpentibus inferorum. Quod ſi, cũ [illegible] Dominus Moſi in medio rupi ardẽtis, ei iubet, ſol[illegible] calciamentũ de pedibus, anteaquã appropiet, qui ſunt [illegible] ſanctorum corpora, quæ nõ aliud ſunt, quàm holocau[illegible] igne diuino ardentia, & in quibus reſidet Deus nonne [illegible] eſt, tollant calceamenta, id eſt, nihil operum mor[illegible] ſecum deferant? Calciamenta enim de pellibus ani[illegible] mortuorum fiunt. Vis agnoſcere, quantum Deus fa[illegible] peccata cõmiſſa apud loca ſacra? Audi, quid dicat apud [illegible], Miſereamus impio, & non diſcet iuſtitiam facere, in [illegible] ſanctorũ inique geſſit, & non videbit gloriã Dñi. Quis [illegible] hic impius, indignus tua Dñe miſericordia? Qui cum ha[illegible] tantum probitatis exemplar, quantum ſunt ſancti, quos habet iuxtà ſe, non diſcit ab illis, iuſtitiam facere. Decet ne, [illegible] frigidũ, qui iuxta ingentem rogum eſt? In tenebris iace[illegible], qui lucem ſanctitatis magnã habent in ſanctis, velut in lampadibus fulgentem? Quorſum, putas frater mi, permiſit Deus vt vitam ageres iuxta loca ſacra? Num, vt iniquita[illegible]tis vinculis te irretias? Abſit hoc: ſed vt ſanctorum veſtigia ſequaris, quos habes apud te. Quod ſi ſecus feceris, tibi dicit Deus, In terra ſanctorũ inique egit. Et quid inde? Nõ videbit gloriã Dei, ſed pœnas experietur inferni. Quadrat obſer[illegible] in Euangeliũ Dominicæ poſtremæ poſt Pẽtecoſten, in hæc verba, Cũ videritis abominationẽ ſtantẽ in loco ſancto Ecce quoniam in loco ſancto delinquitur, maximè Deus cõ[illegible]citatur ad vindictã. Quadrat & in Euangelium Dominicæ Quinquageſimæ, in hæc verba, Ecce, aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur gentibus ad crucifigendum. Quaſi acerbius ferat, Ieroſolymis cruci affigi, & tradi, Chriſtus, quã ciuitatẽ decuerat, magis virtutibus eſſe ornatam,

*Elinardus lib. 4.*

*Simil.*

*Pli. li. 21. c. 21.*

*Exod. 3.*

*De ſacrilegis prophanatoribus & violatoribus ſacrorum locorum conſule ſanctorũ põtificum decreta.*

*Simile.*

dolens, quod beneficiorũ Dei ſit oblita, ſuum refert agen-

Quartò, *Nolite ingredi in Galgala, neque aſcenderis in Bethauen.* Non ſatis eſt, bone Deus, dicere, Nolite, colere idola in Galgala, *& Bethauen?* Cur ergo interdicis ingreſſum, & aſcenſum in ea loca? Qm̃ nouit Dominus, quantum periculi immineat labendi in peccata his, qui loca adeunt, vbi parantur peccata. Hinc prohibet Iudæ, non ſolum, vt peccet, verum & loca vbi patratur peccatũ, attingere. Quemadmodum Saul adiens locum prophetarum, ipſe etiam prophetare cœpit, Ita bonos nes mores referunt iniqui loci. Nullus mihi dicat, cum tendit ad locum meretricis, ad domum ludi, &c. Solum adeo, vt videam, nõ vt venereæ voluptati indulgeam, aut vt ludam, &c. Nam Deum offendet, quamuis offendere non putabat. Non eſt egreſſa Dina, vt libidini daret operam, ſed vt videret mulieres regionis iniquæ, & quæ virgo exierat, rediit corrupta. Loth non, vt peccaret, venit in regionem: quæ erat circa Iordanẽ: ſed cum habitaret in Sodomis: vbi homines peſſimi erant, captiuus, ablata omni ſuppellectile, factus eſt. Caue etiam tu, ne in eundem modum tibi contingat, vt in captiuitatẽ diaboli redigaris, omneſq́ue virtutum opes amittas, cum tenderis ad loca, vbi peſſimi homines ſe peccatis contaminant. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ infrà Octauam Epiphaniæ, in hæc verba, Requirebant eum inter cognatos, & notos, inueneruntq́ue illum in templo. Apud quos, ô ſacerrima virgo, aut in quibus locis filium tuum quæris? Num apud inimicos eius, puta peccatores? Num vbi peccata committuntur? Nequaquam, ſed apud amicos, & in loco ſancto, nempe in templo.

*Nõ peccatis ſolũ ſed peccatis locum & occaſionem euitare debemus.*

Quintò, *Nolite ingredi in Galgala.* Cur acceſſum prohibet iſtius loci, *& Bethauen?* Quia ibi erant peccatores. Docet ergo, fugiendum eſſe iniquorum conſortium, quorum mores facile imbueris, ſi cum illis habeas neceſſitudinẽ. Cũ peruerſo peruerteris, ait Regius pſaltes. Et ſapiens, Amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Ac rurſum, Qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit ſuperbo induet ſuperbiã. Vis vno verbo agnoſcere, quantum malum ſit, habere familiaritatem cum iniquis? Audi, quid dicat propheta Iehu regi Ioſaphat, viro alioqui pientiſſimo, ac famulo Dei, Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dñm, amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Dñi merebaris. Igitur ſi iram Dñi merebatur, ob amicitiã contractã cum impio, grãdis offenſa Dei eſt, amicitia iniquis copulari. Audi etiã, quid rurſum de eodem

*Monet ſententia non temere cũ omnibus cõtrahendã familiaritatem ſed deligẽdos optimos quorũ conſuetudine reddamur meliores.*

*2. Par. 19.*

*2. Par. 20.*



eodem Ioſaphat dicat Scriptura, Poſt hæc iniit amicitias Ioſaphat rex Iuda cum Ochozia rege Iſrael, cuius opera fuerunt impiiſſima, & particeps fuit, vt facerent naues, quæ irent in Tharſis Sed quid de hac claſſe actum eſt? Obſerua, quid dixit propheta Eliezar Ioſaphat, Quia habuiſti fœdus cum Ochozia, percuſſit Dñs opera tua, cõtritæq́; ſunt naues, nec potuerunt ire in Tharſis. Vides, acerbe regẽ hunc à Deo punitum ob amicitiã initam cũ impio Ochozia? Sed quid Dñe mali habet hæc amicitia, quod ob eam vir pius acerbiſſimè plectitur? Duorũ malorũ hæc iniquorum familiaritas caput eſt. Nam iniqui redduntur licentiores, & effrænatiores ad peccatũ, cũ videãt, ſe nõ deſpici. Atque ob hanc cauſam eſſet illis deneganda familiaritas, vt erubeant, & reſipiſcant, cum videãt, ſe contemptos à viris piis. Deinde, quia in periculo ſunt amici iniquorum hominum implicandi ſe iiſdem criminibus, quib. & ipſi iniqui ſunt implicati Nã licet ex vna, aut altera cõfabulatione iniqui hominis videatur tibi nihil nocumenti illatum tuis moribus, paulatim, & qua hora non ſperas, cognoſces, vulnus inflictum non paruum. Quemadmodum enim minuta quædam, vt ait Phędon, animalia, cum mordent, non ſentiunt, adeo tenuis illis, & fallens in periculum vis eſt: ſed tumor indicat morſum, quamuis in ipſo tumore nullum vulnus apparet in eundem modum in conuerſatione iniqui hominis tibi euenit, non facile agnoſces, quemadmodum, aut quando tibi nocuit, nocuiſſe tandem tamen deprehendes. Hinc Apoſtolus inquit; Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis, non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri, ſi is, qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiẽs, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Auferte malum de vobis ipſis. Hactenus Apoſtolus. Quadrat obſeruatio in Euangelium Sexageſimæ, in hæc verba, Aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud. Vnde tantum damnum agro ſato, vt conculcatum ſit, & volucres comederint ſemina illius? Quia erat ſecus viam, quæ luto eſt conſpurcata, & nullum profert fructum. Tu ergo eſto coniunctus hominibus, cœno vitiorum contaminatis, quos non ſecus, ac viam dæmones calcant, & peccata. Et quid inde conſequeris, niſi te videre conculcatum ab hominibus prætereuntibus, pec-

*Simile.*

*Incantè venantur mentes impiorum cõſortia.*

*1. Cor. 5.*

catis videlicet, quorum voluptas quam citiſſimè euaneſcit.

Sextò, *Neque aſcenderis in Bethauen.* Duo hic inuenio obſeruanda, quæ paucis complectar. Alterum eſt, viam vitiorum non eſſe facilem, ſed difficilem. Hinc eam vocat aſcenſum. *Neque aſcenderis*, inquit. Eſt autem aſcenſus plenus laboris.

Sap. 5. Ambulauimus, dicunt iniqui, vias difficiles, laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis. Alterum eſt, nomen eſſe mutatum *Bethauen*, quæ prius dicebatur Bethel. Conſueuit Dominus, mutare nomina bifariam, nempe cū homines eliguntur ad aliquod munus. Sic Abrahæ, Saræ, Iacob, & Petro mutata ſe legimus. Mutat etiam, cum homines, vel ciuitates à virtute degenerant. Sic apud Ezechielem, relictis his nominibus Iſrael, & Iuda, vocat hos populos Oholam, & Oholibam. Ohola maior, & Oholiba minor. Sed quorſum in iniquitatem prolapſis Deus mutat nomina? Vt in memoriam eorum reuocet, à quanto dignitatis culmine exciderint, ſeque conuertantur ad meliora, crebróque ſecum cogitent, quo nomine digni ſunt. Num appellandi Nerones ſunt, ob crudelitatem, aut Sardanapali ob libidinem, aut Simoniaci ob Eccleſiaſtica beneficia empta, aut Viperæ ob venenatos dentes, aut pauones, quòd auram popularem captent, aut ſues iacentes in volutabro luti, aut Narciſſi, quòd ſui met amore capiantur, aut vulpes ob calliditatem, &c. Audi quo nomine quoſdā appellet Diuus Paulus. Erunt, inquit, homines ſeipſos amātes. Quid eſt, eſſe ſeipſos amantes, niſi vocandos eſſe Narciſſos? Obſerua etiam, quo nomine Saluator appellet Herodem. Dicite, inquit, Vulpi illi, Ecce eiicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie, & cras. Mutat etiam nomina, cum acciti ſunt ad aliquod munus, vti diximus, duabus de cauſis. Altera eſt, vt quoties nominis ſui memores fuerint, toties in gratiarum actionem prorumpant. Altera vero, vt ſuum munus obliuioni non tradant: ſed illud digne exequantur. Creatus eſt iudex quiſpiam? Videat an iudicis munus exactè Reipublicæ impendat, Magiſtratus officium ſuſcepit? Attendat, an ira [illegible] vigilanter incumbat. Sed obiicies, Prius vocabar Ioannes, aut Petrus, aut Hieronymus, &c. Eo nomine ſum contētus, nolo aliud quis mihi nomen. Frater mi, ſi munus ſuſcepiſti, & patere eo vocari, & eius functioni vacare. Nam quemadmodum in arbore inſerta duos fructus diuerſos inuenimus, Ita tu, qui arbor es in horto Eccleſiæ plātatus à Deo, deinde ab eodem inſertus vt non ſolum feras fructus Chriſtiano homine dignos, verum

*Sap. 5.* — *Quare ſoleat Deus mutare nomina.* — *Gene. 17.* — *Ezec. 23.* — *Nomina morū qualitatibus conuenientiſſima.* — *2. Tim. 3.* — *Luc. 13.* — *Simile.*



[illegible] & iudicis optimi, ſi iudicis munus obis, marchionis, ſi populos habes ſubiectos, ſi ducis, aut comitis, aut regis, aut Epiſcopi, &c accepiſti nomen. Sed dolendū eſt, video quippe nonnullos arbores Eccleſiæ poſt inſitionem ſteriliſcere, nullumq; ſpectabilem reddere fructum. Quot iudices, & pręſides, poſtquam hæc nomina ſuſceperunt, dignam his nominibus operam, & ſolicitudinem populis, quos regendos ſuſceperunt, nō impēdunt? Sed vnde cum noua nominis conſitione, vel mores non mutant, vel ſi ante munus candidis erant ornati moribus, poſtea à virtute degenerant? Qm̄ nō bonus ſator Chriſtus inſeruit: ſed diabolus, vel ambitio. Iſti ſatores iniqui eas arbores reddunt ſteriles. Quadrat obſeruatio in Euangeliū pro feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ, in hæc verba, Vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Et reſpondens mater eius, dixit nequaquam ſed vocabitur Ioānes, i. gratia Dei. Ecce, nomē bonū, & ſanctū imponūt. Verū. ô Bone Ioannes, ob ſcelera tua mutauit tibi Deus nomen? Nequaquā ob ſcelera: ſed ob merita, & officia mihi iniuncta nomina impoſuit, prophetæ videlicet, & pluſquā prophetæ, angeli, &c. Quid exiſtis videre? Prophetam? Etiā & pluſquā prophetam. Hic eſt. n. de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuā, &c. Vides, D. Ioannem ob diuerſos ſurculos munerū conſertos in eo, velut in arbore pulcherrima, varia ſortiri nomina, qm̄ diuerſos protulit fructus? Quadrat etiam in feſtū S. Petri, in hæc verba, Beatus es Simon Bariona, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Ecce duo nomina Apoſtoli, Simon videlicet, & Petrus. Quorſum vtrumque nomen protulit Chriſtus? Vt ſuum munus reuocet in memoriam illius.

*Electio nomen ex officio legitimè recipiendo debet.*

¶ *Quoniam ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael, nunc paſcet eos Dominus, quaſi agnum in latitudine.*

¶ Iudicant nonnulli, hanc vocem, *quoniam*, non tā cauſam continere, quam explicationem, atque aſſeuerationē detegētem animi vehementiam, & dicētis impetū, quod ad rei exaggerationem ſpectat. Cæterum nihil video abſurdi, ſi dicamus, hoc *quoniā* proprio coniunctionis cauſalis munere fungi. Reddit enim Dn̄s cauſam ea voce, ob quā, non ſecus atque agnū, deducturus ſit Iſraelē ad latitudinem. Vocat autē Iſraelē. i. decem tribus ad quas modo ſolum conuertit orationem, vaccā, nō bouē, marem videlicet: vt oſtendat, eā ſcortatam cū vitulis aureis Ieroboā. Animalia namque cum ſui

ſimilibus

ſimilibus ſpecie coire ſolent. Cum ergo vituli rationē [illegible] ſubeant, elegātiſſime Iſraelē *vaccam* vocat, qui meretrix [illegible] bro vocatur voce fœminea à diuinis vatibus. Epitheton [illegible] tem additur, puta *laſciuiens*, non parum inuoluit vehementi[illegible] explicatúrque variè. Quidam ſic diſpungunt, *Laſciuiens*, id [illegible] indomita. Fauent huic explanationi Lyranus, & Interlinea[illegible]ris, & Haymo Lyranus enim ſic expendit, *Laſciuiens*, id [illegible] quæ rumpit iugum. Interlinearis vero, Abiiciens iugum, [illegible] decem tribus à legis iugo deceſſerunt: & dæmoniaco ſpiritu agitatæ, latam arripuerunt viam, quæ ducit ad mortē. Hi om[illegible]nes à diuo Hieronymo deſumunt: qui ait, Sicut enim [illegible] *laſciuiens*, & obiiciens iugum, Ita Iſrael, id eſt, decem tribus declinauit à Domini ſeruitute. Neque diſplicet Diuo Hier[illegible]ſi cum Septuaginta *pro laſciuiente* aſilo percuſſa, quem [illegible] tabanum vocant, vertamus. Quod quemadmodum [illegible] ſimul atque vitulam momorderit, adeo eam in rabiem [illegible]git, vt ſurſum, ac deorſum curſitans, interdum per præci[illegible]pitiū feratur, Sic Iſrael ductus eſt in præceps, eo quòd [illegible] idololatriæ ſit percitus. In hunc etiam modum expend[illegible] Theodoretus, & Theophylactus. Atque ſi vocem Hebr[illegible]cam poſitam pro *laſciuiens* obſeruemus, incrementum [illegible] ſignificationis. Non enim vtcunque *Laſciuientem* eſſe ſig[illegible]cat: ſed maxime laſciuam eſſe implicat. Nam eſt cum [illegible]natione *zzarera zzarar* Hebraice, id eſt, rebellis rebella[illegible] vel errans errauit, ſiue laſciuiens laſciuiuit. Nihil aptius [illegible] elegantius dici potuit ad explicandam proteruiam Iſrael[illegible] quam illum cum *vacca*, eáq; *laſciuiente* non parū, ſed mult[illegible] conferre. Quemadmodū enim iuuenca, vberrimos paſtus [illegible]cta, in eiſq; aliquantulū cōmorata, pinguior reddita, iugum aſpernatur, Dn̄m contēnit, ac iā ſuis paſtibus, & locis non con[illegible]tenta, alienos agros pererrat, in vicinorum ſata irrumpit, [illegible] petulantiæ magis, quā famis explendę, cauſa decerpit, In [illegible]dem modū Iſrael, fœliciora loca, & regiones vberiores [illegible]ptus contēptis paſcuis diuinorū præceptorū, laſciua [illegible]tia vſus, ad prohibita ingenti petulantia tendit. *Nunc paſcet eos Dominus, quaſi agnum.* Aduerbium temporis *nunc* omnes [illegible] expendunt, id eſt, breui. Ac ſi apertius dicat, Nō multo [illegible] tēpore, ſed dum propheto, dum ſpiritus hos regit artus. *Pa[illegible]ſcet eos Dominus, quaſi agnum.* Tradens eū in captiuitatem [illegible]ſerrimā, paſcet Iſraelē Dn̄s, ſiue reget, nō amplius velut [illegible] obedientē, ſed tanquā agnū manſuetiſſimū. Captiuitas [illegible] humiliabit ipſum. Et quæ captiuitas humiliabit Iſraelē: [illegible]

*In omni animantium genere ſimile gaudet ſimili.*

*Vocatur vacca non taurus quia vt plurimū fœminæ ſunt affectibus impotentiores quā mares.*



[illegible] certe, & quæ eū reddat agnum. Hiſpane dicimus, cum [illegible] proteruū, & rebellem manſuetudini ſubigere volumus, *Yo le amanſare, yo le hare que tiemble como vn cordero.* Mutatio etiā no[illegible]minis, vt quem prius vocauerat *vaccam*, modo vocet *agnum*, [illegible] implicat obſeruanda. Alterum eſt, Iſraelē non amplius [illegible]ſeraturum cum vitulis aureis. Non enim vituli cum *agno* [illegible], cum ſint ſpecie lōgè diuerſa Satis ergo acutè inſinuat Iſraelē non adoraturum idola Ieroboam, quoniam neque lo[illegible] tempus Dn̄s dabit ad exhibendum cultum vitulis aureis. Relegabit enim Iſraelē longè ab his idolis in latiſſi[illegible]mā Medorum terram, cum in captiuitatem per Aſſyrios du[illegible] fuerint. Alterū vero hic implicatum, & obſeruatione di[illegible] eſt, Iſraelem ad extremā calamitatum, & incōmodo[illegible] miſeriam venturum, dum à Domino, velut agnus, pa[illegible]ſcendus ducitur. Quę enim imago magis apte errorem, me[illegible]tū, perturbationē, multaq́; alia id genus incōmoda poteſt no[illegible]ſtris oculis obiicere contemplanda, quàm ſi quis agnum ſo[illegible]lum in vaſta ſolitudine relictum effingat, & multis lupis cir[illegible]cumſeptum: qui cum nullo conſilio ſit, curſu parum, viribus nihil omnino valeat, herbarum, & paſtus immemor, errori[illegible]bus, & balatu loca omnia peruagatur, & cōplet, omnia me[illegible]tuit, omnia fugit, & tamen his rebus omnibus periculū ſibi magis, quā ſalutem parit, quia eſt omnium animantium ti[illegible]midiſſimus, imo quia videt, ſe citò à lupis deuorandum? In eundem modum Iſrael omni auxilio deſtituendus prædici[illegible]tur, armis cariturus, quibus ſe tueatur, potentia, patria, opi[illegible]buſque expoliandus, ac mille iniuriarum generibus ab Aſſy[illegible]riis, velut à lupis, afficiendus.

*Sola relinquetur terra Iſrael ducto populo in latiſſimas orbis regiones vbi latiſſime paſcetur.*

*Animantium ferè omnium timidiſſimus agnus.*

## *Ad inſtituendos mores.*

QVoniam, *ſicut vacca laſciuiens, Iſrael declinauit.* Ecce, quid diuitiæ homini pariunt, excuſſionē, & abiectionem iugi legis diuinæ, homines reddere licentiores ad vitia. Cur Iſrael declinauit à pabulo præceptorum Dei? Quia erat factus, *ſicut vacca laſciuiens*, id eſt, multis opibus ditatus, regiones vberrimas adeptus. Petriculoſa ergo res diuitiæ ſunt. Hinc de Iſraele loquens Moſes ait, Conſtituit eum ſuper excelſam terram: vt comederet fructus agrorum, vt ſuggeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo. Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Baſan, & hircos

*Pecunia periculoſa ſuppellex.*

Deut. 32.

& hircos cũ medulla tritici,& ſanguinẽ vuæ biberent me-
ciſſimum. Poſtquã cor habuit diuitias Iſrael, quid fecit lege
Moſes? Incraſſatus eſt dilectus,& recalcitrauit: incraſſatus
Simile. impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem ſuum, &
receſſit à Deo ſalutari ſuo. Quemadmodum de veſtimento
tinea,& rubigo de metallo oritur, Sic de diuitiis peccata na-
ſcuntur. Et quemadmodum in cauernis terræ ſerpentes la-
tent venenati, Ita ſub opibus varia abſconduntur vitia. Si
quis à me quærat, quid corda diuitum ſint. Reſpondebo, à
plerìſque non aliud eſſe, quam latibula tenebroſa, vbi ſerpens
4. Reg. 5. ille antiquus eſt abſconditus. Quis nõ mirabitur Naaman
diuitias, ingentẽ comitatum, veſtes ſericas, auro,& gemmis
textas? Sed quis is fuit? Leproſus. Erat, inquit Scriptura, Naa-
mã princeps, honoratus, vir fortis,& diues, ſed leproſus. In
eundẽ modum, quid ſunt homines in hoc ſæculo potentes,
honorati, diuites, holoſericis,& auro exornati? Timẽdum
ne ſub his anim⁹ lateat fœda peccati lepra infectus. Elegit
Ge 13. & 14. Loth habitare in vberrimis regionibus Sodomæ,& Gomor-
rhæ, quæ erant ſicut paradiſus Dñi: ſed qui inde eſt conſecu-
tus? Venerunt impij reges,& captiuum duxerunt. Ita diuites
qui in hoc ſæculo videntur eſſe in paradiſo voluptatum, in
captiuitatem vitiorum miſeram rediguntur. Quamdiu Mo-
ſes infans eſt adoptatus in domo regis Pharaonis, nunquam
Exod. 3. ei Dominus dignatus eſt apparere. Quando ergo illi appa-
1. Re 24. ruit? Cum pauperrimus paſtor erat. Cum Dauid pauper erat,
Difficile eſt cum diuitiis innocentiam tueri. neque chlamydem Saulis vix audet attingere,& percutit cor
ſuum, quòd oram clamydis attrociſſimi hoſtis ſui abſcidiſ-
ſet,& veniam petens à Deo, ac ſi grande facinus perpetraſ-
ſet, orat, Propitius ſit mihi Dñs,&c. At diues effectus, adul-
teriũ cõmittit, fidelem famulum Vriam iubet clã interfici,
qui ꝓprias iniurias vindicare noluerat, illatã ſeruis ſuis con-
tumeliam ab Ammon, grauiſſime vindicauit. Quid hoc
2. Re. 11. Rex? Proprio honore deſpecto, perdere cõtendis eos, qui tuis
famulis irrogarunt cõtumeliã? Certò credo, reſpõdebit, Ne
miremini, ſi mutatus ſum in alterum, quoniam & mutata
Prou. 13. ſortis conditio. Prius pauper eram, qui magis timent Deum,
nunc diues ſum, qui licentiores ſunt ad patranda peccata.
Agnouit & Salomon, quantũ periculi ſit in diuitiis, orans
qui ſe, Diuitias ne dederis mihi, tribue tantũ victui mea ne-
ceſſaria. Ne forte ſatiatus illiciar ad negãdũ,& dicã, Quis eſt
2. Tim. 6. Dñs? Et Apoſtolus, Habẽtes alimenta,& q̃bus tegamur, his
cõtenti ſumus. Nã qui volunt diuites fieri, incidũt in tenta-
tionem



tionem,& in laqueũ diaboli,& deſideria multa,& inutilia,&
nociua, quæ mergunt homines in interitum,& perditionem.
In huius rei typũ obſerua, quos homines Nabuchodonoſor
reliquerit in Ieruſalẽ, quoſq; in captiuitatẽ duxerit ad Baby- 4. Re. 24.
lonẽ. Nihil, inquit Scriptura, relictũ eſt in Ieruſalẽ, exceptis
pauperibus populi terræ. Timendum ergo eſt diuitibus, ne à
diabolo, quẽ adũbrat Nabuchodonoſor, redacti ſint in ſerui-
tutem vitiorum, & à ciuitate ſuperna Ieruſalem, vbi cum
Sanctis gaudent angeli Deo fruentes, relegentur, quãdo au-
diunt eã non à diuitibus: ſed tantũ pauperibus habitandã.
Nec, ſi pauperes cõquærantur, à Deo derelictos eſſe, quãdo
maiorem ad conſequendã ciuitatẽ cœleſtẽ Ieruſalẽ audiunt
pauperum ſortem, conſiderantes, quid Dominus præcepit Leuit. 12.
apud Leuit. ampliorem videlicet hoſtiam exactam à diuiti-
bus, quàm à pauperibus. Cumque impleti fuerint dies puri-
ficationis ſuæ, ſiue pro filio, ſiue pro filia deferet agnum an-
niculum in holocauſtum,& pullum columbæ, ſiue turturem
pro peccato. Quod ſi non inuenerit manus eius, nec potue-
rit offerre agnum, ſumet duos turtures, aut duos pullos co-
lumbarum. Vides, à pauperibus pauperiorem exigi hoſtiam
quam à diuite? Diues enim offerre tenebatur agnum; ſed
pauperi, qui non poteſt,& facultates non ſuppetunt ad of-
ferendum agnum, offerre turturem, aut pullum columbæ
ſatis eſt. Cur maior à diuite exigitur hoſtia, puta agnus,
quam à paupere? Quoniam diuites, maiora,& grauiora ſo-
lent committere peccata, hinc & ampliori ea debent expia-
re ſacrificio, quam pauperes. Quemadmodum in torrentib. Simile.
& riuulis magni piſces,& cete grandia nõ inueniuntur, ſed Paupertas
in vaſto, altoq; maris pelago, Sic in pauperibus non magna integritatis ſignũ.
inueniuntur facinora, quoniam hi exigui riuuli ſunt. Quid
enim homines ſunt, niſi aqua præterfluens? Omnes, quaſi a- Æſchines
qua, dilabimur, ait Scriptura. Cum ergo pauperes non altum in Epiſt.
gurgitem poſſideant diuitiarum, ibi non attrocia delicta in- 2. Re. 14.
ueniet. Secus in diuitibus, quorum ea eſt opum abundantia
vt mare potius ſint appellandi. Sub horum diuitum aquis
magna degit ſuperbia, magnus luxus, odia inauditæ magni- Iob. 40.
tudinis,&c. An extrahere poteſt Leuiathan hamo,& gurgu-
ſtium piſcium implebis capite illius, inquit Deus? Quid Le-
uiathan, niſi magna peccata adumbrat, quæ velut in mari, in
huius ſæculi potentiũ cordibus natant? Vnde & D. Gregor.
egregie per caput Leuiathan præpoſitos,& principes ait de-
ſignari. Cũ itaq; maiora patrẽt delicta diuites, merito ab illis
& am-

& amplius quàm à paupere, exigitur ſacrificium. Timeāt ita-
tem, ſi ſic ea expiare non ſtuduerint, quoniam acerbiſſimè
plectentur, ſicut apud vatem Iſaiam Dominus pollicetur.
Viſitauit, inquit, in gladio ſuo, duro & grandi, & forti ſuper
Leuiatham ſerpentem vectem, & ſuper Leuiatham ſerpen-
tem tortuoſum, & occidet cetum, qui in mari eſt. Venuſtiſſi-
mè peccata grandia diuitum componit cum Leuiathan re-
cte, & tortuoſo. Nam quemadmodum vectis durus eſt, & in-
Iſa. 27. flexibilis, multóſque claudit. Ita iniqui diuites multos homi-
Simile. nes ſuæ poteſtati ſubiiciunt, ſilicea habent præcordia, &
*Magna diuitiæ ſolēt poſſeſſori conciliare faſtum & ſupercilium* ferrea, tortuoſi etiā ſunt, quoniā per rectum tramitē iuſtitiæ
nō incedunt, ſed omnia iura torquent, & corrūpunt, & modo
ſe extendunt, modo ſe contrahunt, non æquale ad omnes
iudicium exercentes, ſed delinquentibus multis, & in eodem
crimine pariter deprehenſis, his fauent, & condonant, illos
vero dānant, & cruciant. Vide an Regius Pſaltes magna ſe-
Pſ. 504. cat ſe crimina cōmiſiſſe, cum inquit, Miſerere mei Deus ſe-
*Eccl. 2.* cundum magnam miſericordiam tuam & ſecundum multi-
tudinem miſerationem tuarum dele iniquitatem tuam. Cur
rex ad ledendam iniquitatem tuam multitudine miſeratio-
num, & magna miſericordia Deum vti efflagitas? Nonne ſa-
tis eſſet vna, aut altera miſeratio? Nonne etiam ſatis parua
miſericordia? Bene magnā petit miſericordiam, & multitu-
dinem miſerationum Dei ad abluenda hęc peccata. Agnouit
quippe, magna eſſe diuitum, & principum peccata, timetque
Ro. 13. ne propterea illi Deus dicat, Multo labore ſudatum eſt, &
*Paupertatem Dei filius concupiſcens deſcendit vt eā eligeret ſibi & nobis ſua æſtimatione faceret pretioſam Bern. in Vig. natiu. ſer. 1.* nō exiuit de ea nimia rubigo eius neque per ignem. Immun-
ditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mun-
data à ſordib tuis: ſed neque mundaberis prius, donec quie-
ſcere faciā indignationē meam in te. Igitur ſi principes, &
diuites non contendant, à Deo impetrare hanc magnam mi-
ſericordiam, audientes Leuiathan, id eſt, magna eorū pecca-
ta trucidanda gladio forti, & duro, & magno Dei, id eſt, ſeue-
riſſimè punienda, contremiſcant. Quid enim hic gladius ſi-
gnificat, niſi ſuperni iudicis, & vindicis poteſtatem, do-
cente Apoſtolo de iudice. Non ſine cauſa gladiū portat. Dei
enim miniſter eſt, vindex in irā, ei q malū agit? Quadrat ob-
ſeruatio in Euangelium Epiphaniæ, in hæc verba, Ecce Ma-
gi venerū. Ieroſolymā, dicētes. Vbi eſt, q natus eſt rex Iudæo-
rum? O Magi, vbi quęritis regē cœli ortū? Apud diuites, &
potentes: Fallimini, quærite ibi Leuiathā, quęrite cete gran-
dia, hoc eſt, immaniſſima peccata. Chriſtū vero q rite in loco
pauper-



pauperrimo, nempe in ſtabulo. Cum pauperibus enim inue-
niendus eſt Chriſtus, cum diuitibus autem nō item, *ſicut vac-*
*ca laſciuiens ab eo declinant*. Quadrat & in Euangeliū pro Om-
nibus Sanctis, in hæc verba, Beati pauperes ſpiritu: quoniā
ipſorum eſt regnū cœlorū. Quare pauperum eſt regnum cœ-
lorum? Quia non declinant à Deo ſuo, aut excutiunt iugum
legis diuinæ, *ſicut vacca laſciuiens*. In quem modum diuites ex
cutere ſolēt ob nimiam craſſitudinem diuitiarum. Quadrat
etiam in feſtum Purificationis, in hæc verba. Vt darent ho-
ſtiam pro eo, par turturum, aut duos pullos columbarum.
Cur non offers diua virgo agnum pro filio? Pro quo melius
agnus offerri poteſt, quàm pro eo, qui vere eſt agnus Dei, tol
lens peccata mundi? Pauper erat, & ideo pauperum Deo of-
fert ſacrificium. Pauperibus vero permittitur, minus offerre,
& vilius, magis quā diuitibus, quoniā maiora peccata ſunt,
quæ diuites committunt, quàm ea, in quæ pauperes labun-
tur. Quadrat itē in Euangeliū infra Octauas Corporis Chri
ſti, in hæc verba, Pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos
introduc huc. Ecce, qui ſunt introducti ad cœnā magnam,
non vtiq; diuites, qui ob villam emptam, & iuga boū cōtem
pſerunt conuiuium regis cœlorum, ſed pauperes, & deſpecti.

Secundò, *Sicut vacca laſciua declinauit*. Merito obiurgat, &
reprehendit Iſraelem, quòd non fame fuerit illectus ad quę-
rendum paſtum prohibitum, ſed magis petulantia quadam,
& laſciuia. Habent enim pauperes nonnihil excuſationis, ſi
in vetita ſata irrūpant, id eſt, contra legē Dei aliquādo dicūt
aliquid, vel faciunt. Nā quēadmodū patriarcha Abrahamus, *Simile.*
quòd fames facta eſſet in terra, deſcendit in Ægyptum, alias Gen. 13.
autem non deſcendiſſet. Sic paupes crebro, cogente fame, re-
gna adeunt diaboli per Pharaonem regem Ægypti adumbra
ti. Cæterum diuites, qui nulla egeſtate premuntur, cur in Æ
gyptum deſcēdent? Quid compulit, patrare peccatum? Si va- *Pauperes*
cæ eſſent macilentæ, non habentes alimenta, quibus ſe, & fa *quaſi fa-*
miliam paſcant, non mirum, ſi alias vaccas deuoraſſent, id *me tabe-*
eſt, ab aliis hominib. ditibus fraude, vel dolo, aut clā ſurripe *ſcentes de-*
rent, ſicut adūbratū eſt in ſomnio Pharaonis. Quid enim bo- *uorantur à*
ues illæ, noctu alias deuorātes, ſignificant, niſi fame cōcitari *diuitibus.*
hominem, vt quoquo valeat modo, quærat victum neceſſa- 1. Reg. 6.
rium? Verum cum diuitiæ illis ſuppetant, cur à iugo legis di Gen. 41.
uinæ collū ſubtrahent? Quemadmodum vaccæ illæ ferentes 1. Re. 6.
arcam Domini mugiebant, amore materno affectæ, quòd *Simile.*
vitulos domi Philiſtiim recluſiſſent, & eos lactare non
O poſſent,

poſſent. In eundem modum homines arcam Domini, in quâ
erant tabulæ diuinorum præceptorum ſcriptæ digito Dei,
hoc eſt: iugum diuinæ legis non ſine mugitibus ferunt, quòd
filios alere non valeant, dum legi Dei colla ſubmittunt.
Hinc ortum eſt, vt ſi illis dicas, Reſtituite bona malè parta,
*Legis di-* reſpondeant. Quid erit de filiis meis, & familia? Si arcam Do
*uinæ faſti-* mini humeris meis imponis reclude domi vxorem, & filios,
*dium parĩt* vt ibi fame pereant. Ecce, quo pacto dicunt Cogente fame,
*rerum co-* in Ægyptum deſcendo, quia macilenta vacca ſum, non la-
*pia.* ſciua, terminos prætereo, & transgredior à diuina lege præ-
fixos. Et certe habere ad tranſigendam vitam neceſſaria, ita
vt famem non timeas, peculiare Dei beneficium eſt, quo ho
mo ad parẽdũ Deo magis vincitur. Vnde S. Iacob inquit, Si
*Gen.* 28. fuerit Dominus mecum, & dederit mihi panẽ ad veſcẽdum,
& veſtimentum ad induẽdum, erit mihi Dominus in Deum,
& lapis iſte quẽ erexi in titulum, cunctorumq́; quæ dederis
mihi, decimas offerã tibi. Ecce S. Patriarcha nouo ſe fatetur
beneficij vinculo deuictum ad ſeruiẽdum Deo tribuẽti ne-
ceſſaria D. etiã Paul. occaſionẽ nõnullã eſſe, ſaltẽ infirmis, fa-
me cruciari, vt à Charitate Chriſti ſeparentur, apertè oſten-
*Rom.* 8. dit, dicens. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? An fames?
An nuditas? Ac rurſum, fortis viri eſſe, æquo animo ferre fa-
*Phil.* 4. mẽ, eaq; ſæuiente, Deum nõ deſerere ſubindicat, dicẽs, Scio,
& humiliari, ſcio & abundare: vbiq;, & in omnibus inſtitu-
tus ſum, & ſaciari, & eſurire, & abundare, & penuriã pati: om
*Ruth.* 1. nia poſſum in eo, qui me cõfortat. Nã quẽadmodum Elime
lech mortuus eſt in regione Moabitide, ad quã fame com-
pulſus venerat, orbamq́ue reliquit vxorem Noemi. Sic cre-
*Non habi* bro anima hominis peccato interit, exorta fame. Quoties fœ
*tant ſimul* mina reprehenſa, quòd pudicitię oblita, ſe proſtituat, in famem
*pudor &* reiicit culpam, dicens, Fames compellit. Cæterum diuites
*fames.* quàm poſſunt prætexere excuſationem, à quorum domibus
*Quin.* 12. fames longe eſt relegata? Decerne, delitiis fieri hominem de
*Declam.* teriorem, quo plus à Domino accipit, veluti *vacca laſciuiens* à
Deo ſuo declinare? O immitatem vincentem tygridum Hir
canarum feritatem. Quæ feræ beneficiis non manſueſcunt?
Tu miſer homo feris peior effectus beneficiis es. Nam cùm
à Deo diuitias acceperis, ad peccata es effrænatior. Vnde ip-
*Deut.* 6. ſe Dominus inquit. Cum dederit tibi Dominus Deus tuus
domos plenas multarum opum, quas non extruxiſti: ciſter-
nas, quas non fodiſti: vineta, & oliueta, quæ non plantaſti, &
comederis, & ſaturatus fueris: caue diligenter ne obliuiſca-
ris



ris Domini. Quẽadmodum in Bœotia iuxta flumẽ. Orcho- *Simile.*
menon duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter bi- *Pli. lib.* 31.
bentibus obliuionem affert. Sic diuitię, & paupertas duo fon *ca.* 1.
tes ſunt, qui ex fonte diuitiarum bibunt, Dei ſui obliuiſcũ-
tur: paupertas verò memoriã exſuſcitat, vt homo Dei ſui re *Gen.* 40.
cordetur. Et quẽadmodum præpoſitus pincernarum, ſucce- *Simile.*
dentibus proſperis, oblitus eſt interpretis ſui. Ita diuites Chri
ſtum obliuioni tradunt, qui è carcere paupertatis illos edu-
xerat. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dñcæ. 4. Qua-
dragreſimæ, in hæc verba. Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus, &
vidiſſet, quia multitudo maxima veniſſet ad eũ. Quando hęc
verba protulit Chriſtus? Reſpondeat Mathæus. Cũ dixerant
Chriſto diſcipuli. Dimitte turbas, vt euntes in caſtella emãt
ſibi eſcas, quibus Chriſtus reſpondit. Non habent neceſſe i-
re. Ecce, quã cauſam prætexunt diſcipuli, vt homines decli-
nent à Chriſto, emere eſcas, ne fame pereãt. Solẽt enim ho-
mines, hanc excuſationẽ adhibere, cum peccant, Diuertor à
Chriſto propter famẽ, eſcas quæro, quas non inuenio, ſi ſim
cum Chriſto. Sed quid ait Chriſtus? Nõ habẽt neceſſe ire. O
pientiſſime Ieſu, cur nõ habẽt neceſſe ire? Quia non diuites
ſunt, quæ, velut vaccæ laſciuientes, ſolẽt à Deo declinare: pau-
peres vero ſecus, quæ cum macie cõfecti ſint, virib. carent, vt in
ſata vetita prorumpãt. Itẽ in hęc verba. Cùm vidiſſent, quòd
fecerat ſignum Ieſus, dicebant. Quia hic eſt vere propheta, *Ioan.* 6.
&c. Quando volunt Chriſtum iſti homines regem facere? *Diuitiarũ*
Cum pauerat eos. Tu ergo diues, qui multo ampliora à Chri- *amore cæ-*
ſto beneficia accepiſti, cur non fateberis, Chriſtum eſſe regẽ *cutit aua-*
tuum, eiuſq; legibus parebis? Quadrat in Euangeliũ feriæ. 5. *rus adeo*
poſt. 2. Dominicam Quadrageſimæ, in hæc verba. Homo qui *vt Deum*
dam erat diues, qui induebatur purpura, & byſſo, & epulaba *rerũ omniũ*
tur quotidie ſplendidè. Poſt tantum veſtium, & epularum lu *largitorem*
xum quid diues eſt cõſecurus? Factus eſt, ſicut vacca laſci- *non cognò*
uiens, & declinauit à lege Dei ſui, hinc non miſertus eſt pau *ſcat.*
peri, ſepultus eſt in inferno, &c.

Tertiò, *Nunc paſcet eos Dominus.* Breui comminatur Deus,
plectendum Iſraelẽ. Aduerbiũ enim nunc ſic eſt diſpungen
dum, id eſt, breui, vti dimus, diſpungentes literam, Docet,
non eſſe differendam pœnam infligendam peccatori, cum
delinquit ne vulnus inueteraſcat, & purulentius fiat. Con- *Iſai.* 1.
queritur namq́ue Dominus apud Iſaiam, Vulnus, & liuor,
& plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicami
ne, nec fota oleo. Vides Deum, velut ſtomachabundum,

 obiicere

obiicere, plagis non eſſe appoſitam medicinam? Apud Geneſim etiam legis, Loth ab angelis cogi, vt de Sodoma exiret, eoque diſſimulante, apprehenſis manibus eius, & vxoris ab iiſdẽ angelis foras educi. Cur tãta celeritate angeli ſunt vſi? *Gen. 19.* Certe, quia cognouerant. Deum ſuum plẽrumque velociſſimũ eſſe ad ſumendã de peccatotibus vindictam. Si fueritis, inquit Moſes, patrantes malum corã Deo veſtro, vt eũ ad iracundiã prouocetis: teſtes inuoco hodie cœlũ, & terrã, citò *Deut. 4.* perituros vos eſſe. Non ait Moſes, ſerò perituros, ſed citò. Agnouit quippe, Deum vindicem eſſe velocẽ in peccatores, *Simile.* nõ lentũ. Quemadmodum aquila in altum aſcendit, vt inde eſcam proſpiciẽs, quam citiſſime ad eam aduolet. Vnde Iob ait, Deus, Numquid ad præceptum tuũ eleuabitur aquila, & in arduis ponit nidum ſuum? Inde contemplatur eſcam, & vbicunque cadauer fuerit ſtatim adeſt. *Iob. 39.* In eundem modum agnoſcant iudices, eſſe ſe diuinas quaſdã aquilas, quibus præcipit Deus, ad verticem magiſtratus ob id volaſſe, vt inde intueãtur, vbi cadauer ſit id eſt, peccator, vt abſumant illum, hoc eſt, puniãt. *Aſſimilã iudices aquilis acutiſſima viſus acie præſtantiſſimis.* Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ. 13. poſt Pentecoſtẽ. in hæc verba, Appropians, alligauit vulnera eius. Cur non differs, Samaritane, alligare vulnera? Impone prius in iumentũ tuum ſauciũ, & duc in ſtabulum, ibique aligare poteris vulnus, oleũ, & vinum infundens. Nequaquã ita faciendum eſt: ſed quãprimum video ſaucium, ei adhibenda eſt medicina. Quadrat itẽ in Euangelium Dominicæ. 19. poſt Pẽtecoſtẽ, in hæc verba, Ligatis manibus, & pedib⁹ eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Ecce, nõ inducias dedit rex, aut diſtulit ſupliciũ, dicẽs, Ligabitis eũ: ſed, Ligate ſtatim manus, & pedes eius. Neque etiam contentus eſt, mittere in carcerem: ſed etiam pœnas adhibuit. Ibi, inquit, erit fletus, & ſtridor dẽtiũ. Vnde ortus eſt ille fletus? Vtique ex dolore pœnarum, quas patiebatur, qui coniectus fuerat in locum tenebrarum. Hoc obiter annotauerim: vt iudices animaduertant, non diu eſſe delinquentes in carcere detinendos: ſed adhibẽdas eſſe ſine *Gene. 40.* mora illis pœnas pro meritis. Cur enim multo tempore ſine cauſæ examinatione homines intra carcerem concludentur? Sed hoc malum ſatis antiquũ eſt. Sanctus enim Ioſeph diu in carcere fuit, quamuis innocens in lacum miſſus fuerat. Neque quia reos dixerim cito ob maleacta puniendos, quis hinc cauſam ſumat, vt condemnet tarditatem ſanctæ, maximeque ſuſpiciendæ Inquiſitionis officij, in puniẽdis delictis. Nam



Nam nullus eo ſanctior poteſt excogitari modus, cum magis cœleſtis, & angelicus, quàm humanus appellandus ſit. *Inquiſitionis fidei, commendatio Italiæ & Hiſpaniæ incolæ.* Ob grauitatem enim cauſarum, quæ in dicto ſanctæ Inquiſitionis officio diſcutiuntur, licet inquiſitores immenſe laborent, lente progredi videntur. Vnde de illis vere dicere poſſumus, Lente feſtinant.

Quartò, *Quaſi agnum in latitudine.* Quẽ prius vocauerat vaccã, modum *agnum* vocat. Quæ eſt hæc nominis mutatio? Myſterium tangit. Oſtendit enim, in quem maxime ſcopum debeas deſtinare punitionẽ cum peccatorẽ ſupplicio addicis, videlicet, vt conuertatur in meliorem mentem, atque vt ex iniquo hominem facias iuſtum, & pium, ita vt qui prius fuerat, velut vacca laſciuiens, reddatur agnus manſuetus, non vt ſe ipſum vindicet. Vellẽ etiã, ſubditos admonitos, ne faciles ſint ad iudicandum, iudices magis in correctione duci *Iſai. 11.* odio, quã zelo iuſtitiæ. Iſaias ait de Meſſia, Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Habitabit lupus cũ agno, & pardus cũ hœdo accubabit, vitulus, & leo, & ouis ſimul morabunt. Quid variæ iſtæ animalium ſpecies adũbrant, niſi diuerſas hominum cõditiones variis irretitorũ peccatis? Hos prædicit ſacer Vates interficiendos, nõ gladio: ſed ſpiritu labiorũ ſuorũ. Neq; inquit ſolũ, Verbis interficiet, ſed ſpiritu labiorũ, vt doceat, quãdo exacte interficitur impius verbis ſeueræ correctionis, quando videlicet verba corripiẽtis non mortua ſunt vel veneno odij, vel iugulo vindictæ: ſed ſpiritũ habent. Hinc inquit, Spiritu labiorũ, & nõ ſolũ verbis interficiet. Et de his impiis ſic interfectis quid erit? Ad aliã reducet vitã longe meliorẽ quã antea habuerant. Nã, qui prius lupi fuerans, leones, & pardi, iam depoſita feritate, mitis agni induent mores. Si enim mores non mutaſſent, quomodo *Simile.* lupi, & leones habitarent, & accubarent cum agno? Quemadmodum in Piceno lacu Velino quidquid proiicitur mutat *Pli. lib. 2. c. 103.* naturam: nam etiã lignũ ibi deiectum lapideo cortice obducitur, In eũdem modum in hoc ſtudiũ debet incumbere, qui delinquentes punit, vt puniti conditionem mutent, & qui prius molles erant ad vitia, lapideſcant, vt tentationibus reſiſtãt. *Punitionẽ ſequi debet vitæ & conditionis emendatio.* Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feſto Apoſtolorum, in hæc verba, Ecce ego mitto vos, ſicunt oues in medio luporum. Cur Domine, Apoſtolos ſicut oues mittis ad lupos? Quid ibi inuenient oues apud lupos, niſi mortẽ? Ita eſt mortẽ, inuenient nõ vtique ſui ſolũ? verũ etiam & ipſorum luporum. Conuertent enim ipſos lupos in agnos, & eos

 qui

qui prius erant vaccæ laſciuientes, paſcent quaſi agnos. Sũt namque Apoſtoli fontes quidam miri, pleni aqua cœleſti, vt homines mores mutent.

¶ *Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum. Separatum eſt conuiuium eorum, fornicatione fornicati ſunt, dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis, & confundentur à ſacrificiis ſuis.*

Verba hæc à Deo Opt. Max. proferũtur, quibus vati Hoſſeæ inquit ſuperuacaneũ eſſe, plus operæ cõſumere in corripiendis Iſraelitis, ꝙ nimiũ ſint additi idolorum cultui, gradũmq; nõ ſint reuocaturi ab idololatria. Dicere etiam poſſumus hæc verba facta ad tribum Iuda. In quem modum expendit D. Hieronymus. Ac ſi apertius dicat illi Deus. O igitur Iuda, cui ſupra dixi, Si fornicatur Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda, Audi cõſiliũ meũ, prophetæ verba nõ ſpernas, quia Ephraim ſemel idolorũ amicus, & particeps eſt, dimitte eum, ne ſequaris impietatẽ eius, cuius cultus, & religio, & cibus à tuo conuiuio ſeparatus eſt. Illi enim ſemel idolis ſeruiunt, & dæmonibus immolant, & quotidie fornicantur, & diligunt fornicationẽ ſuã. Amplectuntur multi ex expoſitoribus hãc Hieronymianã explanationẽ. Vnus Theophylactus ab omnibus in explanatione huius loci diſſentit. Opinatur enim hæc verba dicta Iudæ, quod ipſe Iudas fuerit factus particeps idolorum Ephraim, vaccas adorans, ſiue vitulos Ieroboã aureos vna cum filiis Iſrael. Vnde *Ephraim* legit in genitiuo, nõ in nominatiuo, vt D. Hieronymus, cæterique omnes expoſitores legunt. Cæterũ intelligentia à diuo Hieronymo adhibita literę germanior videtur. Sed ſingula verba diſpungamus. *Particeps idolorũ.* Pro *particeps* Hebraice eſt Habur, quæ vox colligatum, ſiue obſtrictũ ſignificat. Eſt ergo ſic explanãda vox, *particeps*, id eſt, obſtrictus, ſiue colligatus. Habet autẽ non parum energiæ, quod vix verbis ſignificari poteſt. Cum aliquis nimium vinculis amoris eſt cũ aliqua fœmina copulatus, quam relinquere difficile iudicamus, aut reſipiſcere virũ cenſemus impoſſibile, Hiſpane dicimus, *Muy abarraganado eſta fulano con fulana*, vel, *Muy aſido, y prendido eſta fulano fulana.* In eundem modum, *particeps idolorum Ephraim*, id eſt, nimium deuinctus eſt Ephraim, & conuinctus idolis.

*Errat qui finem vesſam ponit amoris.*

*Ephraim.* Huius tribus mentionem facit, quia Ieroboam filius Nabath fuit de tribu Ephraim, & cum is rex eſſet decem tribuum, & prius vitulos aureos in Bethel, Danque conſtituiſſet, merito ſub *Ephraim* hanc, & alias nouem Iſraelis tribus comprehendit. Vnde & Paraphraſtes Chaldæus pro, *princeps idolorum Ephraim*, habet, Participes idolorum facti ſunt viri domus Iſrael. *Dimitte eum.* Biſariam diſpũgi poteſt vel iuxta diuum Hieronymum, Tu Iuda ne ſequaris impietatem Iſraelis. Conſentit cum diuo Hieronymo Haymo. Lyranus in eundem fere modum diſpũgit. Ait quippe, *Dimitte eum*, tu Iuda ne conſortio eius corrumparis. Vel quod loquatur ad prophetam, *Dimitte eum*, quia operam luſeris, ſi Ephraim exhortaris vt maleactorum pœniteat. Ita Rupertus, & nonnulli recentiores. *Separatum eſt conuiuium eorum.* Per conuiuam Diuus Hieronymus intelligit cultum, religionem, & cibum per eorum vero Iſraelitas. Ac ſi apertius dicat, Cultus, & religio, & cibus Ephraim à tuo conuiuio, ô Iuda, eſt ſeparatus. Iſrael enim idolis ſeruit, tu vero Deo omnipotenti. Amplectuntur hanc explanationem Interlinearis, Haymo & Carthuſianus, quamuis is ſolum ad cibum retulit, quod cibus, quo veſcebantur Iſraelitæ, erat prohibitus Iudæ, & illicitus. Neque mihi diſplicet Lyranus, ſic diſpungens, *Separatum eſt*, id eſt, excomunicatum. Non deſunt, qui hoc *conuiuium* referant ad doctrinam Iſraelitarum, quam *ſeparatam* vocat, quòd putida ſit. Docebat enim, vitulos aureos colendos in honorem Dei, quomodo ſolent idololatræ ſuam excuſare idololatriam, *Fornicatione fornicati ſunt*, Certum eſt, de idololatria loqui. Repetitio autem incrementum inuoluit, vti diximus expendentes hæc verba. *fornicans fornicabitur.* Eſt enim dicere, *fornicatione fornicati ſunt*, ac ſi dicas, Omnino fornicati ſunt. *Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius*, Conueniunt omnes expoſitores, hic protectores vocari reges, & principes, & ſacerdotes, quorum intereſt populum tueri, à malis defendere & in bonis munire. Sed in diſpunctione ſequẽtium *afferre*, videlicet, *ignominiam*, diſſenſio eſt. D. Hieronymus, quẽ ſequuntur fere omnes, ſic diſpungit, *Dilexerunt afferre ignominiam*, id eſt, vitio principum infœlix populus ſuſcepit cultum idolorum. Vocat ergo idololatriam *ignominiam.* Alij ſecus. Dicunt enim, verbum *afferre* vocem eſſe, qua vtuntur vini cupidi, epulaſque potẽtes, quod Salomõ explicuit dicens, Sãguiſugæ duę ſunt filiæ, dicentes, Affer, Affer. Atque apud Latinos eſt, appone, funde, præbe, &c. Habet enim vnũquodque hominũ ſtudium, & vnaquæque ars, etiam inutilis, proprias, ac peculiares orationes, earum ſectatoribus familiares, quas, illi libenter vſurpant, cuiuſmodi illud in ore omnium helluonum eſſe ſolet, Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.

*Nomine Ephraim vocatur Iſrael nã Ieroboam qui diuiſit regnum Iudæorum erat Ephraita.*

*Hoſſ. c. I.*

*Pro. 30.*

*Epicureorũ axioma ede, bibe, lude, poſt mortem nulla voluptas.*

mur. Cum ergo ſoleant ſacri authores de his rerum, & ſtudiorum generibus agere, eiusmodi ſermones, & voces inducunt; vt per eam orationis figuram, quæ Mimoſis dicitur, rẽ ipſam expreſſius effingant, & cum hoc interdum fuſius, interdũ preſſius; & vno tãtum verbo fiat, accidit ſæpe, vt ea loca paulo obſcuriora reddãtur. Qualis eſt eſt locus ille in Euangelio, Vos autẽ dicitis corbã, hoc eſt, munus, &c. In eundem modũ hic Mimoſi vſus Hoſſeas, ait, *Protectores*. i. principes, & ſacerdotes *dilexerũt afferre*, hoc eſt, munera ſibi dari. Ac ſi apertius oſtendat, vt inquit Varablus, principes, & ſacerdotes corruptos eſſe muneribus, iiſq́; ſolum eſſe protectores, qui munera illis afferebãt. Sunt, qui ſequentes hanc explanationem, verbum *afferre* alio detorqueant, nempe ad luxum, & voluptates corporeas, quod in eas nimium effrænes, diligebant afferre. i. affer, affer, crebrò dicebãt, quia nullis explebant animũ voluptatib. ſed ardentius ad nouas anhelabãt. Vtrũque autẽ, ſiue munera petere, iiſq́; corrũpi, ſiue voluptatibus oẽs laxare habenas, *ignominiam* vocat Vates. Vnde ſic eſt litera diſpungenda, *Dilexerunt afferre ignominiam*. i. *ad ignominiã diligebant* munera vel voluptates, quibus ſe debebant. Non mihi eſt ingrata hæc explanatio, licet prior magis arridet. *Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis.* Bifariam poteſt explanari. Primò, vt D. Hieron. qui *ſpiritum* diabolum eſſe ait. Eſtq́ue ſic diſpungendus; Idolorum immundus ſpiritus ligauit Iſraelẽ in alis ſuis, & eũ liberè volitare nõ patitur, Sequuntur multi hanc explanationem, vt Gloſſa, Interlinearis, Haimo, Carthuſianus, Lyranus. Atque hic vna cum Interlineari optimè explicat, quidnam ſunt iſtæ alæ Iſraelis, nempe intellectus & effectus, quãuis multo melius diceret, affectus, ſiue volitas, ſicut Carthuſianus expendit. Homo námque, velut quibuſdam alis, intellectu, & voluntate, quocunque optat, quã celerrimè fertur. Ait verò Lyranus, ligatum ſpiritum malignum in intellectu per obſtinationem, & in effectu per executionem. Carthuſianus non reiicit hanc explanationẽ, quãuis & aliam adhibet, nempe quod *ſpiritus* malignus, in idolis habitans populũ *Iſrael ligauit in alis ſuis*. i. in agilitate, & ſubtilitate ſuiipſiuſmet, videlicet dæmonis: ita quod ſua ſubtilitate, & agilitate dæmoniaca portat hunc populum, ad quæcunque voluerit vitia, ſicut auis in alis ſuis pullos ſuos deportat. Vnde apud Deuteronomium de Deo, & Iſrael dicitur, Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis. Sic diabolus alligat ſibi peruerſos, iuxtà illud

*Arbitror hic vinum vocari ignominiã & deſpectionẽ nã largius epotatum reddit ignominioſum & deſpectum hominem.*

Apoſtoli,



Apoſtoli, Reſipiſcant à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. Secundò, poteſt ſic explanari, *Ligauit eum ſpiritus*. i. vẽtus. Vox enim Hebraica, Ruach, pro *ſpiritus* hic poſita, anceps eſt, & vtrumque ſignificat, ventum videlicet, & *ſpiritum*. Et ſignificatur, populum Iſraelis per totum orbem fore diſpergendum. Ventus enim quam citiſſimè omnia loca peruagatur. Vnde ſcriptum eſt, Qui ponis nubẽ aſcenſum tuum, & ambulas ſuper pennas ventorum. Et, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, &c. Cum autem illos non certo ſpiritui, ſed ſpiritui traditos dicat omniũ ventorũ poteſtati permiſſos, & in quatuor mundi plagas diſſipandos eſſe indicat. Plagæ enim, & terrarum regiones ventorum nominibus deſignantur, vt Veniẽt angeli, & conuocabũt electos à quatuor ventis. Amplectuntur hanc explanationem Theophylactus, & Theodoretus, & recentiores. Fauet etiam Tranſlatio Septuaginta, quæ in hunc modum habet, *Turba ſpiritus ſibilabit in alis eius.* Eſt tamen nõnihil diſcriminis inter Theophylactum, & Theodoretum, atque recentiores. Nã licet oẽs conueniant, hic ſpiritum vẽtum ſignificare: Theophylactus, & Theodoretus alas referunt ad ipſum Iſraelem, atque ipſe Iſrael pennatus ſit. Et quemadmodum aues motu alarum, ſpiritu quodam, & ſonitu aëra diſſecãt, Sic Iſraël, ceu alatus, in alienam terram captiuus ſit adducẽdus, ira Dei eo ipſum impellente, ac trahente, veluti quodam venti turbine. Recẽtiores verò *alas* referunt ad ipſum ventum, ac ſi ipſe ventus ſit pennatus, & conſtrictam teneat illam congregationem Iſraelitarum *in alis ſuis*, & ita eos alio transferat. Verbum vero *ligauit* præteriti temporis pro futuro nempe *ligabit*, poſitum eſt, quod frequens eſſe in ſacris Bibliis, vt ſæpè iã à nobis eſt obſeruatũ. Fuit autẽ hæc pœna diſperſionis, & exilij Iſraelitis inflicta, Hoſſea rege, ab anno orbe condito 3123. Regni vero Iſraelitarum. 243. vt tum ex libris Regum, tum ex Ioſephi hiſtoriis accepimus. *Et confundetur à ſacrificiis ſuis*, hoc eſt, pudebit Iſraelem, cum experientur, ſacrificia idolis, & vitulis facta, minimè ſibi prodeſſe. Hoc enim verbum, *confundere*, ſecum inuoluit, vti ſuperius annotauimus expendentes illud, *Confuſa eſt, quæ concepit eos.*

*2. Tim. 2.*

*Pſal. 103.*

*Simile.*

*Vẽtus ligauit in ſuis alis Iſraelẽ vt eum per orbis partes captiuum diſpergat.*

*4. Re. 17.*

*Ioſephus. li. 9. c. vlt.*

*Hoſſeæ. 2. a.*

## *Ad componendos mores.*

*Ecccl.22.a Liberorum ſtultitia redundat in parentum infamiam vt poterquorũ erat liberos educare & inſtituere.*

P*Articeps idolorum Ephraim.* Docet hic locus, peccatorem non ſolum ſibi; verumetiã toti familiæ, & maximè progenitoribus notam inurere, cum patrat aliquod facinus. Non vtique peccarat E*phraim*, ſed Ieroboam, cæterique Iſraëlitæ. Cur ergo Ephraim reuocas Domine in memoriam noſtrã? Quia Ieroboam de tribu Ephraim vt ſubindicet Dñs, peccata filiorum, & nepotum obſcurare quodammodo maiorum ſplendorem. Confuſio inquit Sapiens, eſt de filio indiſciplinato, & filia quæ cõfundit, in cõtumeliã fit genitoris. Agnouit hoc patriarcha Iacob, quamobrẽ, perpetrata occiſione Sichem à filiis, dicebat: Turbaſtis me, & odioſũ feciſtis me Chananęis, & Pherezeis, habitatoribus terræ huius. Bone patriarcha, tu nil cõmiſiſti: ſed filij tui, imo te inſcio, aggreſſi ſunt filij tui facinus, cur ergo turbaris ob filiorũ delictum? Quia redũdat in dedecus parentum, & maiorum, culpa filiorum. Quemadmodũ cũ ſtipitem arboris ſecuri percutis, nõ ſolũ rami areſcunt: verũ & ipſæ radices, quamuis eas non tetigeris, In eundẽ modũ peccata filiorũ licet maiores, & progenitores iniquũ nihil fecerint, ipſos maiores triſtitia, & dedecore nõ ſecus, atque ſiccitate quadã afficiunt, eorũque ſplendorẽ marcidum reddunt.

*Simile.*

Caueamus igitur, & fugiamus, ea delicta patrare, quæ maiorum ſplendori poſſunt offundere tenebras ignominiæ. Non ſunt aliud præclara maiorum geſta, quã lucernæ, quæ vt nõ extinguantur, dãda nobis eſt opera: tũc autẽ extinguimus, cũ ea facinoribus obſcuramus. Boni verò filij nõ ſolũ in hoc ſtudiũ incumbũt, vt lucernã præclarorum geſtorũ progenitorum non maleactis extinguãt, verũ & candidis virtutum actionibus vocant, vt veluti oleũ infundentes in lucernam, multo clari⁹ luceat, & ardeat. Quadrat obſeruatio in Euãg. pro natiuitate D. Virginis, in hæc verba, Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Cur filius Dauid, & Abraham dicitur Chriſtus? Qm̃, vt bonum decebat filiũ nullam facinoris notã patrio honori incuſſit, Quinimò lucernę Dauid, eo.n. nomine illum appellabant viri eius, dicentes, iã non egredieris nobiſcum in bellum, ne extinguas lucernam Iſrael, tantũ infudit olei candidarum actionũ, vt multo amplius luceret, quam anteà. Pater enim ſolum dicitur lucerna Iſrael, filius verò eius Chriſtus dicitur lux mundi. Ego ſum lux mundi, ait ipſe Aſſertor noſter.

*Simile.*

*2.Re. 21.*

*Ioan. 8.b.*

Secundò,



Secũdo, *Dimitte eũ.* Si id dicat Dñs Iudę, vt ſentit D. Hierony. & dixim⁹, diſpũgẽtes literã, duo te docet frater mi De⁹ tuus. Vtinã autem & nunquã memoria exciderẽt. Alterũ eſt non inſequẽda eſſe iniquorũ hominum veſtigia. Videbis, multos irretiri peccatis, quos ſi interroges, Cur hoc facis? Reſpondent. Quoniam ille etiam facit. Quemadmodum grues, & arietes, ſi quem viderint incedentem alij ſtatim inſequũtur, & volãt alię grues, ſe deijciẽtes, quocunque dux ſe deiecerit, quãuis ſint cœnoſa loca, & paluſtria. In eũdem modum nonnulli, ſi quem vident, peccato ſe contaminare, etiameodem ſe inficiunt cœno. His inquit Regius Pſaltes. Noli æmulari, vt maligneris. Quoniam, qui malignantur, exterminabuntur. Et Sapiens, Ne æmuleris hominem iniuſtum. Et Apoſtolus, Æmulamini, non iniquitatem? ſed charismata meliora. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ Epipha. in hæc verba, Turbatus eſt Herodes, & omnis Ieroſolyma cũ illo. Cur Iudæi non imitamini ſactos Magos, quærẽtes, vbi ſit, qui nat⁹ eſt rex Iudæorũ, ſed iniquũ Herodẽ in turbatione; Certe, quia proniores eſtis ad imitandũ malum, quã bonũ. Audite, quid cuiq; veſtrum dicat Deus, Particeps iniquitatis Herodes, dimitte eũ. Tertio, Alterũ hic implicatum eſt, fugiẽda iniquorum hominũ conſortia. Vides, frater mi, quẽpiam peccatis obſtrictũ? Tibi inquit Deus, *Dimitte eũ.* Quẽadmodum vmbra iuglandiũ grauis eſt, & noxia capiti humano Ita iniquorũ hoĩm ſocietas, & confabulationes, in quorũ cordibus, cum Chriſt⁹ Sol iuſtitię non luceat, vmbræ quædã ſunt mortiferę, quas ſi adieris, vt ſub illis paululũ requieſcas, quid inde reportabis, niſi animæ dolorẽ, quæ caput hominis eſt? Quis in tantã amentiã ſa ſapiẽtiſſimũ Salomonẽ induxit, vt oblitus Dei ſui, adoraret idola, niſi iniquarum fœminarum conſortiũ? Cumq; iam eſſet ſenex Salomon, inquit Scriptura, deprauatum cor eius per mulierẽ: vt ſequeretur deos alienos. Hic & apud Exodũ prohibet Deus filijs Iſrael, cum fœminis alienigenis miſcere cõnubia, cũ Chananæis iũgere amicitiam, & pactum inire, quod ſi ſec⁹ fecerint, hæc fore in Iudęorum ruinam prædicit. Quid voluit Deus adũbrare, cũ præcipit, Nõ arabis in boue ſimul, & aſino, niſi nequaquã decere virum pium, amicitias texere cũ impiis hominibus? Nã quid adũbrat bos, niſi hominẽ iugo legis diuinæ collũ ſubmittẽrem? Et aſinus cuius rei eſt typus, niſi eorum, de quibus Pſaltes ait, Homo, cũ in honore eſſet, nõ intellexit, & cõparatus eſt iumẽtis inſipiẽtibus, & ſimilis factus

eſt

*Simile.*

*Sicut aliorum innocentia abuti non debemus ad inferendũ eis malũ ita impiorum felicitate excitari non debemus ad imitandum eorũ malum.*

*Prou.3.*

*1.Cor.12.*

*Simile.*

*Pli.li.17. cap.12.*

*Ex quarũdam arborem vmbris dolor capitis contrahitur ſic ex impiorũ conſortio animæ perturbatio.*

*3.Reg.11.*

*Exo.34.*

*Deut.22.*

*Pſal.48.*

*Ioel.1.d.*

Ioel.1.d. eſt illis?De quibus etiam rurſus dicitur,Computruerunt,vt
iumenta in ſtercore ſuo?Iunge bonos cum impiis, & quid
2.Cor.6. proferet terra,niſi ſpinas,& tribulos? Vis in agro cordis tui
triticũ naſci,&nõ zizannia?Fuge prauorũ hominũ amicitiã.
Nolite,inquit Apoſtolus iugũ ducere cũ infidelibus.Quæ e-
nim participatio iuſtitiæ cũ iniquitate? aut q̃ ſocietas lucis
ad tenebras,&c.Quadrat obſeruatio in Euangeliũ pro feſto
ſanctiſſimæ Mariæ Magdalenæ, in hæc verba Phariſæi, Hic,
ſi eſſet propheta,ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier,quæ
tangit eum,quia peccatrix eſt.O Phariſæe,eſto,cognoſceret
Chriſtus,eſſe peccatricem hanc mulierem,quod tu falſo ſu-
ſpicaris,id eũ latere,agnouit enim intus,&in cute,q̃ & qua-
lis ſit hæc mulier,quid inde? Iudicabat Phariſæus,non per-
mitteret Chriſtus, ſe à peccatrice tangi,pedes oſculari,ca-
pillis tergere,&c.ꝙ fugienda ſit viro ꝓbo confabulatio pec
catricis.Sed propheraſti,neſciens,quid diceres Ita eſt,nõ co
gnoſcit Chriſtus,hanc mulierem eſſe peccatricem: ſed eſſe
ſanctitatis dotibus omnibus decoratam,&ꝙ multæ filiæ cõ-
gregauerunt ſibi diuitias ſpirituales, ſed hæc ſupergreſſa eſt
vniuerſas.Si enim in quacunque hora ingemuerit peccator,
ait Deus, amplius non recordabor iniquitatum eius, hæc,
quæ tot lachrymas fudit,tot gemitus,& ſuſpiria ab imo pe-
ctore auſit,quibus ſua ablueret peccata,cur vocabitur pecca
trix?Non ita eſt appellanda:ſed ſanctiſſima, imo ſanctitatis
exemplar.Nõ enim iniquitatum eius recordatur Chriſtus,cũ
iam lachrymis ſint abolitæ. Quid exiſtimas Phariſæe, ſunt
*Simile.* lachrymæ pœnitentis?Vtiq; fons ille Bœtiæ,ex quo qui bi
*Lachrymæ pœnitentiũ cadunt in conſpectũ Domini* berit,redditur obliuioſus,In eundẽ modũ Deus,ſi illi lachry
mas propinemus,non recordatur amplius peccatorũ noſtro
rũ.Hinc ſanctus Lucas,de Magdalena loquens,non ait,Mu-
lier,quæ eſt in ciuitate peccatrix:ſed quæ erat.Iam enim alia
eſt,nõ eſt,quæ antea fuerat.Hinc & Chriſtus nõ inquit, Vi-
des hãc peccatricẽ:ſed vides hanc mulierem, quia peccatrix
*Auguſt. ſerm.5.in feſt.nat.* nõ erat iam appellanda.Quod ſi Naaman poſtquam lauit ſe
ſepties in Iordane reſtituta eſt caro eius,ſicut caro pueri,&
lepra mundatus eſt,cur, quæ ſepties,id eſt, ſeptem peccata
mortalia defleuerat,non mundabitur à lepra peccati.

Quartò,*Dimitte eum*,Ne videlicet eum corripias.O extre-
mum infœlicitatis gradum,ob culpam ſuam negari huic po
pulo diuinam correctionem,& caſtigationem. Vnde optimè
Proclus libro de Prouidentia Dei inquit, Non mox puniri,
punitio eſt incomparabilis. Ac rurſum Scriptura, Etenim
multo



multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere,
ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium. *2.Mac.6.*
Peccas,frater mi,& deſunt,qui te corripiant,& reprehendãt?
Time,ne fortaſſis dixerit Deus: *Dimitte eum*, Nam quos Deus
in numero ſeruorum ſuorum ſcribit,quamprimum peccant, *Pſal. 77.*
punire ſolet.Adhuc eſcæ erant in ore ipſorũ,& ira Dei aſcen
dit ſuper eos.Quamprimum peccauit Dauid patrans adulte
riũ,& homicidium,miſit ad eum Deus Nathan,qui reprehẽ- *2.Re.12.*
deret.Peccant filij Iſrael,adorantes vitulum aureum,& ſta-
tim inquit Deus Moſi,Vade;deſcẽde,peccauit populus tuus,
quẽ eduxiſti de terra Ægypti.Ecce,nõ diſtulit mittere viros *Exo. 32.*
qui corriperent delinquentes.Cæterùm cũ mittere deſinit,q
obiurgẽt,& arguãt,deſperatæ ſalutis eſt ſignũ.Quemadmo- *Simile.*
dũ ignẽ nõ apponis lapidibus,ꝙ agnoſcis,accendi non poſſe
ignem in eis,ſed lignis,quæ cõburi,& fouere flammã poſſũt
Ita Deus non mittit viros qui peccata obiiciant his,qui la-
pidei ſunt,agnouit enim,eorum delicta non eſſe abſumenda
igne correctionis.Et quemadmodũ in Narnienſi agro terra
imbre fit ſiccior,æſtu humeſcit,vnde Cicero iocatur,illic ex *Simile,*
imbre puluerem,ex ſiccitate fieri lutũ,Sic admonitio quoſ- *Quidam admonitione deteriores fiunt.*
dam reddit deteriores. Quadrat obſeruatio in Euangelium
pro feſto decollationis S. Ioannis Baptiſtæ, in hæc verba,
Herodias autem inſidiabatur illi,& volebat occidere eum.
O cor ferreũ,& pluſquam lapideum iſtius impudicæ fœmi-
næ,imo cor diaboli.Qui enim correctionibus non emolliũ- *Iob.41.c.*
tur,cor diaboli ſunt,de quibus Iob dicitur, Cor eius indura
bitur,quaſi lapis,& quaſi malleatoris incus ſtringetur. Cur
inſidiabatur Sancto viro? Quoniã adulterij arguebat eam.
Oſtenderat huic peſtilenti fœminæ Deus ingens dilectionis
ſignũ,mittens ſanctum virum,qui corriperet, ſed illa imbre
obiurgationis inſtar iniquæ terræ,deterior facta eſt. Qua-
drat & in Euang. ꝓ Martyribus,quod poſt paſcha Reſurre-
ctiõis canitur tẽpore paſchali,in hæc verba,Omnẽ palmitẽ,
qui fert fructũ,purgabit eũ,vt fructũ,plus afferat.Quid viri
peccata corripiẽtes ſunt,niſi falces quædã acutiſſimæ,ampu
tantes,quod ſiccũ erat,& infructuoſum, vt fructus feramus
virtutũ? Deprecemur igitur Dñm,ne,cum peccamus, dimit
tat nos:ſed putatores excitet,quibus dicat,Ite,tẽpus putatio
nis aduenit putate in palmitibus meis obiurgationibus, &
correctionibus,quod eget purgatione.Hoc enim diuinæ di-
lectionis eſt indicium.Vnde in Canticis dicitur, Tẽpus pu- *Cant.2.*
tationis aduenit,vox turturis audita eſt.Ecce,cũ de putatiõe
factus

factus eſt ſermo, quæ cum proximorum peccata reſcindere curamus, ſit, ſtatim ſubiungit, Vox turturis audita eſt, id eſt, vt optimè expendit D. Anſelmus, admonitio Spiritus ſancti. Cū ergo quis corripit te, & tuū conatur reſcindere peccatū, ſcito illā admonitionē, & correctionē à Spiritu ſancto profectā. Et merito per turturē Spiritus ſanctus intelligitur. Nam quemadmodū turtur, coniuge vita functo, nunquā in frondeſcenti ramo inſidet, ingentiq; mœrore affecta, ſola volat cæteráq; facit omnia, q̃ ad luctū ſpectare videntur, In eundē modū Deus in palmitibus aridis, & infructuoſis, in peccatoribus videlicet, ſedet, veluti gemens, quod eius cōiunx obierit peccato, & donec reuiuiſcat per gratiā, ꝓ cantu gemitum edit, atq; cū aliquē ramū videt in nobis ſiccum, ad eū aduolat gemens, vt abſcindatur. Poſſumus & per turturē intelligere ipſum peccatorē qui corripitur. Is enim, cum putatur gladio correctionis, quid optat cœleſtis Sponſus, faciat? Vtique ꝙ gemat, vt turtur, ꝙ eum peccati pœniteat. Quadrat etiā in Euangeliū pro Septuageſima, in hæc verba, Conducere operarios in vineā ſuam. Quidnā bone paterfamilias facturi ſunt in tua vinea operarij? Vtiq; falce correctionis putare aridos palmites, ſi quē viderint peccātem, faciant, quod præcipit Apoſtolus, Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.

*Sapientis admonitio organum Spiritus ſancti.*
*Simile.*
*2. Ti. 4. a.*

Quintò, *Dimitte eū*. Docet egregiè hic locus, verā eſſe theologorū ſententiā, quā & amplectitur D. Tho. ceſſandū videlicet à correctione fraterna, cuius finis eſt emendatio delinquentis, non habens coactionē, ſed ſimplicē admonitionē, cū ꝓbabiliter æſtimatur, à peccatore nō fore ſuſcipiēdā, ſed lapſurū in peiora. Iuxta illud, Noli arguere deriſorē, ne oderit te. Ac rurſum Aſſertor noſter, Nolite ſanctū dare canib⁹, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte cōculcēt eas pedib. ſuis, & cōuerſi dirūpant vos. Eſt proculdubio correctio res ſanctiſſima, eſt & margaritū p̄tioſiſſimū, peccatores vero ſunt eius æſtimatores iniuſti, ac ꝓpterea nō ſolum cōtemnunt eā, verū & in corripientē crebrò inſurgunt, odiunt, & oppugnant. Vnde Sapiens ait, Nō incēdas carbones peccatorū, arguens eos, & ne incendaris flāma ignis peccatorum illorū. Ne cōtra faciem ſtes cōtumelioſi, ne ſedeat, quaſi inſidiator, ori tuo. Optimè cōponit peccatores cū carbonib. ſuccenſis, correctionē vero flabello adhibito. Nā ea eſt malitia peruerſi peccatoris, vt correpta magis irritetur, & magis ꝓuocetur ad nocendum corripienti ſe. Quēmadmodum fons quidam

*2. 2. q. 33. art. 6.*
*Prou. 9.*
*Mat. 7.*
*Sapientiæ incapaces & qui planè impij ſunt benè monentes non ferunt ſed eos ludibrio habent.*
*Eccl. 8.*



quidā eſt in Sicilia, exiguus q̄dem: tamen ſi è regione aliquis flauerit turbo, inundat magnis fluctibus, In eundem modum nōnulli homines, in quibus perexiguum laude dignū inuenies: reprehenſione tamen maxima digniſſimi ſunt, quos ſi vel leniter obiurgaueris, ꝙ quid iniquum cōmiſerint, bone Deus, vt excitant tragœdias, & omnia clamoribus implent, ingenti odio proſequentes corripientē ſe. Hos dimittendos eſſe, admonet Deus, dicens, *Dimitte eos*. Cæterū quāuis iis non ſit adhibenda correctio fraterna, ꝙ ea deteriores fiant: nō eſt verumtamen dimittenda correctio coercitiua, quæ ad iudices, & prælatos ſpectat, vt qui benignè correctus, emendari nō vult, ſaltem pœnis cogatur, à peccato reuocare gradum. Vnde quāuis De⁹ ait Vati, *Dimitte eum*, vindex peccati Iſraelis, ſubiungit ſuppliciū maximū ei infligēdum, nēpe, *Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis*. Quadrat obſeruatio in Euangeliū feriæ 3. poſt 3. Dom. Quadr. in hæc verba, Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, &c. Bene vocat peccatorem fratrē tuum, vt intelligas, ꝙ ſi probabiliter credis, te non recipiendum, vt fratrem, ſed vt hoſtem, nihilque correctione tua efficiendum, tibi etiam à Domino dictum, *Dimitte eum*.

*Ariſt. de Admirādis auditu.*

Sextò, *Dilexerunt afferre ignominiam protectores tui*. Obſeruate principes, reges, iudices, & prælati, quod vobis nomen Deus veſter imponat, nempe protectoris. Hoc enim debet eſſe munus veſtrum, protegere ſubditos, & populos quos gubernandos ſuſcepiſtis, nō ſolum ab hominibus, ne quid nocumenti inferant illis, verùm & à diabolo, ne quem deuoret, imo non ab hominibus, & dæmonibus ſolum ſubditos protecturi eſtis: ſed etiā ab ipſo Deo, ne illos ꝓ delictis puniat. Quemadmodū clypeus hominē ab hoſte tuetur, & in ſe ictus gladij, & haſtæ recipit, obſtatq; ne, ꝗ eo ꝓtegitur, vulnus ſuſcipiat, Sic principibus, iudicibus, & prælatis incumbit, ſubditos ſub eorum poteſtate degentes defendere, etiam cum vitæ, & honoris iactura Hinc Scriptura ſacra reges, & principes ſcuta, & clypeos vocat. Quinimò hic pro *protectores*, verti poterat clypei. Vox enim Hebraica, puta *magen*, clypeum etiā ſignificat. Sic etiā illud Pſal. Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt, trāsferri poteſt, Quoniā principes, ꝗ ſunt clypei terræ, vehementer erecti ſunt. Vel, vt vertit D. Hier. Dij ſcuta terræ vehementer eleuati ſunt. Illud etiam à Dauide dictum contra montes Gelboe, Nec ros, nec pluuia veniat ſuper vos, neque ſint agri primitiarum quia vbi abiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saul, quaſi non eſſet vnctus oleo. Clypeos

*Principes populorum ſunt clypei.*
*Simile.*
*Pſal. 46.*

Clypeos principes vocat,& duces ſtrenuos,ipſúque Saul clypeũ regni Iſrael,q̃ ipſum defenderet,dolet fuiſſe interfectũ, ac ſi nõ eſſet rex vnctus oleo. Video,alios ſecus expẽdere,videlicet nõ de regibus?ſed de ipſis clypeis coriaceis, quos oleo ſolebãt inũgere , vt facilius ictibus reſiſterẽt.Sed prior explanatio doctioribus magis placet, vt per clypeũ ipſum Saul intelligamus,atque ita explanat Lyranus,quem etiam ſequitur Vatablus.

*Simile.*
*1. Mac. 6.*
*Imitari debẽt Solem Principes optimè quã vbique ſuos radios exerit nec vni plus lucet quã alteri, ita etiã virtutis & Gratiæ ſplẽdore omnibus ipſi coruſcare debẽt*
*3. Re. 10.*
*Gen. 14.*
*2. Re. vlt.*

Debent autem Reges eſſe ſcuta,& clypei regnorum,non quicunque,ſed aurei, vt quemadmodum radij ſplendẽtes Solis, impetentes clypeos aureos,ipſos montes illuſtrarunt,ſic namque ait Scriptura,Refulſit Sol in clypeos aureos,& reſplenduerunt montes ab eis,In eundẽ modum principes,& præſules debent virtutum ſplendore micare,quos maximè contendit Sol iuſtitiæ ſuis radiis illuſtres reddere,vt & ipſi clypei,vita moribus,& exempla micantes, montes etiam terræ illuſtrent,hoc eſt,ſubditos terram colentes excitent ad cœleſtia contemplanda , & ad deſiderium æternas beatorum ſedes poſſidendi. In cuius rei typum Salomon rex ille ſapientiſſimus fecit ducenta ſcuta de auro puriſſimo , quæ poſuit in arce ſaltus Libani. Quid enim adumbrant ſcuta iſta aurea,niſi reges, & principes,& prælatos, multis virtutibus coruſcantes, quos Deus in arce Eccleſiæ poſuit,vt eam tuerentur?An non clypeus erat protegens ſubditos ſuos,rex ille Sodomorum, qui dicebat Abrahamo. Da mihi animas,cætera tolle tibi, ſiquidem bona temporaria multa contempſit, vt ſubditos liberaret? Vereor,ſi nunc ea res contigiſſet,multi principes dicerent ſecus,Da mihi videlicet bona, animas tolle tibi , trucida,interfice,in ſeruitutem redige,&c. An non ſcutum erat, ſe obiiciens Deo percutienti populum Dauid,ne ſubditos interficeret quando dicebat Deo. Ego ſum, qui peccaui,& ego inique egi,iſti,qui oues ſunt,quid fecerũt? Vertatur,obſecro, manus tua contra me,& cõtra domum patris mei. O pretioſiſſimum ſcutum,ex puriſſimo auro charitatis fabricatum, ſiquidem non ſolum,vindice Deo,non quærit,quæ ſua ſunt verum & vitam ſubditorum propriæ vitæ,& vxorũ,& filiorũ antepoſuit. Quis rex,vel Princeps præſul,cũ videt,populum ſuum à Deo flagellari,vel peſtilentia,vel fame,vel bello,Deum orat,Patiar ego famem,ne pauperes fame pereãt? Si propter me orta eſt hæc tempeſtas , quod tuis præceptis non obtemperauerim,mitte me in mare,non puniantur oues innocentes&c. Sed quid hæc referendo me excrucio , cum expe



*Peſte fame & bello trãbus diuinæ iuſtitiæ flagellis plectũtur populus ob ſuperiorũ ſcelera.*
*3. Re. 14.*

experimento cognoſcamus,ob maiorũ,principum videlicet, & prælatorum peccata plecti miſerum populũ fame,peſtilẽtia. Et cũ ipſi principes videant,pcuti pauperes,habẽtes horrea tritico plena,nũmos multos cõgeſtos,hæc omnia occludunt,illis denegãtes ꝓtectionis munus,ſcilicet,vt à fame ꝓtegant,offerentes cibos,& Deum obnixe deprecantes, vt à populo auertat furorẽ ſuum? Vereor,ne hac noſtra tẽpeſtate cõtigerit regibus,& principibus,quòd regi Roboã,qui,cũ ablata videret ſcuta aurea,fecit ſcuta ærea pro aureis,eaque ante ſe ferri præcepit à ducibus ſcutariis,cum domum Domini ingrediebatur. Si enim oculos mentis conuertamus ad antiquos illos Eccleſiæ clypeos,principes videlicet, & prælatos,vt eos cum clypeis conferamus , qui hac tempeſtate populum gubernant, bone Deus,quantum inueniemus diſcriminis,quam pretioſa illa,hæc autem quã vilia iudicabimus.Nõ vtiq; ex auro puriſſimæ vitæ,ſed ex vili,deſpectoque ære fabrefacta.

*Generalis de moribus quæſtio ad rẽm vnius particularis non tendit.*

Neq; ꝓpter ea,quæ dicimus,omnes principes,& prælatos cõtẽnendos ducimus.Sunt.n.nõnulli multis laudibus proſequendi q̃ virtutib.& vitę integritate ſint inſignes,quorũ nomina ſilentio prætereo,ne dum eos oculis hominum ſubiicimus cõtẽplãdos,eorũ mẽtio cęteris inuidiã pariat.Sed ad inſtitutum redeamus. Nouerint principes , & præſules,non dari reipublicę,vt eã deſtruãt, ſed vt protegãt.

*Simile.*
*Leo apud Ægyptios ſignum roboris & vigilantiæ erat teſte Pierio in Leone. Eiuſdẽ ſcuti meminit Alexan. ab Alex. 6. c. 22. atq; ex Pauſania.*
*Apo. 5. b.*
*Philip. 4.*

Quod munus,vt exactius valeant impẽdere,in hoc ſtudium debent incumbere,vt imitentur regẽ Agamẽnonẽ,qui agnoſcens,ad quodnã munus creatus eſſet rex,vt regnum videlicet non ſecus,ac clypeus fortiſſimus,protegeret, teſte Pauſania,leonem in ſcuto ſuo depingere fecit, hac inſcriptione adiecta. Terror hic eſt hominum,quique hunc gerit,eſt Agamemnõ. Significabat autẽ eo leonis ſimulachro depicto in clypeo,ſe ingenti robore,& vigilãtia protecturum regnum, terrorique futurum omnibus , qui vel minimo homini ſui regni nocere voluiſſent. Non tam Græci,quam Latini robur terrorem,& vigilantiam deſcripturi,leone depicto ea indicabant,q̃ ea ſit leonis natura,vt dormiat apertis oculis, omnium ſit animalium robuſtiſſimum, eaque in oculis eius ſit vis,& maieſtas , vt etiam ſi ferum nihil moliatur,ſe tamen intuentes terreat. In eundem modum principes, & prælati dent operam,vt in pectore ſuo Chriſtum depingãt. Is enim eſt fortiſſimus leo,de quo legimus in Apocalypſi , Vicit leo de tribu Iuda. Si enim hunc leonem in animo habuerint,ingenti circuaſepti fortitudine regnum , & ſubditos tuebuntur,

P

rut, dicentes cum Apoſtolo. Omnia poſſum in eo, qui me cõfortat. Quinimo etiam ſi ſubditi ſint puſillanimes, & ignaui ipſe ſolus princeps, & præſul poterit tueri eos etiã ab ira ipſius Dei, contra vero ſi principes ſint fortitudine animi deſtituti, licet ſubditi ſint fortiſſimi, nequaquam neque ſe, neque regnum defendere valebunt. Nã, vt dicebat Philippus Macedo, formidabilior eſt ceruorum exercitus duce leone, quam leonum exercitus duce ceruo. An non quanuis ceruos ſe exhibuerant filij Iſrael, peccando contra Deum ſuum, vnus tantum dux, inſtar leonis, Deo irato reſtitit, puta Moſes Siquidem ipſe Deus illi dicebat, Dimitte me: vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ 4. Aduentus, in hæc verba, Procurante Pontio Pilato Iudæam. Quid eſt, Pilatum procurare Iudæam? Vtique eſſe protectorem, & clypeum illius. Eo enim nomine Scriptura appellat principes, & magiſtratus. Quadrat etiam in Euangeliũ Dominicę. 2. poſt Paſca Reſurrectionis, in hæc verba, Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Quo pacto bonus paſtor dat animam ſuam pro ouibus ſuis? Eas certe protegendo. Eam enim ob cauſam huiuſcemodi paſtores vocat Scriptura protectores ouium, &c.

# CAPVT QVINTVM.

*Pſa. 7. & 118.*
*Sententia nõ debet eſſe ſubita ſed deliberata & vtriuſque partis vocibus põderata. l. 2. C. de ſen. ex bre. rec. Ang. Are. in §. cura re col. 4. de act.*

A*VDITE hoc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael & domus regis auſcultate, quia vobis iudicium eſt.* Cùm Deus Optimus Max. æquiſſimus ſit iudex, iuxta illud Deus iudex iuſtus, & patiens. Ac rurſum. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum & optimi iudicis ſit, neminem condemnare indicta cauſa, iura enim decernunt, etiam diuina, nedum humana, audiendos eſſe reos ante condemnationem, vocandoſque, & citandos, anteaquam in eos feratur ſententia: ideo Iſrael compellat ad iudicium, ne quis eorum cauſetur iniquius ſecũ eſſe actũ. Et quoniã iuſtitia exigit, omnes criminis, & culpę complices vt vocentur à iudice, omnes Iſraelitas incipiens à ſacerdotibus, vocat in ius Deus. Et obſeruauit per quam eleganter Theop. non eadẽ voce *ſacerdotes, & domũ Iſrael, & domũ regis* eſſe vocatos, & citatos. Nam ſacerdotibus ſolũ inquit, *Audite. domui* vero *Iſrael Attendite*, ꝙ plus eſt, quàm



quam *audite*, ſed domui regis. Auſcultare, ꝙ plus quippiam, quã audire ſignificat. Reddit cauſam huius varietatis Theophy. Quoniam, inquit ſacerdotes intelligentiores aliis reputabantur eſſe, ad illos ſatis eſt dicere, *Audite* tantum, Domui vero Iſrael, hoc eſt, populo, neceſſarium erat, dicere, *Attendite* diligenter. Niſi enim pleriq; omnes ex vulgo, dictis aduertant animo, nihil enim eorum, quæ dicuntur, intelligent. Porro *domui regis*, hoc eſt, regibus, & optimatibus ipſorũ demandatur auribus percipere, ꝙ plus aliis ſignificat. Tetigit & hãc diſtinctionem Interlinearis, licet rationẽ non reddit, ſuperpoſuit in quo verbo *audite*, aure corporea, verbo autẽ *attendite*, mentis intellectu retinere. *Sacerd. t.s* Optimè obſeruant D. Hieron. & Haymo, & Gloſſa, hac voce comprehendi ſolum ſacerdotes decem tribuum, non quòd ſacerdotes ſint de tribu Leui, ſed quòd ſacerdotes vocentur à populo. Vnde, & ſacerdotes Baal, prophetæ quadringinti quinquaginta quos interfecit Helias: & poſtea Iehu filius Nanſi, præſente Ionadab filio Rechab, appellati ſunt ſacerdotes. Hanc etiam ob cauſam, opinor, Theophylactus expendens hunc locum, vocat ſacerdotes, vanos ſacerdotes. Sed quorſum citat hos ſacerdotes Deus? Quoniam populum induxerant ad idololatriam, populum vocat, quon.ã eorũ iniquo pa‑ruit conſilio, reges vero; quia eos ſacerdotes conſtituerant. Per *domum* hoc loco, vt optimè inquit Carthuſianus, familiã filios, & cognatos intelligit. Tetigit & hoc Theop. Nam per *domum regis*, reges & optimates ipſorum intellexit. *Vobis iudicium eſt.* Exiſtimant nonnulli recentiores, hæc verba ſolũ dicta *domui regis*, non aliis vocatis in ius *ſacerdotibus* videlicet, & *domui Iſrael*. Expendunt autem in hunc modum, *Vobis iudiciũ eſt*, id eſt, ad vos ſpectat, iudicare, vel polletis authoritate in iudiciis. Cæterum omnes antiqui patres, ſecuti D. Hier. tam ſacerdotibus, quàm domui Iſrael, & domui regis dicta eſſe ſentiunt, iiſque ſolum ſignificari, omnes Iſraelitas in ius vocatos à Domino, vt ſi quid habent, quo ſe ab accuſatione purgent, opponant.

*3. Re. 18.*
*4. Re. 9. & 10.*
*Sacerdotes idolorũ hic aduocãtur vt audiãt contra ſua dicta diuinam ſententiam.*

*Ad inſtituendos mores.*

A*VDITE hoc ſacerdotes, & Attendite domus Iſrael*, &c. Inter cætera quæ maxime Eccleſiam Dei ornãt, principẽ locũ obtinet ordo. Vult. n. Deꝰ noſter in omnib. ordinẽ ſeruari. Hinc Apoſt. ingenti ait

ſe affectum gaudio, quòd Coloſſenſes ordinem ſeruauerint. Spiritu, inquit vobiſcum ſum, & ſi corpore abſens, gaudens, videns ordinem veſtrum. Et Deus inter cætera, quæ promittit Eccleſiæ, vnum eſt agnos paſcendos, non vtcunque, ſed ordine ſeruato. Paſcentur, inquit Iſaias, agni iuxta ordinē. Et animo intuere, quos dicat Iſaias paſcendos iuxta ordinem, agnos videlicet, Quoties ergo limites ordinis tranſgrederis, ſcito te non agnum vocandum: ſed hœdum, ad ſiniſtram æterni iudicis collocatum, vt in illa regione paſcaris, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Sapientiſſimus nã[illegible]; rex ille cœleſtis Salomon non ſecus ac terrenus Salomon, ordinem ſeruari à ſibi miniſtrantibus præcipit, vt quiſque in ſuo loco maneat, non alterius autē ſurripiat locū. Videns ait Scriptura, regina Sabba omnē ſapientiam Salomonis. Dic mihi regina, in quo maximè reſplenduit Salomonis ſapientia? Inter alia demirata ſum ordines miniſtrantium. Quid enim poteſt regnum, vel rempublicam reddere magis commendabilem, quã quòd quiſq; nō ſui ordinis ſiue claſſis metas tranſcendat? Quemadmodū humani corporis mēbra variis corporis locis aptata corporis deſeruiunt ordine quodam, ita vt primum locum, medium videlicet, occupet cor, caput ſupremum, deinde oculi, os, &c. donec ad pedes veniatur, extremum, & infimum locum tenentes, neque propterea pedes cōquæruntur, aut corpori miniſtrare recuſant, quòd ſe videant poſtremos, In eundem modū in Eccleſia, quæ teſte Apoſtolo, corpus quoddam myſticum eſt, æquum eſt, ſacerdotes principem locum obtineant, quòd cordis, & capitis in republica fungantur munere. Hinc Deus in ius vocaturus Iſraelem, primum ſacerdotes citat, ac ſi hoc facto ordinem ſeruandū doceat, illiſque, dicat, primum deferendum honorē qui priorem in republica occupant locum. Nã ordo res quædã cœleſtis eſt: ideoque maxime ab omnibus ſeruandus. Nū quid noſti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra, ait Deus Iob? Quid eſt, rationem ordinis cœleſtis ponere in terra, niſi quòd quemadmodum inter ipſos ſpiritus cœleſtes, & angelicos ordo ſeruatur, Ita eundem ordinem poſitum eſſe à Deo in Eccleſia? Eſt autē tantæ virtutis ordo, vt nil magis terreat ſpirituales hoſtes, & proſternat inferorū poteſtates. Sicut enim, vt Debora cecinit, de cœlo dimicatum eſt contra Siſaram, & eius exercitum, & ſtellæ manentes in ordine ſuo, & curſu ſuo aduerſus eos pugnauerunt, In eundem modū, ſi ordo ſeruetur in republica, terga vertet ſatanas, eiuſq. ſatellites

*Coloſſ. 2.*

*Obſeruandus ordo in re qualibet nam ſcire quid facias & neſcire quo ordine facias nō eſt perfectæ cognitionis. Bas[illegible] ſſ. Proœ. circa princ.*

*Iſai. 5. d*

*Iob. 10. d*

*3. Re. 10.*

*Simile*

*1. Cor. 12.*

*Omne ordinatum eſt pulchrū ideo laudu & modi pater eſt ordo.*

*Iob. 38. d*

*Iud. 5. c*



ſatellites fugabimus. Nam quid eſt Eccleſia, niſi terribilis caſtrorum acies ordinata in qua nullus patet aditus dæmonibus bellantibus vt quempiam gladio peccati interficiant? Dū mihi homines ſui ordinis loco cōtentos, ab illis procul eſt ambitio iactantia, rixa, iurgium, inimicitia, multaque alia vitia quæ oriuntur ex tranſgreſſione ordinis, & loci cuique pro ſui ſtatus conditione præfixi, imo huiuſcemodi rempublicam rem cœleſtem, quam terrenam appellarem. Nã quemadmodū inter animantia aquatilia, & terrena perrarò inueniūtur rixæ, quod quæque ſuis locis viuant, nullumque eorum auferre contendat locum alteri à natura deſtinatum, vnde piſces in aquis degunt, aues in aere, alia in terra. In eūdem modum, ſi ſuis homines, vt ita loquar, ſpheris ſe continerent, & nō ambirent honores aliis iam diſtributos, bone Deus, quàm tranquilla eſſet reſpublica, verè magis illi homines dicerentur in cœlo q̃ in terra viuere. Quemadmodū grues, cū per aliqua loca trãſeunt, vt ordinem ſeruent, aliæ poſt alias volantes, ne in volatu fluitare cogãtur â vento, in ſtar nauis vndis agitatæ, lapillum roſtro ſuſpiciunt, antea quã volatui ſe credant, quo, veluti firmamēto, vtuntur, vt in ſuo loco, & ordine perſiſtant, cæteraſque non turbēt, ita enī refert maximus Tyrius. In eundē modum homines, cum volare decernunt ad aliquē honoris apicē, ne ordinē prætergrediantur, & à dæmone deuorētur, ſicut grus ab accipitre impetitur, ſi ſui loci ordinē deſerant, ſemper debēt portare illū lapidē ſecū, de quo inquit Apoſtolus, Petra autem erat Chriſtus quem lapidē ſi intueantur, in eo inuenient ſcriptum, Contētus eſto loco tuo, ne deſeras ordinē tuum. Quadrat obſeruatio in Euãgelium pro Mandato, in hæc verba, Venit itaque ad Simonē Petrū. A Petro ergo exorſus eſt Chriſtus. Cur à Petro incœpit? Quia dignior cæteris erat, vt oſtenderet, ordinem ſeruandum. Quadrat & in Euangelium Dominicæ 4. Quadrag. in hæc verba, Facite homines diſcūbere Ecce, noluit Chriſtus paſcere turbas, donec quiſque in ſuo loco, & ordine diſcubuit.

Secundò, *Audite hoc ſacerdotes.* Primū ſacerdotes vocat in ius, deinde alios, quoniam grauior culpa eſt ſacerdotū q̃ aliorū & ideo prius reprehendenda, & extirpanda. Nã quemadmodū macula faciei fœdiorem reddit hominem, quàm illa, quæ eſt in pedibus, aut alia quãuis corporis parte, In eundē modū crimen ſacerdotis multo eſt grauius, quoniam ſacerdotes ſunt Reipublicæ facies, alij autē alia corporis mēbra

*Cant. 6. a*

*Qui metas ſuæ cōditionis trãſgreditur aberrat cœlo & terra.*

*Simile.*

*Simile.*

*Ordo ſeruandus his qui ad honoris & gloriæ culmen promoueri cupiunt.*

*1. Cor.*

*Simile.*

bra, quæ nõ facile cõſpiciuntur. Et quemadmodũ maiorẽ o-
perã impendimus abſtergendis ſordibus faciei, q̃ aliorũ mẽ-
brorũ, hinc quotidie faciẽ lauamus, alias autẽ corporis par-
tes nõ itẽ. Sic ſacerdotes mundiſſimos eſſe oportet, quòd ſint
facies corporis myſtici. Volẽs Deus, punire peccatores ciui-
tatis Ieruſalẽ, quoſnã primũ percuti iubet? Sacerdotes vtiq;
A ſanctuario meo incipite, inquit apud Ezhecielẽ. Et D. Pe-
trus ait, Tẽpus eſt, vt incipiat iudiciũ â domo Dei. Cur à do-
mo Dei incipit ſuppliciũ? Quia maior eſt culpa eadẽ in ſacer-
dote, q̃ in laico. Significatur hoc perquam elegãter apud Le-
uiticũ, cũ pro peccato ſacerdotis hoſtiã in hũc modũ offerẽ-
dã præcipit Deus. Si ſacerdos, inquit, qui vnctus eſt, peccaue-
rit delinquere faciens populũ offeret pro peccato ſuo vitu-
lũ immaculatũ Dño. Hauriet quoque de ſanguine vituli, in-
ferens illũ in tabernaculũ teſtimonij. Cũque intinxerit digi-
tũ in ſanguinẽ, aſperget eum ſepties coram Dño contra ve-
lũ ſanctuarij. Et adipẽ vituli offeret pro peccato, & adolebit
ſuper altare holocauſti, pellẽ vero, & omnes carnes cum ca-
pite, & pedibus, & inteſtinis, & fimo, & reliquo corpore offe-
ret extra caſtra in locũ mundum, vbi cineres effundi ſolent.
Hæc apud Leuiticũ. Cæterũ omnia, quæ dicuntur obſerua. Si
ſacerdos inquit, qui vnctus eſt. Nõ ait, Sacerdos peccans, ſed
coniunctionẽ condirionalẽ poſuit, ſi, dicens, Si ſacerdos pec-
cauerit. Cur cõiunctionẽ ſi appoſuit Deus locuturus de pec-
cato cõmittendo à ſacerdote? Quoniã ſacerdos rarò, vel nun-
quã debet peccare. Quæ enim lingua poterit expendere,
quot, quibuſq; beneficiorũ vinculis ſacerdotẽ ſibi deuinxit
Deus, ne ab eo auerteretur, malum faciens? Si enim dicebat
Ioſeph fœminæ, pellicienti ſe ad libidinem, renuens, acquie-
ſcere operi nefario, Ecce Dominus meus, omnib⁹ mihi tradi-
tis, ignorat, quid habeat in domo ſua: nec quicquam eſt, quod
nõ in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi præter te:
quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Do-
minum meum? Quanto melius ſacerdos, cùm ad peccatum
allicitur hæc verba proferre deberet in ſuam memoriam re-
uocans omnia beneficia, quæ in illum contulit Deus ſuus?
Cui claues tradidit regni cœleſtis? poteſtatem dedit reuocã-
di homines ab Orco abſolutione ſacramentalis cõfeſſionis,
omnia ſacramenta pretioſiſſimo ſanguine ipſius Dei ſanci-
ta in eius manu poſuit, & quod amplius demittere, facultatẽ
cõtulit vt vel ſolo verbo Deũ ipſum ad hoſtiã altaris addu-
cat, manibus reuoluat, quotidie ore ſuo abſumat? Nonne
pluribus

*Sacerdotes ſunt corporis noſtri facies quæ maculis peccati de uenuſtatæ ab omnibus turpius uidentur.*

*Ezech. 6.*
*1. Pet. 4.*
*Leuit. 4.*

*Sacerdos rarò vel nunquam debet peccare.*
*c. Gen.*



pluribus beneficiis cumulat Deus ſacerdotes, quam Ægy-
ptius ſibi obſtrinxerat Ioſeph? Quare ergo, quoties peccatũ
pulſat fores cordis, vt ei aperiatur, nõ dicet, Quomodo poſ-
ſum hoc malũ facere, & peccare in Dñm meũ? Quid habet
Deus in domo ſua, Eccleſia videlicet, q̃ mihi contradicerit.
Iudicãs ergo Deus, q̃ ſacerdos ſemper reuoluere debet in i-
mo pectore, ne peccatum cõmittat, beneficia à Dño ſuſcepta
hac vſus eſt loquendi forma, Si peccauerit ſacerdos. Ac ſi a-
pertius dicat, Nunquam peccare deberet, aut certe quam ra-
riſſimè. Obſeruet autem ſacerdos, quod ſubiungitur. Qui vn-
ctus eſt. Cur vnctionẽ ſuã ſacerdotis oculis ſubiicit? Quo-
niã ſemper deberet eſſe ſacerdos ſuæ vnctionis memor, ne-
vnquã peccaret. Ad hoc enim vngebatur, vt peccatum ad eũ
non auderet accedere, timens vnctionem. Quemadmodum
antiquitus milites ſua ſcuta oleo inungebãt, quòd vncti fa-
cilius reſiſterent ictibus hoſtiũ, vnde vti nuper dicebamus,
expendẽtes hæc verba, *protectores tui* clypeus, Saul vnctus di-
citur oleo à Dauide, Abiectus eſt clypeus Saul, quaſi non eſ-
ſet vnctus oleo, In eundem modum ſacerdotes, vngebantur
vt fortiores redderẽtur ad reſiſtendum peccatis. Tu ergo ſa-
cerdos Dei, cum ad peccandum alliceris, memẽto vnctionis
tuę: & verere manibus, quib⁹ ſacra myſteria tãgis, ſpurcitias
carnis contrectare, & ore, quo diuina ſacrificia in pectus tra-
iicis, quid iniquum proferre, & turpe ſcortum oſculari. Sed
ad alia citati loci Leuitici verba tranſeamus. Præcipit Dñs,
pro peccato ſacerdotis offerri vitulum, alij vero priuati ho-
mines quid pro peccato iubentur offerre? Hircum caprarũ
ſolũ. Maior ergo exigebatur hoſtia pro peccato ſacerdotis,
quàm pro peccato aliorum hominum: certũ enim eſt, pluris
æſtimandum eſſe vitulum, quam hircũ. Quorſum putas? Pro-
culdubio quia peccata ſacerdotis grauiora ſunt, quam alio-
rum: maiori etiam ex piantur hoſtia. Hinc & ſeptena ſangui-
nis aſperſione mũdatur, quia pro vnico ſacerdos quaſi infini-
ta cõmiſiſſet peccata, ſepties daturus eſt pœnas. Niſi enim
ſepties, quoties delinquunt, virtute peccarent, nõ eſſet opus
ſanguinem hoſtiæ, qui ſanguinem ſacerdotum adumbrat, ſe-
pties contra velum aſpergi. Quia enim ſepties Dominus e-
rat in eos peccatum vindicaturus, toties ei irato victimę ſan-
guines erat occurrendum. Neque arbitreris, ſomnium, aut fi-
gmentum, eſſe, peccatorem pro vnico peccato ſepties, & plu-
ries pœnas daturum. Audis enim, à Dño dictum Caino quis-
cum occidiſſet, ſepties puniendũ, & qui Lamech, ſeptuagies
P 4 ſepties

*Simile.*

*2. Reg. 1.*

*Singularis vitæ ratione à cætera turba ſeparatus eſſe debeo memor ſuæ vnctionis ſacerdos.*

ſepties. Quid ergo mirum, ſi ſacerdoti pro vno peccato præcipiatur, ſanguinem ſuæ victimæ ſeptięs cõtra velum aſpergere? Demum quantum Deus deteſtetur peccatum ſacerdotis, hinc apertiſſimè deprehendes, quod nihil vituli vitius ſibi oblati, præter adipem, habere voluerit. Non carnem, non caput, non pedes, non pellem, neque aliquid aliud: & quod mirabilius eſt, non ſuſtinet in ſuo altari cremari, quoniam his illud pollui timet, ſed cuncta hæc extra caſtra aſportari, & in loco cineris comburi iubet. Cur ſuper cineres carnes victimæ comburi iubet? Vt oſtendat, ea cæremonia peccata ſacerdotis humilitate, ingentique pœnitentia, quę per cineres deſignat, expiãda. Quadrat obſeruatio in Euãgeliũ pro Mãdato, in hæc verba, Linteo præcinxit ſe, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & abſtergere linteo. Obſerua, quorũ pedes lauet, eorum quos creauerat ſacerdotes, quos adeo mundos eſſe vult, vt neque etiam in ipſis pedibus ſordes habere permittat. Nã & Petro dixit, Qui lotus eſt, nõ indiget, niſi vt pedes lauet. Quadrat etiã in Euangelium Dominicæ primæ Quadrageſimæ, in hæc verba, Statuit eũ ſuper pinnaculum templi, & dixit ei, Mitte te deorſum. Cur, cum potuiſſet aſſumere in eminentiſſimum ſcopulum, aut aliam turrem, noluit, ſed ad pinnaculum templi? Certeſ, quia agnouit diabolus, maiorẽ eſſe ruinã eorũ, qui in tẽplo Dei ſunt, id eſt, qui ſacerdotio ſunt aucti, quã eorum, qui nõ ſunt ſacris initiati.

*Deteſtatur Sacerdotis peccatum Deus.*

Tertiò, *Audite ſacerdotes, & attendite domus Iſrael.* Non iiſdem verbis ſacerdotes, & alios vocat in ius. Nam ſacerdotibus ſolum inquit, *Audite*: alijs, *Attendite*. Cur non eodem verbo omnes citat? Vt doceat, decere ſacerdotes, parere prõptius Deo ſuo, ac non eſſe rebelles, perinde ac alij eſſe ſolent homines. Significauit hoc egregiè Deus, præcipiens, in vnctione ſacerdotis ſanguinem arietis poni ſuper extremum auriculæ dextræ, & ſuper pollices manus eius, ac pedis dextri. Quid enim aliud hac cæremonia voluit ſacerdotes admonere Deus, quã eos daturos pœnas ſanguinis, ſi negligentiores in obaudiendis mandatis eius ſe exhiberent? Hinc non ſolum aurem inungit: verum, & pedes, & manus, vt oſtendat, debere ſacerdotes, paratos eſſe, vt opere, & inceſſu compleant, quæ Deus præceperit. Et meritò exigit Deus à ſacerdotibus maiorem animi promptitudinem ad parendum ſuis præceptis quoniã ſunt diuini quidam equi, trahentes currum, in quo Deus venire dignatur ad homines. Et quem admodum reges eos ſuis iungũt curribus equos, qui vel facili, & leni motu

*Exod. 29.*

*Sacerdotes ſunt quadrigæ currus in quo Deus deſcendit ad homines.*



tu fræni ab auriga vertantur, quoquo voluerit. Ita Deus ſacerdotes cupit eſſe præcinctos, vt quicquid vel ſolo verbo dixerit, faciant. Fortaſſis hoc ſignificauit cœleſtis Sponſus apud Cantica, dicens, Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea. Nã his verbis implicat, ſe habere equitatũ ſimilẽ ei, quẽ Rex Pharao ſuis curribus ſupponebat, hoc eſt, ſicut ille non indomitos, & rebelles equos patiebatur ſuum mouere currum, ne vel illum præcipitem darent, vel ſegniter traherent, ſed domitos, & facile aurigę ſibilo parentes. In eundem modum ſacerdotes, qui currũ diuinæ Scripturæ, in quo Deꝰ reſidet, vnde Aſſertor noſter dicebat, Scrutamini Scripturas, quoniã illę teſtimonium perhibẽt de me, vult eſſe paratos, vt ſine multis minis, & verbis obediant ſibi. Nec ab re ſacerdotes currũ Dei, puta Scripturã, voluere dicimus, cũ rotis currus Ezechielis, id eſt, ſacris doctoribus & quatuor illis animalibus, Euangeliſtis videlicet, nulli ſint familiores ſacerdotib. cum quotidie ſacra Biblia reuocant. Qũo ergo non erubeſcent ſacerdotes, ſi vel Leui ſibilo Dei ſui non pareant cum legant quotidie, Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam? Ac rurſum, Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi? Quadrat in Euangelium pro Mandato, in hæc verba Chriſti dicta Petro. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et ſtatim reſpondit Petrus Domine, non tantum pedes, ſed & manus, & caput. Cur Petre tam cito Chriſti pares verbis, cum prius dixiſſes, Nõ lauabis in æternum? Certè, vt doceas ſacerdotes veram obedientiæ formam, & incunctanter Chriſtum audiẽdum. Quadrat etiam in Euangelium pro Aſcenſione Domini, in hæc verba, Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euãgelium omni creaturæ. Ieſu bone, ac ſi rem facilem pręcepiſſes, iis duo difficillima quidem factu, peragrare videlicet totũ orbẽ, & Euangeliũ prædicare, non ſolũ huic, aut illi, ſed omnibus, etiam ipſis lupis truculentiſſimis, & ſæuientibus in hos agnos tuos, & cui Apoſtoli ſine aliqua contradictione tuis iuſſis obtemperant, Cur tantam obedientiã præſtant; Quoniam ſacerdotes erant, quos paratiores eſſe decet ad parendum Deo.

*Cant. 1.*

*Ioan. 5.*

*Ezech. 1.*

*Pſal. 44. & 17.*

*Prō[m]ptiſſimi ſint ad exequenda diuina munera ſacerdotes.*

Quarto, *Audite ſacerdotes.* Quã ob cauſam, bone Deus, in ius vocas ſacerdotes iſtos? Reſpondeat Diuus Hieronymus Quoniam reges, & ſacerdotes populum induxerũt ad idololatriæ crimen. Cauendũ ergo eſt quempiã ad peccatum adducere, aut vt quis illud patret, præbere conſilium, quando ob

eam cauſam ante diuinum tribunal citantur ſacerdotes,& reges, quaſi grande piaculum commiſerint. Nouit Dominus,

*Iob.12.*
*Eſthe.16.*
*Exemplo ſit Amã omnib.falſis Principum cõſiliariis.*
*Gene.3.*

inquit ſanctus Iob,& decipientem, & eum,qui decipitur. Et ad quid eos cognoſcit Deus? Vtique, vt digna rependat meritis vtrique. Nam ſi Aſſueusr iuſſit, Aman ſuſpendi, quod callida fraude regẽ decipere moliretur, quis nõ videat, praua conſilia præbẽtes acerrime eſſe plectẽdos? Atque,vt multa ſilentio prætercam,obſerua, quam Deus tulit ſententiam in primum mali conſilij patratorem. Peccauerat Eua ſerpentis ſuggeſtione,& interrogãti Deo, Quare hoc feciſti; reſpondit, Serpens decepit me. Audi autem, ſupplicium illatum ſerpenti, Quia feciſti hoc, inquit De⁹, quid eſt hoc, quod ſerpẽs fecit Dñe? Quaſi deceptionem nominare pudeat, eius ſubticet nomen, & neque per os ſuum proferre vult, Solum ait, Quia feciſti hoc. Ac ſi apertius dicat, Quia tam execrandum & grande facinus commiſiſti, quantum eſt, allicere fœminã ad peccatum, maledictus es inter omnia animantia. Vides, quid primum mereatur iniqui conſilij artifex, maximam videlicet maledictionem? Sed neque hanc pœnam ſolum inferre contentus eſt Deus prauo conſiliario, alias quippe excogitauit,& adhibuit. Super pectus tuum, inquit, gradieris. O dignam peccato pœnam, eſſe videlicet omnium deiectiſſimum, & vas illud, in quo fabricatum eſt prauum conſilium, pectus videlicet ſerpentinum, humi repere, ac ſi hoc facto oſtendat Deus, ab omnibus eſſe calcandum patratorem conſilij mali Neque hic ſiſtit, ſed vlterius progreditur. Obſerua, quod additur, Inimicitias ponam inter te, mulierem,& ſemen tuum,& ſemen illius. Quid hic docet, niſi ingenti odio proſequendum, qui nos ad peccatum inducit, atque hoc non ſolum inter ipſos decipientẽ,& deceptũ? verũ etiam inter poſteros vtriuſque eſſe ſeruandum? Non enim ſolũ dixit ſerpẽti iniqua conſulẽti, Inimicitias ponam inter te,& mulierẽ? vlteri⁹ progreſſ⁹ eſt, & ad poſteros inimicitias etiã extẽdit, ſubiũgẽs, Et inter ſemẽ tuũ, & ſemẽ illi⁹. Quẽadmodum morbi quidam corporei paterni etiam prolem inſequuntur, & afficiunt filios, vti contingere videmus iis, qui morbo Gallico laborãt; gignunt enim fœtum elanguidum, eademque peſtilenti valetudine infectum, In eundem modum ea eſt vis praui cõſilij, vt non ſolum pariat odium in praua cõſulentem, verũ & in omnes poſteros eius. Et quẽadmodũ Naaman lepra adhæſit Giezi, & ſemini eius ob peccatum illius vſque in ſempiternum. Sic & prauum conſilium odium,

*Simile.*
*Vitio ſperinatis multa morbi hæreditario iure deſcendunt in prolem, vti Podagra, Epilepſia Lepra Phtiſis Hydropiſiſs calcuus &c.*
*4. Re.5.g*



odium,& inimicitias excitat, longo tẽpore duraturas. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ 1. Quadrageſimę. in hæc verba, Dic, vt lapides iſti panes fiant. Videte, fratres mei, quale conſiliũ præbet tentator, iniquũ certe, & quo ad peccatũ inducat Chriſtũ. Aperiãt ergo oculos mali cõſiliarij, vt agnoſcãt, ſub quo duce militẽt, ſub diabolo videlicet,&c.

Quĩtò, *Attendite domus Iſrael, & domus regis.* non ſolũ Iſraelem,& regem vocat in ius, verum & domum eorum, omnem videlicet cognationem, & familiam. Quid hoc Domine, etiã inſontes vocas ad iudicium? Quis dubitat, aliquos eſſe innocentes in his familiis, qui non ſunt peccato idololatriæ irretiti, ſaltem in fantes? Quare ergo á te, quaſi plectendi, citantur? Docet, quãtum debeamus fugere peccatum, quando etiã familia peccantis ob illius peccatũ punitur. Ego Deus tuus, fortis zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiã,& quartã generationẽ eorũ, qui oderũt me. Sed de his iterũ, atque iterum à nobis dictũ eſt. Docet etiam hic locus, iuſtiſſimas eſſe pœnas filiis,& nepotibus hæreticorum inflictas. Vides enim, propter idolatriam hic à Deo puniri domũ, id eſt, familiam regiã,& Iſraelis. Quadrat obſeruatio in Euãgelium Dom. 21 poſt Pentecoſten, in hæc verba, Cum autẽ non haberet, vnde redderet, iuſſit eũ Dominus eius venundari,& vxorem eius,& filios. Ecce, pro debito vxor etiam & filij plectuntur, vna cum debitore.

*Exo.20. a*
*Schiſmatẽ corũ pœnæ tranſit ad liberos.*

Sextò, *Quia iudicium vobis eſt* Nõ profert Deus tuus ſententiam, anteaquã reos audiat. Diſcamus ergo, neminem condemnare, inauditis delinquẽtibus. Accuſantur Daniel,& ſocij eius coram Nabuchodonoſor, & ante condemnationem eos interrogat,& neque furor, & ira regis, quibus percitus erat, obſtiterunt, quo minus ab impio rege interrogarentur, & accuſati reſponderẽt. Tũc, ait Scriptura, Nabuchodonoſor in furore,& in ira præcepit, vt adducerẽtur Sidrach, Miſach,& Abdenago,& ait eis, Vere ne deos meos non colitis, & ſtatuã auream, quam conſtitui, non adoratis? Iudex etiam Feſtus, accuſãtibus iudęis Diuũ Paulũ, Reſpõdit, Nõ eſt Romanis cõſuetudo, donare aliquem hominem, prius quâm is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locunque defendendi accipiat abluẽda crimina, quæ ei obiiciuntur. Quẽadmodum non poteris quidquam ſcribere, niſi calamũ duobus digitis apprehẽdas Sic neque ſententiam iudex proferre in aliquem, quin audiat vtrãque partem Sed hoc iam à nobis eſt obſeruatum. Quadrat vero obſeruatio in Euangeliũ Dominicę.

*Dan.3.*
*Act.25.*
*Simile.*
*Dãnationis meritæ & rationes explicandæ antea quam pœna accedat.*

Dom. 21 poſt Pentecoſten, in hæc verba, Tunc vocauit eum Dominus ſuus, & ait illi, Serue nequã, omne debitum dimiſi tibi, &c Quando vocauit hunc ſeruũ Dominus illius? Quãdo accuſatus fuerat à conſeruis, vt doceat neminem inauditum eſſe damnandũ. Quadrat & in Euangelium pro feſto diuæ Mariæ Magdalenæ, in hæc verba, Hic, ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt O Phariſæe, decet ne quempiam condemnare, anteaquam reſpondeat? Certe iniquum iudicem te exhibuiſti, Reſpondeat Chriſtus, quem tu condemnas pro ſe, & pro peccatrice, & certus ſum, quòd mutabis ſententiam.

¶ *Quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſuper Thabor. Et victimas declinaſtis in profundum: & ego eruditor omnium eorum.*

*Pſal. 75.* ¶ Cum montes cõmodatiſſimi ſint ad venationem, iuxtà illud, Montes excelſi ceruis, appoſitiſſima tranſlatione venationis ad explicandum peccatum ſacerdotum, & regum Iſrael vſus eſt noſter Vates, Dicens, *Quoniam laqueus facti eſtis*, &c. Et quibuſnam laqueus facti ſunt? Quamuis ſubticeat, ſubintelligendum eſt, populo meo Iſraelitico. Subticuit autem, quoniam reticentia hæc nonnihil indignationis diuini pectoris detegit. *Speculationi*. Negotium faceſſit hæc vox, & non parum difficultatis ingerit. Hanc varie explanat. D. Hieronymus, quem multi ſequuntur, *ſpeculationem* aptat muneri, & officio ſacerdotum, & regũ Ac ſi apertius dicat, Speculatores vos poſui, & principes in populo: & in excelſo dignitatis culmine conſtitui, vt populum regeretis errantem, vos autem facti eſtis laqueus, & nõ tã ſpeculatores, & principes, quàm venatores appellandi Expanditis enim rete ſuper montem Thabor, &c. Lyranus, & Carthuſianus ſpeculationem dicunt eſſe plebẽ, ipſoſq; Iſraelitas. Vnde ſic expendit Cartuſianus, *Speculationi*, id eſt, plebi, cuius ſpeculatores eſtis effecti. Lyranus vero ſic, *ſpeculationi*, id eſt, animalibus, quæ deberent per contemplationem in Deũ eleuari, Theop. & Theod. per *ſpeculationem* excubias prophetarum, & ordinationem, ſeu aciem intelligunt. Prophetæ enim, veluti quidã ſpeculatores, fuerũt, annunciantes ventura populo, vt & in Ezechiele legitur, Speculatorẽ dedi te domui Iſrael. Exiſtimant ergo Theodoretus, & Theophylactus, reprehendi ſacerdotes, & reges, quo inſidias ſtatuentes aduerſus prophetas, eos interficerent. Cæterum hæc explanatio extorta videtur. Fortaſſis & hoc agnoſcens Theophylactus, aliam adhibuit

*Irretit⁹ & illaqueatus fuerat Iſrael ſpeculatorũ ſuorum uobis.*

*Ezec. 3.*



buit, expendens, ſicuti D. Hier. explanat Recentiores multo ſecus *ſpeculationem* diſpungunt, dicentes, eam vocem nomen eſſe proprium cuiuſdam mõtis, qui Hebraice dicitur Miſpa ſed Latinus, & Græcus Interpres, vt appellatiuum verterũt ſicut etiam alias facere ſolent, vt, Et factus eſt in Salem locus eius, nomen proprium Salem ex ſignificatione reddiderunt, Et factus eſt in pace locus eius. Erant autem iſti duo montes Miſpas, & Thabor altiſſimi, alter in confiniis Iuda, & Beniamin, non procul ab Ephraitis: alter verò in ſorte tribus Iſcariotis, ſuper quos retia, & laqueos expandebant, qui auibus inſidias moliebantur, & feras agitabant. D. tamen Hierony. Lyranus, & plerique alij magis rem, quam vocem contemplati, *ſpeculationem* ad munus regium, & ſacerdotale detorquent. Sed quæres, Quomodo *laqueus, & rete facti ſunt?* Quidam exiſtimant, ſacerdotes, & reges dici *laqueum, & rete*, quoniam eorum doctrina, & exemplo populus captus eſt, & irretitus crimine idololatriæ. Ita diſpungunt Haymo, & Vatablus, & Hugo Cardinalis. Sed quamuis ita ſit, populum videlicet iſtum inductum ad idololatriam per ſacerdotes, & reges, id nequaquam hic ſignificatur. Melius ergo veritatis ſcopum attigerunt Lyranus, Rupertus, Carthuſianus, quos etiam nonnulli ex recentioribus ſequuntur, dicentes, ſacerdotes & domum regiam vna cum domo Iſrael prohibuiſſe, ne quis Ieroſolymitanum templum adiret adoratum Dominum, ob eamque cauſam vitulos aureos fabricatos, quos populus coleret, in Dan, & Bethel. Quod ſi quis Ieroſolymam peteret orationis cauſa, ei pœnam capitis indicebant. Ne ergo quis aſcenderet Ieroſolymam, turres, & arces extrui fecit Ieroboam in montibus *Thabor*, & Miſpa, ibiq; excubias collocauit, qui inde ſpecularentur, an quis Ieruſalẽ trãſiret, hac enim erat tranſitus ad eã ciuitatem. Et ſi quem cõprehendiſſent, capite mulctabant. Vnde & optime has excubias vocat *rete*. Nam quemadmodum ex multis filis conficitur rete, illudque abſcondunt venatores, donec doli ignaræ feræ capiuntur, In eundẽ modum Ieroboam multorum ſacerdotum coacto conſilio, & vitulos aureos fabricauit, & ſpeculatores poſuit in montibus *Thabor* & Miſpa, qui populo eſſent impedimento, quominus pergeret templum Domini, latenter inſidiantes, vt facilius inde tranſeuntes cõprehenderent. Videtur hoc implicatum apud Regum hiſtoriam his verbis, Et excogitato conſilio fecit Iereboam duos vitulos aureos, & dixit eis, Nolite aſcendere vltra in Ieruſalem, &c. Nam *3. Re. 12.*
quid

*Hebræis Miſpha, latentis ſpecula ſiue ſpeculatio.*

*Simile.*

*Ieroboam vt quidã ſomniant conſtituit ſpeculatores qui interficerẽt vniuerſos Iſraelitas aſcendẽtes in hieroſolymã ad ſacrificandũ in ea.*

quid eſt, excogitato conſilio fecit, &c. niſi, conuocatis ſacerdotibus, & ſenioribus, modum fuiſſe excogitatum vna cum ipſis idolis, quo popul⁹ retraheretur à templo Ieroſolymitano per clanculares exploratores? Neque omnino reiicienda eſt Ruperti ſententia dicentis, hic *Thabor* pro quolibet monte eſſe poſitum. Idem enim iudicat eſſe, dicere, *ſicut rete expanſum ſuper* Thabor, ac ſi dicat, Sicut in monte ſaltuoſo laquei, vel retia tenduntur, vel expanduntur ad capiendum, Ita ſubdola illorum conſilia tendebantur, & effectum habebant ad decipiendum. Certum enim eſt, quoquo perrexiſſet quis Ieruſalem adorationis cauſa, eſſe miniſtros regios adhibitos qui eum obſeruarent. Ego vero opinor, Thabor & Miſpa peculiariter mentionẽ fieri, quoniam ibi maior, & vigilãtior adhibita erat cuſtodia, quod cõmunior eſſet via ad Ieruſalẽ. *Et victimas declinaſtis in profundum.* Subobſcurus eſt hic locus. Ideo variè explanatur. D. Hieronymus *victimas* trifariam videtur explanare. Primò, per *victimas* ipſos homines Iſraelitas intelligit, quos à ſacerdotibus declinatos ait in profundum, ita vt nullus ageret pœnitentiam. Secundò, per *victimas* etiam homines intelligit, ea tamen ratione, quòd occiſi non eleuarent capita. Exiſtimo autem, Sanctum Doctorem voluiſſe ſignificare his verbis, reges, & ſacerdotes nimiũ eſſe truces, & crudeles in eos, qui aſcendebant Ieroſolymam ad templum, nam eos ſine miſericordia interficiebant. Tertiò per *victimas*, hoſtias, & ſacrificia intelligit, quas *victimas* idcirco in profundum reges, & ſacerdotes dicuntur declinaſſe, quia prohibuerant, ire populum ad templũ Ieruſalem, vt eas ibi Deo offerrent. Glo. Ordinaria duas prioresexplanationes eſt cõplexa. Lyranus, Rupertus, Haymo, & alij tertiam ſecuti ſunt.

*Defectores & Apoſtatę victimas domini conantur in profundo ſilentio ſepeliri vt nunquam cultus diuinus appareat.*

Neque diſplicet, quod Rupertus, & Haymo hic obſeruant, videlicet *victimas declinari in profundum*, quæ dæmonibus offeruntur. Cum ergo populus duarum tribuum *victimas*, quas Deo omnipotenti offerebat, ſuperius, id eſt, ad cœlos aſcendere faciebat: Iſrael vero, quoniam idolis ſua immolabat ſacrificia, deſcendere illa faciebat *in profundum*, hoc eſt, in infernum. Eſt tamen nonnihil diſcriminis inter Rupertum, & Haymonem. Nam Haymo ad omnes Iſraelitas refert hæc verba, *victimas*, &c. Rupertus ſolum ad ſacerdotes, quod cum hi deberent *victimas* ſubleuare in cœlum, ſeruiendo, & ſacrificando creatori, dimiſerunt eas *in profundum* inferni, ſeruiẽdo, & ſacrificando creaturæ auri, & argenti, quorum fulgor oculos intuentium decepit, quia corda cupiditas corrupit. Propius,



Propius, opinor, attigit ſcopum Rupertus, quàm Haymo. Atque ita omnes expoſitores dicunt, ſolum ad ſacerdotes, & reges referenda, non ad populum, hæc verba, *victimas declinaſtis*, &c. Video multos ſecus inueniri in Hebraicis, & Græcis exemplaribus. Nam pro *victimas declinaſtis in profundum*, Hebraice eſt, *mactare, inclinare profundauerunt*, vel vt nonnullis placet, *mactando* apoſtatæ in profundũ ceciderunt. Græcè verò, *& venatores venationem, ſiue indaginem infixerunt.* Propter has tranſlationes exiſtimo, adhibitam, à D. Hier. ſecundam explanationem, qua per *victimas* homines punitos à ſacerdotibus, & regibus Iſrael intelligit, quòd ad templum Ieruſalem tenderent. Cæterum, quod dicitur, *declinaſtis in profundum*, ſunt, qui in hunc modum expendant, ſubtilem, & callidam rationem inuenerunt, immolandi diis alienis, vel interficiendi homines. Nã *declinare in profundum*, ſiue profundare, quod idem eſt, implicat, alicui rei vehementem operam dare, ſedulumque ad aliquid perficiendum ſe exhibere: vt, Conuertimini, ſicut in profundum receſſeratis filij Iſrael, in profundum recedere, idem eſt, quod profundare diſceſſionem. Ita explanant Vatablus, & nonnulli recentiores, quæ explanatio non omninò reiicienda eſt. *Et ego eruditor omnium eorum.* Non conueniunt expoſitores in explanatione huius loci. Lyranus ſic, *Eruditor*, id eſt, cognitor, & oſtenſor omnium eorum. Neſcio cur per *eruditorem* cognitorem, ſiue oſtenſorẽ intellexit. Secus ergo eſt hic locus explanandus, explicandaque vox in propria *eruditoris* ſignificatione, quamuis vox Hebraiaa pro *eruditor* eſt muzzar, id eſt, increpatio, & obiurgatio, ſeu diſciplina, ſed cum corripere, ſeu obiurgare ſpectet ad *eruditorem*, optimè noſter Interpres vertit, *eruditor*, pluſque ſignificare videtur, quàm magiſter, in quem modum habet tranſlatio Septuaginta. Et licet nonnulli verba hæc eſſe vatis Hoſſeæ exiſtimant, quibus ſignificat, ſe corripuiſſe, & obiurgaſſe Iſraelitas: multo melius dicemus, eſſe verba ipſius Dei, quòd ipſe videlicet Deus fuerit eorum eruditor, quamuis per diuinos vates, intelligendum eſt, obiurgaſſe, & arguiſſe eos. Cur vero obiiciat Deus, ſe fuiſſe eorum *eruditorem* Iſraelitis? non conueniunt expoſitores in aſſignanda ratione. Rupertus inquit, his verbis Dominum ſignificaſſe, omnes per diuinam legem ſuam fuiſſe eruditos. In ea enim prædixerat, Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, neq; omnẽ ſimilitudinẽ, quę eſt in cœlo deſuper, &

*Iſa. 31.c.*

*Erudierat populum ſuũ Deus in cultu vero & puro à quo impudẽter diſceſſerat erudiente contẽpto.*

E. d. 5.

quæ

quæ in terra deorſum, neque eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra: non adorabis, neque coles ea. Cùm ergo dicit, *Ego eruditor omnium eorum*. idem eſt, ac ſi dicat. Excuſationem non habent de peccatis ſuis: quia ego legem publicam dedi omnibus, ne ſimilitudinem ſibi facerent vitulorum, imò neque aliquorum ex omnibus, quæ in cœlo, & quæ interra, & quæ in mari ſunt. Carthuſianus ſecus, cuius explanatio mihi non eſt ingrata. Ait verò. E *ego eruditor omnium eorum*, id eſt, non obſtãte tanta ipſorum malitia, ego per prophetas meos doceo eos, & moneo ad pœnitentiam. Haymo, quamuis aliter, nõ inepte tamen, imò mihi maximè gratus eſt. Ait quippe. Ne deſperarent populi, & magiſtri eorum, hoc eſt, principes, & ſacerdotes, redire ſe poſſe ad veniam miſericorditer ſe Dominus *eruditorem omnium eorum* fore pronunciat, dicens *Et ego eruditor omnium eorum*. Ac ſi diceret. Si pœnitentiã agere voluerint & diis, quos hactenus coluerunt, ſeruire ceſſauerint, ne deſperent, quia ego eruditor eorum docebo illos, qd agere debeant: qui emendare, non punire cupio, & ſaluare, non perdere quæro. Déſumpſit partem explanationis illius à D. Hier. Vtinã autẽ & omnia, quæ in hunc locũ ait ſanctus doctor, retuliſſet. Inquit autẽ in hunc modum. O ſacerdotes & reges qui meũ populum decepiſtis, & tu popule, qui deceptus es, tam grauiter deliquiſtis, vt non ſolum occidereti victimas, ſed in profundum eas miſeritis inferni: nolite arbitrari magnitudine ſceleris vos à me penitus receſſiſſe. Ego ſum magiſter veſter, imo eruditor, qui emendare cupiam, nõ perdere. Hæc ſunt, quæ velut ſelectiora, collegi ex variis expoſitoribus, hunc locum diſpungentibus, qui certe mihi viſi ſunt luculentiſſimè Philoſophari in eius explanatione. Et quemadmodum, inuento pretioſiſſimo adamante, varij etiam alij lapides pretioſi exquiruntur, margarita, ſmaragdi, &c. vt iis ornatus, præ ſe ferat, quanti ſit æſtimandus. In eundem modum doctorum quiſque explanationem diuerſam huic loco adhibet, veluti margarita quædam, quibus redditur ornatior, in eum congerens. Eſt enim quam accommodatiſſimus, & pretioſiſſimus ad hauriendas multas, eaſque pulcherrimas obſeruationes ad componendos mores, tantaque eſt omnium venuſtas, vt quæ ſit præferenda, prorſus ignoré. Sed ad eos calamum conuertamus.

*In eos quæ craſſa quadã ignorãtia legis diuinæ cognitionem diſſimulant.*

*Simile.*

*Authoris cõmendanda diligentia in doctorũ conferendis locis.*

Obſerua-



*Obſeruationes ad morum inſtitutionem.*

L*Aqueus facti eſtis ſpeculationi.* Egregie munus explicat principum, & ſacerdotum, eſſe videlicet *ſpeculatores*. Propterea enim eos in culmine honoris, & dignitatis Dominus cõſtituit, vt inde melius, & quaſi in eminentiſſimo loco collocati, ſpecularentur, & proſpicerent, quæ quiſque populi facit, & quos viderit virtutibus ornatos, & candidis actionibus nauantes operam, magis ad virtutem ſectandam excitet, & adhortetur, quos vero aſpexerit ſegnes, & torpentes, reddat agiles, & præcinctos ad ingenuas actiones, ſi qui etiam pecatis ſe tradunt, eos reuocet, non ſolum vocibus & comminationibus, verũ & ſe exhibẽs integritatis, & puritatis exemplum. Quẽadmodum.n. exploratores, & excubiæ quã attentiſſimi ſunt, vt proſpiciant, an hoſtes irruãt, & ſi viderint irruẽtes, ſtatim faculas accẽdunt, vt populus intelligat, hoſtes imminere, vocibus etiã clamãt, armari cuncta luſtrant, hoſtibus reſiſtunt, donec populus ad tutiora ſe recipiat. In eundẽ modũ principibus, & præſulibus incumbit, ingenti ſolicitudine quærere, quid agatur in populo, eunque ab hoſtibus tueri, & cum inſpexerit hoſtem graſſari ſatanã, non voce adhortari ſubditos, vt fugiant, verum & faculam, igne charitatis ſuccenſam, manibus arripere, hoc eſt, virtutũ exemplar ſe exhibere, & liberalibus actionibus munitũ irruere aduerſus vitia, ne quis eorũ, quos gubernandos ſuſcepit, interimatur, aut redigatur in ſeruitutem. Naſus tuus, ſicut turris Libani, quę reſpicit contra Damaſcum, inquit Sponſus cœleſtis. Quid vocat naſum, niſi principes, & prælatos? Et eleganter quidẽ. Nã quẽmadmodum naſo diſcernuntur boni ac mali odores. Ita prælatorum, & magiſtratuum eſt, ſagaciter indagri, quinam ſint virtutum odore fragrantes, qui etiam fœtore contaminati vitiorum. Atq; vt hoc munus præſtare poſſint, bene ſubiungit. Sicut turris Libani. Erat enim turris conſtructa in extremo verrtice montis Libani, ibiq; exploratores, q inde contẽplarentur, an hoſtes venirẽt pugnaturi. Sic præſulẽ in imis locis iacere dedecet, quæ Sol iuſtitiæ radiis ſplendentibus ſuæ gratiæ non impetit: ſde aſcẽdere debet ad virtutũ celſitudinẽ quàm primum Sol Chriſtus illuſtrat, non ſecus ac ſol ortus cacumina montium illuminat. Vnde bene turris hæc non quouis loco dicitur ædificata: ſed in mõte Libani, id eſt, candido. Debẽt enim cãdidis

*Simile.*

*Paſtorum eſt vigilare ſuper gregẽ propter tria neceſſaria videlicet ad diſciplinam, ad cuſtodiam, ad preces, nulla enim eſt excuſatio paſtoris ſi lupus eo ſciẽte, oues comedat.*

*Cant 7.*

*Simile.*

Q ornar

ornari virtutibus prælati,non obſcuris contaminari pecca-
torum actionibus.Et quid in ea virtutum turre collocati, fa
cere debent?Obſerua quod ſubiungit. Quæ reſpicit contra
Damaſcum.Non ſatis eſt,præſulem ornari virtutibus, vlte-
rius illi progrediendum eſt,reſpiciat contra Damaſcum,hoc
eſt peccata, intueatur qui nã ſanguine madent peccatorum.
Damaſcus enim ſanguinis potus interpretatur, & ſubditos
mundos reddere curet exiſtimant nonnulli,nequaquam ſpe-
ctare ad principes,& prælatos,inquirere,quid faciant ſubdi-
*1. Re. 17.* ti.Falluntur tamen. Nam naſus Eccleſiæ ſunt,ad diſcernen-
*Simile.* dos prauos & ſuaues odores.Quemadmodum Iſai miſit fi-
lium Dauid ad alios filios,dicens ei. Curre in caſtra ad fra-
tres,tuos,& eos viſitabis,ſi recte agant,& cum quibus ordi-
nati ſunt,diſce,hoc eſt,inquire,ſub quo duce militẽt,aut,vt
Chaldæus paraphraſtes diſpungit,negotia eorum ſcrutare.
In eundem modum prælati , & principes mittuntur à Deo
vt diligenter perueſtigent ſubditorum acta,& inſpiciãt,ſub
quonam duce ſint,num ſub dæmone,an ſub Chriſto.Et quẽ-
*Simile.* admodum Alexander Magnus,referente Alexãdro Nekam,
*Miranda principis magnanimè ſed temerarij curioſitas.* ſe vitreo vaſe concluſit,in mariſque altitudinem ſe deiecit,
vt contemplari poſſet,quæ ſub aquis erãt, neque ſolũ ea ri-
mari,& cognoſcere cõtentus eſt ſed etiam à gryphis in altã
aeris regionẽ eſt eleuatus,vt totũ orbẽ clarius cõſpiceret.In
eundẽ modum principes,& prælati debent profunditatẽ vi-
tiorum perſcrutari,vt videant,an aliquis ſuorum ſubditorũ
in ea regione vitã degat,indeq́;educere,& extrahere,ſi quem
inuenerint.Quod vt melius efficere poſſint,ſe intra vaſa vi-
trea agnoſcant eſſe concluſos,hoc eſt, non iudicent , ſe eſſe
aureos,aut ahæneos,ſed nimium fragiles,atque in eadẽ labi
poſſe peccata,in quæ labuntur ſubditi.Debent etiam in al-
tũ à virtutibus euehi,vt ſubditos virtutibus exornatos per-
*Iſa. 40.* ſpicacius intueantur,eoſq; honorib.& pmiis pſequãtur.Vn-
de Iſaias ait- Super montẽ excelſum aſcẽde tu,q euãgelizas
Siõ. Cur enim ſuper montem aſcendere iubet,niſi vt melius
cuncta cognoſcat euãgelizans?Et D.Greg. Quiſquis,inquit,
populi ſpeculator ponitur,in ſublimi debet ſtare per vitam,
vt poſſit prodeſſe per prouidentiã.Significauit hoc perpul-
chrè Deus,dũ Ezechielẽ creauit ſpeculatorem. Audi enim,
quid fecerit Ezechiel,anteaquam audiret Fili hominis,ſpe-
culatorem dedi te domui Iſrael.Veni,inquit,ad tranſmigra-
tionẽ,ad aceruum nouarũ frugũ,ad eos,qui habitabant iux-
ta fluuium Chobar,& ſedi,& vbi illi ſedebant , & manſi ſe-
ptem



ptẽ diebus in medio eorũ.Cùm aũt pertranſiſſent ſptẽ dies,
factũ eſt verbũ Dñi ad me,dicens Fili hominis, ſpeculatorẽ *Ezec. 3. d*
dedi te domui Iſrael obſerua . qñ ſpeculatoris munus Eze-
chieli iniũgitur.Prius perrexit ad acerum nouarum frugum,
id eſt,virtutes, & ad rerum præclare geſtarum fructus. Non
ſatis eſſe indicauit Dominus mittere Ezechielẽ ad veteres
fruges,ſed ad nouas mittit fruges,vt doceat principes,& prę
ſules non confidere in rebus ſtrenue geſtis,ſemper enim de-
bent eſſe præcincti ad præclara efficienda,ad nouaq́; aſpira-
re,& inſtar feraciſſimi agri,fructus ferre,non quoſcunq́; vir-
tutũ,ſed vberrimos. Hinc ſolum ad fruges , ſed adaceruum
mittitur frugum,quoniã ſubditis debet omniũ virtutũ præ-
bere alimenta Omnia poma,noua.& vetera dilecte mi,ſerua
ui tibi,ait Sonſus.Quid per poma intelligit,niſi virtutes?Ne
que poma ſolũ offert Sponſo , ſed omnia inquit cũ ne mu-
neri ſuo deeſſe videantur principes,& prælati, omnium de-
bent proferre fructus virtutũ.Neq; ſolum ait, omnia poma
vetera.ſed noua etiã addidit,ne præteritis fidant fructibus, *Preclarè dictis aut factis præclariora v. tæ monumẽta addere debẽt Principes quotalentum fœnore augeãt.*
nouos in dies edere tenentur. Quomodo enim,ſi non omni-
bus ſit virtutibus inſignis,audebit reprehende ſubditorum
vitia?Quomodo medelã adhibere vulneri alieno,ſi eodẽ ip-
ſe laboret? Quomodo ſegnes excitabit ad virtutem,ſi ipſe
iaceat,& multo ſit ſegnior?Nõne patriarcha Abraham[9] prius
ſeipſum circuncidit,quã quos gubernabat,circũcideret?Qua
enim fronte ad alios circuncidendos accederet , q manebat
incircunciſus? Poſtquam itaq; aceruũ nouarũ frugũ adierat *Cant. 7.*
Ezechiel,in medio iubetur eſſe captiuorũ,& cuncta, quæ a- *Gen. 17.*
gebant,diligenter inſpicere.Prælatorũ enim,& principũ mu-
neri incumbit,ſubditorum vitã cognoſcere, & mores inue-
ſtigare.Quod ſi quempiam inuenerint captiuũ,& inſeruitu-
tẽ dæmonis redactũ,eorũ intereſt,profluuio ingenti lacrhy-
marum abluere ſordes ſubditorum,& non ſine magno mœ-
rore intueri ſcelera ſui populi.Hinc nõ vno die nec duobus, *Paſtor negligenter pro eſt quã ſubditorũ & fortitudinem & infirmitatẽ neſcit. Greg. ſup. Ezeg.*
ſed ſeptẽ ſedit dieb[9] cum captiuis,nec quouis loco ſedit,ſed
in medio eorũ. Quorſum medium elegit locum? Vt exactius
perſpiceret,in quaſnã actiones incumbebant captiui , peni
tuſque quid agerent penetraret. Cum hæc omnia perfeciſ-
ſet Ezechiel,audiuit, & non antea. Fili hominis, ſpeculatorẽ
dedi te domui Iſrael. Ac ſi apertius oſtendat Deus, eos ſolũ
dignos *ſpeculationis.* Officio,qui ſimilia ſtudia impẽdunt po
pulis. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ Dominicæ 12. poſt
Pentecoſtẽ,in hęc verba. Accidit autem, vt ſacerdos quidam

deſcenderet eadē via:& viſo eo, præteriuit. Ecce, ante Leuitā & Samaritanum deſcendit ſacerdos in Iericho. Cur putas, prior deſcendit ſacerdos? Num quia ex iniuncto ſibi munere incumbebat deſcendere, vt proſpiceret, an quis ſubditorum eius comprehenſus fuiſſet à latronibus, deſpoliatus, & ſaucius: Vtinā ob eā cauſam deſcēdiſſet in Iericho, id eſt, ea loca perſcrutaretur, in quibus à Satana ſubditi, non ſecus atque à latrone vulnerantur. Cæterum non propterea deſcendiſſe, teſtatur loquendi modus, Ait quippe Aſſertor noſter, Accidit autem, vt ſacerdos deſcenderet. Ac ſi apertius dicat non deſcendit, vt vigilanter, quæ ſui muneris erant, *ſpeculationis* videlicet exequeretur, ſed caſu quodā, & inopinato deſcendit, hinc viſo vlnerato, præteriit. Quadrat etiam in Euangelium feriæ 2. Paſchæ Reſurrectionis, in hæc verba, Qui ſunt hi ſermones, quos confertis adinuicem, ambulantes, & eſtis triſtes? Cur putas, Chriſtus tam ſolicitus quærit à diſcipulis: quid confabulētur? Certè, vt admoneat prælatos, ad eos ſpectare, inquirere, quas texant ſubditi confabulationes nedum actiones indagare, ea enim de cauſa *ſpeculatores* appellantur in Scriptura.

Secundò. *Speculationi*, id eſt, plebi, vt explanāt Lyranus, & Carthuſianus elegāter ſubditi *ſpeculati* principū, & ſacerdotū dicūtur, vt diſcant iſti, reſidētiam ſuper oues ſibi traditas eſſe neceſſariā eāq; de iure diuino. Propterea. n. prælati dicūt *ſpeculatores*, ꝙ oues ſemp ſpeculari, & inſpicere illis ex officio incūbat. Hinc oculi reipublicę, ſiue Eccleſię appellāt̄ pręlati. Vnde egregie D. Anſelmus, expendēs illud Cāticorū, Oculi tui colūbarū, ait, Oculi tui, id eſt prædicatores tui, qui tibi prouidēt, vt oculi corpori, &c. Sed obiicies, Nū alij prędicatores nō ſunt, præter epiſcopos, & prælatos? Sunt proculdubio quinimo raro epiſcopi declamādi ad populū exercent mun^a. Cur ergo ſolū per oculos prælatos intelligis? Reſpōdeat tibi D. Thomas. Prædicare, inquit, ex officio conuenit prælatis, religioſis autē ex cōmiſſione. Igitur nō ab re per oculos proprie pręlatos intelligemus, ſiquidē ex munere illis populū docere incūbit, religioſis autē non item. Hinc & optime inquit D. Ambroſius, libro de Dignitate ſacerdo. c. 6 Oculorū etiam officium in corpore, id eſt, in Eccleſia, voluntarius accepiſti, vt reliquum per te corpus ducatum lucis haberet. Epiſcopus enim à cunctis indubitanter vocatis, præſertim cum ipſo nomine cenſeris. Si tamen actio concordet nomini, & nomen ſe ſociet actioni. Nam quid aliud interpretatur Epiſcopus

*Cant. 1.*
*Prędicationis onus ex profeſſo conuenit Epiſcopis religioſis ex commiſſione.*
*2. 2. q. 187. ad 2.*



Epiſcopus, niſi ſuper inſpector, maximè cum ſolio in Eccleſia editiore reſideat: & ita cunctos reſpiciat, vt & cunctorum oculi in ipſum reſpiciant? Quemadmodum ſtruthio oua ſua aſpiciendo fouet, ſuoque aſpectu ſolum fœtū ab ouis haurit, quę, ſi intueri deſignat reddūtur inania, & ſterilia, Sic ſubditi oculis prælatorum ſunt fouendi eorum enim aſpectus perquam neceſſarius eſt ſubditis, ne pereant. Fertiliſſimū in agro oculum Domini eſſe inquit Plinius, idque maiorū probat ſententia. Ego vero dico populum tūc, inſtar feraciſſimi agri fructus proferre virtutū cum prælatus illum intuetur. Hoc aduertant prælati, longo tēpore ſuas oues deſerentes, exiſtimātesque, ſe feciſſe ſatis, ſi eas viris tradiderint gubernandas cum vitæ integritate conſpicuis, tum literarū omnium dotibus inſignibus, dicentes, multo exactius oues agi, & paſci per hoſce vicarios, qui ſufficiuntur in locum ipſorum quam per ſe. Falluntur enim. Nam quemadmodum oculi alterius quantumuis ſint perſpicaces, & acuti, homini ſunt inutiles, propriiſque cernit, nō alienis, Ita prælatis ſecus ſubditi vident, quæ agenda ſint, quàm vicariis. Quis, dic, precor, aptior, vt ꝓ paſtore abſente populū gubernaret, quàm Aaron? Cæterum abſente Moſe, & non cuiuis rei, intentio, ſed cum Domino colloquente, petenteque legem ab eo, quā populus eſſet gerendus, labitur in idololatriam; auditque Moſes, Deſcende cito, quia peccauit populus tuus. Deus optime, ſi peccat populus, corripiatur à vicario Moſis, nempe ab Aarone, cur potius, propriū paſtorem mittis, vt peccantē populum reprehendat? Certe, vt doceas, non perinde à vicariis medicinam vulneri abhiberi, atque à propriis prælatis. Quod ſi, paſtore cum Deo loquente, quia oues non ſpeculabatur, in tantum facinus, quantum eſt idololatria, ſunt prolapſę, quid quæſo, erit de ouibus, quarum paſtor non diuinæ confabulationis cauſa abeſt: ſed ob cauſas futiles, & inanes ne dicam, vt cū ambitione, cū carne ſua, cū hominibus, &c. colloquatur? Agnouit Spiritus ille cœleſtis, quantum ouibus noceat abſentia prælati. Eo enim ſuggerente, concilium œcumenicum Tridentinum pœnas indixit non reſidentibus abſenteſque ſine iuſtiſſima cauſa mortalis peccati reatu cōſtrictos eſſe decernit. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ 3. poſt Pentecoſten, in hæc verba, Cum inuenerit ouem, imponit in humeros ſuos gaudens. Ecce, non vicariū miſit bonus paſtor, qui ouem quæreret errantem non alienis humeris, ſed propriis imponit. Non enim ſe boni paſtoris

*Simile.*
*Li. 11. 18.*
*6*
*Epiſcopi in ſuis Eccleſiis debent reſidentiam facere & eam non relinquere ſine ſuperioris literis vel ſine principis iuſſione & tunc nō amplius vno anno Bal § interd. Aut. de Sāctiſ. Epiſ.*
*Simil.*
*Exo. 32. b*

*In ſacerdotes curam animarum habentes qui non apud ouile reſident Conc. Trident. Seſſ. 23. can. 1.*

ris munus executum eſſe agnouit,ſi hæc ouibus impenderet
aliis committeret. Quadrat & in Euangelium Dominicæ.2
poſt Reſurrectionem,in hæc verba, Ego ſum paſtor bonus
& cognoſco oues meas,& cognoſcunt me meæ. Igitur præ-
ſens debet eſſe ouibus ſuis bonus paſtor, alioqui, ſi abſens
ſit,quomodo oues illum,& ille oues cognoſcere poterit?

Tertiò, *Laqueus,& rete expanſum ſuper Thabor.* Maximè hic
ſplendet piorum hominum conſtantia,& firmitudo ad ſerui-
endum Deo ſuo. Nam cum exploratores inuigilarẽt,ne quis
Ieroſolymam adiret adoratum Dominũ,adhuc nõ defuerũt
viri timentes Deum ſuum,qui deſpicientes minas,& pœnas
*Tob.1.* regnum,& ſacerdotum,in ſanctum templum pergebant.Sic
de Sancto Tobia legis. Cum irent omnes ad vitulos aureos
quos Ieroboam fecerat,rex Iſrael,hic ſolus fugiebat conſor-
tia omnium,& pergebat in Ieruſalem ad templum Domini.
Non ergo tu animum deiicias,cum cernis,multos amplecti
3.Reg.19 peccata,& virtutẽ deſerere,ſunt enim viri pij inter iniquos,
qui etiam cũ vitæ periculo Deo ſeruire contendant. Dicebat
Elias Domino,Prophetas tuos occiderunt gladio,& dereli-
*Exo.32.* ctus ſum ego ſolus. Sed reſpondit Dominus Eliæ, Dereliqui
quam mihi ſeptem millia virorũ in Iſrael,qui non curuaue-
runt genua ſua ante Baal. Agnouit Moſes,inter peccatores
ſeruari à Deo viros iuſtos,quamobrem cum filij Iſrael pa-
traſſent idololatriæ ſcelus,inquit,Si quis eſt Domini iunga-
tur mihi ſtatique cõgregati ſunt ad eũ omnes filij Leui. Sic
*Gen.4.* etiã,cum Lamech,venereæ voluptati laxãs habenas, accepiſ-
*Thubal* ſet duas vxores,& Iabel conficiendi tentoriis eſſet inteñtus,
*Cainus; r-* Iubal muſicis inſtrumentis animum oblectaret, atque Tu-
*m faber* bal malleator,& faber eſſet in cuncta opera æris,& ferri,quæ
*ferrarius.* omnia terram,& carnem ſapiunt,ortus eſt iuſtus Enoch,qui
*Simile.* cœpit inuocare nomen Domini. Quemadmodum in illis lo-
cis,& regionibus,vbi ſerpentes & viperæ inueniuntur,etiam
reperitur herba ſalubris Scorſonaria, Hiſpane dicitur *Eſcor-
conera*,quæ maximè medetur viperinis morſibus,ac ipſa natu-
ra remedia appoſuerit contra venenũ iuxtà venenũ ipſum.
In eundem modum vbi videris homines, quos Sanctus ille
*Simile.* Baptiſta vocat genimina viperarũ,certo crede, etiam degé-
re viros pietate præſtantes. Et quemadmodum ſtellæ maxi-
mè ſplendent inter denſiores tenebras, Sic inter homines te-
nebris peccatorum obuolutos inueniuntur viri ſanctitate
fulgentes. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Domini-
ca.3. Quadrageſimæ, in hæc verba, Extollens vocem quæ-
dam



dam mulier de turba,dixit illi, Beatus,vẽter qui te portauit
& vbera quę ſuxiſti. Quãdo mulier hæc in iſta verba prorũ-
pit? Cum quidam dicebant, Chriſtũ in Beelzebub eiicere dæ-
monia,& alij tentantes,ſignum de cœlo quærebant. Vides,
quo pacto inter impios non defuerit mulier pia, Chriſtum
laudibus proſequẽs,& honorans? Quadrat & in Euangeliũ
pro Chriſti paſſione,in hæc verba, Stabat populus ſpectans,
& deridebãt eum principes cum eis,& illudebant ei milites,
& vnus de his,qui pẽdebãt, latronibus blaſphemabat eũ. Ec-
ce,inter tot procellas,& turbines contumeliarum alter latro
ad Deum conuerſus,increpabat illum,dicens, Neque tu ti-
mes Deum,qui in eadem damnatione es,&c.

Quartò, *Victimas declinaſtis in profundum*,id eſt vehementem *Vide quid*
operam adhibuiſtis, & ſedulitatem vt homines tendentes *hmana in*
Ieroſolimam adorationis cauſa interficeretis. Vel vt idolis *duſtria*
offerrent hoſtias. Bone Deus, quis expendere digne queat, *c netur*
quam prudentes,& ſtrenuos ſe exhibeant homines,vt mala *quo exitiũ*
perficiant. Vtinam parem operam impenderent virtutum a- *ſuum mo-*
ctionibus. Sed proh dolor ad bona quam ſegnes, & hebetes *l atur.*
ſunt:ad mala vero quam expediti, & ingenioſi. Væ, inquit *Iſai.29.e*
Iſaias,qui profundi eſtis,vt à Domino abſcondatis conſi- *Ierem.4.*
lium, quorum ſunt in tenebris opera. Et Ieremias, Sapientes *Luc.16. b*
ſunt,vt faciant mala bene autem facere neſcierunt. Et Aſſer- *Simile.*
tor noſter, Filij huius ſæculi prudentiores filiis lucis in gene-
ratione ſua ſunt. Quemadmodum figulus, quãuis pretioſiſſi- *Exod.1.*
mas gemmas,& puriſſimum aurum illi tradas, vas non effi-
ciet:ſed ex luto,vilique terra, In eundem modum peccato-
res cuipiam ingenuæ virtutis actioni nauare operam igno-
rant,& licet margarita fulgentiſſima virtutum, patientiæ,
miſericordiæ modeſtiæ,&c.& charitatis aurum offeras, his
non vas cordis ſui exornabunt,cæterũ ad opera cœnoſa,&
lutoſa,bone Deus,quam ſunt ſtrenui artifices. Venite, Dixit
rex ille Pharao,ſapienter opprimamus populum Hebræorũ
Ecce,rex iſte non quouis modo decreuit,perdere Hebræos, 3.Reg.12.
ſed ſapienter, ait, opprimamus. Sic & Ieroboam exco- *Deſidia*
gitato conſilio fabricauit idola. Si peccatum patran- *bonis ala-*
dum eſt, & homo ſe contaminare aliqua ſordida actio- *criores fa-*
ne ſtatuit,quis non videat, vt omnibus numeris peccatum *cit homi-*
abſoluat. Quid docuit Ægyptus filios Iſrael,niſi opera luti *nes ad*
& lateris? Sed vnde peccatori tanta eſt dexteritas ad malum *malum.*
perficiendum, tantaque ſocordia,& ignauia ad bonum? Vno
verbo dicam. Quoniam iniquitati quàm frequentiſſimè

 incur-

incũbimus, virtuti vero rariſſime. Perficis, frater mi, aliquod peccatũ ita vt nihil amplius in eius opera optare poſſis? Vide an non ſemel, atque iterũ, ſed creberrime illud feceris. Tractant. n. fabrilia fabri, & nemo repẽte fit ſũmus. Quadrat obſeruatio in Euãgeliũ Dominicæ 22. poſt Pentecoſten, in hæc verba, Abeuntes Phariſæi cõſilium inierunt, vt caperẽt eum in ſermone. Ecce, ad malum quàm apti ſunt iſti Phariſæi, nõ enim quoquo modo ſtudent capere Chriſtum in ſermone? ſed, inito conſilio, capere excogitãt. Quadrat & in Euangeliũ Dominicæ. 8. poſt Pentecoſtẽ, in hæc verba, Laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudẽter feciſſet. Non ergo oſcitanter ſe geſſit, ſed diligenter eſt executus, quæ terram ſapiunt.

Quintò, *Victimas declinaſtis in profundum.* Si iuxtà diui Hieronymi ſententiã diſpungas, quem multi ſequantur, vti, explanantes literam, diximus, videlicet: ſacerdotes *victimas* in profundum declinaſſe, id eſt, homines, nè pœnitentiam agerẽt, dices ex hoc loco, nullũ gratius Deo ſacrificiũ ipſo homine pœnitente. Sacrificium Deo, inquit Pſaltes, ſpiritus contribulatus; cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Cur cor cõtritum nõ deſpiciet? Quia Deo gratiſſima eſt victima. Hinc ex hoſtia ſibi præcipit Deus, maximè offerri iecur, & omnia inteſtina lauari aqua, & adoleri in odorẽ ſuauem Dño. Timeãt ergo, qui pœnitẽtes reuocãt à pœnitẽtia iniquis ſuggeſtionib, aut alio quouis modo. Quadrat in Euangelium Dominicæ. 1. Quadrageſimæ, in hæc verba, Accedẽs tẽtator, dixit, Dic, vt lapides iſti panes fiãt. Quid agis Satana? Cur retrahere ſtudes Chriſtum à pœnitentia, & ieiunio? Cur *victimam* declinas in profundum? Nonne ſatius eſſet, *victimam* in cœlum leuare, conſulendo, & adhortando, ne ab incœptis deſiſtat? Quemadmodum enim aues, in menſa regis ponendæ, prius mundiſſima aqua lauantur, deinde ad ignem torrentur, quam regi offerantur in cibũ? eſſetque ingenti ſupplicio addicendus, qui imprudenter in cinerem proiiceret, & conſpurcaret, In eundem modum pœnitentes, aues quædã ſunt, pro cantu gemitum edentes, & diuini quidam turtures. Vox turturis audita eſt in terra noſtra, ait Sponſus. Quid turtur ſignificat, niſi pœnitentes? Ea enim auis, coniuge vita functo, ingenti mœrore affecta, ſola volat, aliarum volucrũ ſocietatem fugit, neque in frondeſcenti ramo vnquã inſidet, Sic pœnitẽs malè actorũ, cum ſe cernat ſine coniuge, Sponſo videlicet cœleſti, dolet, gemit, hominum conſortia fugit nihil

*Hoſtia gratiſſima Deo pœnitens anima.*
*Pſal. 50.*

*Simile.*
*Cantic. 2. columba compare defuncto vidua perpetuo luget; ſic anima diuina gratia deſtituta pœnitẽtiæ lachrimis ſordes peccati contrita deplorет.*



nihil, quod corpus oblectet, diligit aut quærit, ſordes peccatorum abluit, igne charitatis accenditur, vt cibus dignus palato regis cœleſtis efficiatur. Qua ergo, dic ſodes, erit pœna dignus, qui has aues, dum torrentur, cinere inuoluere curat, obſtatque, ne lauẽtur lacrymis pœnitentiæ? Ait Spõſus veluti incredibili alacritate perfuſus, Vox turturis audita eſt. Et audebit quiſpiam, turturi huic vocem adimere, ne gemat? Sed vbi audita eſt eſt vox turturis? In terra, inquit, noſtra. Quæ eſt hæc terra Sponſi? Non inepte dicemus, hanc terram eſſe ſolitudinẽ illã, in qua Chriſtus ieiunijs, & orationibus vacabat. Et qm̃ Spõſa, Chriſtũ imitata, pœnitẽtiã agebat, dicitur, in terra Sponſi vocem turturis audiri. Eſt etiã obſeruandum, non eſſe ab Sponſo dictum, Vox turturis audita eſt in terra mea, ſed in terra noſtra, vt doceat peccatorem, cum inſtar turturis, gemit peccata, eandem etiam fuiſſe Chriſti regionẽ, qui etiã turturis munere fungens, noſtra defleuit peccata. Dicẽs itaque Sponſus, in terra noſtra, idẽ eſt, ac ſi dicat, in terra mihi, & tibi communi, ſi enim pœnitẽtiam pro tuis delictis agis, & ego non pro meis, ſed pro tuis egi etiam pœnitentiam.

Sextò, *Victimas declinaſtis in profundũ.* Si pro ſacrificiis ſumas *victimas*, quæ à ſacerdotibus dicuntur, *in profundum declinari*, quod ea dæmoniis offerrent, locus hic aptiſſimus eſt contra hypocritas, qui, cum ſacrificia ſua, ieiunia, orationes, eleemoſynas, &c. deberent in cœlũ leuare, Deoque offerre, *in profundum declinãt.* Quemadmodum Deus ex iiſdem aquis piſces produxit, & volucres; ſed piſces ad ima tendunt, & in cœnoſis locis cibum quærunt; aues vero in cœlum volant. Sic hominum varia eſt ſors, & conditio, cum ab eodem ſuperno rerum opifice ſint conditi, & ex eadem materia fabricati, quidam in terra quærunt ſuũ victũ, aurã videlicet popularẽ ſuis actionibus captãt, alij vero pẽnas intellectus, & voluntatis ſumentes, alta petunt, & in cœlo pullos affectuum, & cogitatuum, veluti in nido, collocare, & fouere conantur. Et quemadmodum ignis nõ deorſum: ſed ſurſum tendit, quod nobilius ſit aliis elementis, Sic viri iuſti in cœlũ opera ſua mittunt. Eſt namque Deus ſimilis Alexandro Magno, qui gryphis eſcam ſuper capita eorum appoſuit, vt ad eam volãtes, terrã relinquerẽt, & ſurſũ aſcenderẽt, Sic Deus præmia nobis poſuit in cœlo, vt illud conſcendere conaremur. Nolite, inquit Chriſtus, theſaurizare vobis theſauros in terra, theſaurizate vobis theſauros in cœlo.

*Simile.*

*Mille hominũ ſpecies & rerum diſcolor vſus.*

Septimò, *Et ego eruditor omnium eorũ.* Multa hic ſunt implica
ra Nẽ tamẽ lõgius diuager, paucis ea omnia perſtringã. Pri-
mò docet Deus, grauius eſſe crimen peccantis, cum habet
*eruditorẽ*, ſeuocãtem à peccato. & eo cõtempto, in malo perſi
ſtit, quãto que quis habet meliores, & prçclariores correcto-
res, ſiue eruditores, ſi non reſipiſcat, tanto digniorem acerbio
ſupplicio. Exiſtimant homines, non reddituros fore ratio-
nem, quod non ſe ad meliora conuerterint, cum nacti fuerint
præſtãtiores concionatores, qui illos erudiant, Falluntur ta-
men. Nam quemadmodũ, quo peritior eſt artifex, decet me-

*Limile.*

lius & pulchrius vas effingere, quod ſi ſecus euenerit, ma-
teriam ipſam execramur, in eam culpã conijcientes, nõ in ip-
ipſum artificem, qui ingenti ſtudio conatus eſt efficere opus
ſe dignum, In eundem modum, quo illuſtriores declama-
tores habẽt populus, æquum eſt puriores, & integriores ſint
homines, at ſi cõtra contingat, auditores Deus addicet ma-
ioribus ſupplicijs. Decet ne, quò quis habet lautiores epulas,
maiori macie extenuari, & in huberrimis paſcuis fame cre-
ciari, & inter peritiores medicos prolixiorẽ eſſe morbũ? Ne-
qua quã. Cur ergo inter optimos eruditores degentes, erunt
macilenti, cum illis dapes ſpirituales quam lautiſſimæ pro-
pinẽtur? Cur in optimis paſcuis poſiti, nõ comedẽt? Cur me-
dicos nacti ſingulares, putrentia vulnera habẽt? Queadmo-
du Pharao vidit boues pulchras, & craſſas nimis, quod paſ-
cerentur in locis paluſtribus; alias etiam vidit fœdas, & ma-
cie cõfectas, quãuis ex eodẽ flumine bibebãt, & in eadẽ am-
nis ripa, in locis virentibus paſcebantur, In eundem modum
variam audientiũ concionatores eſſe conditionem deprehẽ-
des; quidam eorum pabulum diuinum à declamatoribus ob-
latũ quam auidiſſimè comedunt, & proficiunt declamationi-
bus, alij vero ſemper macilẽti, & elanguidi, proh dolor, ſunt.
Quia iſti reſpõdebunt ſuperno iudici, cũ illis obiecerit, Væ
tibi Chorozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sydo-
ne factæ fuiſſẽt virtutes, quç factæ ſunt in te, olim in cilicio
& cinere ſedentes pœniterent. Veruntamen Tiro, & Sydoni
remiſſius erit in iudicio quã vobis. Digna quidem tanto iu-
dice ſentẽtia. Nam ſi cœleſtis Salomon viros eligit ad præci-
denda ligna, ex quibus cõſtruatur templum ſanctum ſibi, in-
duſtrios quidem, & ad id munus electiſſimos, ſicut terrenus
Salomõ exquiſiuit à rege Hiram, ad ædificandum templum
Ieroſolymitanum, ſi poſtea huiuſcemodi ligna à teredinibus
corroſa inuenerit, hoc eſt, vermen conſcientiæ à peccatis
ortum

*Peſſimi habitus in dictũ interlautiſſimas diuini verbi epulas macie extenuari.*

*Simile.*

*Gene. 41.*

*Luc. 10. c.*

*3. Reg. 5.*



ortum in illis viderit, nónne meritò ea igni addicet infer-
ni, dicens, Ite maledicti in ignem æternum? Quaſi ſingulare
beneficium Deus cõtulerit filiis Iſrael, ait apud Ezechielem,
In paſcuis vberrimis paſcã eos, & in mõtibus excelſis erunt
paſcua eorũ: ibi requieſcẽt in herbis virẽtibus, & in paſcuis
pinguibus paſcentur, & cum tu, miſer homuncio, hçc adep-
tus ſis paſcua, illa deſpicies, & paſci contemnes? O amen-
tiam deplorandam, ô cæcitatem igentẽ Reſipiſce, obſecro,
frater mi, reple animum hoc diuino, pabulo. Cur famete pe-
rire permittis? Filius ille prodigus, gemens, quod non ha-
beret, qui panes porrigeret, dicebat, Quanti mercenarij in
domo patris mei abũdãt panib⁹, ego autẽ hic fame pereo: tu
vero, cũ habeas, qui te ingẽti charitate inuitet, panes cœle-
ſtes offerẽs, comedere negliges? Deflebat Ieremias paruulo-
rũ ſortẽ, quòd, cum panem peterent, nõ eſſent, qui frangerẽt
eis. Paruuli, inquit, petierunt panem; & non erat, qui frange-
ret eis: & tu rogatus ab optimis piſtoribus, & conditoribus
ſtrenuis inuitatus, non vis mandere; Non ſic regius ille Pſal-
tes, ſed pabulũ iſtud inueniẽs, animũ replebat. Dñs, inquit, re-
git me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit.
Super aquã refectionis educauit me. Bone Rex, poſt quã te
cõſtituit Dominus in his paſcuoſis & verboſis locis, vbi ſa-
lutari doctrina paſceris, & fluentis ſacrarum Scripturarum
ſitim extingueres, num comedere, & potare noluiſti? Abſit
hoc. Nam comedi, & bibi. Vnde ſubiũgit. Animam meam cõ-
uertit, deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen
ſuum, hoc eſt, animam meam errantem, & a recta viuendi via
ſe auertemtem Deus ad ſe conuertit, & conuerſam in
ſemitis virtutis deduxit. Vides, quo pacto collocatus Dauid
in virentibus locis, & iuxta aquas tranquillas, leniterq; fluen-
tes doctrinæ cœleſtis, ſe alit, & recreat paſcuis illis dulciſſi
mis? Cur ergo tu, cum concionator ad prata miro paſtu re-
ferta te deducit, neque micam in ventrem traijcis? Quadrat
obſeruatio in Euãgeliũ Dominica. 4. Quadrageſimæ, in hæc
verba, Ieſ⁹ panes accepit, & cũ gratias egiſſet, diſtribuit diſ-
cumbentibus. Per quos diſtribuit? Vtique per Apoſtolos. Et
inuitati deſpexerunt epulas ſibi oblatas? Nequaquã, imo nõ
parum; ſed multum comederunt. Impleti enim ſunt, inquit
Diuus Ioannes. Tu ergo, frater mi, cur cibum à Deo datum
cõcionatoribus, vt tibi porrigant, reſpuis, & non vis comede-
re? Imple, precor, animum, ſatiare, &c. Quadrat & in Euan-
uangelium feriæ. 2. Paſchæ Reſurrectionis, in hæc verba.

Ac-

*Ezec. 34.*

*Omnis malus impletur pœnitudine & nunc hinc nunc inde ſuis paſſionibus ad diuerſa & contraria diſtrahitur Ariſt. 9. Ethico. c. 4.*

*Thren. 4.*

*Pſal. 22.*

*Grandis condẽnatio eſt cõponenti quidẽ ſermonẽ ſuũ, vitã verò ſuã atque operam negligenti Chryſoſt. de Compunct.*

Accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Vides, vt non contempſerint Apoſtoli cibum ſibi à Chriſto traditum, ſed manducabant? Quare ergo tu deſpicies panem Euangelicæ doctrinæ, quem à Chriſto accipiunt, ex eius nẽpe Euangelio concionatores? Num quia vilior, & inſuauior? Minime ob id illum decet paruifacere. Eſt enim multo pretioſior, multóque ſuauior, magiſq; cupit eo te reficere Chriſtus, quam cibo corporeo, &c. Quadrat etiam in Euangeliũ Dom. 1. Aduentus, in hæc verba, Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum poteſtate magna. Cuiuſnam rei gratia, fili hominis, venis cum poteſtate magna? Vt examinem omnes homines, quærens ab eis, quo modo legẽ meam ſeruauerint, & puniam eos, qui eam implere noluerunt. *Ego enim ſum eruditor omnium eorum*. Quemadmodum ludi literarij magiſter, tradita diſcipulis lectione, interiecta temporis nonnulla mora, eos reuocat, & quærit, an lectionem didicerint, quos vero non didiciſſe cõperit flagellat, In eundẽ modum Chriſtus veniet ad extremum iudicium, vt rigidus eruditor, ſeuere enim puniet diuinę legis trãſgreſſores. Quadrat item in Euangelium ſabbathi poſt Dom. 2. Quadrageſimæ, in hæc verba filij Prodigi, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Igitur ſi filius iſte Prodigus in domo patris ſui eſſet non periret fame, ſed auide comederet. Quæ eſt domus patris cœleſtis, niſi Eccleſia? Nónne inquit Aſſertor noſter, Domus mea, domus orationis eſt? Cur ergo egrederis è domo hac ieiunus, cum concionator obnixè contendat, te ad prãdium, quod tibi parauit, allicere, & ſaturare? Audis eum cum clamore valido, & lacrymis te inuitantem, & tu neque fruſtulum panis accipies?

*Simile.*

*In domo patris quæ eſt Eccleſia mercenarij ſunt qui Deo ſeruiunt & nunc abundant vltra mercedẽ ſperatã omnib. panibus conſolationis ſpiritualis.*

Octauò, *Et ego eruditor omnium eorum*. Eleganter docet prælatos patientiam, & dedecore iracundos eſſe, & truces in peccantes ſubditos. Solent nõnulli prælati, veluti incorrigibiles, deſpicere ſubditos, ſi crebrò peccant dicentes, Valeat, ſæpius monui, corripui, puniui, & ſemper in iniquitate perſiſtit quid amplius faciã? Eum relinquam, vt pro voluptate viuat. Quod ſæuiſſimũ, & maximũ ſuplicij genus eſt. Audiant iſti, Deũ ſuum hic dicere, Quãuis populus meus multis ſe irretiat, & implicet peccatis, nõ omitto erudire, ſed pro virili do operam, vt erudiatur. Non ergo licet prælato, à correctione deſiſtere, quãuis millies ſubditus idẽ patret peccatum. Hinc Moſi inquit Deus, poſteaquam ſe grandia miniſteria præſti-

*Num. 11.*

tiſſe



tiſſe ſubditis exiſtimabat, dicens, Nũquid ego cõcepi omnẽ hanc multitudinẽ, vel genui eam, Porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulũ, & defer in terrã, ꝓ qua iuraui patrib. eorũ. Tria hic inuenies implicata munera boni ꝓlati. Primũ eſt, affectũ genitoris eſſe exhibendũ ſubditis à ꝓlatis. Et in quo maximè dignoſcitur is affectus? Reſpondeat tibi Ariſt. Patris, inquit, eſt, erudire filios. Ac rurſum, Pater filiis eſt cauſa nutritionis, & eruditionis. Debet igitur prælatus ſubditos nutrire verbo doctrinæ, debet etiã erudire, quoniã patrẽ illis ſe debet exhibere. Et quemadmodũ filius perit, ſi crebro ei non porrigatur cibus, neq; ſatis eſt, ſemel pauiſſe, Sic, vt prælatus ſuũ munus nõ oſcitanter exequatur, frequẽter alimoniam præbere ſubditis debet eruditionis, alioquin ſuo muneri deeſſe videbitur. Sed qm̃ non ſatis eſt prælatum in ſubditos patrẽ eſſe obſerua, quid Deus ſubiungat, Porta eos in ſinu tuo videlicet, ſicut portare ſolet nutrix infantulũ. Quid eſt, in ſinu portare ſubditos, quemadmodũ nutrix portat infantulum? Paucis dicam: Quamuis infantulus ſit excremẽto conſpurcatus, & multis ſordibus immundus, nõ illum ꝓiicit, nõ deſtituit: ſed mundat, mundatũq; in ſinu fouet, quamuis iterum, atque iterum, imo millies ſit graueolẽtia ſtercoris repletus. Hoc idem etiam munus ſubditis præſtandum eſt à prælato, & licet multis videat eos criminibus implicatos, nõ propterea illos faſtidiat, odio proſequatur, & deſerat, ſed mundare conetur, agnoſcenſq;, ſe eſſe *eorum eruditorẽ*, in ſinu foueat. Quemadmodũ fœminæ oua in ſinu portare ſolent, ne inania reddantur, & pulli naſcantur, ſemina etiã bõbycũ in pectore abſcõdunt, vt illius calore reuiuiſcãt qui poſtea tenuiſſima fila texunt, ex quibus pretioſiſſimæ veſtes ſericæ fiunt. In eundẽ modum prælati debẽt in ſinu ſuo fouere, hoc eſt, charitatis ardore ſibi maximè coniungere ſubditos, ſi cupiunt, aues, veluti ex ouis, ꝓdire, quæ in cœlũ volent, ſi bombyces, qui veſtes texant nuptiales, quibus ornentur, ne nudi inueniantur in conuiuio ſuperni regis. Ad hunc modum futurum eſſe Chriſtum *eruditorem* prædicit Iſaias, In brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit. Ipſe etiã Aſſertor noſter inquit ad Ieruſalẽ, Quoties volui cõgregare filios tuos quemadmodũ gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluiſti? Audiant hoc prælati, qui nullũ dilectionis ſignũ ſuis ouib. oſtẽdunt, nũquãq; veluti in ſinu eos fouent, ſed grandia ſe feciſſe exiſtimãt, ſi vel gratis, & lætis oculis eas inſpiciant. Cõtra quos ait Ier. Filia po

puli

*1. Oecon. c. 2. & 8. Eth. c. 11.*

*Parentes qui filios erudiẽdos curant multo honorabiliores ſunt iis qui ſolum generant, eos enim viuẽdi tãtum, illos autẽ bene beatéque viuendi authores eſſe dicit Ari. apud Diog. lib.*

*Simile.*

*Iſa. 40.*

*Mat. 23.*

*Faſtus & ingratitudinis plena Cura Prælatorum.*

puli mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto. Cur cũ ſtruthione cõponit Ieruſalẽ? Quoniã quemadmodũ ſtruthio nunquã ouis incubat: ſed ſolo oculorũ aſpectu fœtũ educit, vnde & apud Iob dicitur, Pẽna ſtruthionis ſimilis eſt pẽnis herodij, & accipitris quãdo derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan in puluere calefacies ea? obliuiſcitur, ꝙ pes cõculcet ea, aut beſtia agri cõterat, In eundẽ modũ nõnulli p̄lati, obliti muneris ſui, nũquã ſub alas ſuas oua hoc eſt, ſubditos fouent, nihili pendentes, ꝙ beſtia inferni ea cõterat. Hoccine eſt, ſubditis eruditoris munus exhibere? Quadrat obſeruatio in Euangeliũ Dom. 16. poſt Pent. in hæc verba, Amice, quomodo huc intraſti, nõ habẽs veſtẽ nuptialẽ? Ac ſi apertius dicat, Nónne ego tuus eruditor fui? Nónne in ſinu diu portaui tanquã bõbycis ſemen, vt tẽpore meæ charitatis reuiuiſceres, & comedens folia ligni vitæ hoc eſt, Chriſti actiones imitans, tandem ſericas virtutum veſtes texeres: Dic amice, amicum autem te appello, quoniam me ſemper tibi præſtiti beneuolum *eruditorem*, &c.

Nonò, *Et ego eruditor omnium eorum*. Ecce, quod ſit p̄lati munus, eſſe nẽpe *eruditorem*, nõ carnificẽ, nõ tortorẽ. Debet enim Deũ imitari, qui vt inquit D. Hier. emendare, nõ punire, ſaluare, & nõ ꝑdere cupit. Et Theop. ait, Quis nõ amore ꝓſequatur tale pceptorẽ, nõ indignatione quadã, & furore erudientẽ, caſtigantẽue: cæterum charitate? Hæc doctrinæ loco debẽt eſſe cuiq; principũ, vt ſuos nõ ad iracũdiã puniat: verũ ad caſtigationẽ, & cõmoditatẽ. Hactenus ille. Et Dñs quam ob cauſam dixit Moſi, vti nuper dicebamus, Porta eos in ſinu tuo? Obſerua, quod ſubiungitur, Et defer eos in terrã, pro qua iuraui patribus eorum. Vides, in quod ſtudiũ debeat platus incũbere, nẽpe vt deferat ſubditos in terrã cœleſtis promiſſionis, Quadrat obſeruatio in Euangeliũ ꝓ Diua Magdalena, in hæc verba, Mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, lachrymis cœpit rigare pedes eius. Cur Dñe te tãgere permittis mulierẽ hanc peccatricẽ? Quoniam ego *eruditor* ſum, qui ſaluare venio, quod perierat, nõ perdere. Mulier hæc, vt bona diſcipula, didicit lectionem, quam ego illi legi, didicit verecundiam, didicit peccata plãgere, didicit charitatem, cur ergo ei me exhibeam tortorẽ, & non piẽtiſſimũ magiſtrum?

*Quot habuit Magdalena oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta, vt totũ Deo ſeruiret in pœnitẽtia quicquid ex ſe Dñũ cõtẽpſerat in culpa.*

Decimò, *Et ego eruditor omnium eorũ*. Nõ ait huius, aut illius eruditor: ſed omniũ. Spectat enim ad prælatũ, erudire omnes ſine diſcrimine, nõ huius crimina diſſimulare, illius vero acerbiſſime punire. Omniũ me ſeruũ feci, ait Apoſtolus, nõ hu- 1. Cor. 19.

ius,



ius, aut illius Ac rurſum, Teſtis mihi eſt Deus, quomodo cupiã omnẽs vos eſſe in viſceribus Ieſu Chriſti Ecce eũdẽ ſe omnibus exhibet Apoſtolus. Quemadmodũ deluſa Gentilitas Ianũ bifrontẽ depingebat, ꝙ geminã faciẽ haberet, Sic nonnulli p̄lati nõ eundẽ, ſed variũ vultũ oſtẽdunt ſubditis, ſi quẽ diligunt, illi faciẽ hilarẽ ꝓferunt, ſi aũt odiunt, bone Deus, quã triſti, & toruo vultu eũ conſpiciunt. Quemadmodũ polypus ex ſaxis, qbus appropinquat, ſumit colorẽ, & mutat, Ita quidã, ſi videant quoſdã ſibi gratos ſubditos, candidũ præ ſe ferunt colorẽ benignitatis, ſecus aũt, ſi non diligunt: tunc enim rubeũ referunt, hoc eſt, ſanguinolẽtos illis ſe exhibẽt. Et ſicut Ioab ꝓhibuit Achimaas ferre nuntiũ mortis Abſalonis patri Dauid. licet ferre cupiebat Achimaas, atque his verbis reuocauit, Nõ eris nuntius in hac die, nolo, te nuntiare, filius enim regis eſt mortuus, nõ eris boni nuntij baiulus, Chuſi verò miſit, dicens, Vade, & nuntia regi, q̃ vidiſti, quo latũ diſcrimen dilectionis erga vtrunq; oſtenditur, Sic p̄lati qui duces ſubditorũ ſunt in bello ſpirituali, non eodẽ modo ſe gerunt erga omnes: ſed quibuſdã amicius conſulunt, & q̃ eis nocumentum inferre poſſunt, vigilantius auferre curãt, O acceptionẽ perſonarum execrandam. Dic mihi Ioab, nónne etiã Chuſi miles tuus eſt, ac ſub tuo militari vexillo conſtituit, quemadmodũ Achimaas? Quare ergo magis ad deferendũ ſiniſtrum nuntium Regi mittis Chuſi, quã Achimas? Et quod peius eſt, Achimaas ire cupientẽ retraxiſti. Chuſi verò neq; id cogitãti ire iuſſiſti. Non aliud poteris reſpõdere, quã quod vtrũq; impari dilectione ꝓſequeris, ne dicã, quod hunc diligas, illũ verò odio habeas. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ pro Mandato, in hæc verba, Cœpit lauare pedes diſcipulorum, Non ait, Cœpit lauare pedes vnius diſcipuli; ſed diſcipulorum, omnium videlicet, quia cum omnium ſit eruditor, omnium lauare pedes debebat. Quadrat & in Euãgelium pro Doctoribus, in hæc verba, Vos eſtis lux mundi, id eſt, omnium, non magis huius, quam illius.

*Philip. 1.*

*Simile.*

*Simile.*

*Polypus piſcis à multitudine pedum ſic dictus.*

*2. Re. 18.*

¶*Ego ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſconditus à me: quia nunc fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſrael.*

¶Non mihi diſplicet explanatio Ruperti, dicentis, his verbis Dominum reddere rationẽ, cur pręceperit, *Dimitte eum* Iſraelem videlicet. c. 4. quoniam operam perdes, ô Vates, ſi corripueris, & obiurgaueris eũ. *Nunquam enim dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Dominum.* Quidã ex recentioribus exiſtimant, his verbis Vatem redarguere populũ, q cum vitiũ

maxime

maximè complectantur, tamen crimen à ſe propulſare ſolet, culpam conferens in ſuos principes, idque ſatis eſſe ad excuſationem, ſi peccati fuerit conuictus, iudicat, obiiciens, non ſua ſponte, neque ſuo exemplo ſed magnis authoribus nempe principibus, ad peccatum fuiſſe adductum. Hanc culpæ reiectionem in principes authores idololatriæ extenuat, & populum non propterea culpa carere demonſtrat Vates, quoniam ipſe populus libenter idololatriam ſuſcepit, & paruit iniquis principum legibus. Vnde bene inquit D. Hier. Rex primo cœpit à Dei cultu fornicari, vitulos aureos cupiens adorare, & volens ſecutus eſt populus, parẽq; impietatem pari ſtudio cõpleuerunt. Non mihi eſt etiam ingrata hæc expoſitio, licet priorem præferendam iudicarem, potiuſque hæc verba eſſe Domini, quam Vatis, dicerem, in quẽ modum etiam diſpungit D. Hieronymus. Sed verba diſpungamus. *Ego ſcio Ephraim.* Diuus Hieronymus, quẽ omnes ſequuntur, tum antiqui, tum recentiones, demptis ſolum Lyrano, & Vatablo, per *Ephraim* intelligunt regem Ieroboam, & omnes reges, qui, & dignitate, & ſcelere eum ſunt ſecuti: quoniam Ieroboam primus rex decem tribuum originem traxit ab *Ephraim* filio Ioſeph. Per *Iſrael* vero decem tribus intelligit. Lyranus vero, & Vatablus idem intelligunt per *Ephraim & Iſraelem*, dicuntque eſſe eiuſdem rei repetitionem ad maiorem aſſertionem. Verior mihi videtur D. Hieronymi explanatio. Cæterũ, quòd inquit Deus *Ego ſcio Ephraim, & Iſrael*, &c. Intelligendum eſt, Deum ſcire eos, vt eos vocibus theologorum vtamur, non ſcientia approbationis, de qua dicit Apoſtolus. *Si* quis diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo, ſed intelligẽtia viſionis, de qua apud Ieremiam Deus ait. *Si* occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum. Vtitur autem Deus hoc verbo, *ſcio*, quòd plus inuoluit, quam hoc verbum cognoſco, quo vtitur translatio Septuaginta, & ſignificat, quam exactiſſime cognitũ *Ephraim* à Deo. Vnde Paraphraſtes Chaldæus optimè vertit, pro *Ego ſcio Ephraim*, Palam mihi nota ſunt opera Ephraim. Eſt autem idem. *Ego ſcio Ephraim*, ac ſi dicat. Ego intus, & incute cognoſco Ephraim, vt omittamus, quod Philoſophi dicũt. Scire eſſe, rem per cauſam cognoſcere. De homine, quem potius cognoſcimus, dicimus, *Yo cognozco à fulano, yo ſe ſus manas. Quia nunc fornicatus eſt Ephraim.* Oculos Dominus auertit à progenitoribus, Ieroboam videlicet, & aliis maioribus, & conuertit ad regem, qui tũc apud Iſraelem rerum potiebatur, eiuſq; fami-

*Reĳcit delictum populus in Principum leges, quibus impiis licet obedire cogitur.*

*Tunc ſcimus cum cauſas cognoſcimus Ariſt. Elench. 2.*



familã, eoſq; inquit, *nunc*, ideſt, in præſenti tẽpore eſſe fornicatos, ꝙ optimè obſeruat Interlinearis. Non enim Dominus tã præterita, quã præſentia peccãtis crimina ſolet intueri, vt in peccatorẽ animaduertat. Cõiũctio vero *quia* cauſalis eſt & bifariã poteſt diſpungi, Primo, vt reddat cauſam iã dictorum, nẽpe. *Ego ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſconditus à me* ac ſi à Deo quæras Vnde *ſcis Ephraim*, id eſt, corruptos eius mores, & malitiã? Ita. n. & bene quidẽ, explanat Lyranus. Reſpondit Dñs. *Quia nunc fornicatus eſt* Ephraim. Ecce, vnde ſcio, intuere eius opera, non ab execrãdis idololatriæ actionibus deſtitit, ſed ẽt nunc fornicatur. Secundò, poteſt explanari, cõiunctio cauſalis q̃a, ꝙ reddat rationẽ ſequẽtiũ, nẽpe cur cõtaminat⁹ ſit Iſrael peccato idololatriæ, de eo enim præcipue hic eſt ſermo. Et rationem reddens, inquit, *Quia fornicatus eſt Ephraim.* Certum enim eſt, vt poſtea in obſeruationibus dicemus, ſæpiuſque à nobis eſt dictum, populum eſſe propenſum ad inſequenda principum, & prælatorum veſtigia.

## *Obſeruationes ad morum inſtitutionem.*

EGO *ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſconditus à me.* Locus cõmunis eſt, ſatiſq; tritus, Deũ omnia exactiſſimè cognoſcere. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades, &c. Et Sapiẽs, In omni loco oculi Dñi cõtẽplãtur bonos, & malos. Atq; Apoſt. Omnia nuda ſunt, atq; aperta oculis Dei. Id aũt cognoſcere multũ valet, & ad cõſolationẽ bonorũ, & ad terrorẽ malorũ, ne vel illi ſe à Deo negligi putent, vel hi impune ſe peccare exiſtimẽt. Afficiũtur cõtumeliis, & iniuriis filij Iſrael in Ægypto, & pro, & obſerua, q̃d Deus dicat. Vide afflictionẽ populi mei in Ægypto, & clamorẽ eius audiui propter duritiã eorum, q̃ præſunt operibus, & ſciẽs dolorẽ eius deſcẽdi, vt liberẽ eum de manibus Ægyptorum, &c. Ac, paucis interiectis, rurſus inquit. Clamor ergo filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur. Si vocem Hebraicã obſerues, cũ ait Dñs. Vidi afflictionẽ populi mei, nõ vtcunq; ſe vidiſſe teſtatur, ſed quã exactiſſime. Eſt enim Hebraice. Vidẽdo vidi afflictionẽ populi mei quę verbi duplicatio incremẽtũ inuoluit. Vnde & quidã ſic, pro vidi affli-

*Pſa 138. Prou. 15. Heb. 4.*

*Non eſt locus quantumuis ſecretus aut remotus quo non penetrente & lacrè omnes & omnia proſpiciam oculi Domini.*

*Exod. 3.*

tranſferunt. Omnino vidi afflictionem populi mei, &c. Cur ſe omnino Dominus vidiſſe hanc afflictionem inquit? Certè, ne iuſti animũ deiiciant in cõtumeliis, & afflictionibus, ſed viriliter, & æquanimiter ferant. Deus enim perſpicaciſſimus earum inſpector eſt, vt præmia rependat, ſi magno animo di-

*Simile.* micauerint. Quemadmodũ ſtrenuus miles, corã rege ſuo in prælio cum hoſtibus dimicans, redditur fortior ſui principis præſentia, & terga dare erubeſcit. Sic viri iuſti, oppugnantibus eos calamitatibus, cum certo ſciant, Deum eſſe ſui certaminis inſpectorem, eius præſentia fortiores redduntur. Significauit hoc eleganter Sponſus cœleſtis, dicens cum interrogaſſent quidam.

*Cant. 6.* Quæ eſt iſta, quæ progreditur, terribilis, ſicut caſtrorũ acies ordinata? Deſcẽdi in hortũ nucũ: vt viderem poma cõuallium, & inſpicerem, ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica. Ac deinde poſt pauca. Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorũ? Nã quid eſt, terribilem eſſe, vt caſtrorum aciem ordinatam. Sponſam niſi ingruente calamitatum, & perſecutionum bello ſtrenue ſe gerere, fortiterque dimicare? Sed cur progreditur, & non retrocedens Sponſa eſt in hoc certamine? Obſerua, quid ſubditur. Sponſus inquit. Deſcẽdi ego in hortũ nucũ, vt viderem poma cõualliũ. Si naturã arboris nucis, eiuſq; fructum obſerues, virgis impetitur, & excutitur, vel lapidibus, vt fructus colligatur, nucis etiã putamẽ amarum eſt, & nigrore quodã manus

*Nõ eſt vir fortis cui in ipſa rerum calamitate nõ creſcit animus.* colligentis inficit. Significat ergo nux viros iuſtos, & pios, qui, veluti quibuſdã perticis, calamitatibus variis percutiũtur, cęterũ intra amaritudinẽ corticis ſuauẽ nucleũ patientię ſeruant: conſiderantes, Deum eſſe inſpectorẽ, ac propterea licet, inſtar nucum, frangantur, & tribulationum nigror videatur, decorem vultus obſcurum reddere, non deſpondent animum, ſed fortius reſiſtunt, cernentes, corã Deo ſuo manus cum hoſte conſerere. Deſcẽdi, inquit ſponſus, vt viderẽ, & inſpicerem, agonẽ tuum, ô Spõſa, nõ exiſtimes, ꝙ me lateat, ꝙ pateris. Præſens ego ſum, non abſens certamini. Inſpicio omnes virgarum ictus, quibus, non ſecus ac nux, flagellaris Hinc & optime ſubiungit, cum ſponſam dimicantem bono animo cerneret. Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? Vt optimè obſeruat Theodoretus, videntur hæc verba quodammodo inter ſe pugnare. Neque enim caſtris conueniunt chori. Hi nãq; rebus ciuilibus, pacatiſque congruunt illa bellicis, & militaribus. Pax autem bello contraria eſt. Sed elegantiſſime ſignificauit æquanimitatem,



tatem, & tolerantiã iuſtorum in afflictionibus. Habet enim Eccleſia viros virtute patientię inſignes, qui ſimul, & choros ducant, & prçliãtur. Chori exiſtunt, quia diuinas laudes in ore gerũt dum acerbis tribulationum afficiuntur incõmodis dicentes cum Iob, Dñs dedit, Dñs abſtulit, ſit nomẽ Dñi benedictum. *Iob. c. 1.* Simul ẽt pugnant, quoniã ingenti fortitudine, & excelſo animi robore calamitatũ cuneos vincunt. *Hoc apophtegma in omnib. noſtris miſerijs nos multũ ſolari debet.* Quid videbis, inquit, nõ quid audies qa oculis ſuis inſpiciebat Spõſus, de viſu loquitur, nõ autẽ de auditu. Igitur ſi Dñs nos debellantes intuetur, cur in bello exaimamur? Satis fuit elephantis ſanguinẽ vuæ, & mori, oſtẽdere, ad acuendos eos in prælium, & non pudebit nos deiicere animum, cum ſciamus certo Deum nos conſpicere certantes? *1. Mac. 6.* Non ſic ſanctus ille patriarcha Abrahamus in certamen tantum deſcenderat, quantum eſt, vnicum filium offerre Deo ſuo in ſacrificium, ſed vt vinceret, Deum cum certaret paternus amor cum diuino præcepto, eſſe inſpectorem conſiderabat. Hinc nomen loci, in quo offerre Iſaac in ſacrificium decreuerat, appellauit, Dominus vide. *Gen. 22.* Ac ſi apertius dicat, Conſiderabam, Deum intueri me decertantem, ac propterea vicit obedientia paternum amorem. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feria. 4. cinerum, in hæc verba. Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Nihil igitur, ſiue bonum, ſiuę malum agimus, quamuis in abditiſſimis penetrabilibus, quod Deus non conſpiciat. Quadrat & in Euangelium Dominicæ. 1. Quadrag. in hæc verba. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli acceſſerunt. Cur angeli accedunt poſt Chriſti victoriam? Quoniam aderat certamini omnipotens pater, circundatus cœleſtibus, qui propterea angelos ad Chriſtum victorem mittit: vt agnoſcamus, in omnibus noſtris agonibus Deum eſſe præſentem, & inſpectorem.

Secundò, *Ego ſcio Ephraim.* Cur Domine non ais, Ego ſcio Ieroboã, & eius filios, atq; poſteros: ſed in primum ſtipitẽ generis cõiiciens oculos, *Ephraim* reuocas in memoriã? Non Ephraim vitulos aureos fabricauit, ſed eius pronepos Ieroboã. Hunc ergo dic te ſcire Decet ne, filiorum crimina vertere dedecori maioribus? Non ſane. Docet hoc loco Deus, peccata filiorum, maiorum gloriam, & nominis celebritatẽ obſcurare. *Simile.* *Iniquitatẽ patru, filijs obeſſe non poſſe arbitratur di. Hiz. 56. c. Sponſ. s.* Quemadmodum ſi ab arbore ramum abſcindas, cæteri omnes rami mouentur, & ipſum tangis truncum, neque alio modo conſcendere in arborem poteris, vt ramum, decerpas. In eundem modum licet is, qui crimen patiat,

maius nocumentum honoris accipiat, tota tamen cognitio
nonnihil etiam iacturæ paritur. Vide ergo quantum damni
adfert peccatum, vt illud cõmittere reformides; non enim
ſolum tibi, verum & omni tuæ cognationi notam inuris.

Tertiò, *Quia nunc fornicatus eſt Ephraim.* Nõ tranſactæ vitæ
*Eccle. 21.* *Ephraim* meminit: ſed, quã agat vitam, nunc conſiderat Deus.
Nã ſi peccatis imponas finẽ, qui Achab humiliatem nõ reiecit,
qui Niniuitis pepercit, qui Matthæum in Apoſtolorum
numero ſcripſit, qui peccatricem defendit, qui filium prodi-
*Simile.* gum non excluſit, & exhæreditauit, te etiam non deſpiciet.
Secus autem, ſi perſiſtas in peccato, timendum tibi eſt, ne di-
cat tibi Deus tuus, Quia nunc fornicaris, te puniam, Hinc
Sapiẽs ait, Fili peccaſti? Ne adiicias iterum. Quemadmodum
qui parietem conſtruit abſque calce, & temperamento ex la-
pidibus, cum non habeant, quo inter ſe cohæreant, ruunt, &
*Ezech. 13* opprimunt intra eos habitantes, In eundem modum peccata
lapides quidam ſunt, & cum multa homo committit, veluti
parietem erigit, qui corruet, & peccatorem perdet. Hinc in-
*Iud. 10. b* quit Deus apud Ezechielem, Ipſe ædificabit parietem, illi au-
*Peccati recidiua reſtis eſt qua anima perpetuis carceribus ligatur.* tem liniebant luto abſque paleis. Dic ad eos, qui liniunt ab-
ſque temperamento, quod caſurus ſit. Quid parietem vocat
niſi peccata multa quæ peccator in ſuam perniciem conge-
rit? Quid in hoc pariete inuenies, niſi lutum voluptatis cor-
poreæ, quo & homo ſordidatũ, & paries vitæ iniquæ diu ſtare
non poteſt? Cauendum ergo nobis eſt, ne tot lapides funga-
mus, vt paries corruat ſuper nos, id eſt, Deus vindictam ſu-
mat, & in nos animaaduertat, ſicut in filios Iſrael. Filij au-
tem Iſrael, ait Scriptura peccatis veteribus iungentes noua
fecerunt malũ in conſpectu Domini, & ſeruierunt idolis, Ba-
alim, & Aſtaroth & diis Syriæ, &c. Et cum peccata peccatis
*Iſai. 5.* cumularent quid fecit Deus? Audi quid ſequitur, Cõtra quos
Dominus iratus, tradidit eos in manu Philiſthiim, & filio-
rum Ammon? afflicti que ſunt, & vehementer oppreſſi. Sic
etiam ſi progrediamur in iterandis peccatis, non quibuſuis
hoſtibus, ſed atrociſſimis nos addicet, inferni videlicet qui
nos in æternum affligant, & crucient. Væ qui trahitis iniqui
tatem in funiculis, & quaſi in vinculis plauſtri peccatum, in-
quit Iſaias. Quid eſt, trahere iniquitatem in funiculis, &c.
Reſpondeat D. Auguſtinus Tractatu. 10. ſuper Ioannem, ex
pendens hunc Iſaiæ locum, Et quis facit reſtem longã? Qui
peccato, inquit, addit peccatũ. Quomodo addũtur peccata
peccatis? Cũ peccata, quę facta ſunt, cooperiũtur aliis pecca-
tis



tis. Hactenus Augu. Sed in eos, qui peccata noua traſactis
iungunt, q̃ fert vates ſententiã? Extremũ minatur exitiũ. Væ *plato li. 9 de Repu.*
illis inquit. Quæ vox plena minarũ, & tormentorũ inferni
eſt. Hinc & optime diuinus ille Plato inquit, nihil aliud eſ- *Simil.*
ſe peccare, q̃ collo ſibi vincula circũdare. Et qm̃ multi, quem- *Quando ſubrepit peccandi delectat. ſtatim futuri iudicii diem abſq̃ condit obliuio ita vt de ſalutæ animæ parua ſalus affulgeat.*
admodũ funes conficiuntur ex multis filis, quæ plauſtrũ tra-
here ſolent, ita peccata peccatis addẽtes, iniquitatum cumu-
lũ augẽt, ſubiungit Iſaias, Et quaſi in vinculis plauſtri pec-
catũ. Quemadmodũ torrentẽ, & riuulũ facile tranare poteris
ſed cũ hinc, inde multi gurgites confluunt, & magnũ flumen
efficiunt, ponte maximo opus eſt, vt tranſire poſſis, alias cũ
ingenti periculo ſubmerſionis, cũ traſuadari nõ poſſit, In eun-
dẽ modũ cũ homo vnum, aut alterũ cõmittit peccatũ, & gra-
dũ reuocat fretus diuina miſericordia, ad portũ ſalutis pene-
trabit: verũ ſi multis ſe implicet peccatis, timeat, ne in tanta
aquarũ altitudine pedẽ figere non valens deuoluatur in pro
fundũ, & pereat. Quadrat obſeruatio in Euangelium Domi-
nicæ. 3. poſt Pentecoſten, in hæc verba, Gaudium erit in cœ-
lo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Cur gaudium
hoc eſt in cœlo ſuper pœnitente? Quoniam peccatis ponit fi-
nẽ. Nihil enim magis excitat diuinã iuſtitiam ad vindictam *Eccl. 10.*
quam peccati perſeuerantia. Quadrat etiam in Euangelium *Prou 28.*
pro feſto Sãcti Matthæi Apoſtoli, in hæc verba, Diſcumbẽte *Simile.*
eo in domo. Cur Domine conuiuiũ cum peccatoribus cele- *Principũ impiorum iniuria & oppreſſione multi boni in republ. a perduntur.*
bras? Certe quia ingenti afficeris gaudio, cum peccator reuo-
cat à peccatis gradũ, ſicut iraſceris, cum perſiſtit in peccato.

Quartò, *Quia fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſrael.*
Ecce, quid efficit in populo iniquum principum exemplum,
quod eum traxit, & rapuit, vt etiam idem patraret peccatum
Caueant ergo principes, delinquere corã ſubditis, quoniam
populus principum mores imitatur. Qualis rector eſt ciuita-
tis, tales, & habitantes in ea, inquit Sapiens. Ac rurſum, Re- *Zach. 10.*
gnãtibus impiis, ruinæ hominũ. Quemadmodum ſi eruggiũ
herbam vni capræ in os inſeras, cùm ipſa ſiſtitur tum omnes
conſiſtunt, donec paſtor herbã eximat, Ita principis mores
mira vi in populum traſfunduntur. Idcirco abducti ſunt,
quaſi grex affligentur, qui non eſt in eis paſtor, ſuper paſto-
res iratus eſt furor meus inquit Dominus apud Zachariam.
Igitur ſi paſtoris exhibuiſſent populo munus hoc eſt, paſcua
vitæ candidæ porrigerent principes, non eſſent ſubditi ab- *Ezec. 44.*
ducti in miſeriam peccati captiuitatem, neque affligerentur
à Deo. Et apud Ezechielem Dominus præcipit principem

 ſedere

ſedere in porta, per quā Dominus Deus Iſrael eſt ingreſſus,
2. Cor. 6. in eaque comedere panem coram Domino. Quæ eſt porta,
per quam Deus ingreditur in templum illud, de quo ait A-
poſtolus, Vos eſtis templum Dei viui, niſi virtus? Scriptum
Sap. 1. eſt enim, Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo, probata au-
tē virtutis corripit inſipientes, quoniā in maleuolā animam
non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito
peccatis in hac virtutis porta debet princeps ſedere, & per-
manere, nō ſolū per eam trāſire, nunquā enim debet virtutē
deſerere, ſed in ea comedere panem coram Dño, hoc eſt, in
eas actiones incūbere, vt Dominus oculos non auertat ab
*Optimus Princeps regiæ virtutis ianitor.* eis, quia cibus ſordidus eſt vitiorum, quem mādunt. Si quis
à me petat, quod ſit præcipuum principis munus, dicam, eſſe
virtutis ianitorem. Ob eam enim cauſam in porta, per quā
Dominus ingreditur, ſedere ei præcipitur. Ac ſi apertius ei
Dñs dicat, Serua hanc ianuam, ibi comede, & reſquieſce, ca-
ue, ne vnquam eam deſeras. Hinc rurſus præcipit Dominus,
principem eſſe in medio populi, & in nundinis. Princeps, in-
quit, in medio eorum erit, cum ingredientibus templum in-
gredietur, & cum egredientibus egredietur. Non eſt Domi-
nus contentus, vel princeps ſi in extrema parte in ſerui-
Ezec. 46. entium ſibi in templo: ſed in medio tanquam centrum in
medio ſphæræ, vt ſubditi, conſpicientes, principem feruen-
tius Deo inſeruire, & offerre ſacrificiū ſuo exēplo excitētur,
vt etiam Dño ſeruiant. In nundinis etiam, id eſt, in mercatu-
ra, & negotiatione medium eſſe vult principem Deus quo-
Luc. 19. niam præceteris debet principes exercere ſpiritualē negotia-
tionem de qua apud Lucā dicitur, Negotiamini, dū venio. Si
enim princeps ſit ſubditus pauperior in bonis ſpiritualibus
Iſai. 3. & peccatis irretitus, quid inde ſequetur niſi ſubditos iiſdem
implicari criminibus principis? Volebāt quidam principem,
quendam hominem conſtituere, & obſerua, quid illi dicebāt
*Illis temporib⁹ Ambitio nec regnandi libido non dum faſcinarat mentes hominum.* Veſtimētum tibi eſt, princeps eſto noſter, ruina autem hæc
ſub manu tua. Ac ſi apertius dicerent, Nolumus, pauperem
hominem ad principatus culmen euehere, qui enim inops
eſt, & bonis caret, quomodo poterit populū gubernare? Te
qui locuples es, & veſtimētū habes, quo nos cooperias, prin
cipem creamus, poteris enim nos iam iā ruituros defendere
& protegere, ne ruamus. Et quid reſpōdit hic homo ad prin-
cipatum inuitatus? Nō inquit, ſum medicus & in domo mea
non eſt panis, neque veſtimentum, nolite cōſtituere me prin
cipem populi. O reſponſionem cœleſti homine dignam!
O verba-



O verba literis aureis in cordib⁹ humanis exarāda. Prius e-
nim proprias vires cōſiderauit, q̄ principatū ſuſciperet. Nō
ſum medicus, inquit. Obſerua, quid primū in ſe quæſiuit, an
videlicet eſſet medicus, vt poſſet languoribus animorū me-
deri. Secundò, an panem ſalutis doctrinæ haberet, attendit,
quo populū reficere. Tertiò, veſte carere ſe fatetur ad ope- *Matt. 12.*
riendum populum. Eſt autem hæc veſtis, charitas Dei, & pro
ximi, de qua apud Matthæum dicitur, Quomodo huc in-
traſti, non habens veſtem nuptialem? Et Petrus Apoſtolus,
Charitas operit multitudinem peccatorum. Cum ſe his tri- *1. Pet. 4.*
bus bonis ad regimen populi neceſſariis carere videret no-
luit ſuis humeris principatus onus imponere. Agnouit enim
integritatem vitæ, ſalutē animi, opes ſpirituales ſibi eſſe per- *Simile.*
neceſſarias, ne populus corruat. Inſpexit, in ingenti periculo *Subiecti vt plurimum imitantur Reges quia mēbra ſequi debent caput.*
populū verſari, ſi principem habeat ægritudine animi labo-
rantē, & diuitiis ſpiritualibus, id eſt, virtutibus ſpoliatū. Nā
populus ſui principis mores referre ſolet. Quemadmodū cha
mæleon, & taranda, alter colores corporis, cui adhæſerit, mu
tat, & ſuſcipit: alter vicinarum rerum colores nullo attactu,
ſed ſola tantū attrahit exhalatione, Sic populus vitæ princi-
pis conditionē inſequitur, & ſolo aſpectu mores iniquos, &
corruptos illius imbibit. Si hoc attenderēt principes, nō eſ- *Exod.*
ſent tam effrænes ad vitia, & multi ſitibundi ad principatus,
& magiſtratus anhelant, nō eos ambirent, dicerentque cum
Moſe, ſuā fragilitatem cernentes, quamuis vltro illis offeren
tur, Quis ſum ego, vt vadā ad Pharaonem, & educam filios
Iſrael de Ægypto? Obſecro Domine, mitte, quem miſſurus
es. Quadrat obſeruatio in Euangeliū Epiphaniæ, in hæc ver-
ba, Herodes rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.
Vides, quo pacto populus regē ſuū in turbatione imitetur.

Quintò, *contaminatus eſt Iſrael.* Iudicat populus, ſatis eſſe,
vt peccatis laxent habenas, idque impune, principis ſui mo-
res imitari. Hinc ſi obiurges, & reſpondet, princeps meus fa
cit, quid mirum, ſi ego faciam? audi, frater mi, qui hoc te cly-
peo ſatis munitum iudicas, nō quia fornicatus eſt Ephraim
excuſatus eſt Iſrael, neque dixit Dominus, Mundus eſt Iſra
el, ſed, *contaminatus eſt.* Nullus ergo obiiciat peccata princi-
pum, vt ſe immunē credat, ſi eodem irretitur crimine Obno
xius eſt ſupplicio, & cōtaminatus, nō mūdus eſt appellādus.

¶ *Non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur, ad Deū ſuum, quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognouerunt.*

¶ *Dare cogitationes in aliquam rem*, eſt, in eam ſtudioſè intendere. Hinc Vatablus pro, *non dabunt cogitationes ſuas*, vertit, *Nõ in hoc ſtudia ſua ponunt*. Et Theophylactus, *Non dederunt conſilia ſua*. Et quoniam, qui animum ad certa ſtudia, quibus nimium delectantur, contulerũt, ab inceptis, neque cõſiliis, neque exhortationibus, terroribuſve, dimoueri poſſunt, vt ad alias res agendas abducãtur, ſignificat Deus, hunc populum Iudæorum non eſſe reuocandum vnquã ãd Idololatria, an bona ſua peccata relicturum. Vnde Paraphraſtes Chaldæus ſic diſpungit, *Non dabũt cogitationes ſua*, id eſt, non miſſa facient opera ſua. Et Vatablus, Non permittent opera eorũ. *Vt reuertantur ad Deum ſuũ*. Optime diuus Hieronymus explanat, id eſt, vt agant pœnitentiam. Quam explanationem amplectũtur Gloſſa, Haymo, Carthuſianus & nõnulli ex recẽtioribus. *Quia ſpiritus fornicationum in medio eorum*. Quamuis multa diximus, expendentes hæc verba finis capitis. 4. *Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis*, ex quibus liquet, quid vocet Deus *ſpiritum*, quæ videre poteris; paucis hunc locũ diſpungam. Diuus Hieronymus per *ſpiritum* diabolum intelligit, citatq; illud Apoſtoli, Spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, vbi hunc ſpiritum diabolum eſſe ait. Sequuntur hanc explanationem Haymo, Lyranus, & Carthuſianus. quamuis hi duo poſtremi, Lyranus, & Carthuſianus per *ſpiritum* non quemcumque diabolum intelligunt? ſed peculiarem, eum videlicet, qui de idololatria tẽtat. Vatablus hunc *ſpiritũ* eſſe ait ſpiritum pſeudo prophetarum doctrinam. Alij recẽtiores per *ſpiritum* ventum intelligunt, & quoniam vanitatem ventum ſolemus apellare, vnde rem vanam ventum dicimus. Hiſpane, *de vna cauſa, que no tiene exiſtencia, ni apparentia de verdad, quando ſe quẽta, ò repetidezimos, Anda, que todo es ayre, todo es viento*. *Spiritum* ergo hic vocat vanitatem, ſiue ventum. quia idololatria res vana eſt, & inanis. *Fornictionum*, id eſt, idololatriæ. Et quoniam non vnum tãtum idolum colebãt? ſed multa, in numero multitudinis inquit, *fornicationum*. Vnus tamen Theophylactus inter cæteros, vtriuſque fornicationis, cum idololatricæ, tũ corporalis, hic fieri mentionẽ opinatur. *In medio eorum*. Diuus Hieronymus per *medium* iſtud, cor intelligit Iudæorum, quòd diabolus poſſideret eorum corda captiua. In eadem ſententia ſunt Gloſſa, Haymo, Carthuſianus, & nonnulli recentiores. Nam cum, iuxta Ariſtotelis doctrinam, aliorumq́ue philoſophorũ, cor ſit in medio animalis, iure optimo per *medium* poſſumus cor intelligere, Alij ſecus expendunt, nempe *in medio*

*Spiritus Idolatriæ inclinabat infœlicem Iſraelem ne ad Deũ reuerteretur.*

*Quicquid corporis viſibilis ſpeciem aut veritatem non præ ſe fert hiſpanis Ventus aut aer dicitur.*



*eorum*, id eſt, *ſpiritus fornicationum* principem locum obtinet apud eos, & regnat in eis. Nõ eſt reiiciẽda explanatio hæc. Sic enim ait Salomon Deo, Et, ſeruus tuus in medio eſt populi, id eſt, rex conſtitutus ſum, vt curam habeam huius populi. Vatablus autẽ ſic, *In medio eorum*, id eſt, aſſueti, & dediti ſunt idololatriæ. Cum quo conſentit quodammodo Lyranus. Diſpungit enim ſic, *In medio eorum*, tanquam eos poſſidens. Quanquam omnes dictæ explanationes mihi pergratæ ſint? alias duas adhibebo, fortaſſis non contemnendas, quarum prior eſt, *In medio eorum*. id eſt, in principibus eorum. Nam cũ principes ſint cor populi. iuxta illud Iſaiæ, Omne cor mœrens, id eſt, omnes principes, in quem modum explanat Diuus Hieronymus, non inepte per *medium* principes intelligemus. Quis enim non videat, vt nuper dicebamus, quantum obſit principis vita iniqua, vt populus conuertatur ad Dominum. Altera explanatio eſt, *In medio eorũ*, id eſt, nimium iis familiaris eſt, & amicus *fornicationum ſpiritus*. Conſueuit enim Scriptura id ſignificare hoc loquendi tropo, Vt apud Deuteronomiũ; Dominus Deus tuus in medio tui eſt, hoc eſt familiariſſimũ ſe tibi exhibet, & amiciſſimum. Declarat: quod ſequitur, hãc explanationem non eſſe omnino explodendam, nempe: *Et Dominum non cognouerunt* veluti viro, & marito, illi amicitiam, & familiaritatem præ ſe ferentes.

3. Re. 3.

*Iſa. 1.*

*Princeps cor populi.*

*Deut. 6.*

## *Obſeruationes ad inſtituendos mores.*

NON *dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Dominum*. Igitur cum poſt peccata reuertere decernit peccator per pœnitentiam ad Dominum, à cogitationibus debet ſumere exordium. non à verbis ſolum, neque etiã ab operibus tantũ, cogitationes etiã diſcutiendæ, & examinandæ ſunt. Hinc primum *cogitationes* petit dominus ſibi dari, hoc eſt, cor, ab eo enim exeunt cogitationes prauæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimẽta veſtra. Ecce, primũ cor petit totum, vt diſcutias, quænam ſunt, quæ cogitauit, illud ſcinde, vt iniquas cogitationes, quę intra illud ſunt, extrahas, venenum enim peſtiferum ſunt. Quemadmodum ei, qui venenatum quippiam hauſit, Pharmacum porrigit medicus, quod ci[...]

*Matt. 15.*

Ioel. 2.

Ioel. 2.

*Simile.*

tendat ad cor, illudque muniens, noxium profliget, alioquin homo periret. In eũdẽ modũ De⁹ peccatori, qui bibit de vino proſtitutionis magnæ meretricis; propinat Deus potionem quandam diuinę gratiæ, quæ expellat à corde mortiferas cogitationes, ne illis pereat, cum agit pœnitentiam. In huius rei typum præcipit Dominus, in mundatione leproſi radi omnes capillos capitis eius; & oleum ſiniſtra manu ſacerdotis mitti etiam in caput purificati. Nam quid capilli capitis ſunt, niſi cogitatus ab intellectu orti? Hi omnes ſunt à capite leproſi, hoc eſt, peccatoris longe relegandi, ita vt nihil iniquum etiam in mente permaneat. Hinc & oleum miſericordiæ Dei fundit ſacerdos ſuper eiuſdem etiam caput, dum peccatorem abſoluit à patratis criminibus, quæ quidem abſolutio, veluti vas quoddam, oleum diuinę gratię cõtinet, quando, prolatis à ſacerdote abſolutionis verbis poſt auricularem cõfeſſionem, contritione, & ſatisfactione, veluti quibuſdam gemmis exornatum, peccator ab immunda, & fœda peccatorum lepra abluitur, & veram animi conſequitur ſanitatem. Neque ſolum ſuper aliàs corporis partes leproſi oleum funditur; ſed etiam ſuper caput, quod locus cogitationum eſt, quoniam etiã caput à prauis cogitationibus eſt mundãdum. Bene etiam ſiniſtra manu hoc oleũ ſuper caput mitit ſacerdos, quia ob prauas cogitationes ad ſiniſtram æterni iudicis manum peccator eſſet collocandus, iuxta illud, Statuet hœdos à ſiniſtris, niſi de illis penitẽtiã ageret; & ſuper eas oleum miſerationis diuinæ eſſet effuſum. Hinc & apud Cantica ait cœleſtis Sponſus, Capilli tui, ſicut grex caprarũ, quæ aſcenderunt de monte Galaad, hoc eſt, cogitationes tuę, eas enim capillos appellat, quãuis iniquæ ſint, & ſimiles capris, ad ſiniſtram iudicis ſtatuendis, eas nihilominus in aceruum congregaſti, & veluti gregẽ quẽdã coegiſti, oẽs ad memoriã reuocãs, vt illis medicinã adhiberes. Mons namque Galaad, & ingentem habebat balſami copiã, & multos medicos, & chyrurgos ad medenda vulnera. Vnde & apud Ieremiam dicitur, Num quid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? Quare igitur nõ eſt obducta cicatrix populi mei? Bene etiã has cogitationes aſcendere inquit de monte Galaad. Nam quæ prius deſcenderant ad ima terræ, vt hominem cõtaminarẽt ſordibus peccatorum, & vulnera infligerẽt cordi, iã aſcendũt in arborẽ crucis Chriſti, vt ſãguine eius ſacerdotes, quibus ex munere incumbit, peccatores abſoluere, vt optimos, peritoſque medicos docet, medeantur cogitatuum vulneribus. Sed quo pacto peccatores *dare debent cogitationes ſuas*, vt per pœnitentiam *reuertantur ad Dominum*; Paucis dicam. Qui prius cor dæmoni ad habitãdum dederat, dent illud Deo ſuo, foras eiecto truculentiſſimo hoſte diabolo: & qui iniqua cogitabant, iam ſancta, & pudica cogitent. Hoc autem conſequentur, ſi filium hominis imitentur, quem Diuus Ioannes in ſua Apocalypſi vidit præcinctum ad mamillas zona aurea, caput autem eius, & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix. Quid eſt, Chriſtũ eſſe præcinctũ zona aurea ad mamillas, niſi omnes cogitationes cordis eius eſſe pias, iuſtas, & ſanctas? Nam cordis locus pectus eſt, hoc autẽ zona aurea. i. Deo præcingit. Cum enim zona figuræ ſit circularis, cum pectus cingit, merito Deũ adũbrare dicimus qm̃ quemadmodũ circularis figura principio caret, & fine, eſtq; capaciſſima, Ita Deus, principio, & fine carens, omnia comprehendit. Significarunt hoc venuſtiſſimè Ægyptij, Deum ex hieroglyphico circulo intelligentes. Vnde quoties Deum oculis hominum contemplandum ſubiicere volebant, circulum pingebant. Chriſtus igitur, zona pectus cingens ſuum, cor noſtrum ita gubernãdum ſignificat? vt in eo ſolum Deus per ſanctas cogitationes inhabitet. Beneque zona hæc aurea dicitur, quoniam huiuſmodi cogitationes de Deo vere hominem locupletãt, & ditem reddunt. Atque merito, poſtquam Chriſtus zona aurea cinctus eſt pectore, caput dicitur habere, tanquam lanã albam, id eſt, canis ornatum, qui pili tantum ſenum ſunt, vt oſtendat, cogitationes ſeniles, & candidas tunc ex capite procedere, cum Deũ mente cogitamus. Agnouit ſanctus Dauid, cor Deo eſſe cingendum, nihilque iniquum in eo reponendum, quando, præſciſa ora clamydis Saulis, percuſſit cor ſuum, quod id facere attẽtaſſet, dicẽs, Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hãc rem. Nam quid eſt, percutere cor Dauid, niſi illud reprehendere, quod iniquum cogitatũ admiſiſſet? Vnde bene ſubiungit, Propitius ſit mihi Dominus, id eſt, cingat cor meũ, tanquã zona quædã, Deus, ne cogitet, quippiam damni inferre Sauli. Quadrat obſeruatio in multa Euangelia. Primò, in Euangelium Dominicæ. 4. Aduentus, in hæc verba, Prædicans baptiſmũ pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorum. Quænam eſt pœnitentia in remiſſionẽ peccatorũ, aut quorum peccatorum? Certe omnium, cogitatuũ, verborum, operum. Quadrat etiam in Euangelium Dominicæ. 11. poſt Pentecoſten, in hæc verba, Sic & Pater meus cœleſtis

*Apo. 17.*

*Leuit. 14.*

*Poſt auricularẽ confeſſionem ſtatuta pœnitentia Abſolutio ſacerdotis peccatorũ lepram mundat.*

*Matt. 25.*

*Cant. 4.*

*Ierem. 8.*

*Peccata hominũ lignum ſalutiferæ crucis aſcẽdunt*



*Apoc. 1.*

*Præcincta eſſe debent corda noſtra Dei nomine*

*1. Re. 24.*

cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque de cordibus veſtris fratri ſuo. Ecce, non ſolum petit Deus, vt remittas opera, & verba fratri tuo, etiam ex corde remittere præcipit, quoniam neque cogitatione eſt peccandum in proximum. Quadrat item in Euangelium Dominicæ. 3. poſt Pentecoſten, in hæc verba, Gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. De qua, quæſo, pœnitentia loquitur? De illa, quæ non ſolum verba, & opera dat ... rum & cogitationes, vt reuertatur pœnitens ad Dominum. Demum, quadrat hæc obſeruatio in omnia Euangelia, quæ de pœnitentia agunt: tunc enim expendẽdum eſt, etiam cor mundandum à prauis cogitationibus, vt pœnitentia peccatoris grata ſit Deo.

*In eos qui faſtidiunt pœnitẽtiæ conſilium.*

Secundò, *Non dabunt cogitationes ſuas: vt reuertantur ad Deum ſuum. cogitationes* poſuit pro conſiliis, vel ſtudiis. Neſcio, quibus lachrymis defleam multorum hominum cõditionẽ, qui ſine labore, & ſtudio, & conſilio exiſtimant, ſe reuocaturos gradũ à viis peſſimis peccatorũ. Videbis multos ad Eccleſiã pergere, vt confiteantur ſua peccata, quos ſi interroges, Nũ recogitaſti omnia peccata tua, vt ea referas ſacerdoti? Reſpondere nõ erubent, Nõ recogitaui, ſed dicam, quæ in mẽtem venerint, interrogabit me ſacerdos, & ſic in memoriam

*Iſa. 33.*

peccata mea reducam. Frater mi, nõ recto tramite tendis ad pœnitentiæ domum, vt eam inuenias. Nã prius apud te cogitare debes omnia peccata tua, ſicut ille rex Ezechias, qui ait, conuerſus ad parietem, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Hunc tu imitare, cõuertẽs faciem tuã ad parietem, quẽ veluti ex multis lapidib. extruxiſti, dũ peccata peccatis cumulaſti, recogita, quantũ temporis conſumpſiſti in extructione tã peſtilentis ædificij, in quo reptilia venenata inferni ſolum latent, dæmones videlicet.

*Ierem. 8.*

Alioqui Deus tuus conquereretur, dicens, Nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens, Quid feci? Prius quã Eccleſiam adeas, & genua flectas, coram ſacerdote dicturus peccata tua, meditare, recogita, q d feciſti quantum debeas Deo tuo, quo peccato non ſis ſoluendo, ꝙ multo ære alieno

*Matt. 11.*

ſis expreſſus, &c. Ad hæc, obſerua, nõ eſſe facile peccata relinquere, dare debes cogitationes tuas, id eſt, ſumma vi niti, vt reſurgas. Nã regnũ cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et Paulus inquit, Condelector legi Dei ſecundũ interiorẽ hominem, video aũt aliã legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati,



&c. In huius rei typum, cũ Daniel eſſet iuxtà fluuiũ magnum Tigrim, nõ remanſit in eo fortitudo, neq; quicquã viriũ habuit: ſed emarcuit, & iacebat cõſternatus ſuper faciẽ ſuam, & vultus eius hærebat terræ. Peccator namq; cum iuxtã fluuium voluptatum ſuarum eſt, quæ merito cum fluuio cõponuntur, nã quemadmodum aqua fluminis cito labitur, & tandem amarum mare ingreditur, Ita dulcedo voluptatis peccati quàm citiſſime tranſit, & poſtea acerbitatem pœnarum reliquit, totus manet elanguidus, vireſq; amittit animi, virtutes videlicet, ac vultum habet terræ hęrentem, nõ enim faciem ad cœleſtia cõtemplanda leuare poteſt, maximeque eget auxilio Dei, vt amiſſam recipiat fortitudinem, eumque erigere manu Dei neceſſum eſt, ꝙ nõ repente, ſed paulatim conſequitur homo. Quemadmodum Daniel non ſubito ſurrexit de terra: ſed prius manus Dñi erexit eum ſuper genua ſua, deinde ſuper articulos manuum, ac tertio ad vocẽ Dñi, dicentis, Surge Daniel vir deſideriorum, ſtetit tremens, Ita peccator paulatim de ſtercore peccati, adiuuante Dño, leuatur, nã rebellionem ſentit, quæ nõ ex tempore ſurgere permittit, & cum tandem ſurgit, tremens ſtat, videns, ſe multis oppugnari tentationibus, facileq; antea corruiſſe. Nõ igitur animum deiicias, ſi poſt cõuerſionẽ te ſegnem ad opera virtutum, & oſcitantem videris, maximéq; procliuem ad patrãda peccata. Nõ enim facile eſt, conuertere te ad meliorẽ frugem: ſed neceſſum eſt, cogitationem nõ vnam, aut alterã, ſed multas dare, hoc eſt, pro virili dare operam, & conſiliis excogitatis conuertere te ad Dominum. Diſces etiam ex hoc loco, quantum peccatum ſit fugiendũ. Si enim nõ eſt facile, cõuertere te ad Dñm, cur ab eo faciẽ auertere nõ formidabis? Quemadmodum, q labyrinthum ingrediebantur, exire non poterant, ſed à Minotauro deuorabantur, niſi filo quodam ducerentur, quod ingredientes in foribus labyrinthi relinquebant affixum, è manibuſq; nunquam dimittebant, Ita & peccatum vorago quædam eſt inexplicabilis, à qua redire nullus poteſt, niſi Deus filum diuinæ miſericordiæ tradat, qua ducente, inde valeat exire.

*Simile.*

*Dulcedo peccati reuocat hominem à cœleſtiũ rerũ contemplatione.*

*Simile.*

*Minotaurus monſtrũ ex Paſiphae è Tauro pcreatum, idq; arte Dædalea in tenebris Cretenſis Laberinthi incluſum.*

Tertiò, *Qui ſpiritus fornicationum in medio eorum.* Medium, vel locum principem vocat, quem peccatores deferunt peccato, poſthabito Deo ſuo. Vel reges, & principes appellat *medium* quia cor ſunt regni, & Reipublicæ. Si pro loco accipias, venuſtiſſime explicat Deus hominum conditionem, qui primum locum nuncupare ſolent dæmonibus, non Deo. Faſſet diabolus

diabolus fores cordis, vt ei aperiatur, ſtatim miſer homo ianuam aperit. At ſi Deus dicat, Aperi mihi ſoror mea, amica mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium, excuſat ſe, dicens, Expoliaui me tunica mea, quo modo induar illa? Dicat Ludus, Quære nummos, age noctem inſomnem, ieiuna, &c. bone Deus, q̃ ſedulos miniſtros ei ſe exhibent homines? Suggerat voluptas, abſumendā pecuniam in cibis lautiſſimis, aut in obſcœnis actionibus, confeſtim obedit homo. Cæterum ſi pauper amore Dei petat, vt illi ſubuenias, nihil porriges, ſi vigilare parumper in oratione moneat Deus, clamas, te id ferre non poſſe. Quorſum, ꝙ dæmoni concedis, negas Deo tuo? Certe, *quia ſpiritus fornicationum in medio tui eſt*, hoc eſt, primū locū diabolo dediſti. Vtinā, fratres mei, pulſantibus ſimul Deo, & dæmone fores animi noſtri, vt illis aperiamus, digniori, puta Deo, prius aperiemus, diceremuſq; dæmoni, expecta parumper, prius introducā Deum in cubile cordis mei, vt illam audiam, deinde tu dæmō ingredere, æquum enim eſt, honorem deferre præſtantiori, & nobiliori, qualis Deus eſt. Certò enim credo, ꝙ rarò, vel nunquam diabolo aperiremus, quinimo foras illi occluderemus. Paucis explicabo, quid dicere voluerim. Allicit te diabolus, vt peccato conſentias, ſimul & vocem Dei tui pulſantis audis, dicentiſq;, Frater, noli fidē diabolo adhibere, audi me prius, quàm peccatum cōmittas, quid ex peccato conſequeris? Reſiſte, ora, ſub vmbra alarū mearū confugiens, vt tentationē abigas, & poſtea diabolū ingredi non permittes. Quorſum hydria farinæ nō defecit, neq; lecythus olei mulieris Sarepthanæ eſt imminutus? Quoniā, iuxtà præceptum Eliæ, primum ipſi Eliæ de farinula fecit ſubcinericium panē, deinde ſibi, & filio. Noli timere; ſed vade, & fac, ſicut dixi, inquit Elias, verūtamen mihi primum fac: tibi autem, & filio tuo facies poſtea. Quæ abiit, & fecit iuxtà verbum Eliæ, & comedit ipſe, & illa, & domus eius, & ex illa die farina non defecit, & lecythus olei nō eſt imminutus. In eundē modum nobis non deeſſet oleum ad illuminandā mentē & medenda vulnera, nō panis ad veſcendū, panis inquam, qui cibus eſt animi, ſi Deum primum paſceremus. Sed quoniam ſecus facimus, fame perimus, & multis, ac denſiſſimis inuoluimur tenebris peccatorum. Quadrat obſeruatio in Euangeliū Dom. infra Octauas Epiphaniæ in hæc verba Inuenerunt Ieſum ſedentē in medio doctorum. Vade, & tu fac ſimiliter, da Ieſu medium locum, id eſt, honoratiorem, cumque omnibus præpone,

*Cant. 5.*

*Aperiēda eſt pulſanti Deo cōſcientiæ noſtræ ianua, claudēda vero Dæmonis tentationibus.*

*3. Re. 17.*



præpone, & non illum poſthabeas.

Quartò, *Qui ſpiritus fornicationum in medio eorum.* Si medium pro regibus, & principibus, & ſacerdotibus ſumas, qui cor reipublicæ ſunt. Ecce, quantum noceant, vt crebrò diximus, exempla mala maiorum, vt populus conuertatur ad Deum. Hanc enim cauſam reddit Dominus, cur Iſrael non conuertatur ad ſe, quia principes ſunt criminibus contaminati. Si ſal euanuerit, in quo ſalietur, terra videlicet, væ illi.

*Exempla mala maiorū, conuerſioni plebis nociua.*

¶ *Et reſpondebit arrogātia Iſrael in facie eius, & Iſrael, & Ephraim ruent in iniquitate ſua, ruet etiam Iudas cum eis. In gregibus ſuis, & in armentis ſuis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient, ablatus eſt ab eis. In Dominum præuaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt nunc deuorabit eos menſis cum partibus ſuis.*

Difficilis eſt locus iſte, quapropter & varie explanatur, neq; facile conſtare poteſt, quid hic appellet *arrogantiam*, pro qua Septuaginta vertunt τὴν ὕβριν id eſt, iniuriam, alij, vt Aquila, & Theodotion ἀλαζονείαν ideſt, ſuperbiam, In quem modū hanc vocem *arrogantiam* explanant Gloſſa, Haymo, Interlinearis, Dion. atque alij. Rupertus arrogantiam in propria ſignificatione accipere videtur, quatenus, iuxtà doctrinam S. Tho. eſt peculiaris ſpecies ſuperbiæ. Eamque ſic diffinit, Arrogantia eſt elatio mentis, vel ſpiritus, qua vſque in Dei contemptum erigitur, vt eum non cognoſcat, eſt, cognoſcere, vel venerari contemnat. Alij hanc arrogantiā dicunt eſſe faſtum Iſraelis. Paraphraſtes Chaldæus quodāmodo cū hac explanatione cōſentit. Habet enim pro *arrogantia Iſrael*, gloria Iſrael. Diuus Hieronymus hanc *arrogantiam* eſſet ait, ſuperbe agere contra Dominum. Non mihi diſplicent omnes iſtæ explanationes. *Et reſpōdit.* Coniunctio copulatiua *&* poſuit pro ergo, quod frequens eſt in ſacris Bibliis, vt iam à nobis eſt obſeruatum. *Reſpondere* autem *in facie eius*, eſt, quod Iſrael non habeat impunitus, inquit D. Hieronymus, cum quo conſentit Lyranus, ſic diſpungens, *Reſpondebit*, per pœnam debitam à Deo illatam. In eundem modum explanat Dionyſius, atque apertius Haymo hanc pœnam eſſe ait, quòd tradendus ſit Iſrael captiuitati ob idololatriæ crimen. Si in hunc modum expendas verba ſubſequentia, *in facie eius* neſcio, quid habent ſalis, quod vix explicari poteſt. Video, ſic poſſe diſpungi, *in facie eius*, id eſt, aperte punietur, vt omnes cognoſcant eius punitionem. Hāc videtur amplecti intelligentiā Haymo. Ait quippe, Vt nō habeatur Iſrael impunitus. Cæterùm hæc explanatio nō omnino exhaurit horum verbo-

*2. 2. q. 112. ar. 1. ad 2.*

verborum, *in facie eius*, totam altitudinem. Exiſtimo autem ſi-
*Cum affe-* gnificari, plectendum eſſe Iſraelem acerbiſſime, & ſeueriſſi-
*ctu cōmi-* me. De homine namque qui nimium ob aliquod crimen pu
*natur va-* nitur, dicere ſolemus Hiſpane, *Eſto le ſaldra a los roſtros a fula-*
*tes futurā* *no*, Sic & hic, *Reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius. La arro-*
*Idolatræ* *gancia de Iſrael le ſaldra a los roſtros.* Exactiſſimas enim debit
*plebi pœ-* pœnas, & idololatria dignas. Sed quoniam *reſpondere* in ſacris
*nam.* Bibliis pro teſtari, ſeu teſtificari accipitur frequentiſſimè, vt
Deu. 5. apud Deuteronomium. Non reſpondebis contra proximum
Iſa. 3. tuum falſum teſtimonium. Et apud Iſaiam. Agnitio vultus
Iſa. 59. eorum reſpondebit eis. Ac rurſum, Peccata noſtra reſponde-
Ierem. 14. runt nobis. Et apud Ieremiam, Si peccata noſtra reſponde-
rint nobis, Domine fac propter nomen tuum. In his locis, ac
multis aliis reſpondere pro teſtificari accipitur: ſic & hic v-
ſurpari nonnulli exiſtimant, vt Vatablus & quidam recen-
tiores Diſpungunt autem in hunc modum. *Reſpondebit arro-*
*gantia Iſrael in facie eius*, hoc eſt, teſtificabitur ſuperbia Iſrae-
lis contra eum *in facie eius*, id eſt, facie ad faciem, hoc eſt, co-
ram. Dicunt autem his verbis Vatem noſtrum non ſolum
coniectura, argumentatione, & teſtimoniis, ſed expreſſo etiā
*Impudicos* ſigno actionē ſuā confirmaſſe in Iſrael. Nam cum mulieres
*animi af-* nonnullæ impudicæ animi morbum diſſimulare ſoleant, &
*fectus fal-* honeſtatem ficto ſermone, & vultu prætexere, ingenio, & ar
*laci hone-* te vti opus eſt vt earum impudicitiā deprehendas, ſed cum
*ſtatis frōte* vultu & inceſſu, aliiſq; externis actionibus ſeſe produnt, &
*mētiuntur* perfricata fronte eā palā iactant, parum laboris, & diligentiæ
*mulieres.* impendere opus eſt, ad oſtendendā earum improbitatē. Et
quoniā id genus erat idololatia Iſrael, omnibus nēpe mani-
feſta, inquit Vates, *Reſpondebit*, hoc eſt, teſtificabitur publice
impudicitia Iſrael contra eum: Nō mihi eſt ingrata hæc ex-
planatio, quāuis prior mihi magis arridet. Nō erit etiā a ger-
mana intelligētia alienum, ſi in hunc modum diſpungas, *Re-*
*ſpondebit*, id eſt, rependet arrogantia Iſrael apertiſſimè. Hiſpa
Gen. 30. ne dicimus, *Su arrogancia le dara el pago a Iſrael.* Sic apud Gene
30. c. *reſpondere* pro repēdere accipitur: Reſpondebit mihi iu-
ſtitia mea, id eſt, repēdet. Et quoniā, teſte D. Thoma in c. 40.
Iob, lect. 1. ꝓpria arrogātis pœna eſt deiectio, ſicut ſuper bo-
num ꝓpria pœna eſt diſcordia, dum inquit, *reſpondebit arrogā-*
*tia Iſrael*, eſſe hunc populum, deiiciendum ſignificat. Atq; ob
hāc cauſam, opinor. Septuaginta vertunt, ꝓ *reſpondebit*, humi
habitur. Ea enim voce apertius explicatur pœna correſpon
dens culpæ arrogantiæ. Ita etiā eſſe hanc vocem explanan-
dam



dam oſtendit Chaldæus Paraphraſtes: habens pro *reſpondebit*
*arrogantia Iſrael in facie eius*, deprimetur gloria Iſrael ipſis vi-
dentibus. *Et Iſrael Ephraim ruent in iniquitate ſua.* Explicant hęc
verba, quòd nuper diximus, videlicet quo pacto ſit plecten-
da arrogantia Iſraelis, omneſque ſine diſcrimine, tum popu-
inni, tum reges eſſe ob idololatriæ crimen puniendos. Vnde
per Iſraelem decem tribus intelligit, per *Ephraim* verò fami
liam regiam. Atque ita diſpungunt Diuus Hieronymus. In-
terlinearis, Lyranus, Haymo, Carthuſianus, & nonnulli re-
centiores. Quamuis Theodoretus, & Theophilactus per *Iſ-*
*raelem, & Ephraim* ſolùm dicant, intelligendas decem tribus,
nihilque expendētes hunc locum, dixerint de Regibus. *Ruet*
*etiam Iudas*, id eſt, duæ tribus, quæ regnabant in Ieruſalem, ſe-
quentur veſtigia captiuorum, vt quorum imitantur ſcelera,
*Aequum* imitentur & pœnam. Sed quàm ob cauſam præferuntur Iſ-
*eſt vt cu-* rael, & Ephraim, priuſque puniendi dicuntur, quàm Iudas?
*ius imita-* Ait enim *Iſrael, & Ephraim ruent in iniquitate ſua*, deinde vero
*tur ſcelus* quaſi poſtea puniendus ſit Iudas, ait, *Ruet etiam Iudas cum eis.*
*imitetur* Rationem huius ordinis ſupplicij reddiderunt Theodoretus
*& pœna.* & Lyranus & alij, quoniam *Iſrael, & Ephraim* priores man-
cipati ſunt, & in ſeruituте adducti deinde poſt eas *Iudas* ſer-
uitutem ſuſtinuit. Nam decē tribus tempore regi Hoſſe, po-
ſtea Iudas tempore Sedechiæ in captiuitatem redacti ſunt.
Ordo ergo idem ſeruatur in pœna, qui fuerat ſeruatus in cul
pa. Hinc, qui prius peccauerunt, prius addicuntur ſupplicio.
*In gregibus ſuis, & in armentis ſuis vadent ad quærendum Dominum.*
Vt optimè obſeruant Diuus Hieronymus, & Interlinearis,
non ſolùm *Iſrael & Ephraim* nituntur, ſacrificiis placare Do-
minum, ſed etiam vna cum eis *Iudas*. Vnde cum dicitur, *Va-*
*dent*, intelligendum eſt omnes iuiſſe cum gregibus, & armen
tis ad requirendum Dominum, hoc habentes omnes certa-
men, vt quē præuaricationibus offenderant, hoſtiis placare
nitantur. *In gregibus*, qui ſunt de ouibus, & capris: vt obſer-
uant Lyranus & Carthuſianus. Vnde Septuaginta vertunt,
cum ouibus. Et Theophylactus, cum pecudibus, pro *in gre-*
*gibus* legit. In quem modum etiam pro *in gregibus* Paraphraſtes
Chaldæus habet, cum ouibus. Et in armentis, hoc eſt, bobus,
& vaccis, ſiue vitulis. Quod & nuper citati expoſitores, Lyra-
nus, & Charthuſianus, & Trāſlationes Septuaginta, & Theo
philact⁹ obſeruant. Habet autē non parum incrementi, pluſ-
que hac voce implicat in *gregibus, & armentis*, quā ſi dixiſſet, in
ouibus, & bobus. Detegit enim multitudinē holocauſtorum

S offeren-

offerēdorū Deo. Pronomē, etiā *ſuis* additū nonnihil inuoluit
Significat enim, non paucas oues, & boues, ſed greges eorum
dē, atq; hos non aliunde raptos, aut male acquiſitos: ſed vere
ſuos, id eſt, iuſtiſſime poſſeſſos eſſe ſacrificādos. Ac ſi apertius
dicat Deus, Quāquā totos mihi greges, tota armenta ſua, &
quæ vere ſint ſua, offerant, vt veniā impetrēt: nō tamen obti-
nebūt. *Quia filios alienos genuerunt nunc deuorabit eos menſis cū parti-*
*bus ſuis.* Optime Theop. exiſtimat, cōiūctionē *quia* cauſam red-
dere, ob quam bona temporaria ſint auferenda à Iudæis, nē-
pe quia alieni ſunt liberi, indigni ſunt merito hæreditate, *fi-*
*lios* vero *alienos* genuiſſe inquit, vel quia vxores acceperant
ex alienigenis, ex quibus pueros gignebant, cùm lege id eſ-
ſet prohibitum, iuxta illud, Nec vxorem de filiabus eorum
accipies filiis tuis, ne poſtquam ipſe fuerint fornicatæ, for-
nicari faciant & filios tuos in deos ſuos. Ac rurſum, Nec ſo-
ciabis cum eis coniugia: filiam tuam non dabis filio eius, ne-
que filiam illius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuum,
ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat diis alienis, iraſcetúrque
furor Domini, & delebit te cito. Vel *filios alienos* diſcipulos
vocat, quos docuerunt colere deos alienos. Quaſi dicat, Nō
ſolum fuerunt idololatræ, ſed & alios idololatriam docue-
runt. Vtramque explanationem complectuntur D. Hieron.
Theophylactus, & Carthuſianus. D. tamen Hieronymus
hanc ſecundam veriorem eſſe opinatur, quam etiam ſequun
tur Lyranus, Rupertus, & Haymo. *Nunc deuorabit eos.* Aduer-
bium *nunc* citò Iudæos plectendos, neque in longum tempus
ſuppliciū differendum inuoluit, vt obſeruant D. Hieron.
Interlinearis, Vatablus, & alij recentiores. *Deuorabit menſis.*
Trifariam poſſumus diſpungere. Primò, quòd non ſemel,
aut iterum ſint puniendi, ſed crebrò. Ac ſi dicat, In ſingulos
menſes comedet eos hoſtis cum omnibus bonis eorū. Am-
plectitur hanc expoſitionem Interlinearis, & eam non reiicit
D. Hieronymus, atque ita etiā explanat Paraphraſtes Chal-
dæus. Secundò, *menſis*, id eſt, tempus menſtruum, Et ſignificat
iā imminere, & proximum eſſe ſupplicium. Ac ſi apertius ex-
plicet, quod prius fuerat implicatum in hoc aduerbio tem-
poris *nunc*, nempe breuiſſimo temporis ſpatio hoc eſſe cōpl-
dū. Tertiò, per *menſem* peculiare menſis cuiuſdam tempus ſi-
gnificat, puta *menſem* Iulium. Eo enim menſe capta fuit Sa-
maria. Ita diſpungunt Lyranus, ſecus Rabbi Salon, Carthu-
ſianus, & quidā ex recentioribus. Quinimo Hebræi tradunt
mēſe Iulio Iudæos multis, ac magnis calamitatib. fuiſſe preſ-
ſos

*Fruſtrà Deo greges offerebat Iſrael qui filios ſuos Idolis vouerat.*

*Exod. 34.*



ſos. Nona namque eius die iudicium de exploratorum pec-
cato referunt fuiſſe editum, eadē die tēplum primum, & ſe-
cundum fuiſſe dirutum, eadem die aliquot poſt annis tem-
pli ſolum fuiſſe exaratum, duas ciuitates Iſraelitico populo
frequentiſſimas Cether, & Alexandriam eadem eiuſdem mē-
ſis die expugnatas. Denique cum ex Hiſpania migrare coa-
cti ſunt, extremā edicti diem nona eiuſdē menſis terminauit.

*Iudæis infauſtus mēſis Iulius.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad componendos mores.*

ET *reſpondebit arrogantia* Iſrael, id eſt, teſtabitur
arrogantia. Diſce, frater mi, ex hoc loco qd
facias, cum peccas, teſtes videlicet contra
te ipſum producere. Sunt enim peccata no-
ſtra teſtes clamantes, & producentes nos
ante tribunal Dei. Hinc, vti diximus, diſpū
gentes literam, inquit Iſaias. Peccata noſtra reſponderunt
nobis. Et Ieremias. Si peccata noſtra reſponderint nobis,
Domine fac propter nomen tuum. Et Diuus Paulus. Teſti-
monium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe in-
uicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium
in die, cū iudicabit Deus occulta hominū. Et Caino inquit
Deus. Si male egeris, ſtatim in foribus peccatum tuum ade-
rit. In cuiuſnā foribus peccatū aderit Dn̄e? Certe explicuiſti,
peccatum pulſare fores diuinæ iuſtitiæ tuę, vt ferat teſtimo-
nium contra peccatorē. Hinc, patrato homicidio, veluti teſti
monium eius recepiſſes, ais homicidæ, Sanguis Abel fratris
tui clamat ad me de terra. Et apud Habacuc. Peccauit ani-
ma tua, quia lapis de pariete clamabit: & lignum, quod inter
iuncturas ędificiorum eſt, reſpondebit. Quemadmodum vm-
bræ corpora. Sic peccata ſequuntur animas, & manifeſtas
facinorum repræſentant imaginos. Quadrat in Euangelium
Dominicæ 1. Aduentus, in hæc verba. Areſcentibus homini-
bus præ timore. Quænam, quæſo, eſt cauſa tanti timoris, vt
homines areſcant? Proculdubio innumerati teſtes clamantes
in conſcientia, peccata videlicet homines ariditate afficiunt
Nam, vt Sapiens inquit, tinea oſſium cor intelligens, pecca-
cata ſcilicet ſua.

*Conſciētia mille teſtes*

*Iſai. 3. & 59. Ier. 14*

*Rom. 2.*

*Gen. 4.*

*Hab. 2.*

*Simile.*

*Pro. 25.*

Secundò, *Reſpondebit arrogantia*, id eſt, rependet arrogantia.
Docet Deus tuus, culpæ aptandam pœnam, vt pro qualitate
criminis adhibeas ſupplicia: ſi tua intereſt, punire delinquen
tes. Quēadmodum peritus medicus non eandem medicinam

*Simile.*

omnibus ægris porrigit:ſed prius morbi conditionem inſpi
ciens, varia adhibet pharmaca, Sic bonus iudex nō eodem
ſupplicij genere debet malefactores punire. Hinc legum va
rietas prodiit, tum diuinarū tum humanarum. Quod ſi ſe-
*Simile.* cus fecerit iudex, iam non dicetur rependere peccato. Sunt
*Contraria* nonnulli ita cæci ad plectenda crimina, vt eadē vlna omnia
*contrariis* crimina metiātur, hoc eſt, idem ſupplicio ſine diſcrimine
*curantur.* omnes ſubiiciunt peccatores, neq; conſiderant culparum va
rietatē, cum ſententiā ferunt. Non ita faciendū eſſe oſtendit
hic locus ſed debere pœnam culpæ reſpōdere. Verbi gratia,
deliquit quis verbo, quia loquax fuit peculiarem medicinā
poſtulat hic morbus, ſilētio nēpe mederi debes, Nam quem-
admodum vulneri inflicto ore viperino nō eſt efficacius re-
medium quam caput abſciſum eiuſdē viperæ ponere ſuper
vulnus non autem ponitur cauda, Sic qui verbo, vel lingua
proximo nocuit, ei taciturnitatis indicatur pœna, Peccat
quis prodigalitate? Parcitate coercendus eſt. Peccat quis ſu-
perbia deiiciendus eſt. Hunc ordinem eſſe ſeruandum oſten
*Iob. 40.* dit Deus dicens Iob, diſperge ſuperbos in furore tuo, &
cōfunde eos, & reſpiciēs omnem arrogantem humilia vides
quopacto peculiare pœnarū genus aſſignet, quo ſint plectēdi
ſuperbi, puta deiectionem, & confuſionem; Vnde optimè D.
Thomas in hunc locū inquit, Arrogantiū propria pœna eſt
deiectio, Cū enim volunt ſe erigere ſupra poſſe, cōſequens
eſt, vt per infirmitatē corruant, ſecundum illud Pſal, Deieci-
ſti eos, dū alleuarentur. In eundē modū hic inquit Deus, *Re-*
*ſpōdebit*. ideſt, reſpondet. Eſt autē hæc reſponſio, ſiue retributio
*Pſal. 72* Iſraelis deiectio, atque ruina. Quadrat obſeruatio in Euāge-
liū Dn̄icæ 21, poſt Pētec. in hæc verba, Iratus Dominus eius
tradidit eū tortoribus. Et quo pacto hunc ſeruum crucian-
dum tradis Domine tortoribus. Nēpe vt torqueant pro cri
minis conditione. Sunt enim in carcere Dei varia pœnarum
genera quibus variæ deccatorum ſordes pro criminis quali-
tate, afficiuntur.

Tertiò *Iſrael, & Ephraim ruent in iniquitate ſua, ruet etiam Iuda*
*Primi in* *cum eis.* Multa hic ſunt implicata, quæ paucis abſoluemus.
*crimine* Primò eſſe multitudo hominum, puta Iſrael, Ephraim, Iudas
*pœnā pre-* quæ corruant ob iniquitatem. Docet ergo non parcendum
*cedere de-* multitudini, ſi crimen graue ſit, quod eſt patratum: ſed om-
*bent.* nes eſſe plectendos. Secundò ordinem in adhibendis ſuppli
ciis eſſe ſeruandum, priuſque plectendos eſſe qui prius pec-
cauerant, & criminis auctores extitere. Hinc prius *ruere* di-
cuntur



cantur *Iſrael, & Ephraim*, quam *Iudas*, qui poſterior in culpa
fuit. Hunc ordinem eſſe ſeruandum docuit Deus ab orbe
cōdito. Nā cum ſerpēs, & primi parentes deliquiſſent ordinē *Gen. 3.*
culpæ attendens, in ſerpentem, primū criminis auctorē pri*
tulit ſententiam deinde in fœminā, quæ ſecunda in culpa
fuit, poſtea in virum, qui poſterior culpam commiſit. Tertiò
docet, nullam perſonam accipiendam, vt eximatur à pœna,
ſi crimine pœna digno fuerit irretita, quamuis nobilis, quā-
uis diues quamuis regia celſitudine conſpicua Hinc inter
homines plectendos ob crimina, attexit etiam *Ephraim*, id
eſt familiam regiam. Nam licet apud homines nobilitas, ea- *Apoc. 17.*
que ditata, ſit fortiſſimum ſcutum, vt peccata illius non pu-
niātur, vnde in Apocalypſi dicitur de iniquitate, Mulier erat
circūdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pre-
tioſo, & margaritis habens poculum aureum in manu ſua
plenum abhominibus, & immunditia libidinis ſuæ, quoniā
iniquitas maximè apud eos homines habitat, qui his vtun-
tur veſtibus purpureis, & cocineis, & inauratis, intextis mar
garitis, hii ſunt, qui plenum poculum bibunt impunè, nam
pauperibus vix guttulā porrigūt, & ſi vel ſummis labiis atti-
gerint eam pauperes, ſtatim pœnas exoluunt. Secus tamen
apud Deum, qui iudex eſt iuſtus.

Quartò, *In gregibus ſuis, & in armentis ſuis vadent ad quærendū*
*Dominum.* In his etiam verbis ingens latet obſeruationū the
ſaurus. Primò, Ecce quid his populis contulit calamitatibus *Calamita*
premi, antea Domini obliuiſcebantur, nunc autem Domi- *tes nos à*
num quærunt. Non ſunt ergo omnino malæ calamitates, at- *veterno ex*
que, vt ita loquar, tribulationes, quando nos etiam dormien *citant ad*
tes excitant ad quærendum Deum. Quemadmodum ignis, *quærendū*
vento exagitatus, fortior redditur, magiſque ſurſum aſcen- *Deum.*
dit, Sic homo, tribulationibus iactatus, magis ac magis igne *Simile.*
charitatis aſcenditur, & ad cœleſtia quærēda afflictionibus *Pſal. 30.*
eleuatur. Quādo, dic, quæſo Dauid Dn̄m quæſiuit? Certè, cū
eum tribulationes oppugnabant. Cum tribularer, inquit, ad
Dominum clamaui. Ac rurſum Miſerere mei Domine quo-
niam tribulor. Hinc componit Deus tribulationes cum ſu-
fflatorio in ignem ſufflante, vt argentum purgetur, & redda *Simile.*
tur purius. Quemadmodum enim faber argentarius folli-
bus ignem accendit, eoque intendit excoquere ſcoriam, Sic
Deus, dum nobis immittit calamitates, cupit, nos puros red
dere, vt corda noſtra vaſa efficiat pulchra ad reponēdum in
eis cœleſtis gratię liquorē, & pretioſiſſimū balſamum, quod
S 5 ſi dum

ſi dũ in fornacẽ tribulationis inijcimur excoquendi,nõ purgetur ſcoria peccatorũ noſtrorũ,nos,velut impura vaſa,abiiciet. Si nãque inquit per Ieremiam, Defecit ſufflatoriũ,in i-
*Ierem.6.* gne conſumptũ eſt plumbũ,fruſtra conflauit conflator:malitiæ eorũ nõ ſunt cõſumptæ argentũ reprobũ vocate eos quia,Dñs proiecit illos. Quid follẽ vocat, niſi aduerſarios, perſecutoreſq;,quorũ flatus ſunt tribulationes, quibus nos impetũt? Deus autẽ nihil alid quærit,q̃ quod,flantibus fol-
*Iob. 36.* libus his,ad eum cõuertamur. Hinc & apud Iob inquit De⁹ Depone magnitudinẽ tuã abſq; tribulatione,id eſt,vt egregie explanat D. Thomas,depone ſuperbiã animi tui, anteaquã tribulatio tibi immittatur à Deo ad tuam humiliationẽ Ac ſi apertius dicat,Ob hanc præcipuè cauſam ſolet Deus flagellis tribulationũ cedere,vt iniquitatis præcipitiũ homines deſerant,& conuertantur ad meliora. Quemadmodum
*Salaman dra mediis flammis viuit.* Salamãdra in igne nutritur,& acetũ apes exanimatas oleo, dicit ad vitã reducere, Ita homo in camino afflictionũ vitam ſpiritualem inuenit & qui,miſericordiæ oleo inunctus, perierat,deinde amaritudine,& acerbitate pœnarum reſper-
*D. Aug.* ſus,reuiuiſcit. Vnde optimè D. Auguſtinus in Pſal. 49. inquit Dauid perſequente Saule nũquam legitur,adulterium,proditionem,homicidium commiſiſſe,quæ tamen in proſperitate commiſit. Sed nonnulla Sancti Doctoris Auguſtini citare non grauabor. Res,inquit,periculoſior eſt animo proſpera, quam aduerſa corpori. Dauid, Saulem inimicum fugiens, alienam non concupiuit,neque,adulterata vxore,virum oc-
*Nulla aduerſitas de iicit quem p[ro]ſperitas [nul]la corrumpit.* cidit. Erat enim in infirmitate tribulationis ſuæ tantò Deo intentior quantò videbatur miſerior. Vtilis quidem eſt tribulatio,& vtile medicamentum contra diaboli tentamentum factus eſt Dauid ſecurus, hoſtibus deuictis,preſſura caruit,tumore excreuit. Hactenus ille. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ de Omnibus Sanctis in hæc verba, Beati, qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiã. Nõ ergo ſunt malæ peſecutiones,quando nos ducunt ad regnum cœlorum. Sed quęres, Quomodo ad regnum cœlorum ducunt? Reſpondeo quia nos ad quærendũ Deũ excitant,vt hunc populum Iudæorum excitarunt. Quadrat & in Euangelium Dominicę Quinquageſimę,in hæc verba,Filius hominis tradetur gentibus ad illudendũ,& crucifigẽdũ,&c. & tertia reſurget. Ecce poſt afflictiones reſurrectionẽ Chriſtus die adipiſcit ne tu animum in tribulationibus deiicias, Quadrat etiam in feriam 4. poſt quartam Dominicam Quadrageſimæ, in hæc verba,
Fecit



Fecit lutum ex ſputo,& liniuit lutũ ſuper oculos eius Vides quo Chriſtus reddat viſum cæco nempe luto? Quid hoc eſt, *Reſipiſcen-*
luto videlicet cæcis reddere viſum? Docet Deus cum homi- *tia afflictione red-*
nem luto inficit,hoc maximè intendere vt homo agnoſcat *duur.*
ſua ſcelera,eaque abluere conetur lacrymarũ profluuio. De homine namque afflicto Hiſpane dicere ſolemus, *que eſta pueſto del ludo. Pues eſtos que Dios pone del ludo, es para que vean,* ſe que agnoſcant erraſſe,& Dominum Deum ſuum quærant.
Quintò *in gregibus ſuis vadent ad quærendum Dominum.* Ob- *Exod. 23*
ſerua,frater quo pacto quærant Dñm,non vtique vacuis manibus,ſed cum muneribus & hoſtiis, atque ſacrificiis non paucis,puta *in gregibus.* Cum enim agnoſcerent ſe multis pec- *Luc. 15.*
catis irretitos,greges holocauſtorum cõtraponunt gregib⁹ peccatorum. Diſce ergo tu,ſi ſentis,aut experiris Deum tuũ iratum in te,non vacuis manibus orare,vt flagella à te amoueat:ſed ſimul dona illi offer. Quãdo feſta mihi celebrabitis *Exod. 24.*
inquit Dominus,non apparebis in conſpectu meo vacuus. Nullum Deo feſtum eſt celebrius conuerſione peccatoris. Ipſe nãque ait,Gaudiũ eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agẽte. Cum ergo diem feſtum celeberrimũ *Exod. 3.*
agas,quum te ad Dominum conuertis,non æquum eſt,vacuus appareas coram Deo tuo:ſed tecum defer dona,quę offeras,nempe ieiunia,orationes,eleęmoſinam, ſancti altaris ſacrificia,ideſt,miſſas pro te celebrari fac,ſi opes ſuppetunt. Nã ſi vacuus accedas,time,ne dicat De⁹,Pone hãc ollã vacuã hoc eſt,hominem iſtum,quòd vacuus coram me venire eſt auſus ſuper prunas,vt incaleſcat,& liqueſiat æs eius, id eſt, ſeueriſſime puniam. Cum egrediemini ex Ægypto,nõ exibi- *Liberiore*
tis vacui:ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita *manu ſumptus faciẽ-*
ſua vaſa argentea,& aurea,ac veſtes,ponetiſque ſuper filios *di ad exercendã*
& filias veſtras, Igitur tu qui Ægyptum relinquis, quando *pietatis*
per pœnitentiæ tramitem Deũ quæris,noli exire vacuus:ſed *quã voluptatis ope-*
à peccatis,quæ tibi nimiũ vicina fuerunt,imo hoſpites,quos *ra.*
in cubile cordis tui introduxiſti,vt ibi quieſceret,& tecũ epularentur:aufer nummos aureos,& argẽteos,& veſtes,quas cõſumpſiſti,& adhuc conſumere decreueras,ſi diutius apud te permanſiſſent,& pone ea munera ſuper filios tuos,& filias hoc eſt,ſubueni egenis. Et ſicut peccatis,& vitiis te exhibui- *Gen. 32.*
ſti largum,& liberalẽ, neque ſumptibus pepercſti, Ita nunc ad exercenda pietatis opera eſto profuſus. Aberat diu Iacob à fratre ſuo Eſau,& cũ ad eũ reddire ſtatuit, quid fecit? Miſit ad illum munera, dicẽs, Placabo illum muneribus, quæ
S 4 præ

præcedunt,& poſtea illum videbo,forſitan propitiabitur mi-
hi.In eũdem modum tu,qui Deum offendiſti,& ab eo longè
ſeparatus es ob peccata tua,cum ad eũ redis,præmitte mu-
nera,&ſepties adora pronus in terram. Si enim hæc feceris,
nõ ſecus atque Eſau ad Iacob, Deus tuus currens obuiam ti-
bi,amplexabitur , ſtringenſque collum tuum , oſculabitur.
Noli tamen eſſe cõtentus,ſi pauca munuſcula offeras; ſed a-
*Simile.* bundè offer, recogitans,multa fuiſſe peccata tua,& ideo hu-
beriores hoſtias poſtulare. Quemadmodum,quo plus arbor
ſtercoratur,eò redditur feracior,pluſque fructuum affert,in
eũdẽ modũ,tu quo plus cernis ſtercoris peccatorũ agro cor-
dis tui,huberiores profer fructus pœnitentiæ. Quadrat ob-
ſeruatio in Euangelium Epiphaniæ, in hæc verba, Venimus
cum muneribus,adorare Dominum. Ecce, Magi non veni-
unt vacui,adorare Dominum; ſed cum muneribus.Tu ergo
Deum tuum quæſiturus,noli eſſe vacuus,ſed te munera co-
mitentur. Quadrat etiam in Euangelium pro feſto Purifica-
tionis Beatæ Mariæ,in hæc verba. Vt darent hoſtiam. Vides,
quo pacto, infantem parentes,oblaturi,non vacui, ſed cum
muneribus veniunt in templum? Cur ergo vacuus venies ad
Deum tuum?

Sextò, *Et non inuenient.* O gentẽ omni miſeratione dignam,
Quis,etiam ſic ſaxeus ſit,nõ flectetur ad commiſerationem,
audiens, hunc populum multis cumulatis ſacrificiis quęre-
re Dominũ,& ab ipſo non inueniri. Cur Domine fugis? Cur
abſcondis te? Vt multa omittamus,demus hoc Theophyla-
cti explanationi, Dominum non inueniunt,quamuis quæ-
runt,quia nõ ex toto,animo quærebant; ſed frigidè,& ad tẽ-
pus,Lex vero ex toto corde,ex tota anima,& ex tota mente
diligere Deum præcipit. Non deſpexit Deus ſacrificia hæc
ob ſe; ſed propter offerẽtes ea,qui,iuxta illud Iſaiæ, Cũ ex-
tenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis, &
cum multiplicaueritis orationem,non exaudiam. Manus e-
nim veſtræ ſanguine plenæ ſunt Lauamini,mundi eſtote,au-
ferte malũ cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis,multi ſordi-
bus erant inquinati peccatorum, cũ greges offerebant ho-
ſtiarum. Quemadmodum, ſi quis tibi offerat lautiſſimas e-
pulas, manibus tamen,& ferculis conſparcatis,ea faſtidis,&
comedere exhorreſcis, In eũdẽ modũ Deus, accepturus noſtra
ſacrificia,prius ad manus,& ad cor diuinos conjicit oculos,
tãquã ad fercula,quibus tũ opera noſtra,tũ cogitationes offe-
rimus, & ſi hæc fercula ſordida cõſpexit,dona noſtra reſpuit,
dicens,

*Luditur opera peccatoris nõ tota mente quærentis dominum nã vt docuit Moſes tum quæſieris Dominũ Deũ tuum inuenies eũ ſi tamen toto corde quæſieris. Simile.*



Lauamini,mundi eſtote,auferte malum, &c. Diſce etiã, Deũ
tuum non ad tempus quærere, vt multi faciunt, cum pecca-
ta confitentur ſacerdoti, tempore ab Eccleſia præfixo,puta
Quadrageſimali, animo tamen recidẽdi, & redeundi ad ini-
quitates,quas euomuerant. Si enim ita quæras, nõ inuenies.
Dñs.n.quærẽdus eſt ſyncere, vt inueniri poſſit. Vnde Iſaias
inquit, Si quæritis, quærite, hoc eſt quęrite vt debetis quæ- *Iſai. 21.*
rere. Et apud Ieremiã, Si reuerteris ad me Iſrael, conuertere. *Ierem. 4.*
*Nunc deuorabit eos menſis cum partibus ſuis.* Non ſolum Iudæi; ſed
etiam partes eorum,id eſt,bona,& agri eorum,puniũtur prop-
ter peccatum. Timẽdum ergo eſt, patrare peccata,quando nõ
ſolum eorum auctores; verùm & quæ poſſidentur ab ipſis,af-
ficiuntur ſuppliciis. Sed hoc iam à nobis eſt iterum, atque i-
terum obſeruatum, propterea miſſum facimus.

¶ *Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vlulate in Bethauen,
poſt tergum tuum Beniamin, Ephraim in deſolatione erit. In die corre-
ptionis in tribubus Iſrael oſtendi fidem. Facti ſunt principes Iuda, quaſi
aſſumentes terminum ſuper eos effundam quaſi aquam, iram meam.*

¶ Optimè inquit Lyranus, quem nõnulli ex recentioribus
ſequuntur, hic ponitur ſolennis promulgatio pœnæ infligẽ-
dæ Iudæis. Nam poſt accuſationem, & defenſionem iudicij
ſentẽtia pronuntiari ſolet, & cũ iam populi iſti accuſati fue-
rint criminis idololatriæ,& conuicti,nihilq́ue haberent,quo
ſe defendere poſſent, nunc ſententia in eos fertur. Duo au-
tem ſunt inuoluta ſub his verbis præcipuè, *Clangite buccina in
Gabaa tuba in Rama.* Alterum eſt, maximam attentionem prę-
bendã dicendis. Alterũ vero, iamiam imminere ſupplicium. *Pſal. 80.*
Fuit enĩ ſolẽne,& diuinitus inſtitutũ, vt quoties de magnis,
& diuinis rebus agendum eſſet cum populo, *buccina*, ac *tuba*
certis in locis caneretur, vt eo cantu excitatus populus
ad audiẽdum id,quod ſua maximè intererat, cõueniret, ſicut
ſcriptum eſt, Buccinate in Neomenia tuba, in die ſolemnita-
tis veſtræ, quia præceptum in Iſrael eſt, & iudicium Deo Ia-
cob. Et quoniam etiam cum hoſtes imminent,& adueniunt,
buccina clãgente, homines ad bellum, ſeq́ue defendendũ ex-
citantur, quam citiſſime hoſtes vẽturos ſignificat his verbis,
*Clangite buccina*, &c. Præ cæteris autem locis non ſine cauſa
ad canendum buccina, & tuba eligit. *Gabaa*, & *Rama*. Nam
cum eſſent iſtę duæ vrbes munitiſſimæ, eaſque, vt obſeruant
Diuus Hieronymus, Gloſſa, & Haymo, rex Iſrael occupa-
ſſet, vt exitũ, & introitum clauderet tribui Iudæ, ſitæ erant
in excelſis mõtibus ſortis Beniamĩ, Sũt aũ loca eminẽtiſſima,
ad

*Gabaa Ciuitas Saulis Regis patria, in libris Iudicum factus inſignis. Rama, Saulis etiam & Samuelis Regia aliquando fuit.*

ad edendum ſonum commodiora. Ibi enim propter liberum aeris tractum, latius ſonus expanditur. Atque ob hanc cauſam Deus inquit, *Clangite buccina in Gabaa, & tuba in Rama,* quæ ſũt aptiora, vt ſonus percipiatur ab omnib⁹. Hoc attẽdẽtes Septuaginta, magis ſignificationem, quàm vocem ſecuti, pro *Gabaa* colles, pro *Rama,* excelſa trãſtulerunt, Neq; mihi diſplicet explanatio Ruperti, qui etiam alludens ad ſignificationem *Gabaa,* & *Rama* cum Septuaginta, per Synecdochẽ quoſcunque montes, & colles intelligit. Ac ſi aperti⁹ dicat, Aſcendite in montes, & colles, vt clarius percipiatur clangor ſonantis buccinæ, & tubæ. Quorſum autem velit, hunc ſonum audiri ab omnibus, non eſt facile colligere. Hinc quidam dicũt, id eſt, vt præparentur ad bellum imminens, hoſtibuſque reſiſterent. Ita explanant Lyranus, & quidam ex recentioribus. Alij, vt Rupertus, & Haymo, clangendum dicunt, vt ſecohortentur ad communem luctum. Ac ſi apertius dicat, Non humili, ſed excelſa voce, quæ ab omnibus audiatur, deflete imminentem vobis captiuitatem. Theophy

Ioſu. 18.

lactus multo ſecus explanat, Nam exiſtimat, his ſignificari, & inuolui imbecillitatem idolorũ cultorum à Iudæis in dictis locis *Gabaa, Rama,* & Bethauen. Ac ſi per ironiam dicat Implorate ergo iam opẽ deorũ, quib⁹ litabatis in his locis, vt vobis ſubueniant, & impartiant temporibus calamitatum ingruentium ſuum ſubſidium, & ego ceſſare faciam, quas caſtigationes vobis infero. Conſentit etiam cũ hac Theophylacti explanatione Theodoretus. Et mihi non eſt ingrata, licet aliæ duæ priores, quas & videtur amplecti D. Hieronymus, mihi magis arridẽt. *Vlulate in Bethauen.* Erat ciuitas hæc *Bethauẽ* in Beniaminitica tribu, vt ex deſcriptione Ioſue accipimus. Et ſors, inquit, tribus Benaimin cõtra occidentem ad mõtana conſcẽdẽs, habet exit⁹ ſuos ad ſolitudinẽ Bethauẽ. Bene etiam obſeruat Diuus Hieronymus, in *Bethauen,* quæ quondam vocabatur Bethel eſt, in tribu Ephraim, in qua vitulus aureus erat, non clangore, & ſonitu; ſed vlulatu opus eſt, quia vicina captiuitas eſt. Quod ſi à me quæras, Cur magis vlulatu opus eſt in *Bethauen,* viciniorque ſit ei captiuitas? Reſpondeo, quia maius eſt, & grauius eius crimen, cum ibi eſſet vitulus aureus. *Poſt tergum tuum Beniamin.* Fere omnes expoſitores, ſecuti Diuum Hieronymum, opinantur, ſignificari, proximam eſſe Beniamin ciuitati *Bethauẽ.* Nam vbi tribus finitur Beniamin, haud procul in tribu Ephraim hæc verbs cõdita eſt. Si autem interroges, Quid ex hac vrbium iſtarum propinquitate

*Iubentur militares acies præparari in Bethauen Ironicè quaſi dicat Ite in templum Idolorum ibi vlulate corã eis vt ſurgant & opitulentur vobis & in neceſſitate vos protegant, quoniam ruina veſtra imminens eſt.*



propinquitate ſequitur? Quamuis ſubticuit D. Hieronymus, huius ſententiæ auctor: non tamen Lyranus, qui egregiè inquit, Iuxta te eſt, propter quod timendum eſt, ne patiatur ſimile. Alij ſecus expendũt, dicentes, hæc verba eſſe dicta Beniamin. Ac ſi dicat, O Beniamin, etiam poſt tergum tuũ imminet hoſtis. Nã decem tribubus in captiuitatem abductis, in te cõuertentur hoſtes ô Beniamin. Vſus autem eſt in hac locutione figura, quã Latini vocant reticentiã, Græcis vero dicitur ἀποσιώπησις quæ iram, & indignationem loquentis detegit cum verba nonnulla ſubticeat. Vt, Quos ego. Atq; illud, Ille ne mihi? *Ephraim in deſolatione erit in die illa correptionis.* Per *Ephraim* imperium Iſrael intelligit D. Hierony. quòd ſit euertendum. Alij per *Ephraim,* & regiam tribum, & decem tribus Iſrael intelligunt. Ita Haymo, Interlinearis, & Carthuſianus. Alij decem ſolum tribus intelligunt, vt Rupertus, & Lyranus. Eſt etiam in lectione huius loci diſſenſio. Nam Rupertus, & Haymo his verbis, *Ephraim in deſolatione erit,* iungunt ſequentia, nempe, *in die correptionis.* Secus Diuus Hieronymus Periodo enim claudit verba, *Ephraim in deſolatione erit.* Et ab his, *In die correptionis,* nouum periodum exorditur, iungens cum ſequentibus dicta verba, in hunc modum, *In die correptionis in tribubus Iſrael oſtendi fidem.* Nos vtranque lectionem diſpungemus. Certe egregie philoſophatur Rupertus, diſpungens hunc locum. Ait autem in hunc modum, Supra dixerat, Ruet etiam Iudas cum eis, ſcilicet cum Iſrael, & Ephraim: nunc autem de Iuda tacet, & de *Ephraim,* id eſt, de decem tribubus dicit, *Ephraim in deſolatione erit,* id eſt, ſine conſolatione erit, in miſeriis captiuitatis. Et rectè. Non enim Iudas quoque tunc temporis ſine conſolatione habebat eſſe captiuus in Babylone. Multas quippe conſolationes habiturus erat maximè per Danielis, ſociorumque eius glorioſam ſanctitatem, per quos ſua magnalia Deus Iudæorũ oſtendit, ita vt poſſent in Deo ſuo gloriari coram rege Babylonis, & deinde poſt annos 70. ſolutione captiuitatis erant conſolandi. Eiuſmodi conſolationibus Iſrael, ſiue *Ephraim* in terra Aſſyriorum captiuus caruit. Rectè igitur, vt iam dictum eſt, Iudas hic prætermiſſus eſt, dum dicitur, *Ephraim in deſolatione in die correptionis,* id eſt, decem tribuũ populus cõſolationẽ ex Deo nõ habebit ĩ die, vel tẽpore, quo propter iniquitates ſuas hoſtib⁹ traditus fuerit, quarũ iniquitatũ maximè extitit *Ephraim,* id eſt, Ieroboam, cęteriq; reges, qui fuere de tribu *Ephraim.* Cur ita diſcerni debuerunt

*Calamitas Ephraim & Iſrael nunquam fuit reparata, ideo deſolatione id eſt deſtructione vſus eſt Propheta.*

*In tota Iudæorum Monarchia tres Reges tātum iuſti nomine commēdati in ſcriptura.*

vt Iſrael, ſiue *Ephraim in deſolatione eſſet*, iā alio loco diximus: quia videlicet aliqui de regibus Iudę iuſti fuerunt, vt Dauid Ezechias, & Ioſias: aliqui vero, & ſi peccauerunt, colendo deos alienos, conuerſi ſunt, & pœnitentiam egerunt, vt Manaſſes, & ſub aliis quoque regibus ſuis populus Iuda reuerſus eſt ad cultum Dei regum autem Iſrael, id eſt, decem tribuum, pro quibus cunctis hic ponitur *Ephraim*, ex quo reges illi fuere orti, nullus omnino à peccatis Ieroboā receſſit, id eſt, à vitulis aureis, quos ille fecit. Ideircò Dominus dixerat paulo ſupra, Ego ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſcōditus à me, non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Dominum. Hactenus Rupertus. Apparet hæc explanatio iucunda, & non omnino reiicienda. Cæterum vox *deſolatio* hic potius ſumenda eſt in propria ſignificatione, pro deſtructione videlicet. Vnde optimè Theop. vertit pro *deſolatione* in extinctionē, & Haymo optime expendit, dicens, in hunc modum, Facti ſunt in deſolationem, & reges, & ſubiecti illorū, quando, quibuſdam interfectis, cæteris autem in captiuitatē abductis, terra eorum à ſuis cultoribus vacua remanſit Neque ab expoſitione omnino diſſentit Interlinearis, ſic explanans In *deſolatione*, id eſt, captiuitate. Et Gloſſa, dicens, *in deſolatione*, id eſt, in ſolitudine. In quem modū etiam explanant D. Hie. & fere omnes. D. Hiero. & Theophylactus literam ſic ordinant, & perquam doctè, *In die correptionis in tribubus Iſraël oſtendi fidem*. Et ita certe eſt litera contexenda. Bifariam autem poſſumus exponere. Primò ſic, Notum feci verbum fidele, id eſt, ſæpius admonui decem tribus, ideo ſe excuſare non poſſunt quando notam feci veram, & fidelem admonitionem meam. Secundò ſic, & multo egregius, eſtque Theophylacti hæc expoſitio, Quæ dixi eis per prophetas, in quibus mihi nulla eſt adhibita fides: hæc nunc per ipſa opera cunctis tribubus ſidelia monſtrabo, in quibus diebus arguam iniquitates ipſorum puniens eos. Nam *oſtendi*, ſiue monſtraui, eſt pro oſtēdam, ſiue monſtrabo, veluti illud Foderunt manus meas, & pedes meos, pro fodient. Vtitur autem Scriptura talibus verbis præteritis pro futuris, vt oſtendat, Deo nihil futurum eſſe, verum omnia ipſum præoccupare præſcientia, & præfinitione. Simul autem, vt certiores nos reddat, quod omnia ſic contingent. *Facti ſunt principes Iuda, quaſi aſſumentes terminū* Aduerbium ſimilitudinis Hebraicum, hic poſitum pro quaſi, eſt affirmatiuum licet non ineleganter Theophylactus in vera ſimilitudinis ratione illud ſumat, ſic diſpungens, Leges meas

*Pro Oſtēdāt dixit oſtendi.*

*Orationē ſuā vibrat propheta contra Principes Iudæ, qui populo peccatō ia nuam aperiebant.*



ſic tranſponebant, æque atque in aruis terminos tranſponētes, facere ſolent, per quos ſua cuiq; ſors cognoſcitur, debitum meum honorem transferebant ad idola. Poſſumus etiam dicere, q̃ principes Iuda, etiam cupiditate plura habendi laborantes, reprehendat, qua ducti, & limites, & terminos alienos ſibi aſſumebant, cum id eſſet lege prohibitū, iuxtà illud, Maledictus, qui transfert terminos proximi ſui. Opinantur autem D. Hieronymus, Lyranus, Haymo, & Carthuſianus, tunc principes Iuda tranſtuliſſe terminos, cum ducti ſunt Ephraim, & Iſrael in captiuitatem, atque cum tunc flere debuiſſent, & ſuum populum cohortari, vt recederent ab idololatria, ne & ipſi ſimilia ſuſtinerent, cœpiſſe gaudere, atque lætari, quod peteret ſibi terra eorum ad poſſidendum latius. Quamobrem dicit Dominus, *Super eos effundam, quaſi aquam, iram meam*. Hoc loquendi tropo abundantiam, & plenitudinem indignationis, & feruentis iræ Dei detegit, grauiſſimóque ſupplicio afficiendos Iuda principes ſignificat, idque venuſtiſſime. Quemadmodum enim aqua tota ſimul deiicitur ex vaſe, Sic ingenti pœnarum multitudine affligendos eſſe ait. Vnde Lyranus, hanc ſimilitudinem aquæ effuſæ vno verbo comprehendens, inquit, *Quaſi aquam iram meam*, &c. id eſt, abundanter. Alij ſic, hoc eſt, copioſè.

Deut. 11.

*Ira Dei cōparatur flumini vel aquæ inundationi impetu veniēti, & ædificia quāuis firma diruenti.*

## *Obſeruationes ad inſtituendos mores.*

C*Langite buccina in Gabaa, & tuba in Rama: vlulate in Bethauen.*

Non communi omnibus lamento calamitates ſuas plangunt iſti: ſed varie. Grauioris eſt calamitatis ſignum vlulatio, quam clangor buccinæ, & tubæ. Cur ergo magis *vlulat Bethauen*, quàm *Gabaal, & Rama*? Quia grauius, & prius peccarat, ibi enim excogitati, & poſiti erant vituli aurei. Docet ergo Deus, tum prius eſſe plectendos criminum auctores, tum acerbius puniēdos, qui grauius peccauerat. Hinc Apoſtolus inter varia criminum genera, & iniquos homines attexit malorum inuentores. Cū enim inuentores malorum ſint, veluti forma ad afficienda etiā ab aliis hominibus mala, merito grauius plectitur. Eſt proceſſio, inquit Sapiēs, in malis viro indiſciplinato, hoc eſt, vir iniquus procedit in excogitādis, & inueniendis malis, cæterū hæc inuētio eſt in detrimentū ſui, luet enim ob eā rem. pœnas

Rom. 1.

Eccl. 20.

*Inter deteriores hominū ſpecies malorū inuētores conſtituenda.*

pœnas. Hinc & Iſaias inquit, Ruit Ieruſalem, & Iudas con
cidit, quia adinuentiones corũ contra Dominum, vt prouo-
carent oculos maieſtatis eius. Maxime namque Deus iratur
ingentémque minatur ruinam adinuentoribus peccatorum.
*2. Ma. 7.* Cognouit hoc Adoleſcens ille Machabæus, quando impio
regi dicebat, Tu, q inuentor omnis malitiæ factus es in He-
*Simile.* bræos, nõ effugies manũ Dei. Quemadmodũ ex minutiſſi-
mo grano, paruiſſimóq; ſemine oriuntur arbores maximę, &
*Inuenta* innumerata ſemina, Ita ex primo peccato adinuento ꝓdeũt
*prima po-* magna, & infinita peccata. Et ſicut in radicẽ arboris conijci-
*tioris ſunt* mus culpã, ſi fructus acerbos, & noxios ferat, Sic in primum
*valoris &* peccati inuentorẽ Deus iratur, cognoſcens, quantum noceat
*effectus.* eius adinuentio. Hinc Ariſtoteles, inquit, primum adinuen-
*2. Elench.* tum, quamuis ſit mole exiguum, quia principium, poteſtate
*c. 9.* tamen eſſe validiſſimum. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ
de Annunt. Beatæ Mariæ, in hæc verba, Quomodo fiet iſtud
quoniam virum non cognoſco? Quomodo nunquam virum
es cognitura, ô ſacerrima virgo? Quia Deo meam integrita-
tem prima deuoui. Eſt autem ſic aptanda obſeruatio. Nõ pec
cati alicuius fuiſti prima adinuẽtrix, ô integerrima virgo, vt
Ephraim, quos tanta premit calamitas, vt præ dolore animi
dicantur *vlulare*, ſed piæ actionis, vt omnes imitatores tui
exhuberantius tibi cumulent præmiũ cũ prima dux fueris,
aliiſq; viam ad dicandam Deo virginitatem demõſtraueris.
Docet etiam hic locus, vti diximus, qui grauius peccatum
committunt, grauius etiam puniendos eſſe. Hinc *Bethauen*
*vlulant*, alij autem: puta *Gabaa*, & *Rama* ſolum *clangere buccina*
dicuntur. Sic & apud Deut. præcipitur, Pro menſura peccati
*Deut. 25.* erit & plagarum modus.

Tertiò, *Poſt tergum tuum Beniamin.* Ecce, quantum damni
afferat, eſſe ſecus peccatores, & iniquos. Ingens enim illis pe
riculum imminet. Nam eos iiſdem affici incommodis, vide-
*Num. 16.* mús, quibus & ipſi peccatores afficiuntur. Hinc Moſes ex di
uino præcepto inquit, Recedite à tabernaculis impiorũ ho-
minũ, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluami-
ni peccatis eorũ, Sunt namq; iniqui, & eorum bona præſen-
tiſſima peſtis hominibus. Atque propterea non ſolum ab ip-
ſis iniquis eſt recedendum, verum & ab omni eorum ſupel-
lectile. Et apud Ieremiã Dominus inquit, Ecce, ego, dabo in
populum iſtum ruinas, & ruent in eis patres, & filij ſimul: vi
cini⁹, & proximus peribunt. Vides ꝓximos, & vicinos ini-
*Ierem. 6.* quorum eadẽ iactari pœna cũ illis? Monerem ego homines,
agros,



agros, vel domũ empturos, aut locaturos, prius quàm eme-
rent, aut locarent ea, conſiderarent vicinos, quos habituri *Cũ impro-*
ſunt, & ſi moribus illiberalibus conſpexerint contaminatos *bis vici-*
nequaquam vel emerent, vel locarent, agnoſcentes, ſe in in- *nia nõ eſt*
genti periculo verſari. Quoties iniqui hominis domus cõ- *ineunda,*
buritur, Deo ob illius peccata id permittente, & ſimul ꝓxi- *quia ſi*
mæ, & vicinę hinc inde patiuntur eandẽ ruinã? Quoties agri *quid acci-*
grandine percutiuntur, à locuſtis deuorantur fructus, aliiſq, *derit infor*
incommodis id genus ob peccata poſſeſſoris ſubiiciuntur *tunij, non in*
poſſeſſiones, quæ ob vicinitatem alienæ etiam perferunt. *firmiorem*
Cognouit philoſophus ille Themiſtocles, non parum, vel *ſemper re-*
damni, vel cõmodi conſequi hominem ex vicinia. Vnde, quũ *cinari ſo-*
prædium venderet, iuſſit præconem hæc addere, ꝙ bonum *let.*
haberet vicinũ. Senſerat etiam hoc Heſiodus, dicens, ex bo-
no vicino plurimũ eſſe vtilitatis, vt contra ex malo noxę plu *Pli. li. 18.*
rimũ. Refert Plinius, præceptũ eſſe, idq; humaniſſimum, & v- *c. 6.*
tiliſſimum Catonis ſenioris ꝓ virili domini agrorum dandã *Simile.*
eſſe operam, vt vicini eos diligant. Ego verò potius monerẽ *Optime ce*
quærendos vicinos, qui Deum diligant. Nã quemadmodum *dit ei qui*
cardamus herbarum in propinquo naſcentium humorẽ ad *pium ha-*
ſe vi quadam intima perliciendo cogit areſcere, Sic iniqui *bet vici-*
hominis vicinitas ſuos perdit conuicinos. Quadrat obſer- *num.*
uatio in Euangelium pro feſto S. Ioannis Baptiſtæ, in ea ver
ba, Vicini congratulabantur ei Cur congratulantur? Quia
bonos vicinos nacta fuerat Eliſabeth.

Quartò, *Poſt tergum tuum Beniamin*, imminent ſcilicet ho-
ſtes, vt etiam puniaris, quãuis nunc nõ puniris. Docet Deus,
cum cernimus, aliquẽ ob peccatum ab eo eſſe punitum, no-
bis eſſe timendum, ſi eodem, vel ſimili peccato ſumus irreti-
ti. Noſtra enim res agitur, paries cum proximus ardet. For-
taſſis Deus tuus te impunitum relinquit, cum par culpa te
cõſtringat, vt ſæuius flagellet, quãuis diſſimulare videatur.
Peccauerat Abimelech, cõcupiſcens, & ferens Sarã vxorem *Geneſ. 20.*
Abrahami, & Dñs ei dixit, Morieris ꝓpter mulierem, quam
tuliſti, quæ cum retuliſſet Abimelech ſeruis ſuis, timuerunt
valde. Cur timetis ſerui regis Abimelech? Nihil vobis huc
vſque Deus dixit. Eſtote bono animo. Bene ingenti afficiun
tur timore. Nam cum ſe criminis adulterij complices agno
ſcerent, timent etiam, parem ſibi inferri pœnam à Deo. Nam
cum regi pulchritudinẽ fœminæ retuliſſent, ipſi etiã peccati
auctores extiterãt. Quinimo viri pij, quoties quẽpiã vident,
à Deo puniri, licet peccatum, ob quod is plectitur, non
commiſe-

commiſerint ingenti timore percutiuntur. Sic Sanctus Rex
Dauid, mortuo Oza, quòd arcam Dei tetigiſſet, contriſtatus
eſt, & extimuit Dominum valde. Cur times, bone Rex, quum
tu arcam non tetigeris? Imo cur non timebit, cum iuxta ſe
peccatorem videat à Deo flagellatum, mulctato peſtilente,
*Pro. 21.* ſapientior erit paruulus inquit Sapiens. Leo, & ouis ſimul
*Iſai. 11.* morabuntur, inquit, Iſaias, & puer paruulus minabit eos.
Certum eſt non de efferis animantibus brutis Iſaiam loqui,
ſed de homibus, qui ſæuitiam deponent, & immanitatem. Et
quomodo deponent? Quemadmodũ leo, qui catulo verberato
coram, ſe tremit, & miteſcit. Erat Dauid leo, ac propterea,
Oza flagellato, totus contremeſcit & timet. Quod ſi quoties
Deus alios afficit calamitatibus debet homo timore ingenti,
orareque Deum, ne in ſe animaduertat, cum iiſdem ſe cõſpiciat
plagis dignum, & ſi pepercerit, immenſas illi gratias
agere, gradũque à viis ſuis iniquis reuocare, vbi ſunt homines
adeo cæci, & vecordes, vt propriis etiam vulneribus nõ
*Homines* reſipiſcant? Cùm quibuſnam rebus huiuſcemodi homines
*pertinaces* componam? Num ſatis erit incudem diaboli eos appellare?
*& in pec-* Non ſane, quamuis eo nomine eos appellat Scriptura. Cor
*catis obſti-* eius dicitur apud Iob, indurabitur, quaſi lapis, & ſtringetur,
*nati, ſunt in* quaſi malleatoris incus. O appoſitiſſimam ſimilitudinem.
*cudes dia-* Quemadmodum enim multis ictibus incus non molleſcit,
*boli.* ſed quò plus malleo impetitur, eò durius redditur. In eun-
*Iob. 41.* dem modum inuenies homines, vtinam autem non multi
*Simile.* eſſent, qui afflictionibus peiores efficiuntur, tantum abeſt,
*Apoc. 13.* quòd conuertantur ad meliora. Optimè os adumbrauit Apocalypſis,
cum inquit. Vidi de mari beſtiam aſcendentem, &
ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut vrſi. Quid beſtia hæc ſignificat,
niſi homines, inſtar animantium brutorum, viuentes?
Hanc beſtiam ſimilem eſſe ait, pardo quoniam quemadmodum
pardus animal eſt maculoſum. Ita iſti variis ſunt
contaminati peccatorum generibus. Sed vnde egreditur? E
mari, inquit. Et quid hoc mare ſignificat? Vtique afflictionum
multitudinem. Cùm enim maris aqua ſint amare ingentem
aquarum copiam contineat, meritò acerbas calamitates,
*Thren. 2.* atque vt ita loquar tribulationes adumbrat. Vnde &
Ieremias inquit. Magna eſt, velut mare contritio tua. Et Regius
Pſaltes ait ſe cernens variis iactatum tribulationibus.
*Pſal. 68.* Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vſque ad
animam meã, veni in altitudinem maris, &c. Beſtiam igitur
hanc videbat aſcendentem de mari, id eſt, de amariſſimis
aquis



aquis afflictionum, in quibus ob ſua peccata vitam agebat
pedibus vrſi, hoc eſt, lentiſſimè. Quam elegantiſſimè, dum beſtiam
pedibus vrſi aſcendere de mari inquit, explicuit ſegnitiem
& torporẽ hominũ induratorũ, quo peccata relinquũt.
Nã vrſus, teſte Plinio, tã graui ſomno premitur, vt ne vulne- *Plin. li. 8.*
ribus quidem excitari queat. Ita multi peccatores adeo ſunt *ca. 36.*
conſopiti, & ſuis peccatis obuoluti, quòd Deo illis multa infligente
vulnera, non reſurgunt. Qui & apud Prouerbia di- *Prou. 23.*
cunt. Verberauerunt me, ſed non dolui, traxerunt me, & ego *Mens à cu-*
non ſenſi. Cũ itaq; inquit Deus tuus Beniamin, *Poſt tergũ tuũ* *ra ſuæ ſolli-*
*imminent hoſtes*, vt etiam per eos de te vindictam ſumant, idem *citudinis*
eſt, ac ſi tibi, frater mi, dicat. Cum vides, alios ob peccata fla- *dormiens,*
gellari à me, noli indurari, quaſi lapis noli eſſe incus diabo- *verberatus*
li, noli pedibus vrſi oſcitantis, & dormientis fugere peccata. *& non do-*
Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feſto S. Stephani, *let quia ſi-*
in hæc verba. Ieruſalem, Ieruſalem, quoties volui congrega- *cut immi-*
re filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos *nentia ma-*
ſub alas ſuas, & noluiſti? Si animaduertas, tunc maximè pul- *la non pro-*
li confugiunt ad alas gallinæ, quando eos inſequuntur mi- *ſpicit ſic ne-*
lui, & accipitres. Chriſtus ergo cupit, quòd inſurgentibus *que quæ*
in nos hoſtibus, aut calamitatibus nos premẽtibus, ad illum *perpetrauerit*
confugiamus, imò crebro ea de cauſa eas nobis immittit. *agno-*
Quod ſi ſecus fecerimus, timeamus, audientes, quòd ſubiun- *ſcit.*
git. Ecce, relinquetur vobis domus veſtra deſerta, hoc eſt, *Simile.*
ſeueriſſime puniam.

Quintò, *Ephraim in deſolatione erit*, hoc eſt, vt Ruperto pla- *Nõ huma-*
cet, ſine conſolatione diuina erit inter calamitates. Sæuiſſi- *næ opus eſt*
mum quidem eſt hoc ſupplicij genus. Nã quẽadmodum res *ferre ca-*
amariſſima guſtari non poteſt, niſi dulcedine ſopiente ali- *lamitates*
quam ſaltem partem amaritudinis condiatur. Sic calamita- *abſque di-*
tem ferre abſq; aliqua diuinæ conſolationis gutta, difficilli- *uinis ſup-*
mũ eſt. Hinc Deus miſcere ſolet, & tẽperare calamitatum ca- *petijs.*
licẽ, ne ſuccũbat peccator, aut vir iuſtus, cũ ꝓpinat illi hoc *Pſa. 93.*
amariſſimũ poculũ. Quod agnoſcẽs Regius Pſaltes, dicebat.
Niſi quia Dñs adiuuit me, paulo minus habitaſſet in inferno
anima mea. Si dicebã, motus eſt pes meus. Miſericordia tua
Dñe adiuuabat me. Secundum multitudinẽ dolorũ meorũ in
corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animã meã. Vides,
quo pacto cõfiteatur Dauid, ſe inter afflictionum turbines
inueniſſe diuinam miſericordiam, & inter multos animi
cruciatus Deum affuiſſe conſolantem ſe? Apoſtolus etiam *2. Cor. 1.*
inquit Benedictus Deus, qui conſolatur nos in omni tribu-

T lationе

latione noſtra. Ac poſt pauca iterum. Sicut abundant paſſio-
nes Chriſti in nobis, & ita & per Chriſtum abundat con-
Simile. ſolacio noſtra. Quemadmodum inter ipſas denſiſſimas no-
ctis tenebras luna, & ſtellæ ſuis fulgentiſſimis radiis terram
illuſtrant, niſi tota fuerit atris nubibus circumfuſa, tunc e-
nim non ſtat per micantia ſydera, terram, eſſe caligine obnu-
latam, ſed per ipſam terrã, quæ tot exhalauit vapores, vt nõ
valeat percipere lucis cœleſtis ſplendorem. In eundem mo-
dum inter tribulationes ipſas Deus, veluti ſuaues quoſdam
ſplẽdores q̃bus corda illuminet, cõſolationes afflictis immit-
tit, ne animum deſpondeant. Cæterùm tantũ poteſt eſſe he-
miſpherium humani cordis multitudine nubium peccatorũ
implicatum, vt diuinos influxus conſolationis nõ percipiat.
Apoc. 22. Ego ſum, inquit Chriſtus, ſtella ſplendida, & matutina. Quid
hoc eſt, niſi præſtare hominibus idem munus conſtitutis in
acerbis tribulationibus, quòd lucifer terræ præbet, nempè
luce conſolationis adiumento eſſe, ne corruant? Vidit Diuus
Ioan. filiũ hominis habẽtẽ in manu dextera ſtellas ſeptem, &
cecidit ad pedes eius tanquã mortuus, & poſuit filius homi-
Apoc. 1. nis ſuper eum dexterã ſuam, dicens. Noli timere. Quid ſtel-
...uerſi- læ adumbrant, dicat ipſe filius Dei, videlicet angelos ſeptem
...Ange hoc eſt, nuntios quoſdã cœleſtes. Et qui ſunt illi nuntij? Cõ-
...nume ſolationes, quas Chriſtus mittit afflictis. Vnde, cum Ioannes
ſeptena- cecidiſſet ad pedes Ieſu, dexterã ſuã ſtellis plenam ipſe Ieſus
contine poſuit ſuper Ioannem, dicens. Noli timere. Quoties enim pij
& ſe- viri, tribulationibus concuſſi, ad pedes Ieſu accurrunt, ibique
...m quæ iacent, miſericordiæ auxilium implorantes, dexteram ſuam
...uſenc... ſtellis conſolationis ornatam extendit, vt leuet è terra Chri-
...An- ſtus. Cauendum tamen nobis eſt, tot patrare crimina, vt nu-
...orũ mi bes inde conſurgentes obſtent, quin ſplendorem in nocte
...io ope- percipiamus, ſicuti *Ephraim* ob multa peccata ſua inter tot
...viæ calamitates, in *deſolatione* eſſe dicitur. Sic & apud Ieremiam
Philo- flere Ieruſalẽ legimus, q multis iactata calamitatibus, neq;
In ponit guttulã conſolationis diuinæ impetrare potuerit, quamuis
...lamitas multis lachrimis circunfuſa petierit. Erat enim impedimen-
... to ei, ne hoc conſequeretur, ingens, & caliginoſa peccatorũ
...tes & nubis inter Deũ, & ſe poſita. Nos, inquit, iniquè egim⁹, & ad
...m cæli iracundiã prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es, operui-
...Aza- ſti in furore, & percuſſiſti nos, occidiſti, nec pepeciſti: poſuiſti nu-
...12. bẽ tibi, ne trãſeat oratio. Quadrat obſeruatio in Euang. pro
...5. Omnibus S. in hęc verba, Beati, qui lugent, qm̃ ipſi conſolabũ-
...em. 3. tur. Quando Dñe conſolabuntur? Nũ, poſtquã abſuerit tem-
pus



...ſletus? Non ſatis hoc eſt, ſapientiſſime Ieſu. Quis enim tri-
...lationum grauiſſimum onus ferre poterit, ſi inter affli-
...ctiones diuinæ tuæ conſolationis radius aliquis non illuxe-
...rit? Nam ſeueriſſimè nobiſcum agere vis ſicuti cum *Ephraim*
...futurum ſine conſolatione prædicit tuus Vates? Do-
...Deus, fratres mei, ne tot peccata patremus, vt cum ob
...flagellare decreuerit, nos ſemper deſolatos inter ipſa
...gella relinquat.

...Effundam ſuper ipſos, quaſi aquam iram meam. Ecce, pre-
...& iudex, quid ante oculos habere debes, vt exactè iuſti-
...munus exequaris, *iram* videlicet tuam, cũ corripis, & pu-
...delinquentes, eſſe veluti *aquam*. Et quod eſt aquæ munus? *Vt aqua*
Certè mundare ſordes. Tu ergo, ſi opus eſt, quẽpiã ſeuerè pu- *mũdat ſor-*
...nõ tibi id prohibet Deus. Flagella, percute, ſeueriſſimũ *des, ſic Iu-*
...exhibe iuſtitiæ vindicem. Exemplo nãque tibi Deus tuus *ſtitia pecca-*
...hic leges *effudiſſe iram ſuam*, id eſt, grauiſſimo ſup- *tum.*
...ſubieciſſe principes Iuda, eo tamen nihil aliud quæſi-
...quam hoc ſupplicium eſſe *aquam*, hoc eſt, mundare eorũ
conſcientiæ ſordes, vt tu etiã diſcas in punitione hoc maxi-
...quærere, mundare videlicet ſordes peccatoris, nõ te vin-
...dicare, non probro, & contumelia afficere delinquentem, tũc
...non effunderes iram, quaſi aquam, ſed quaſi cœnũ ſor-
...inficiens. Hinc rurſus inquit Deus apud Ezechielem. *Ezec. 16.*
...quo mundabo cor tuum, cum de Ieruſalem ſe ſumpturũ
...vindictam minatur. Ac rurſum. Immunditia tua execrabilis, *Ezec. 24.*
...mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis;
Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo
...Quadrat obſeruatio in Euangelium pro doctoribus, in
hęc verba. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Terra vide-
licet. Finis ergo doctoris, vel prælati is eſſe debet, vt ſaliatur
...non vt deſtruatur, non, vt pereat. Ira enim Dei, *vt aqua*,
...perhibetur, quæ mundat.

¶ *Calumniam patiens eſt Ephraim, fractus iudicio, quoniam cœpit a-*
*...poſt ſordes. Ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iu-*
*... Et vidit Ephraim languorem ſuũ, & Iudas vinculum ſuum, & a-*
*... Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem vltorem, & ipſe non poterit*
*...ſanare vos, nec ſoluere poterit à vobis vinculum.*

¶ Cum *calumnia*, teſte D. Thoma, ſit, vel falſa, & malitioſa 2. 2. q. 63.
impoſitio criminis, vel defenſio criminis per fraudes, do- *ar. 3. & 4.*
...& mendacia, merito quærit Diuus Hieronym. ac multi 69. *ar.* 2.
...eum ſecuti, quo pacto verum ſit: *Ephraim paſſum eſſe calum-* & 3.
...cũ impius extiterit, & propter impietatẽ ſuã futurus in

 deſola-

latione noſtra. Ac poſt pauca iterum. Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, & ita & per Chriſtum abundat con-

*Simile.*

ſolatio noſtra. Quemadmodum inter ipſas denſiſſimas noctis tenebras luna, & ſtellæ ſuis fulgentiſſimis radiis terram illuſtrant, niſi tota fuerit atris nubibus circumfuſa; tunc enim non ſtat per micantia ſydera, terram, eſſe caligine obuolutam, ſed per ipſam terrã, quæ tot exhalauit vapores, vt nõ valeat percipere lucis cœleſtis ſplendorem. In eundem modum inter tribulationes ipſas Deus, veluti ſuaues quoſdam ſplẽdores q̃bus corda illuminet, cõſolationes afflictis immittit, ne animum deſpondeant. Cæterùm tantũ poteſt eſſe hemiſpherium humani cordis multitudine nubium peccatorũ implicatum, vt diuinos influxus conſolationis nõ percipiat.

*Apoc. 22.*

Ego ſum, inquit Chriſtus, ſtella ſplendida, & matutina. Quid hoc eſt, niſi præſtare hominibus idem munus conſtitutis in acerbis tribulationibus, quòd lucifer terræ præbet, nempè luce conſolationis adiumento eſſe, ne corruant? Vidit Diuus Ioan. filiũ hominis habẽtẽ in manu dextera ſtellas ſeptem, & cecidit ad pedes eius tanquã mortuus, & poſuit filius hominis ſuper eum dexterã ſuam, dicens. Noli timere. Quid ſtellæ adumbrant, dicat ipſe filius Dei, videlicet angelos ſeptem hoc eſt, nuntios quoſdã cœleſtes. Et qui ſunt iſti nuntij? Cõſolationes, quas Chriſtus mittit afflictis. Vnde, cum Ioannes cecidiſſet ad pedes Ieſu, dexterã ſuã ſtellis plenam ipſe Ieſus poſuit ſuper Ioannem, dicens. Noli timere. Quoties enim pij viri, tribulationibus concuſſi, ad pedes Ieſu accurrunt, ibique iacent, miſericordiæ auxilium implorantes, dexteram ſuam ſtellis conſolationis ornatam extendit, vt leuet è terra Chriſtus. Cauendum tamen nobis eſt, tot patrare crimina, vt nubes inde conſurgentes obſtent, quin ſplendorem in nocte percipiamus, ſicuti *Ephraim* ob multa peccata ſua inter tot calamitates, in *deſolatione* eſſe dicitur. Sic & apud Ieremiam flere Ieruſalẽ legimus, q̃ multis iactata calamitatibus, neq; guttulã conſolationis diuinæ impetrare potuerit, quamuis multis lachrimis circumfuſa petierit. Erat enim impedimento ei, ne hoc conſequeretur, ingens, & caliginoſa peccatorũ nubis inter Deũ, & ſe poſita. Nos, inquit, iniquè egim⁹, & ad iracundiã prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es, operuiſti in furore, & percuſſiſti nos, occidiſti, nec pepciſti: poſuiſti nubẽ tibi, ne trãſeat oratio. Quadrat obſeruatio in Euang. pro Omnibus S. in hęc verba, Beati, qui lugent, qm̃ ipſi conſolabũtur. Quando Dñe conſolabuntur? Nũ, poſtquã abfuerit tempus

*Apoc. 1. Vniuerſitas Angelorũ numero ſeptenario continetur & ſeptem quæ Deus circa nos Angelorũ miſterio operatur, vtile & Philoſophi poſuit ſubſtantias ſeparatas motores orbium cæleſtium. Ariſt. [illegible] 12. cap. 5. Lamen. 3.*



pus fletus? Non ſatis hoc eſt, pientiſſime Ieſu. Quis enim tribulationum grauiſſimum onus ferre poterit, ſi inter afflictiones diuinæ tuæ conſolationis radius aliquis non illuxerit? Num ſeueriſſimè nobiſcum agere vis ſicuti cum *Ephraim* quem futurum ſine conſolatione prædicit tuus Vates? Donet Deus, fratres mei, ne tot peccata patremus, vt cum ob ea nos flagellare decreuerit, nos ſemper deſolatos inter ipſa flagella relinquat.

Sextò, *Effundam ſuper ipſos, quaſi aquam iram meam.* Ecce, prelate, & iudex, quid ante oculos habere debes, vt exactè iuſtitiæ munus exequaris, *iram* videlicet tuam, cũ corripis, & punis delinquentes, eſſe *velut aquam.* Et quod eſt aquæ munus? Certè mundare ſordes. Tu ergo, ſi opus eſt, quẽpiã ſeuerè punire, nõ tibi id prohibet Deus. Flagella, percute, ſeueriſſimũ te exhibe iuſtitiæ vindicem. Exemplo nãque tibi Deus tuus eſt, quem hic leges *effudiſſe iram ſuam*, id eſt, grauiſſimo ſupplicio ſubieciſſe principes Iuda, eo tamen nihil aliud quæſiuit, quam hoc ſupplicium eſſe *aquam*, hoc eſt, mundare eorũ conſcientiæ ſordes, vt tu etiã diſcas in punitione hoc maximè quærere, mundare videlicet ſordes peccatoris, nõ te vindicare, non probro, & contumelia afficere delinquentem, tũc enim non effunderes iram, quaſi aquam, ſed quaſi cœnũ ſordibus inficiens. Hinc rurſus inquit Deus apud Ezechielem. In quo mundabo cor tuum, cùm de Ieruſalem ſe ſumpturũ vindictam minatur. Ac rurſum. Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis, Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro doctoribus, in hęc verba. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Terra videlicet. Finis ergo doctoris, vel prælati is eſſe debet, vt ſaliatur terra, non vt deſtruatur, non, vt pereat. ira enim Dei, *vt aqua*, eſſe perhibetur, quæ mundat.

*Vt aqua mũdat ſordes, ſic Iuſtitia peccatum.*

*Ezec. 16.*

*Ezec. 24.*

¶ *Calumniam patiens eſt Ephraim, fractus iudicio, quoniam cœpit abire poſt ſordes. Ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda. Et videt Ephraim languorem ſuũ, & Iudas vinculum ſuum; & abiit Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem vltorem, & ipſe non poterit ſanare vos, nec ſoluere poterit à vobis vinculum.*

¶ Cùm *calumnia*, teſte D. Thoma, ſit, vel falſa, & malitioſa impoſitio criminis, vel defenſio criminis per fraudes, dolos, & mendacia, meritò quærit Diuus Hieronym. ac multi alij eum ſecuti, quo pacto verum ſit: *Ephraim paſſum eſſe calumniam*, cũ impius extiterit, & propter impietatẽ ſuã futurus in

*2. 2. q. 63. ar. 3. & 4. 69. ar. 2. & 3.*

*Ephraim iudicio Dei fractus eſt decidens à ſublimi vertice in honoris infimum calumniæ & oppreſſionis & abiſſum.*

deſolationē. Qui enim calumniam patitur,& frangitur,iudiciū eius inique opprimitur, maxime cum cauſa iuſta hic ponatur,quare ſit traditꝰ captiutati.Sequitur enim, *Quoniā cœpit abire poſt ſordes*,hoc eſt,poſtidola,quæ ſordibus comparantur. Huic obiectioni bifariā reſpondet Sanctus Doctor.Primò, quòd *calumniā* ſumpſit pro oppreſſione,idēq; eſſe, *calumniam patiens Ephraim*, quod opprimitur Ephraim ab Aſſyriis, primum à Phul,deinde à Teglathphalaſar, poſtea à Salmanaſar. Amplectuntur hanc explanationem Rupertus, Haymo Carthuſianus, & nō nulli recentiores,licet vari è videantur vocē *calumniam* expendere.Nā Rupertus hanc *calumniam* ait eſſe captiuitatem Ephraim Haymo,afflictionem eidē ab hoſtibus illatam.Carthuſianus iniuriā vocat.Recentiores vim, & oppreſſionē.Quæ omnia,ſi recte inſpiciantur, in idem recidunt. Fauet huic explanationi Paraphraſtes Chaldaicus, vertens pro *calumniam* vim. Secūdò,Sanctus doctor reſpondet,*calumniam* proprie hic ſumi,adhibita tamen diſtinctione Nam cum *calumnia* dicatur etiam omne malū iniuſte illatū,

*Quid ſit Caluñia.*

*Pſal.118.*

vnde illud Pſal.Redime me à calumniis hominum nonnulli ſic expendunt,id eſt, ab iniuſtis oppreſſionibus hominum, *Ephraim* dicitur, *calumniam*, non quod iuſtus fuerit, aut illi iuſti fuerint, qui eum oppreſſerunt, & idcirco illis traditus:ſed quod,qui quondam fuerunt populus Dei, Deo eos deſerente,traduntur ad pœnas. Et hoc videtur eſſe *caluñia*,nō Deo,qui iuſtam infert ſententiam:ſed his qui tormēta ſuſtinent,dū peioribus ſe aduerſariis cōcedūt. Conſentit cū hac explanatione Interlinearis.Lyranus,& Carthuſianus aliter expendunt,videlicet, afflictionē hanc *Ephraim eſſe calumniam*,quoniam licet ex parte ſui Ephraim iuſte illam pateretur: tamē Salmanaſar, inuaſit iniuſte,& iniqua volūtate. Erit itaq; *calumnia* ex parte hoſtium peſſimorū,qui iniquo animo vaſtauerūt,nō ex parte Dei,qui iuſtè ob Ephraim peccata illū vaſtādum tradidit hoſtibus.Quāobrē ſequitur, *fractū eſſe iudicio*,ideſt,iuſto Dei iudicio eſſe deiectū,quoniā cœpit abire poſt ſordes. Non mihi eſt ingrata hæc explanatio.

*Quando calumnia alicui infe ratur.*

Nā cum *calumniā* etiā dicatur inferre is,qui vel crimina alterius refert,aut punit,nō animo corripiēdi, vel ad aliquē finē bonū,ſed intendēs,honori notā inurere, aut ſolū damnum inferre,merito hoſtes Ephraim dicuntur,ei *calumniā* inferre, cum nihil aliud in vaſtatione Ephraim quærant,quam eum perdere. *Ephraim*. Quamuis Diuus Hieronymus ſolum Ieroboā per *Ephraim* intelligat,& Paraphraſtes Chaldæus totam domum



domū Ephraim,alij decem tribus intelligunt; cæterū Hieronymiana diſpunctio non eſt contemnenda , & alijs præferenda,quod verba ſequentia ſatis aperte oſtendunt,nempe, *fractus iudicio*. Quæ licet nonnulli,vt Lyranus Carthuſianus, Rupertus & alij ſic expēdant,quod Ephraim iuſto Dei iudicio fuerit deiectus, vnde Lyranus,cum dicitur, *fractus iudicio* ſubintelligēdū opinatur diuino & iuſto,melius explanabimus hunc in modū,ꝙ in iudiciis cauſa cadat, eiq; æquitas non ſeruetur.Nam cum ſoleat Dominus punire homines per ea,quæ in proximos deliquerunt,vt ſi quem deceperunt permittit Deus,non deeſſe,qui eoſdem deceptores decipiet ſi quem ferro percuſſerunt,percutiētes etiā ferro pereūt,&c. & Ephraim deteſtandum calumniæ crimen,quod eſſet iudex,patrauerit in multos Iudęos per malitioſam fraudē,vnde ſupra dixerat eis,Laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expāſum ſuper Thabor,nūc prædicit,eidem pœnæ ſubiiciendū *Ephraim*,& calumnioſè damnādū in iudiciis. *Quoniā cœpit abire poſt ſordes* Cōueniunt fere omnes expoſitores,ſecuti diuū Hieronymū,ſordes hic appellare idola Dū autē inquit, *Cœpit abire*,implicat libertatē arbitrij.Nō enim ait,Cœpit cogi,aut trahi,ſed *cœpit abire*,ſponte videlicet ſuo. Contēdunt nonnulli vocem Hebraicam poſitam loco huius vocis *ſordes* potius ſignificare præceptū.Eſt enim *ſzauah*,cum aſpiratione in fine dictionis,quæ dictio proprie ſignificat præcipere In quē modū & vertit & diſpungit Vatablus. Quorum ſententiā ſi quis ſequi velit, ad populum decem tribuū eſt hic ſermo referendus,quod volens , & vltro fuerit ſecutus præceptum Ieroboam de vitulis aureis adorandis. Cæterum D.Hieronymus, *inueniens* Hebraice *ſzaua* ſine aſpiratione in fine dictionis,quæ vox ſordeſcere ſignificat, quàm elegantiſſime vertit pro *ſzaua ſordem*,quicquid modo legant & dicāt Hebræi,& Hebraizantes. *Et ego quaſi tinea Ephraim & quaſi putredo domui Iuda* In explanatione huius loci omnes expoſitores conueniūt vno dempto Lyrano,qui ait,ideo Deum ſe vocare *tineā Ephraim*,quod cito ſit in captiuitatem redigendus: *putredinem* vero *Iuda*,quia traditus erat puniendus. Tardius enim corrumpitur pannus per ſeipſum,quod fit putrefiendo,quā corrumpatur à tinea , quæ corrumpit ipſum aliquando etiam in nouitate ſua. Hactenus ille. Verūtamē multò ſecus eſt locus hic explanandus. Nā per *putredinē*,vt optime obſeruat D,Hierony.cariē intelligit.Vox enim Hebraica Rekab cariē ſignificat.In quem modum crebrò putredinē

*Eò iuſtius pœna plectitur qui ſponte & non coactus cucurrit ad ſcelera.*

*Prou. 14.* pro carie ſumit Latinus interpres. Vt apud Prouerbia, Vita carniũ ſanitas cordis, putredo oſſiũ iudicia. Putredinem vocat cariẽ. Et vtraque cõparatione *tineæ, & putredinis* multa inuoluit. Primũ lẽtitudinem Dei ad puniẽdum. Nã quemadmo-*Simile.* dum tinea nõ ſubito conſumit veſtimẽtũ, neq; putredo, ſeu caries lignum, ſed vtrunque per ſpaciũ fit temporis, quãuis veſtes citius abſumat tinea, quã caries lignum, Ita Deus, lõ-*In fortiſſima quæque iaculatur diuina Iuſtitia* go tẽpore dans locum pœnitẽtiæ, & prouocãs ad ſalutẽ hos populos Ephraim, & Iuda illos expectat, paulatim puniẽs, citiuſq; plectendum Ephraim prenuntiat, cum ſe eius vocat tineam, quàm Iuda, cuius ſe cariem futurum inquit. Secundũ Deus ſe vocans *putredinem, Iuda*, ſignificat, quãuis fortior eſſet Iudas quam Ephraim, eius fortitudinem non poſſe eos protegere, & defendere. Nam ſicut caries duriora, puta oſſa, & ligna tentat, & perdit, Sic Deus fortiſſimos quoſq; punire ſolet. Tertium, hoc ſupplicium occulto, & arcano Dei iudicio, de his populis ſumendum ſignificat, idque eos non percepturos, videmus nãq;, damnum illatũ à tinea, & carie eſſe occultum. *Et vidit Ephraim languorem ſuũ. Vidit* poſuit, pro videbit, præteritũ pro futuro, quod frequens eſt, vti ſæpius di-*Languore & vinculo Regni interitum & perpetuã captiuitatem denotat Vates.* ximus apud vates, ad certitudinẽ futuri euentus detegendam. *Languorem ſuum.* Varie explanant hunc *languorem* expoſitores. Alij dicunt, eſſe captiuitatem. *Languorem* enim eſt infirmitas incurabilis. Ita Lyranus. Cæterum extorta videtur hęc expoſitio, Nam ante ſuam captiuitatem iſti viderunt *languorem ſuum* & remedia quærere conati ſunt licet inutilia, puta auxiliũ Aſſur, quo ſe ab imminentibus hoſtibus tuerentur Melius. Interlinearis inquit, *Lãguorem* eſſe infirmitatem. Carthuſianum impotẽtiam eſſe ait qua non potuit Ephraim reluctari Aſſyriis. Alij *languorem, & vinculum* trãſlatitiè ſumi volunt. Nam quemadmodum morbus vulnus humanũ corpus labefactant, & corrumpunt, niſi adhibeatur medicina, Ita reſpublica, aſſiduis calamitatibus concuſſa, ad interitum tendit, niſi certo præſidio foueatur. Hinc *languorem* iſtum dicunt eſſe plagam. Opinor tamen ſignificari, hunc populũ elanguidum, & viribus hauſtum eſſe, vt poſſet hoſtibus reſi-*4. Re. 15.* ſtere. Quod ſequentia verba aperte demonſtrant. *Et abiit Ephraim ad Aſſur.* Non à Deo, qui & ſanare, & vinculum ſoluere poterat, ſed à rege Aſſyriorum quærit auxilium. Legimus quod ſub rege Manahen, qui decem tribubus præfuit, Iſrael Aſſyriis dona tranſmiſerit: & Iudas ſub rege Achaz præſidiũ flagitarit Tehlaphaſar regis Aſſyriorum, qui eos, aduerſante Deo



Deo, liberare non potuerunt, nec captiuitatis vinculum ſoluere. Quod autem vocat regem Aſſur *vltorem*, pro qua voce Hebraicè, vt optimè obſeruat diuus Hieronimus, eſt Iarib, quamuis contendant Hebræi eſſe nomen ciuitatis, vel religionis, quæ eſt in Aſſyria: melius diſpungemus, ſi dicamus, ſignificare vltorem vel quia hoc nomen vltor agnomen erat Aſſyriorum regum, qui totius orbis vindices dicebantur. Rerum enim ſumma, & imperium penes Aſſyrios illis temporibus erat. Neque mihi diſplicet explanatio Haymonis, & Ruperti, dicentium, regem Aſſur vltorem à Deo appellari, quod ipſe factus fuerit vltor iniuriarum Dei. Quamuis Ephraim exiſtimabat, ſibi hunc regem futurum auxiliatorem, & laturum opem ſibi.

## *Obſeruationes ad componendos mores.*

C*alumniam patiens eſt Ephraim fractus iudicio.* Timeant homines, aliis nocumentum inferẽtes. Nam, qua non ſperant hora, idem illis Deus rependet. *Ioel. 3.* Audiat enim, hic *calumniam pati Ephraim frangique iudicio.* Maxima autẽ cauſa fuit, quod *Par pari refertur iure naturæ.* & ipſe calumnioſus in alios extiterit. Sic & apud Ioelẽ Dñs pollicetur, paria peccatoribus ſe redditurũ Filios, inquit, Iuda, & filios Ieruſalem vendidiſtis filiis Græcorum, vt longe faceretis de finibus ſuis. Ecce, ego ſuſcitabo eos de loco, in quo vendidiſtis eos, & cõuertã retributionẽ veſtrã in caput veſtrũ. Et vẽdã filios veſtros, & filias veſtras ĩ manib. filiorũ Iuda, & venũdabũt eos Sabæis, genti lõginquę. Sic & Deus pmiſit, ꝙ Iudęi percuterẽt inimicos ſuos, & redderẽt eis, ꝙ ſiba parauerãt facere. *Prou. 12.* Et Iſaias inquit, Væ qui prędaris, nònne & ipſe prædaberis? *Pſal. 93.* Et quj ſpernis nõne, & ipſe ſperneris? *Vnuſquiſque iuxta ea quæ ipſe ſiue ore ſiue opere peiro præſtitit mercedem accipiet.* Cũ conſumaueris depredationẽ, depredaberis; Cũ fatigatus deſieris contẽnere, contẽneris? Vides, quo pacto non ſolum par pari referatur, verum & cito eandem pœnam rependendã peccatori, quã aliis intuleratu, precinit Iſaias: Sapiẽs etiã inquit, Iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. Et Regius Pſaltes petit à Dño, Redde retributionem ſuperbis. Quemadmodum lima, dum terit ferrum, ipſa etiam atteritur & conſumitur, Sic peccator, alios damno etiam recipit. Vellem, hoc aduerterent, qui faciles ſunt, & proni, vt aliis noceant. Fortaſſis enim abſtinerent. Nam ſi detractor cogitaret,

 cum

cum obloquitur, non defuturos detractores, qui, idem rependentes, honorem eius obſcurent, ſi iudex, iniuſtam ſententiā in alium deferens, in animo ſuo voluere, ob eā rē aliquando etiam iniuſte damnandum, iuxta imprecationem illam Regij Pſaltis, Cōſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius, cum iudicatur, exeat condemnatus, vel demens eſſet cēſendus, ſi in proximum peccare non deſineret, vel tremebundus diceret, Nolo hoc patrare peccatum contra hūc hominem, ne idem mihi retribui permittat Deus. Quadrat obſeruatio in Euāgeliū Natiuitatis Chriſti, in hæc verba, Nō erat ei locus in diuerſorio. Eſt autē ſic aptanda. Num fœminę illę crudeles, & immites ciuitatis Bethlehē, quę grauidæ virginis, & proximæ partui non ſunt miſertæ, non receperunt mercedem tanta crudilitate dignam, vt etiam in neceſſitate maxima conſtitutæ, petenteſque proli miſericordiam, illis denegaretur? Receperunt quidem. Nam cū poſtea impius Herodes infantes illos innocētiſſimos, ac ſanctos interfici præcipiſſet, carnificū corda lapidea lachrymæ matrū infantium emollire nō potuerunt, quamuis multis gemitib⁹ vitam filiorum ſibi donari poſtularūt. Non quidem ob peccata infantium hoc matribus euenit, qui inſontes erant, ſed matrum, quæ crudeles extiterant in almam virginem, & eius prolem. Nam, teſte Apoſtolo, quęcunque ſeminauerit homo, hæc & metet. Seminauerant iſtæ fœminæ crudelitatem, eandem etiam & poſtea demetūt, & quamuis multis lachrymis miſericordiam quærunt, non eam inueniunt. Quadrat etiam in Euangelium Dominicæ 21. poſt Pentecoſtē, in hæc verba, Iratus Dominus, tradidit eum tortoribus, quoaduſque redderet vniuerſum debitum. Cur vniuerſum debitum exigitur ab hoc ſeruo? Quoniam & ipſe non pepercit conſeruo, ſed omne debitum poſtulauerat.

*Pſal. 108.*

*Lachrymæ inutiles ijs qui lachrymātibus non miſertiſūt.*

*Galat. 6.*

*Et ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda.* Multa hic habes implicata, quæ paucis abſoluā. Primo, Ecce paulatim procedit Deus tuus in punitione, & non ſubito perdit *Ephraim, & Iuda. Tinea* namque lentiſſime conſumit veſtes, & caries lignum. Noli ergo tu eſſe velox, & præceps ad plectēdum, ſed procede pedetentim. Sit omnis homo, inquit diuus Iacobus, tardus ad iram. Ira enim viri iuſtitiam Dei nō operatur. Quem locum eleganter Diuus Thomas explicat de ira etiam, quæ bonus zelus eſt. Debet enim homo in plectendis peccatis eſſe maturus, & diſcretus. Quod ſi præceps fuerit, ſciat, ſe non imitari iuſtitiam Dei. Significarunt venuſti-

*Iaco. 1.*



venuſtiſſimè antiqui philoſophi, amplectendam iudicibus lentitudinem in adhibendis ſuppliciis, & non agilitatem, dum iuſtitiæ currum fingunt à duabus mulieribus trahi, quarum altera fractū enſē manu portabat, altera verò cōto innitebatur. Nā fract⁹ enſis, iſq; retuſus, qui nō cito, quę impetit, ſcindit, & mulier cōto innixa, quæ lentè incedit, tarditatē ſeueritatis, & pœnæ implicant. Hinc, vt Plutarchus, & Fulgoſus ſcribunt, Romani inſtituerunt, vt ſecuribus, quæ præferebantur magiſtratibus, virgarum alligarentur faſces, vt dum faſces ſoluerētur, magiſtratui ſpatium cogitandi daretur, ne iratus, ea fieri imperaret, quorum poſtea eum fruſtra pœniteret. Quod & Veneti perbelle imitati, enſē non nudū, ſed vagina tectū penes principē geſtari ſāxerunt. Quemadmodū, ingens ferunt onus, & compedibus ſunt conſtricti, currere non poſſunt, ſed lētiſſime incedūt ob oneris grauitatē, & vinculum ferreum pedibus intectum, Ita iudex, & princeps cum ſuis humeris portet rempublicā, quę onus grauiſſimum appellatur in ſacris Bibliis, vnde Moſes ponderis immenſitatem huius agnoſcens, dicebat Deo, Cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Et Iethro eidem Moſi dicebat, conſulens, vt tribunos, & Centuriones crearet, qui populi eſſent iudicans, munus hoc onus vocat. Leuius, inquit, ſit tibi, partito in alios onere, debet paulatim ad punitionem procedere. Quadrat obſeruatio in Euangeliū Dominicæ. 1. Aduentus, in hæc verba, Erunt ſigna in ſole, & luna. Cur tot præmitit ſigna ante iudiciū ſuprem⁹ iudex? Certe, vt doceat, lente, & non temere pœnam infligendam. Quod ſi quis ſecus faciat, agilem ſe exhibens ad puniendum, ſcito, hunc nō agnoſcere, rempublicam eſſe onus, atque non animaduertere, ſe legum decretis eſſe obligatū, ne currat, ſed lētè incedat.

*Nihil inconſultò iudicandū iudicātē, ac temerāriū magis noſce iudicādi quam iudicato*

*Aug. in 2. de ſerm. Domini in monte.*

*Simile.*

*Num. 11.*

*Exo. 18.*

Præterea, *Et ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda.* Obſerua, frater mi, Deū tuum non ſe exhibere *tineam* vtriquenēpe *Ephraim, & Iuda,* ſed alteri, puta Ephraim, eſt tinea, alteri vero putredo, quæ in ligna deſęuit, quāuis duriora ſint, & firmiora. Prudētiā, & diſcretionē docet in adhibendis ſuppliciis, variamque imponendam delinquentibus pœnam pro criminum varietate, & grauitate. Citius corrumpit tinea veſtimenta, quàm caries lignum, & quoniam *Ephraim* peccatū erat graui⁹, quippe qui auctor fuerat idololatrię, ſeueri⁹ punitur. Docet etiam, iudicem debere eſſe fortē, neq; quantumuis quis ſit diuitiis, & potētia robuſt⁹, propterea illi eſſe parcendum, quinimo in huiuſcemodi homines debet iudex ſe

*Aequa bilance pauperis & inopis cauſam libre Iudex: criminiſq; pōdus pari ſupplicio diſcernat.*


ſe

ſe cariem exhibere, quæ robuſtiſſima ligna terit. Conſuluit Iethro Moſi, vt quoſdam iudices crearet, & obſerua Iethro verba, Prouide, inquit, viros ſapiẽtes, & timentes Deũ.

*Exod. 18.*

Quædã exẽplaria pro ſapientes habent potẽtes, & ſignificatur, debere eſſe iudices ſtrenuos, & fortes. Sapiens etiam inquit, Noli quærere, fieri iudex, niſi valeas virtute irrũpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalũ in agilitate tua.

*Eccl. 7.*
*Ezec. 3.*
*Pertinet ad iudicẽ vt viriliter reſiſtat, impediat & frangat improborũ conatus eorumque violentius vindicet.*

Sic Deus, Ezechielem iudicem conſtituẽs, ait, Vt adamãtẽ, & vt ſilicẽ poſui faciẽ tuam, ne timeas eos, neq; metuas à facie eorũ. Vereor, ne multis iudicibꝰ dicere poſſimus, Vos tineæ eſtis, nam pauperes ſeueriſſimè punitis, diuites vero, grauiora patrantes, non plectitis, quia robuſtiores ſunt, illis tinea nullum valet inferre nocumentũ. Obſerua etiã, venuſtiſſimè ſe Deum vocare *putrédinẽ domus Iuda.* Significat enim, *domum Iuda*, copia bonorum temporariorũ deliquiſſe, atque ab potentiam, & diuitiarum abundantiam ſe ingurgitaſſe peccatis. Nam teredo, ſiue caries ea præcipuè ligna corrodit, quę luna creſcente, vel in plenilunio cæduntur. Vnde Plinius tunc cædenda tradit ligna, cũ luna decreſcit.

*Pli. li. 18. cap. 32.*

Cum igitur inquit Deus, *Ego quaſi putredo domui Iuda*, ad naturã teredinis alludit, quæ in lignis gignitur, plenilunij tempore cæſis. Rationem autem huius rei tradũt eſſe philoſophi, de natura rerum diſſerentes, quod, luna creſcente, ſuccus etiã arborum creſcit, ſicut, luna decreſcente, arbores ſicciores redduntur. Ille ergo ſuccus arborum abundans fons eſt, & origo teredinis, & cum Domui Iuda multus eſſet opũ ſuccus, Deum ſe acturum cum ea, inſtar teredinis, prænũtiat. Non eſt hæc obſeruatio contemnenda. ¶Poteſtq; aptari Euãgelio Dominicę 1. Aduẽtꝰ, in hęc verba, Areſcentibus hominibus præ timore. Certum eſt, in eo Euangelio componi homines cum arboribus, quæ areſcere ſolent. Cur ergo homines areſcent? Quoniam ob nimium ſuccum peccatorum eorum Deus illis erit, *quaſi putredo.* Hinc etiam diſces, nõ eſſe diuitiarum copiã nimis optandam. Ob eam enim Deus *domui Iuda* eſt quaſi caries. Ac ſi apertius dicat, Potentia, & opes Iuda fomẽtũ vitiorũ extitere, quamobrem & ego eos puniam. Quadrat in Euangelium pro omnibus Sanctis, in hæc verba, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Non inquit, Beati diuites, quoniam hi magis timere debent, quam pauperes, ne ſint ligna, in quibus gignatur teredo, ſicut accidit Domui Iuda, dicatq; Deus illis, *Ego quaſi putredo ero domui veſtræ.*

Et



*Et miſit ad regem vltorem*, Docet hic locus, cum te Deus flagellat, ante omnia humana præſidia quærendum, & implorandum diuinum auxilium. Quod ſi ſecus feceris, time, ne dum auxiliatorem quæris, inuenias vindicem iniuriarum Dei, ſicut hic populus inuenit Aſſur vltorem, non autem fautorem, & adiutorem.

¶*Quoniam ego quaſi leæna Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Iuda: ego capiam, & vadam, & non eſt, qui eruat. Vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & quæratis faciem meam.*

¶Rationẽ, & cauſam reddit. ob quã nõ poterit Aſſur ſanare *Ephraim, & Iudam*, conferens ſe Deus cũ ſæuiſſimis feris, *leæna, & catulo leonis.* In explanatione huiꝰ loci omnes expoſitores, tum antiqui, tũ recentiores ſequuntur Diuum Hieronymum, quamuis omnes nonnulla à Sancto Doctore obſeruata ſilentio prætererierunt, quæ nos referemus, addemuſque aliqua, quibus hic locus reddatur apertior. Primo, Deus ſe componit cum *leæna*, pro quo Septuaginta vertunt, panther, quod animal omnium eſſe ſæuiſſimum certum eſt, & ſignificantur multa hac pantheris, ſiue *leænæ*, ſimilitudine. Primum, Deum ſeueriſſime acturum, & quam citiſſime, puniturum Ephraim. Nam ſi Ariſtoteli fides adhibenda eſt, panthera perpetuo fera eſt, nec vnquã mitis fit, deinde panthera fœmina animoſior eſt, quã mas. Ac propterea Deus inquit, Ero potius *quaſi leæna* quam, ero quaſi leo. Ad hæc, panthera omnium ferarum eſt, velociſſima. Igitur dũ dicitur dicitur Deus ſimilis panthæræ, ſiue *leænæ*, inplicatur ſeueriſſima, & citiſſima punitio *Ephraim* quæ quidem per Aſſyrios facta eſt. Et quoniam non ſolum eſt panthera truculentiſſimum animal, aliiſque viribus præſtãtius, verũ & in edẽdis vocibus, & rugitu omnibus terribilius, iuxta illud Iob, Rugitus leonis, & vox leęnę. Ac rurſũ, Sicut fremitus leonis, Ita regis ira, Deus inuoluit, non ſolũ in captiuitatem abducendũ Ephraim: ſed etiam multis conuitiis, & contumeliis impetẽdũ, & afficiendũ. Ac ſi apertius dicat, Non ſolum vulnera infligent Aſſyrij, & in captiuitatẽ redigẽt Ephraĩ; verũ & cõtumelioſis, & opprobroſis verbis, & minis agent cum eo. *Et quaſi catulus leonis domui Iuda.* Mitius agẽdum cũ domo Iuda ſignificat, eam tamẽ plectendam prædicit, Nam *catulus leonis* nõ perinde crudelis eſt, atque panthera. *Ego capiam, & vadam, & tollam.* In metaphora perſiſtit *leænæ, & catuli*, è quorum vnguibus nemo poteſt eripere prædam, quamuis ſingula verba diſpunctione egent Ego, inquit, non caſus, aut fortuna *capiam* bello. Atque

*Notabis peccata noſtra mereri vt Deꝰ nobis efficiatur quaſi leæna propter catulos ferociſsima, et velut catulus Leonis cui vt iã grãdiori mater nõ affert cibũ atque propterea eſt famelicꝰ.*
*Iob 4.*
*Prou. 20*

vt

vt optime obſeruant Interlinearis,& Haymo,ſubaudi, per meos miniſtros. Neq; in ſuis viribus ceperunt eos Chaldæi, vel Aſſyij, ſed Deus omnipotens propter iniquitates eorum comprehẽdet eos. Vnde neque ipſi etiam hoſtes parcere eis, irato Domino potuerunt *et vadam* cum eis, vt etiam in captiuitate poſiti, præſentiam meæ vindictæ ſuſtineant, contra

*Ioan. 10.*

quem peccauerunt. *Et tollam eos*, de propria terra, vt in captiuitatem, abducã. E*t non eſt, qui eruat.* Sic Seruator noſter ait apud Ioannem, Nemo poteſt rapere de manu patris mei Et

*Iob. 9.*

apud Iob, Cuius iræ reſiſtere nemo poteſt, ſub quo curuantur, qui portant orbem. *Vadens, reuertar ad locum meum.* Semel incœptam metaphorã ſeruans, nonnulla inculcat obſeruatione digniſſima. Quemadmodum, inquit Deus, mos eſt his feris, cum venatæ fuerint quippiam, in priſtina loca redire, ibique ſi recreare à labore, quem ex venatione ſuſceperant, Ita ego, vbi vobis per hoſtes bellũ intulerim, reuertar ad locũ meum. Sunt tamen ſingula verba conſideranda. *Vadens* ait. Quo poteſt abire Deus, cũ vbiq; præſens ſit? Nunquid non cœlũ, & terrã ego impleo. ait apud Ierem. Quis ſit hic locus,

*Iere. 23.* *Nunc Dominus dicit ex vrbe veſtra & ex prouincia diſcedo in cœlũ qui eſt propriè locus meus ita & ab hoſtibus èxſcindebum.*

bifariam explanat D. Hiero. dicens Locum Dei magnificentiam, & maieſtatem eius debemus accipere, vt nequaquam pro diſpenſatione deſcendat ad homines, iraſcatur, miſereatur, obliuiſcatur, fiat, quaſi panther, vertatur in leonem, mutetur in beſtias: ſed res ſpernat humanas, & permittat, quos antea ꝓtegebat, hoſtibus ſubiacere, vt tabeſcant, & deficiãt, & intereant. In eundem modum expendit Haymo. Theodoretus etiã partim eſt in hac ſententia, licet paucioribus rem abſoluit, dicens, V*adens reuertar ad locum meum*, id eſt, vbi vobis bellum intulerim, apud me in reliquum ero, nullam pro vobis curam ſuſcipiam. Neque ab hac explanatione diſſentire videtur Lyranus. Ait quippe, *Vadens reuertar in locum meum*, ſubtrahendo ab vtroque regno ſubſidium meũ. Secundò, per lo*cum*, inquit D. Hieron. poſſumus cœlum intelligere, vt nonnulli intelligunt, quo offenſus Deus ab his, qui in terra habitant, reuertitur, & eos faciet diſperire, qui clementiſſimum Dominum magnitudine peccatorum in ferarum ſibi rabiem cõuertunt. Nõ mihi etiam eſt ingratus Carthuſianus, ſic diſpungens, *Vadens*, id eſt, vltione facta, à vobis recedẽs per gratiæ, atque ſubſidij ſubtractionẽ, *reuertar ad locum meum*, id eſt, in memetipſo quieſcam. Locus enim ipſius Dei diuinitas eius eſt, quia nihil extra eam eſt, quo contineatur. Hinc antiqui philoſophi dicũt, infinitũ fulcire ſeipſum. Theologi etiã quærentibus,



quærentibus, Vbi erat Deus ante mundi creationem, reſpondent, In ſeipſo. Vellem tamen, pius, & per quam doctus vir progrederetur vlterius, & nobis aperiret, quid ſequetur incommodi, & damni his populis, ex eo, quòd Deus ad ſe ipſũ, tanquam ad locum ſibi proprium, redeat. Quærimus hoc, nã hæc verba, *Vadens reuertar in locum meum*, proferri à Deo in punitionem Ephraim, & Iuda, & quaſi ex hac reuerſione, & reditu ſint maximum nocumentum accepturi, nõ dubitamus. Fiet autem hoc perſpicuum his, qui animaduerterint, hæc omnia Dei verba eſſe plena minis, & ſuppliciis. Paucis rem abſoluemus. Opinor, Deum voluiſſe ſignificare, hac reuerſione ad ſeipſum, non ſecus ſe acturum cum his populis, ac ſi ab ipſo non eſſent conditi, & fabricati, neq; in rerũ natura exiſterent. Nã cum Deus in omnibus rebus ſit, idem eſt, Deũ ab aliquo abeſſe, quod ipſum non eſſe, vel nõ exiſtere. Tetigerunt quodãmodo, aut ſaltẽ ex parte Theodoretus, dicẽs, *Vadens, reuertar ad locum meum*, id eſt, nullam pro vobis curam ſuſcipiam, & Theophylactus, dicens, his implicari, Deum negaturũ prouidentiã iſtis populis, quæ ipſi erat erga eos. Hãc explanationem eſſe maxime amplectendam ſatis aperte oſtendit vſus loquendi Scripturæ, quæ per diuini vultus auerſionem Deũ iratum, creaturaſq; ab ipſo Deo deſtitutas ſignificat. Vt, Auertente te faciem turbabuntur, id eſt, Si iratus fueris, & cura tua deſtitueris, cõtinuò turbabuntur. Et illud, Dorſum, & nõ faciem oſtendam eis in die perditionis eorũ.

*Deus ante mundi fabricã erat in ſeipſo.*

*Pſal. 103.*

*Ierem. 13.*

*Donec deficiatis.* Hebraice eſt, vt obſeruant Vatablus, & alij recentiores, donec ſe in culpa eſſe agnoſcant. Cæterùm cum æditio Vulgata ſit, & amplectenda, & præferenda, iuxtà eius lectionẽ explanemus. *Deficere* ſumpſit, pro diſperire, in quem modũ habent Septuaginta, aut pro interire, & ita eam vocẽ videtur explanare D. Hieron. Lyranus ſic, *Donec deficiatis*, capti videlicet ab aduerſariis. Carthuſianus in eundem modũ videtur expendere. Ait quippe, D*onec deficiatis*, victi ſcilicet ab hoſtibus. Theoph. pro *deficiatis*, legit, exterminãtur, & eam vocem expendens, inquit, Extinguamini per nos. Omnes iſtæ explanationes in idem fere recidunt. D. tamen Hieron. & Gloſſa ſecus diſpungunt verbum *deficiatis*, neque inepte, licet eorum explanatio videatur magis ſpectare ad tropologicam intelligentiam, quam ad literalem. Vnde diuus Hieronymus, dum ſpirituali ſenſui nauat operam, eam adhibet in hunc modum dicens, D*eficiatis* in impietate. Et Gloſſa, D*eficiatis*, à malo videlicet, quod idẽ eſt. *Et quæratis faciem meam.*

Trifariam

Trifariam exponuntur hæc verba. D. Hieron. quem ſequuntur Gloſſa, & Haymo, ait, Iudæos quæſituros faciem Dei per pœnitentiã. Cæterùm cũ non dixerit Deus, *Donec quæratis me*, ſed *Donec quæratis faciem meam*, aliud hic implicatum ſuſpicor & quamuis, quod inquit Sanctus Doctor non ſit reiiciendũ, ſed amplectendum, aliud etiam addendum eſt. Secundò igitur, & aptius ſic diſpungemus. *Donec quæratis faciem meam*, nõ Aſſyrios, aliaque humana præſidia: ſed *faciem meam*, vt videlicet vos benignè reſpiciam, aut vobis faueam, & meam exeram in vos bonitatem. Quibus enim fauemus, illos ſuauiter reſpicimus, & vultu animi beneuolentiam teſtante intuemur. In quos autem irati ſumus, vel tornè, & cum ſupercilio aſpicimus, aut faciem auertimus. Hiſpanè dicere ſolemus, *A' fulano no ay quien le vea la cara, parece que le deuen, y no le pagan.* Vnde Carthuſianus bene explanat, dicens, *Quæratis faciem meam*, id eſt, pietatis meæ reſpectum. Quoties ergo in ſacris bibliis legeris, Oſtende nobis faciem tuam, & Illumina faciem tuam, aliaque id genus, nihil aliud implicari his locutionibus ſcias, quàm Dei fauorem, & diuinæ beneuolentiæ declarationem. Tertiò, ſic explanat Theodoretus, eſtq; mihi perquam grata expoſitio. Cum hæc fient, meam curationem requirent, inter ſeſe adhortabuntur ad ſupplicationes mihi, correctiones inducent faciendas, vt eorum vulneribus commodã medicinam adhibeam. Sequitur & hanc expoſitionem Theop. Si oculos conuertas ad ea, quæ ſuperius dixerat, nempe, *Vidit Ephraim languorem ſuum, & Iudas vinculum ſuũ, & miſit ad Aſſur, qui non poterit ſanare vos*, appoſitiſſime ſeruant metaphoram, Deum componentes cum peritiſſimo medico, qui vulneribus ab omnibus deſperatis mederi valeat. Hæc autẽ partim iam completa ſunt. Nam duæ tribus Deum quæſierunt prope finem captiuitatis Babyloniæ, partim verò iuxtà finẽ mundi complebitur. Tunc enim decem tribus conuertentur & faciem Dei ſui quærent.

*Vultus animi beneuolentiæ teſtis.*

## *Obſeruationes ad componendos mores.*

EGo *quaſi leæna Ephraim*. Benedicta abyſſus miſerationum Dei mei. qui, cum maximè in peccatores iraſcitur, miſericordiæ recordatur. Hinc crebro eum leonem vocat Scriptura, Ecce, vicit leo de tribu Iuda, dicitur in Apocalypſi. Cur putas Deum leonem vocari? Certe, vt animi ſui clementiam detegeret in peccatores, ſi coram diuina maieſtate ſe proſternãt. Ea

*Apoca. 5.*



Ea enim eſt leonis conditio, teſte Plinio, vt ex omnibus feris ei tantum clementia ſit in ſupplices, & proſtratis parcat, atque in infantes non niſi magna fame ſæuiat, ſago contra ingruentis impetum obiecto, eiuſque caput operiente, miteſcat, maximéque precibus cõmoueatur ad miſericordiam. Vnde referre non grauabor, quæ ipſe Plinius ſe à captiua Getuliæ audiſſe inquit, nẽpe multorum in ſyluis impetum à ſe mitigatum alloquio auſæ dicere, ſe fœminam profugam, infirmã, ſupplicem animalis omnium generoſiſſimi, cæteriſque imperantis, indignã eius gloria prædam. Quoties ergo Deũ in nos iratũ experimur, oculos mentis aperiamus, vt agnoſcamus, hoc vnũ nobis ſupereſſe remedium, nos videlicet deiicere, humi proſternere, preceſq; fundere cum lachrymis, infanteſque proſternere corã eo, vt parcat. Vt enim aperiret nobis, his eſſe ad miſerationẽ cõmouendum, ſe leonem vocat Deus. Agnouerunt hoc Iudæi conſpicientes Deũ iratum, ſiquidẽ, obſidente eos Holoferne, clamauit omnis populus ad Dominũ inſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis, & orationibus ipſi, & mulieres eorum, & induerunt ſe ſacerdotes ciliciis, & infantes proſtrauerunt contra faciem tẽpli Domini, & altáre Domini operuerũt cilicio. Quid hæc omnia oſtendunt, niſi Deũ mitigandum eſſe, cum deſæuit in peccatores, quemadmodũ leo in homines deſæuiẽs: Leo, iniecto, ſago ſuper oculos, manſueſcit, & Deus, inſpectis ciliciis hominibus circundatis, etiã miteſcit. Leo precibus flectitur ad miſerationẽ, Deus etiã oratione commouetur ad pietatem. Infantibus parcit leo, & corã diuina maieſtate populus Iudæorum infantes ꝓſternit, vt eũ ad miſericordiã alliciant. Quid his omnibus geſtiunt, niſi Deũ ſimillimum eſſe leoni? Neque eos fefellit ſpes. Nã Deus miſertus eſt eorum, & per manus Iudith eos liberauit. Monerem ego, cum aliqua ciuitas, vel domus, aut perſona calamitatibus ſe iactari, aut impeti cernit, in memoriam reuocet, Deũ eſſe leonem, atque non ſecus, atq; leonem, eſſe exorandum, hinc diſceret ad lachrymas, pœnitentiam, & orationẽ eſſe confugiẽdũ, infanteſq; proſternẽdos, corã iſto leone, vt parcat. Agnouit & hoc ſanctus ille Daniel. Hinc ad Deũ inquit, Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam: ſed in miſerationibus tuis multis. Non inquit ſanctus propheta, Preces noſtras in cœlũ leuamus, aut erigimus, ſed ꝓſternimus. Ac ſi apertius dicat, Tu, inſtar leonis, humi deiectis, & proſtratis parcere Domine ſoles parce ergo nobis, qui quantum

*Quamuis ſæuiſſimũ ſit animal Leo, ſolus tamen preces intelligere & audire exiſtimatur, Et vbi ſæuit in viros prius quam in fœminas fremit, in infantes non niſi magna fame. Plin. li. 8. c. 16.*

*Iudith. 4.*

*Dan. 9.*

*Iratus recolas quæ ſit tructa Leonis, in ſibi proſtratos ſe negat eſſe ferã.*

quantum poſſumus nos, demittimus in terram. Significauit & hoc non ineleganter Regius Pſaltes, dum ſe compoſuit cum nycticorace. Factus ſum, inquit, ſicut nycticorax in domicilio. Nam quemadmodum nycticorax, ſiue noctua, fugiens aliarum auium cõſortia, habitat in ſecreto aliquo loco domicilij, lucẽ, & cõſpectum hominum odiens, noctibus vigilat, ac grauiter cantat, velut edens canticum lugubre. Sic inquit Dauid, ego lucem, & hominum aſpectum effugiens, per noctẽ vaco fletibus, & lugubres gemitus è pectore haurio. Sed cur, bone rex, te potius cum noctua, quam cum cæteris auibus cõponis, dum agis pœnitentiã, & Deum placare contendis? O retruſam diuini Pſaltis ſapientiã. Videbat Dauid, Deum, in ſe ob peccata iratum, deſæuire, vt leonem. Hinc ac ſi rugientem leonem Deum coram ſe cerneret, ſe veluti noctuam intuendum diuinis oculis obiicit. Ac ſi apertius oſtendat, diuinã irã cedere pœnitentiæ. Nã antiqui, pingentes leonẽ, & ſuperuolantẽ noctuã, ſignificabant vires, & fortitudinem ſeparari à ſapientia. Leo enim fortitudinis eſt ſymbolum, noctua, verò Mineruã, ſiue ſapientiã ſignificat, ꝙ ea auis noctu inuigilet, & ſapientiæ ſtudioſi noctu lucubrandi, & contẽplandi muneri incũbãt. Sed Dauid, ꝙ Philoſophi ad ſapientiã ſignificandã excogitauerant, ad pœnitentiã retorſit. Vnde cum ait. Factus ſum ſicut nycticorax, idem eſt, ac ſi dicat, Tu Domine veluti fortiſſimus leo, vindictã ſumis de peccatoribus, neq; aliud pfugium inuenio, quã me tibi obiicere gemebundus, & peccata deflentẽ, ac ſimilẽ nycticoraci, ne me ob peccata mea perdas, & ad miſerationẽ te cõmoueã. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ Dñcæ. 21. poſt pentecoſten, in hæc verba, Procidens autẽ ſeruus ille, orabat eũ. Cur procidens adorabat? Quoniã agnouit Deũ ſe cõparare leoni, ꝙ proſtratis, & miſericordiã petẽtibus parcat. Quadrat & in Euang. Diuæ Mariæ Magdalenæ, in hæc verba. Stans retro ſecus pedes eius. Cur pedib. Chriſti prouoluitur Magdalena Certè, qa agnoſcebat, eũ clementiſſimum eſſe in ſupplices, ac propterea leonem vocari in ſacris Bibliis.

*Prudentiæ ſymbolum noctua, olim Athenienſium inſignes ac Mineruæ ſacra nummi propter oculos cæſios. Calius li.10.c.2. Pierius 20. Hierogl. vide. Gyral. Synta.11. & Georgium Pictorem Apotheſeos.*

¶ *Ego quaſi leæna Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Iuda.* Seueriorẽ ſe exhibiturũ Ephraim, quã domui Iuda, his verbis ſignificat. Fortior enim, & truculentior eſt *leæna*, quã catulus eius. Sæpius hoc obſeruaui, & quoties ſe obtulerit occaſio, obſeruabo. Nã ſi Deus tuus id te crebro admonet, & ſuis actis ſignificat, nõ eſt, cur id ego ſilentio prætereã, ac maximè homines hanc in rẽ plerũq; ne dicã ſemper, delinquant. Do-

cet



cet ergo Deus tuus, pro varietate criminis, culpæq; grauitate eſſe delinquentibus imponenda ſupplicia. Grauius peccauerat Ephraim, ac propterea non vt catulus leonis, ſed vt leæna eum punit. Quẽadmodũ Chirurgus, ſarciens vulnus, non plura, neq; pauciora foramina acu in carne facit, vt conſuat carnis ſciſſuram, quã vulneris poſtulat magnitudo, & ſi ſecus faciat, nihil aliud, niſi dolorẽ, & nocumentum infert. Ita iudex, non parem pœnã delicto infligens, ſed maiorẽ, aut minorem, is non medetur vulneri reipublicæ, ſed truculentius illud reddit, & periculoſius. Non ſunt aliud leges, quam vaſa quædam pœnarum plena, & acerbitatum, vt iudex refundat aut propinet delinquentibus, hæc autem non ſunt æqualia, ſed plus, minus vé capiũt, debetq; iudex animaduertere, quod nã pœnę vas accipit, ne, pro paruo magnum, aut pro magno paruum eligens, iniuſtus inueniatur. Voluit Deus punire filios Iſrael ob eorum crimina, & ait Ieremiæ. Deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Cum propheta deſcendiſſet in domum figuli, inuenit figulum facientem opus ſuper rotam. Et diſſipatum eſt vas, quod ipſe faciebat è luto, manibus ſuis, conuerſuſq; fecit ex eo vas alterum. Et factũ eſt verbum Dñi ad Ieremiã, dicens. Nunquid, ſicut figulus iſte, nõ potero vobis facere, domus Iſrael? Ecce, ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea. Repente loquar aduerſum gentẽ, & aduerſum regnum, vt eradicẽ, & deſtruã, & diſperdã illud. Nunc ergo dic viris Iuda, & habitatoribus Ieruſalẽ. Hæc dicit Dñs, Ecce, ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationẽ. Obſerua, Iudex, quid fecerit cœleſtis iudex, puniturus peccatores. Primo deſcẽdit in domũ figuli, vbi non omnia vaſa fabricantur æqualia, ſed quædam parua ſunt, & quædã magna, vt doceret, non omnes delinquẽtes eidẽ pœnę ſubiiciendos. Hinc & rurſus ſubiicit Deus, Ecce, ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationẽ. Duo inquit. Ego videlicet fingo malum, id eſt, quẽadmodum figulus varia, & non ſemper eadẽ capacitate conficit va. Ita ego diuerſa excogito in vos pœnarũ genera. Deinde inquit. Ego cogito cogitationẽ contra vos. Non ergo debet iudex abſq; matura conſideratione pœnam imponere, ſed eam prius debet in animo, & corde reuoluere, ne æquitatis excedat metã, & cum ſatis ſit deſæuire, vt catulum leonis in peccatorẽ, ſimilis ſit truculentiſſimę *leænæ*, Audi etiã, quid dicat apud Iſaiã. Non in ſertis triturabitur gith, neque rota plauſtri ſuper cymium circumibit, ſed in virga excutietur

*Simile.*

*Ierem. 18.*

*Non omnia delicta æqua & eadem pœna plectẽda ſunt*

*Iſa. 28.*

V gith,

gith, & cyminum in baculo, panis autem comminuetur, verum non in perpetuum triturans triturabit illũ. Ecce Deus tuus ſe cõponit cũ agricola, qui varia vtitur trituratione, dũ ſemina diuerſa mundat, neque omnibus leguminibus eundẽ impartitur triturandi modum. Quid nos ſumus, niſi varia ſeminum grana, ſata in agro Eccleſiæ? Hæc non ſunt æqualiter affligenda, ſed alia durius, alia mitius. Si ſatis eſt, virga percutere, cur dura ſupplicij rota delinquens vexandus eſt? Agnoſcat ergo iudex, quando virga vtendum eſt, quãdo baculo, quando ſerris, quãdo rota, vt optimi iudicis munus exequi cenſeatur. Hinc & apud Iob dicitur. Nunquid præbebis equo fortitudinẽ, aut circundabis collo eius hinnitũ? Terrã vngula fodit. Quid equus iſte adumbrat, niſi iudices, & magiſtratus, qui ingenti debẽt eſſe animo, & fortitudine muniti, vt peccatores puniant? Hi non aliud debent vehere, quam iuſtitiam, fœminam pulcherrimam, & quoties terram inuenerint, id eſt, peccatores terram ſapientes, eos debent cõculcare, & percutere. Sed quo percutiẽt? Obſerua, quod ſubiicit. Terra vngula fodit. Quid vngula adumbrat, niſi iudicis prudentiã, atq;, vt ita loquar, diſcretionẽ? Præcipitur ergo equo, hoc eſt, iudici percutere terram: cæterum non alio inſtrumento, quã vngula, quæ, vt ſancti Patres tradũt, diſcretionis eſt ſymbolũ. Quadrat obſeruatio in Euang. pro Doctoribus, in hæc verba. Vos eſtis ſal terræ. Quid ſal eſt, in terram proiiciendus, niſi correctio à prælatis, & iudicibus adhibita? Aduertat tamẽ iudex, & prælatus, quomodo ſalem vulneri apponat, quo etiã ſale vtatur. Nã cũ variæ ſint ſalis ſpecies, eſt enim, vt inquit Plinius, alius alio acrior, amarior, & ſiccior. Igitur ſi ſat eſt, adhibere ſalem parum amarum, cur amariſſimum imponet vulneri?

*Iob. 39.*

*Magnimita Iudicẽ dece ad puniendũ delicta.*

*Salis varij gradus & ſapores.*

*Donec deficiatis & quæratis faciem meam.* Duo hic ſunt implicata, quæ paucis abſoluam. Alterum eſt, obſerua, frater mi, quid Deus, tuus à te quærat, cum te flagellat, videlicet, quod deficias à malo, & impietate. Alterũ verò eſt, quòd Deũ tuum quæras, ad ipſumq; te conuertas. Inuenies multos, quòd ſine lacrhymis proferre nõ poſſum, ſimiles incudi, qui, quãto fortius ictibus impetitur, tantò redditur durius. Exemplo nobis eſt impius ille rex Aſa, qui, cum laboraret vehementiſſimo dolore pedũ, nec in infirmitate ſua quæſiuit Dñm. Quẽadmodum faba, teſte Plinio, aqua marina, aliaue ſalſa non percoquitur. Ita multos peccatores Deus non percoquit aquis amaris tribulationis, & quò flagellis eos mollire contendit,

*Simile.*

*2. Par. 16.*

*Simile.*

*Pli. li. 18. cap. 12.*



tendit, eo duriores fiũt. Donet Dominus, fratres mei, cor carneum nobis, & auferat cor lapideum, vt quoties calamitates immiſerit, peccata relinquamus, & faciem eius quæramus, qui eſt benedictus in ſæcula, Amen.

# CAPVT SEXTVM.

*IN tribulatione ſua mane conſurgent ad me. Venite, & reuertamur ad Dominum, quia ipſe cepit, & ſanabit nos percutiet & curabit nos. Viuificabit nos & viuemus in conſpectu eius: ſciemus, ſequemurque, vt cognoſcamus Dominum.* In hoc capite præcipuè deſcribitur diuinæ bonitatis miſeratio, & Iudæorum ad Chriſtum conuerſio. Quoniam prædixerat Deus, Iudæos diuinam quæſituros faciem, explicat modo, quo pacto quærent, dicens, *In tribulatione ſua.* Licet Gloſſa & Beda dicant, hæc poſſe aptari Iudæis preſſis, & afflictis à Chaldæis, & Babyloniis, & hæc ſententia non ſit omnino reiicienda, melius multo explanabimus, referendo ad tempus Chriſti, in quem modum omnes fere expoſitores hunc locũ expendunt. Et quãuis Lyranus contendat tribulationẽ iã aſſe peccatorum ſuorum pœnitentiam, quem ſequitur Carthuſianus, Rupertus, ſecus eſt hæc vox *tribulatio* explananda, & in propria ſignificatione accipienda, videlicet pro animi anguſtia, eaque grauiſſima, quam non ſolum paſſi ſunt, dum Chaldæi eos in captiuitatem redegerunt, ſed & modo patiuntur. Nulla enim Iudæis, & Iſraelitis maior, diuturnior & grauior calamitas accidit, quã ea, in qua nunc ſunt, poſtquam à Tito poſt Chriſti mortem, & reſurrectionem victi, oppreſſi, atque abducti fuerunt, quam iam amplius mille, & quingentis perferunt annis, in ſumma vitæ miſeria, in maxima veri Dei ignoratione, in maximis tenebris, & miſerrima animarum cæcitate æuum agentes. *Mane* Diuus Hieronymus, quem ſequuntur Haymo, & Carthuſianus, ſic diſpungit *mane*, id eſt, orto eis lumine pœnitentiæ, vel ſpiritualis diei aurora, videlicet mox illuſtrante eos gratia Spiritus ſancti, qui illuceſſere facit ſpiritualem diem in anima, pulſis procul tenebris ignorantiæ, & peccatorũ, iuxta illud Prouerbiorum. Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplẽdens, procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem. Lyranus opinatur, iſtud *mane* eſſe tempus S Ioannis Bap. quo multi Iudæorum, Baptiſta

*Omniũ grauiſſima Iſraelitæ gẽti clades & miſeria fuit Ieroſolymæ excidiũ à Tito Veſpaſiani filio quod ampliſſime deſcribunt, Ioſep. li. 7. de bello Iudaico. ca. 12. Egeſip. li. 5. c. 2. Euſeb. lib. 3. cap. 5.*

*Pro. 4.*

prędicăte baptiſmum pœnitentiæ,conuerſi ſunt,& pœnitentiā egerunt. Iudicat enim,illud præcurſoris tempus eſſe *mane*
Rom. 13. quia eſt prĩcipiũ tẽporis gratię,quod quidẽ gratię tẽpus dies appellatur ab Apoſtolo. Nox,inquit,præceſſit,dies autẽ apꝓpinquauit. Cæterum ſub hac voce mane nihil aliud myſterij
Prou. 1. latere opinor,quam Iudæos,& Iſraelitas ſumma diligentia, & ſolicitudine Deum inquiſituros,aut confeſtim, ſiue celeriter. Nam cum *mane* ſit prior diei pars,merito eo loquendi tropo ſignificatur,nõ oſcitãter,& negligenter Deũ à Iudæis quærendum. Qui enim primo diei tempore aliquid quærũt, non ſegniter in ea inquirenda re ſe gerere ſatis apertè oſtendũt. Sic & apud Prouerbia dicitur. Inuocabunt me,& nõ exaudiam,mane cõſurgent,id eſt,ſolicite,& diligenter quærẽt, & non inuenient me. Sic etiam apud Ieremiam Dominus ait Miſi ad vos ſeruos meos Prophetas,mane conſurgens,id eſt non ſocorditer,ſed diligenter ſtudui, vt prophetas tẽpeſtiue mitterem. Non latuit D. Thomam hic explanandi modus. Nam expendens illud carmen Pſal. 5. Mane exaudies vocem meam,inquit, *Mane*,id eſt,celeriter, quaſi dicat tempeſtiue. Hoc enim ſperare debemus de Deo,quod cito exaudiet. Tetigit & Theophylactus,dicens,Matutino ad ipſum temporè veniunt,pro accelerant. *conſurgent*,vel â vitiis vt placet Interlineari,vel *conſurgent ad me*,erigendo ſe ab imis ad ſumma,à terrenis ad ſuperna,dignoſque pœnitentiæ fructus agendo, vt placet Carthuſiano. *Venite & reuertamur ad Dominũ.* Elegãti proſopopæia deſcribit pœnitentiam horum. *Venite*, non tam greſſibus corporis quam animi. Sunt autem iſti greſſus ſancti affectus cordis,actiones fidei,ſpei,& charitatis. *Et reuertamur ad Dominum*,quẽ reliquimus peccando. *Quia ipſe cæpit.* Ecce,nõ dicunt,ſe captos à Chaldæis,aliiſque exteris hoſtibus ſed à Deo,in primum captiuitatis auctorẽ oculos cõuertentes. *Et ſanabit nos.* Bene Lyranus vno verbo explicuit,qumodo ſanandi ſunt,ſubiungens,*Sanabit* ſpiritualiter temporaliter. *Percutiet & ſanabit nos.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem aſſeuerationem. Dum vero inquit, *Percutiet*, futurum poſuit pro præterito,quod frequens eſt in Scriptura,vt ſæpius diximus. Vnde & Theophylactus, pro *percutiet*, habet, percuſſit. *Viuificabit nos poſt duos dies.* Locus hic ſubobſcurus eſt,atq; propterea varie explanatur. Primum nos perpaucis aliorum expoſitiones aſſeremus,deinde & quid ſentiamus, dicemus. Reiecta igitur Hæbreorum falſa intelligentia,qui fruſtra vt inquit Diuus Hieronymus, mille annorum ſibi ſomnia

*Non frigide aut oſtanter ſed manè & diligenter quærendus eſt Diuus.*



omnia pollicentur,cum hic ſalus die tertio repromiſſa ſit, qua Dominus ab inferis reſurrexit. Illi quippe diem ſecundum referunt ad aduentum ſui Chriſti, diem verò tertium ſui aduentus ad iudiciũ,quo ſaluandi ſunt. Quod vt cõcedamus,reſpõdeãt nobis quæ ſit dies prima,hoc eſt, primus ſaluatoris aduentus. Et cum reſpondere nõ potuerint, inferamus primũ diẽ eſſe,iuxta quod ipſi volunt,in humilitate ſaluatoris aduentum ſecundum in gloria,tertium in habitu iudicantis. Qui autẽ ſecundum,tertiumq; ſuſcipiunt, primum ſe perdidiſſe,teſtantur,quia ſecundus,& tertius ſine primo non poteſt appellari. Duo itaque iſti dies,poſt quos viuificãdi ſunt Iudæi,ex Diui Hieronymi ſententia,duo Chriſti aduentus,alter ſecundum carnem,alter,cum ſurrexit in gloriã ſunt. In his duobus aduentibus,veluti mortui,iacent Iudæi, ſed tandẽ tertia die,hoc eſt,cum venerit Chriſtus iudicaturus,Iſrael,& Iuda,id eſt,omnes duodecim tribus ſuſcitabũtur,quia credent in Chriſtum à mortuis reſurgentẽ. Carthuſianus exiſtimat,iſtos duos dies eſſe tempus ante legem, & tempus ſub lege Gloſſa per primum diẽ intelligit tempus à principio mundi vſque ad Chriſti aduentum: per diem ſecundum tempus aduentus Chriſti, in quo viuificamur per fidẽ,per tertium vero diem tẽpus generalis reſurrectionis, quando reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratũ corpori claritatis ſuæ. Lyranus & Interlinearis per hos duos dies ſolum intelligunt illos duos dies mortis & ſepulturæ Chriſti,poſt quos tertia die Chriſtus reſurrexit,cuius reſurrectio eſt principium reſurrectionis noſtræ,ac propterea ſubditur, *Tertia die ſuſcitauit nos.* Theophylactus,& Theodoretus quos nonnulli recentiores ſequuntur,exiſtimant, propter facilitatẽ dici *poſt duos dies*,quoniã Deus no indiget diutina circuitione ad curam:ſed ſtatim exhibebit accumulatam ſanitatem. Hæ ſunt præcipuè explanationes iuxta literalem intelligentiam,quas ex variis expoſitoribus collegimus. Omittimus verò alias referre,quoniam magis ad myſticã intelligentiã,quàm ad literalẽ ſpectare videntur. Video enim, D. Auguſtinũ Sermone 90. ſecus expendere, & Diuum Bernardum,Sermone paruo. 5. Quæ harum explanationum ſit præferenda,paucis dicam. Primò temerarium iudico,negare hæc verba, *Viuificabit nos poſt duos dies, & tertia die ſuſcitabit nos*, iuxta literalem intelligentiam eſſe referendã ad reſurrectionem Aſſertoris noſtri. Omnes enim expoſitores, tum Græci, tum Latini,germaniſſimo ſenſu literali dicunt, hoc oraculũ

*Tertia dies illa eſt per quã à Deo ſanamur viuificamur ſcientia diuina replemur & Chriſtum ſequentes ſimul corã eo Ieroſolimam aſcẽdimus.*

Aug. to. 10. Serm. 90.

 qua-

quadrare in eam. Secũdò, explanatio alia à Theodoretó, explanatio alia à Theodoreto, & Theophylacto adhibita, ſignificari nempe his verbis, *poſt duos dies*, celerrimè ſubueniẽdum calamitatibus Iudæorũ, quã expoſitionẽ vna cũ nuper dicta amplectuntur, nõ eſt omnino reiicienda. Eſt enim conſuetudo Scripturæ, biduo aut duorũ dierũ ſpatio breuiſſimũ tempus, menſis vero nomine breue, dierũ autem appellatione, longius tẽpus ſignificare. Vt apud Numeros, Si vero biduo, aut vno mẽſe, vel diebus fuiſſet nubes ſuper tabernaculum, &c. nihil aliud ſignificatur, quam ſi dixiſſet, Siue paruo, ſiue lõgo tempore fuiſſet nubes ſuper tabernaculũ, &c. Cum itaque inquiũt Iudæi, *poſt duos dies*, hoc innuere videntur, fuiſſe per quam breue calamitatum tempus, ſi cũ eo conferatur illud in quo multa acceperunt beneficia à Deo. Ac ſi apertius dicant, Longè exuberantior eſt beneficiorum diuinorum multitudo & amplitudo flagellis, & tribulationibus, quæ perexiguæ ſunt cõpoſitæ cũ miſerationibus Dei. Hæc omnia licet veriſſima ſunt, & toto animo cõplectenda, nõnihil addẽdũ eſt ad exactiorẽ intelligentiã cõſequendam. Opinor, hæc verba, *viuificabit nos poſt duos dies*, reſpondere metaphoræ ſuprapoſitæ de *leæna*, & *catulo leonis*. His énim ſe Deus comparauerat, dicens, *Ego quaſi leæna*, &c. Et quoniam leæna, teſte Iſidoro, filios recens natos, dormientes, velut mortuos ingenti rugitu, & fremitu excitat & ſuſcitat, Ad hunc eundem modũ dicunt Iudæi, ſe à Deo ſuſcitatos. Sunt autem iſti rugitus, & fremitus acerbitates tribulationũ ſunt etiã clamores illi validi, & lachrymæ in agone crucis pro peccatorib⁹ fuſæ eſt & fremitus hic ſuprema illa poteſtas, qua mortui reſurgent ad iudicium. Igitur, cum dicunt Iudæi, *viuificabit nos poſt duos dies*, idẽ eſt, ac ſi dicant, Dño reſpõdẽtes, Ita eſt Domine ꝙ tu, inſtar leonis, deſæuis in peccatores, cæterũ ꝙ maximè quęris dũ punis, eſt peccatores ad vitã gratie reducere, eorũque oculos aperire, vt videant, vbi iaceant, vt te, veluti parẽtem, agnoſcant. *Et viuemus in conſpectu eius*, vita videlicet gratię, & gloriæ, dicũt Interlinearis, Lyranus & Haymo. Neque mihi diſplicet explanatio, quãuis eo loquẽdi tropo dicere poſſumus, implicari Iudæos multis beneficiis diuinis cumulãdos. Quemadmodũ enim, Deũ auertere faciẽ ab aliquo, inuoluit, eſſe à Deo deſtitutum, & iram Dei deregit, Ita viuere in conſpectu Dei, aperit, Deũ ſe munificum, & fauorabilẽ exhibere. Video, Theodoretum, & Theophylactũ, & Rupertum hæc verba diſpũgere de reſurrectione, ꝙ tũc, vt inquit Apoſto-

*Num. 9.*

*Leæna poſt partum catulos dormientes profundo ſopore velut mortuos ingenti rugitu & fremitu excitat. Iſid. li. 12 Ethym.*



Apoſtolus, non ex parte cognoſcemus, ſed cognoſcemus, ſicut & cogniti ſumus. Cæterum melius explanabimus, referendo ad tempus gratiæ vti explicuimus. *Sciemus, ſequemurque vt cognoſcamus Dominum*. Sinigficatur hic, vt optime obſeruãt D. Hierony. & Theodoretus, omni ſtudio, & promptè Iudæos ſectaturos Dominum.

*1. Cor. 13.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum inſtitutionem.*

IN *tribulatione ſua mane conſurgent ad me*. Ecce duo emolumenta eaque pretioſiſſima orta ex tribulatione, alterũ eſt peccatoris reſurrectio à peccato, alterum verò ſumma diligentia, & ingenti ſolicitudine Deum quærere. Quoties ergo frater mi, te preſſum videris, & circundatum calamitatibus, reuoca in mẽtem, eas nihil aliud eſſe quã diuinas voces, quibus te Deus tuus excitat, & ſuſcitare deſiderat à lecto vitiorũ, in quo dormiẽs iaces & nõ ſecus, atq; manu apprehẽſa, in auribus tuis clamet, dicẽs, Surge, qui dormis & illuminabit te Chriſtus. Quemadmodũ enim peritus medicus, videns ęgrotũ, quod apoplexia laboret, ſtupentem, & ingenti ſomno correptũ, nares torquet, & aures brachia, & crura funiculis adhibitis premit, vt expergiſcat, quòd ſi hæc nõ ſufficiant, auſteriora, & ſeueriora excogitat remedia, vt ad ſenſum reducat lethargicũ, Sic Deus acerbioribus calamitatib⁹ vtitur ſi quas immiſit, cernit, nõ proficere. Hinc Sapiẽs ait, Noli cũctari in tẽpore anguſtię, id eſt, ne pigreſcas, & ſegniter te geras, cũ te affligit tribulatio. Cur id cõſulis Sapiens? Ne acrior ingruat calamitas. Quãdo enim parua non ſat eſt, addit De⁹ maiorẽ atque maiorẽ, donec peccator reſipiſcat. Quod ſi peccator in impietate perſiſtat timeat, quoniam ad extremã miſeriã deuenit ſimiliſque effectus eſt impiiſſimo regi Achaz: de quo inquit, Scriptura, Tẽpore anguſtiæ ſuæ auxit Achaz cõtemptũ in Dñm, quod extrema dementia eſt. Si enim Regius Pſaltes calamitates iudicat, frænum eſſe plus quam ferreum, vt homines à peccatis reuocentur, & Deum quærant, Imple facies eorum, inquit, ignominia, & quærent nomen tuum Domine, quid, quæſo de his dicemus, qui, aliis, atque aliis calamitatibus repleti, in vtrãque aurem dormiunt? Multoties, inquit Diuus Gregorius, culpas commiſſas non cognoſcimus, & peccatorum mens tãto amplius tenebreſcit, quanto neque damna ſuę cæcitatis intelligit. Vnde fit

*Epheſ. 5.*

*Simil. Apoplexiá eſt opilatio omniũ vẽtriculorum cerebri ab humiditate phlegmaticó vt plurimum non permittẽs ſpiritũ animalem diffundi vnde corpus priuatur ſenſu & motu.*

*Ecc. 10.*

*2. Para. c. 28.*

*Pſal. 82.*

*Gegor. 6. Moral. c. 17.*

*Ignominia reatũ fatericogit culpæ.* pleruncq; diuini muneris largitate, vt culpã pœna, vel ignominia ſequatur, vt oculos delinquentis aperiat, quos inter vitia ſecuritas cæcabat. Torpens quippe animus percuſſione tãgitur, vt excitetur, quatenus, qui ſtatũ ſuæ rectitudinis ſecurus perdidit, afflictᵘ cõſideret, quo iacet. Sic filij Iſrael in
*Nehe. 7. & 9.* tempore tribulationis ſuæ clamaſſe ad Dominum legimus, contra verò cum requieuiſſent, fuiſſe reuerſos, vt facerẽt malum in conſpectu Domini. Et Iſaias ait, Domine in anguſtia
*Pſal. 31.* requiſierũt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Vides, quãdo filij Iſrael doctrinã Dei ſunt amplexati, quãdo videlicet anguſtiis, & tribulationibus ſunt circũſepti? Regius etiã Pſaltes inquit, Quoniam die, ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in ærũna mea, dum cõfigitur ſpina. Ecce, ſpina punctus calamitatum, & tribulationum,
*Tribulatio eſt frænũ quo peccatores ad Deũ conuertuntur.* conuertitur Dauid. Et oculis mentis cernens, tribulationem eſſe frænũ, quo peccatores ad Deum conuertuntur, inquit, In chamo, & fræno maxillas eorum conſtringe, qui nõ approximant ad te. Ionas etiam ait, Cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum. Quinam primum conuenerunt ad Dauid, & quorum, quæſo, primum factus eſt prin-
*Ionæ. 2.* ceps? Cõuenerũt, inquit Scriptura, ad Dauid omnes, qui erãt
*1. Re. 22.* in anguſtia cõſtituti, & amaro animo, & factus eſt eorũ princeps. In eundẽ modũ afflictorum hominum Chriſtus factus eſt præcipuè princeps. Hi enim præ cæteris ad Deum confugere ſolent. Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti
*Pſal. 66.* nos in refrigeriũ. Quid vocat ignem, & aquam, niſi maximas tribulationes, quas paſſi ſunt filij Iſrael? Sed cum, quaſi aqua inundante, demerſi ſunt, eos eduxit in refocillationem Deus.
*Simile.* Quemadmodum enim ficus Ægyptia, cõtra naturã omnium arborum, coniecta in aquam, ſtatim ſubmergitur, ſed poſtquã imbibit aquam, & repleta eſt, reaſcendit, & ſupernatat. Ita homo veluti in gurgitem calamitatum proiicitur à Deo, vt earum hauſtu reſurgat. Sed obſerua, frater mi, quãdo *cõſurgũt filij Iſrael* à peccato, vt querãt Dominũ, *mane* videlicet, id eſt, celeriter. Noli ergo tu ſegniter conſurgere. Sic conſurre-
*Exod. 2.* xiſſe filios Iſrael inuenimus. Poſt multum verò tẽporis mortuus eſt rex Ægypti, & ingemiſcentes filij Iſrael, propter opera vociferati ſunt, aſcenditque clamor eorum ad Deum. O ingẽtem, & execrandã populi huius cæcitatẽ, qui cũ, præmẽtibus eos laboribus & operũ anguſtiis, debuiſſẽt ad Deũ confugere, & à peccatis reſurgere, diu flagellari tulerunt, & ad Deum ſe conuertere diſtulerunt. Poſt multum vero temporis,



poris, inquit, exſpectarunt enim, donec clamitatum aceruus
nimis creuit. Quemadmodum nauis vehementioribus im- *Simile.*
petita, velocius penetrat portum, Ita homo, flantibus calamitatibus, debet feruentius Deum quærere. Multiplicatæ ſunt
infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt, inquit Regius *Pſal. 15.*
Pſaltes. Sic rex Ozias lepra à Domino percuſſus, quam primum plagã Domini ſenſit, perteritus accelerauit egredi
de templo, in quo Deum offenderat. Quod ſi impius ille An- *2. Pa. 26.*
tiochus, à graui ſuperbia deductus, cœpit ad agnitionem ſui
venire, diuina admonitᵘ plaga, quid, quęſo, facere debet ho- *2. Ma. 9.*
mo pius? Decet ne, hũc iacere reſupinũ, & oculos claudere, cum viri, multis ſceleribus implicati, oculos conuertant ad
ſua vulnera cognoſcenda? A voce Domini, inquit Iſaias, pa- *Iſai. 30.*
uebit Aſſur, virga percuſſus, & qui Chriſto inſeruiunt, flagellati à Deo, non pauebunt, & Deum ſuum non ardentibus, & feruentius quęrẽt? Quadrat obſeruatio in Euãgeliũ ſabbathi poſt Dominicam. 2. Quadrageſimæ, in hæc verba, Ego hic fame pereo, ſurgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater, peccaui, &c.? Ecce filio Prodigo quid contulit flagellũ famis, nẽpe ſurrectionem à lecto peccati, in quo ia-
cebat Hinc, premente fame, inquit, Surgam. Neque hoc cõ- *Quantuſlibet mortui. ſ. peccatoris ſit fætor aboletur omnis vbi ſacrum redoleuerit vnguentum ſcilicet pœnitentiæ.*
tentus eſt: ſed addidit, Ibo, &, peccaui. Quoties ergo te circundat tribulationis anguſtia, fames videlicet, morbus, dedecus, repulſa, &c. ea tibi à Deo immiſſa recogita, vt ſurgas, Deum quæras, & confitearis peccata tua, ad dominumque patris tui cœleſtis reuertas. Quadrat & in euãgeliũ Dominicę. 3. poſt Epipan. in hęc verba, Acceſſerũt ad Ieſũ diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicẽtes, Domine, ſalua nos. Vides quid emolumenti cõtulit tẽpeſtas maris diſcipulis? Chriſti auxilium petunt, ad Chriſtumque accedunt, &c.

*Venite, & reuertamur ad Dominum.* Ecce ingentem charitatis rogum. Non eſt contentus quiſque ſe cõuertere ad Dominũ, & agere pœnitentiam: ſed ſe mutuo prouocant, vt *reuertantur ad Dominum*, vt tu diſcas, non tua ſolum ſalute eſſe contentũ, vlterius progredere, excita alios dormientes, vt etiam tecũ
ſurgant, & Deum quærant. Charitas enim non ſolum quæ- *1. Cor. 13.*
rit, quæ ſua ſunt. Adhortamini, inquit Apoſtolus, voſmetipſos per ſingulos dies, vt nõ obduretur quis ex vobis fal-
lacia peccati. Sed quoties cauſam inquiro huius mutuæ ad- *Hebr. 3.*
hortationis, tria maximè obſeruanda inuenio. Primum, ſe adhortãtur, vt reuertãtur ad Dominum, quoniam mutuo ſe allexerant ad patranda peccata, vt tu diſcas, eum à peccato re-

 uocare

uocare monitaque præbere ſalutis, quẽ ad peccatum excitaſti, iniquaq; conſilia dediſti, vt ſicut ſcandalum fuiſti ad ruinã proximi, ſis etiã remedium, vt ſurgat. Secundũ qm̃ agnoſcũt, quantum apud Deum valeat multorum ſimul ſe conuertentium ad Dominum congregatio, mutuo ſe adhortantur. De-
*2. Cor. 1.* us, inquit Apoſtolus, de tantis periculis nos eripuit, & eruit, in quem ſperamus, quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, vt ex multorum perſonis facierum, eius, quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. Vides, quo pacto fateatur Apoſtolus, orationes à pluribus fuſas ante Deum pro ſe non parum illi ad-
*Ioel. 1.* iumenti contuliſſe? Hinc & Ioel non vnum, aut alterum ad implorandam miſericordiam inquit congregandum ſed multos. Vocate cœtum, congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domũ Domini Dei veſtri, & clamate ad Do-
*Eccle. 4.* minũ. Et Sapiẽs ait, Funiculus triplex difficile rũpitur. Quid ſunt orationes noſtræ, niſi funiculi, quib⁹ diuinas manus obligamus, ne de nobis vindictã ſumat? Quo igitur iſti funiculi ſunt plures, hoc eſt, plures homines fundunt orationes, eo
*Acto. 1.* magis ad miſerationem Deum cõmouent. Hinc etiam Apoſtoli ſimul congregati, perſeuerant vnanimiter in oratione. Et diuus Paul⁹ præcipit, Vnanimes, vno ore honorificetis
*Impij bonis ſunt impedimẽto quo facilius preces exorent apud Deum.* Deum. Quadrat in Euangelium Dominicæ. 3. poſt Epiphaniam, in hæc verba, Acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicentes, Domine ſalua nos. Ecce, non vnus accedit ad Chriſtũ, vt eũ excitent, ſed plures. Agnoſcunt enim, quantum multorum orationes valeant apud Deũ. Tertium, iſti inuicem ſe adhortantur, vt conuertantur ad Dominum, quoniam non parum impedimenti afferunt iniqui, imò impedimenta quædã ſunt viri impij, quo minus viri pij impetrent à Deo, quod poſtulant. Videbant ſe Iudæi flagellari
*2. Re. 21.* à Deo, vt illum placarent, omnes deſiderant agere pœnitentiam, ne ob aliquorum impœnitentiam, & peccata miſereri
*Ioſue. 7.* dedignaretur. Sic filij Iſrael fame premũtur, donec ablata eſt cognatio Saulis de finibus Iſrael. Sic & ob peccatum Achan in bello ter Dũmertũt filij Iſrael. Cũ itaque dicunt, *Venite, & reuertamur ad*gav, implicant, ſe commonere peccatores, ne in peccato perſiſtant, quando vnius peccatum obſtat, quominus Deus plurium miſereatur. Monerem ergo te, frater mi, cum diuina flagella à domo tua abigere cupis, & oras, vt diceres omni familiæ, vxori, filiis, &c Cupio non ſolus ire, & reuertere ad Dominum, venite, & reuertimini ad eum vos etiam mecum,



mecum, vt citius mei miſereatur.

*Ipſe cœpit,* O commendandam peccatorum conuerſionem,
qui calamitates ſuas non Aſſyriis, aut Chaldęis vertunt, ſed
à Deo ortas agnoſcunt, & confitentur, & quamuis à Babylo
niis illas acciperent, Deum dicũt eſſe auctorem. Sic filij Ia- *Gene. 24.*
cob non in Ioſeph, durius ſecum agentem, verba deſtinant:
ſed in Deũ peccatorum vindicẽ. Merito, dicunt, hæc patimur
quia peccauimus in fratrẽ noſtrũ. Sic & Aſſertor noſter iu- *Ioan. 19.*
dici iniquo reſpondet, Non haberes poteſtatem in me, niſi
tibi datum eſſet deſuper. Sic etiã adoleſcens ille Machabæus *2. Ma. 7.*
inquit, tortus ab impio rege, Nos propter noſmetipſos hoc
patimur, peccantes in Deum noſtrum. Tu igitur, cũ iactari te
cernis tribulationib. magis oculos leua in Deum, q̃ in homines afficientes te cõtumeliis, aut iniuriis. Homines. n. inſtrumenta crebrò ſolum ſunt, Deus verò eorum motor. Nec ꝑpterea quis exiſtimet, ſibi à Deo datum eſſe, vt pre voluntate
in peccatores deſæuiat. Nam Deus inquit apud Zachariam *Zach. 1.*
Ita magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas, quia ego iratus ſum parum, ipſi verò adiuuerunt in malum.

*Et ſanabit nos.* Benedictus Dñs Deus meus, qui nõ iraſcitur in perpetuum, ſed poſt tempeſtatem tranquillum facit, & poſt
vulnera medelam adhibet. Sic & apud Iſaiam inquit non in *Iſai. 57.*
ſempiternum litigabo, nec vſque ad finem iraſcar: quia ſpiri-
tus à facie mea egredietur, &c. Et in Pſalmo, Viſitabo in vir- *Pſal. 88.*
ga iniquitates eorum & in verberibus peccata eorum, Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo. Vbi ergo illi prælati ſunt, qui ſemper percutiunt, & percuſſos ſanare refugiunt, & ſubditos, quos afflixerunt, conſolari nolunt? Quem-
admodum, teſte Plinio, ſidera quædam ſunt horrida, à quibus *Simile. Pli. li. 18. cap. 18.*
ſemper tempeſtates, & frigus excũt, veluti ab Arcturo, & O-
rione, vnde apud Iob dicitur, Ab interioribus egredietur tẽ- *Iob. 37.*
peſtas, & ab Arcturo frigus, Ita quidam prælati, cum ſtellæ ſint Eccleſiæ, tempeſtates irarum ſemper minantur, & nunquam tranquillitatis ſigna ſe exhibent erga ſubditos. Diſcãt iſti à Deo ſuo percutere, & ſanare. *Arcturus præcipua ex 22. ſtellis formatis in cauda Vrſæ maioris.*

*Viuificabit nos poſt duos dies.* Perexiguũ iudicant tẽpus calamitatum compoſitum cum conſolationibus acceptis à Deo. Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam, ait Dauid. Ac rur- *Pſal. 93.*
ſum, Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti: annis, *Pſal. 89.*
quibus vidimus mala. Hi vero multò plures conſolationes, quàm tribulationes ſe accepiſſe teſtantur. Quod & apud Iſaiam

Iſaiam Dominus fatetur. Ad punctum, inquit, in modico de-
*Iſa.* 54. reliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. Et il-
*Iſa.* 26. lud, Abſcondere modicum, ad momentũ, donec pertranſeat
indignatio mea. Hinc Deus totã vitam Apoſtolorũ, calami-
*Ioan.* 16. tatibus circunſeptam, horã appellat. Venit hora, vt omnis, q
interficiat vos arbitretur, ſe obſequiũ præſtare Deo. Et cre-
*Iere.* 47. brò in ſcriptura tribulationes torrens, qui cito tranſit vocã-
*Pſal.* 109. tur. Ecce aquę aſcendent ab Aquilone, & erunt quaſi torrens
2. *Cor.* 4. inundans. Et Dauid, De torrente in via bibit. Apoſtolus etiã
inquit, id quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribu-
lationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum glo-
riæ pondus operatur in nobis.

*Viuificabit nos poſt duos dies.* Si ad Reſurrectionẽ verba hæc referas, quadrat optimè hic locus in ea verba, Incipiẽs à Moſe, & omnibus prophetis. Eſt autem ſic aptandus, Nónne legiſtis apud Hoſſeã, *Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos?* Quid hæc verba implicant, niſi Chriſtum, inſtar rugientis leonis, nos ad vitã ſuſcitaturum? Vide, quæ diximus, hæc verba diſpungentes iuxta literalem intelligentiam.

*Viuemus in conſpectu eius.* Quemadmodum decet, imo ple-
runque neceſſum eſt, à peccatore vultum auertere, nullámq;
ei in facie lætitiam oſtendere, vt reſipiſcat, Ita poſt eius con
uerſionem dedecet negare faciem. Heu, quot hominum mil-
*Indigna* lia hac in re delinquunt, iudicantes, ſe feciſſe ſatis, ſi parcãt,
*pectore ab* dicentes, Ego illi indulgeo, cæterum faciẽ meam nõ videat,
*humano* nolo pareat in conſpectu meo Sic Dauid, iratus contra Abſa
*deprõpta* lonem, ait, Reuertatur in domum ſuam, & faciem meam nõ
*vox in ini* videat. Verum ſi iſti attenderent, grauiſſimam eſſe pœnam,
*micorum* ac maximè prælati, vel toruo vultu, & cũ ſupercilio intueri
*reconcilia* ſubditos, vel faciem illis negare, hilariori vultu eos ſuſcipe-
*tione.* rent, & inſpicerent. Si enim ſanctus Iacob, animaduertens, fa
2. *Re.* 14. ciem Laban triſtem, & ſuperciliosſam, aufugit, & Eſther, cer-
*Gene.* 31. nens regis Aſſueri vultum iratum, corruit in pallorem, colo-
*Eſther* 15. re mutato, quis poterit dignè explicare, quibus modis miſe-
ros ſubditos torqueant prælati, torue eos conſpicientes? Di-
ſcant ergo à Deo ſuo peccatoribus conuerſis oſtendere lætã
faciem, qui quamuis prius ſuã faciem negauerat filiis Iſrael
ob eorũ peccata, poſtquã reſipiſcunt, viuũt in cõſpectu eius.

¶ *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, & veniet, quaſi imber, nobis temporaneus, & ſerotinus terræ. Quid faciam tibi* Ephraim? *Quid faciam tibi* Iuda? *Miſericordia, veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens.*

¶Quid



¶Quid intelligat per hunc *egreſſum Dei*, non eſt omnino certum. Hinc varie explanatur. Conueniunt fere omnes expoſitores, hunc *egreſſum* eſſe ortum Chriſti temporarium ſecundum humanitatẽ. Ita Rupertus, Haymo, Carthuſianus, Lyranus, Interlinearis, & omnes recentiores. D. tamen Hieronymus, quamuis eam explanationem nõ reiiciat, illã iuxta tropologiam eſſe cenſet. Ait quippe, *Præparatus eſt, &c.* De quo iuxta tropologiam in octauodecimo Pſalmo legimus, Et ipſe, tanquam ſponſus, egreditur de thalamo ſuo. Hactenus ſanctus Doctor. Ex cuius verbis ſatis aperte liquet, eam explanationẽ non eſſe literalem, ſed ſpiritualẽ. Conſentiunt quodammodo cum D. Hieron Theophylactus, & Theodoretus, qui metaphoricè hic *egreſſum Dei* vocari diluculum aiunt. Quoniam vt diluculum noctis caliginem diſſipat, ſic & Deus promptè, celeritérque prouidentiæ ſuæ radios exhibiturus ſit, & ab afflictionibus, veluti ab obſcura nocte, liberaturus Iudæos In hunc modũ eſſe explanãdum hunc *egreſſum Dei*, docet theologorũ ſchola, qui exire, ſiue egredi Dei
dicunt eſſe, operari ad extra. Vnde pereleganter Dñs Caiet,
in c. 20. Matthæi, expendens illud, Simile eſt regnum cœlo- *Mat.* 20.
rũ homini patrifamilias, qui exiit primo mane, &c. inquit,
Exire Deum, eſt operari ad extra. Vocatur autem hic diui-
nus egreſſus, ſiue diuina operatio externa, quaſi diluculum *Pluuia tẽ-*
quia paratiſſimus Deus ſit ad ſuſcipiendũ benigniſſime pec- *poranea*
catores ad ſe cõuerſos, neq; vnquam illis diuinæ miſericor- *cadit menſe*
diæ occludat fores. Quod vero ſequitur, *Et venit nobis, quaſi* *Octo-*
*imber temporaneus, & ſerotinus terræ*, ſignificat Deũ nunquam de *bri ſeroti-*
ſtiturũ Iudæos, ſed proſequendos eſſe multis diuinis fauori *na menſe*
bus. Ac ſi apertius dicant Iudæi Quemadmodum matutinæ *Martio.*
pluuiæ indiget terra, vt proferens ipſa commiſſam ſibi ſementem, pinguedinem habeat, qua eã nutriat: ſerotinæ verò potiſſimũ, ne adulta ſata exareſcant, plurimo enim humore ad educationẽ ſui opus habent, vt fructum tandẽ ferant, quẽ humiditate fouent, Ita & nobis Deus veniet matutinus imber, quando incipiet liberare nos à captiuitate, ſerotinus vero, quando, nos reſtituens patriæ, nos defendit, noſtriq; curã gerit. Componunt autem Deum cum imbre temporaneo, & ſerotino ſolum, quoniam terra Palæſtinorũ nõ pluribus egebat irrigationibus, ſed bis tantum in anno irrigata, imbre videlicet temporaneo, id eſt, tempore ſementis, & ſerotino, hoc eſt, qui ad maturitatem fructus perducebat, eximiam frugum vbertatem, & copiam ſuis cultoribus conferebat,

iuxtà

iuxtà illud Deuteronomij, Dabit Deus terræ veſtræ pluuiã temporaneam, & ſerotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, &c. Quod ſi contendas, iuxta literalem intelligentiam eſſe explanãdum hunc locũ de ortu Chriſti ſecundũ humanitatẽ, nõ abnuemus. Eſt autẽ in hunc modũ diſpungendus. Quòd egreſſus filij Dei per incarnationis myſterium ſit præparatus, id eſt, à Deó factus, & nobis exhibitus, quaſi *diluculum*, quod eſt principium diei. Quemadmodũ enim hora *diluculi*, oriente luce fugantur tenebræ noctis, & totus mundus ſolis ſplendore perfunditur, Sic, Chriſto de virginis vtero prodeunte, caligo ignorantiæ, vitiorumq; tenebræ depelli cœperunt, & veritatis emicuit claritas. Hinc ſcriptum eſt in Iſaia, Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalẽ non quieſcam, donec egrediatur, vt ſplendor, iuſtus eius, & ſaluator eius, vt lampas accendatur. Et Chriſtus in Euangelio ait, Ego lux veni in mundum. Et Apoſtolus, Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Quod vero ſequitur, *Et veniet quaſi imber nobis, &c.* ſic, Quemadmodum imber in terra promiſſionis ſemina ſata coaleſcere facit, eamque fœcũdat, quia alter, puta temporaneus, deſcendat autumno: alter vero cadat tẽpore verno, Sic Chriſtus ſuo aduentu viuificabit animas noſtras pene mortuas. Meritóq; cũ duobus imbribus componitur, temporaneo, & ſerotino. Nam primus animam fide fœcundat, alter vero actiones noſtras perducit ad maturitatem fructus. Ope enim gratiæ ſuæ perficit fidem noſtram, vt per dilectionem operetur, maturoſque reddat virtutum fructus ne ſimus arbores ſteriles. *Quid faciam tibi Ephraim.* Primos ſceleris auctores intelligit *Ephraim*, regiam videlicet Iſraelitarum familiam. Poſſumus etiam per metonymiã ſub *Ephraim* intelligere totum populum Iſraelis, decem videlicet tribus, per *Iuda* vero alias duas, Iudam, & Beniamin. Atque his verbis parentis in perditos filios monſtrat affectum, qui velut inuitus, & non ſine ingenti animi dolore trahitur ad filiorũ punitionem, milleque excogitat artes, & modos, quibus eos retrahat à peccatis. Ac ſi dicat, Quomodo te ſine dolore cordis tradere potero hoſtibus, aut quod medicamentum tibi imponam, vt te ſanitati reſtituam? *Miſericordia veſtra.* Diuus Hieronymus, quem fere omnes ſequuntur, *miſericordiam* ad Deum refert, qua Iudæorum miſerebatur, eamq; perexiguo tẽpore futuram erga eos, inquit, & in hunc modũ expendit, *Miſericordia veſtra*, qua videlicet vobis miſertus ſum, *quaſi nubes matutina pertranſit, & quaſi ros mane conſurgens*, qui orto ſole, ſiccatur.

Deut. 11.

*Simile.*

*Quemadmodũ diluculũ egreditur à cœlo ſine eius corruptione ſic Chriſtus vera lux vti ſpõſus de thalamo ſine matris violatione nobis illuxit.*

*Iſa. 26.*

Ioan.

Rom. 13.



ſiccatur. Iam enim captiuitas prope eſt, iam vos cerno duci in Aſſyrios, & Babylonios catenatos. Vnus Lyranus quia fortaſſis coniecit oculos in pronomen *veſtra*, quod coniunctũ eſt cum hac voce *miſericordia*, opinatur, *miſericordiam* nõ ad Deum referendam, ſed ad ipſos Iudæos, quod eorum *miſericordia* ſine effectu extiterit, ac conſequenter ficta, hancq; hypocriſim notabiliter viguiſſe in Iudæis tempore Chriſti inquit, vt patet in decurſu Euangelij. Certũ eſt, impios Iudęos non ſolum non fuiſſe miſericordes in Chriſtum: ſed etiam crudeliſſimos. Ideo prior expoſitio Hieronymiana literæ germanior eſt. Verum mihi magis arridet Ruperti explanatio, licet D. Hieronymi non ſit contemnenda. Rupertus itaque putat, & bene, nomine *miſericordiæ* intelligi bonitatem, & omnem iuſtitiam Iudæorum, quam breui tempore duraſſe in cordibus eorum ſignificat, citoque diſparuiſſe, quemadmodũ nubecula aliqua matutina, ſolis calore diſcuſſa, non permanet, ſed celeriter euaneſcit. *Et veluti ros mane pertranſiens*, cuius vim aura, & calor prius conſumit, quam herbæ, atq; ſata experiantur. In hunc modum eſſe diſpungendam vocem *miſericordia* aperte oſtendit dictio Hebraica pro ea poſita Hhezzed, quæ cum ad Deum refertur, *miſericordiam* ſignificat, cum vero ad homines, iuſtitiam, & ſanctitatem, atque omne virtutis ſtudium ſignificare ſolet. Sic in Pſalmo, Pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam, ſumitur miſericordia pro ſanctitate, & bonitate.

*Textus indicat & Iſraelẽ & Iudã multum operæ induliſſe ſacrificiis & holocauſtis in quibus illi nimis cõfidebãt neglecta miſericordia id eſt vitæ ſanctitate.*

## *Obſeruationes ad componendos mores.*

Q*uaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius.* Si ad natiuitatem Chriſti ſecundum carnem hæc verba referas, pereleganter docent, cuiuſnam rei gratia Deus naſci dignatus eſt, nempe vt abigat tenebras. Et quænam ſunt iſtæ tenebræ? Quadruplices inuenio per Chriſtum hominem natum depelli tenebras. Primæ ſunt vmbrarum, & figurarum veteris teſtamenti Nam quemadmodum, adueniente diluculo, diſparent tenebræ, & vmbræ, quæ impedimento erant, ne res clare dignoſcerentur, Ita, orto Chriſto, cœperunt multa arcana figurarũ quæ erant veluti tenebris ignorantiæ inuoluta, & neque ab humanis oculis percipi poterant, reſerari, & clarè cognoſci. Et quemadmodum lux iſta corporea, qua fruimur, duos

*Quadruplex tenebrarũ caligo à qua nos lux Chriſti ſeparauit.*

ſortitur

ſortitur admirandos effectus, alterũ in re viſa, quatenus colores facit actu viſibiles, alterum in vidente, quia per eam oculi confortantur ad videndum. Sic Chriſtus diuina quædã lux eſt intelligibilis, intellectum humanum faciens cognoſcentem. Quia quidquid luminis eſt in rationali creatura, totum deriuatur ab ipſa ſuprema luce.

*Ioan. 1.*

Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Item facit res omnes actu intelligibiles, inquantum ab ipſa deriuantur omnes formæ, per quas res habent, quòd cognoſcantur, ſicut omnes formæ artificiatorum deriuantur ab arte, & ratione artificis. Hinc Regius Pſaltes, inquit.

*Pſal. 13.*

Quam magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti. Et ipſe Aſſertor noſter de ſe loquitur. Ego ſum lux mũdi. Et obſerua, frater mi, quam lucem hic dicãt iſti eſſe Chriſtum Dominum tuũ, non vtiq; meridianam, ſed matutinam, ſiue diluculi, quo docent Chriſtum nube carnis tectum, vt inquit Diuus Auguſtinus, nõ vt obſcuretur, ſed vt temperetur.

*Chriſtus Aurora.*

Aurora Chriſtus eſt, quæ te, illuminare, non comburere cupit, non eſt, cur timeas ad ipſum accedere, & deprecari, vt ſuæ diuinæ lucis ſplendore tenebras ignorãtiæ tuæ illuſtret, & valeas myſteria Scripturæ ſacræ percipere. Dignus eſt enim agnus aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.

*Apoc.*

Secundæ tenebræ ſunt culpæ, de quibus inquit Apoſtolus. Eratis aliquando tenebræ. Ac rurſum. Abiiciamus opera tenebrarum. Et Pſaltes. Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Tertiæ tenebræ ſunt damnationis æternę,

*Matt. 25.*

de quibus apud Matthęum dicitur. Mittite hunc ſeruum nequam in tenebras exteriores. Quartæ tenebræ ſunt tribulationes quę, ob eã cauſam nox vocantur. Sic apud Iſaiã tribulatio nox vocatur. Anima mea, inquit, deſiderauit te in nocte.

*Iſaiæ 26.*
*Iob. 27.*
*Pro. ult.*

Et apud Iob. Nocte opprimet eum tẽpeſtas. Atque apud Prouerbia. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Vt nos, fratres mei, Deus ab omnibus his tenebris liberaret, homo factus, natus eſt. Cum igitur audis. Maria peperit filium ſuũ, & pannis eum inuoluit, animo reuolue, idem eſſe, atque ſi tibi dicatur. Ecce ſol iuſtitiæ ortus eſt, *quaſi diluculum*, iuxta illud, Solem nube tegam, non eſt, cur ad eum verearis accedere,

*Sol iuſtitiæ Chriſtus.*

timens ne te comburat, aut tuos obtutus ſuis ſplendidiſſimis radiis retundat. Propterea enim virgo mater pannis hunc ſolem recens natum inuoluit, ac ſi dicat. Verè ſol ortus eſt, te tamen illuminare quærit, non vrere, & in cineres te conuertere propter peccata tua. Si tuum intellectum illuminare



minare deſideras, & quippiam exactè diſcere, ecce lucem mẽtis. Si tenebras damnationis gehennalis effugere, ecce refugium tuum, Chriſtus egreditur de ventre matris, *quaſi diluculum*. Per quam eleganter hoc apud Iob Deus tuus tibi ſignificauit, dicens.

*Iob 38.*

Vbi eras, cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat, quaſi de vulua procedens? Cum ponerem nubẽ veſtimẽtũ eius, & caligine illud, quaſi pãnis infantiæ obuoluerem? Circundedi illud terminis meis, & poſui vectem, & oſtia. Et dixi. Vſq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Nũquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locum ſuum? Hactenus Deus ad Iob. Et nihil aptius dici poterat ad explicandum Chriſti egreſſum.

*Chriſti Genethliacon Angelus celebre.*
*Luc. 2.*

Nam quæ ſunt aſtra illa & illi filij Dei iubilantes, & laudantes Deum, niſi ſpiritus angeli Chriſto enim nato facta eſt cum angelo multitudo cœleſtis militiæ laudantium Deum, & dicentium Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Sed quorſum Deo iubilant angeli, & immenſas gratias agunt in natiuitate Chriſti? Quia abyſſus illa, & immenſum diuinitatis pelagus, verbum nẽpe æterni patris, & filius Dei, quando erumpit, de vulua virginis matris procedens, oſtiis concluſus naſci dignatus eſt. Saluare enim venit, non perdere, quòd perierat. Hinc rurſus ſubditur. Cum ponerem nubẽ veſtimẽtum eius, & caligine illud, quaſi pannis infantiæ obuoluerem. Chriſtus namque ſol iuſtitiæ ortus eſt, nube tamen carnis noſtræ contectus, quoniam ita illuminare conatur, vt nequaquam nos adurat. Hinc & eundem cum diluculo, & aurora cõponit, cuius lux temperatiſſima eſt, & mitiſſima.

*Galat. 4.*

Quod & Apoſtolus his verbis implicauit. Miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus. Quid eſt, filium Dei factum eſſe ex muliere, niſi abyſſum illam immẽſam diuinitatis ita carne circundari noſtra, vt *velut diluculum* ad illuminandũ naſcatur ex matre, & non, inſtar ignis, cũcta vaſtantis? Hinc etiã intra oſtia, vectẽ, & terminos naſci dicitur, quia miſereri venit, non punire. Sunt autem termini iſti diuinæ miſerationes eius. Iſtæ ſunt, quæ manus eius obligãt ne de peccatis noſtris vindictam ſumat.

Secundò, *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius.* Quis tibi, Domine Deus meus, dignas grates rependere poterit, qui non ſolum miſereris peccatorum, ſed ad explicandam ſolici-

ſolicitudinem nimiam.& inauditam,qua nobis ſubuenis,&
*Pſal.* à calamitatibus liberas noſtris oculis ſubiicis contemplan-
dum,te *diluculo* ſurgere,& egredi,vt in tribulatos,& calami-
toſos beneficia cõferas?Sis benedictus in ſæcula,cui ſi dixe-
ro cum Dauid, Deus,Deus meus,ad te de luce vigilo:& il-
*Iob.* lud.Mane oratio mea præueniet te tu præparatus es,vt me
audias fouças,& à calamitatibus eximas.Hinc Iob, inquit,
Quid eſt homo,quia ſic magnificas illum,viſitans eum dilu
culo?Hinc te vocas ſtellam matutinam,& ſplendidam in A-
*Apoc.* pocalypſi,Ego ſum,ais,ſtella ſplendida,& matutina.Intelli-
ge ergo,miſer homuncio,non ſolum Deum tuum eſſe para-
tum,vt ſuſcipiat,& amplectatur,verum & egredi,vt te quę-
*Simile.* rat,& excitet.Si rex ſummo mane electo ſuo ſurgeret,vt cũ
famulo quopiam confabularetur,& munerea largiretur,quis
nõ miraretur?At ſi è regia arce egrederetur,vt ſubueniret,id
q; diluculo,quibus dilectionis vinculis hunc famulum ſibi
deuinceret?Hęc,& multo maiora accipis,ô homo à Deo tuo.
Hinc ſe componit cum patrefamilias,qui exiit primo mane
conducere operarios,& cum pientiſſimo patre,qui longe vi
dens filium prodigum,miſericordia motus eſt,& accurrens,
cadit ſuper collum eius.Hinc & illæ voces dilectionis ple-
*Cant.5.* nę,Aperi,mihi ſoror mea,quia caput meũ plenum eſt rore,&
& cincinni mei guttis noctiũ.Et,Ego ſto ad oſtium,& pulſo,
ſi quis mihi aperuerit,&c.Quòd ſi diluculo Deus tuus para
*Iob 1.* tus eſt,vt tibi opem ferat,miſereatur, & benigne ſuſcipiat,
*Pſal.118.* cur tu etiam non diluculo ſurges ad eũ?Sic ſanctus Iob ſur-
*Actor 5.* gebat,offerens holocauſta per ſingulos filios.Et Dauid,Ocu
*Ezec.10* li mei ad te diluculo.Atq; Apoſt non ſero,ſed diluculo intra
*Cant.1.* runt templum,vt docerẽt.Species,inquit Ezechiel,rotarum
*1.Cor.6.* currus,Domini,quaſi viſio lapidis chryſoliti erat. Quid iſte
*Chryſolitus* rotæ adumbrant,ferentes Deum, niſi homines Deum in cor
*gemma a* de geſtantes De his,enim inquit cœleſtis Sponſus,Equitatui
*ſpecie auri* meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.Et Apo
*quam re-* ſtolus,Empti enim eſtis pretio magno,glorificate,& porta-
*fert ſic di-* te Deum in corpore veſtro.Sed cur,putas,has rotas compa-
*cta,quæ di* rari chryſolito?Vt te certe doceat Deus tuus,chryſoliti imi-
*luculo ful* tari naturam,qui,teſte Iſidoro,lib.1.Etymol.ca. de gemmis
*gidior ap-* aureis,diluculo pulcherrimus eſt,ſed creſcẽte luce diei,de-
*paret.* ficit eius pulchritudo & ſplẽdor.Tu ergo primo mane Deũ
*1.Reg.5.* tuum ora, obſecrans, vt ſplendorem cœleſtis luminis tibi
*Simile.* impartiatur,quo rota digna currus Dei tui efficiaris.Quem-
ad modũ Azotij,diluculo ſurgentes,inuenerunt idolũ Dagõ
iacen



iacentem pronum in terra ante arcã Dñi. Ita nos diluculo
debemus deprecari Dominum,vt idola noſtra, quæ peccata
ſunt,ante ſe iacere permittat deſpecta,calcata,abſq; capite,
& manibus,ne viuant in templo cordis noſtri,ſed ſint foras
extra limen eiecta,id eſt,nec corde,neque ſenſibus externis
Deum offendamus.

¶*Et veniet,quaſi imber,nobis tẽporaneus,& ſerotinus terræ.* Multa
hic ſunt implicata.Primo,ecce deiectionem animi, & humi-
litatem,cum terra ſe componunt,quæ irrigatione indiget.Se
cundo,nihil ſuis arrogant meritis,ſed Deo.Hinc Deũ vocãt
imbrem,qui de cœlo deſcendit. Tertiò,ſe à diuina prouidẽ
tia pendere teſtantur.Non enim ſatis eſſe ſibi *imbrem tempora-*
*neum* dicunt,*ſerotinum* etiam petunt.Bene agnoſcunt, quantũ *Deus ſuo*
Deo placeat cor contritum & humiliatum,& q̃ ſine Deo ne *imbre fœ-*
que ſe defendere,neq; fructus candidarum actionum pro- *cũdat ari*
ferre poſſint.Dauid nãq; inquit.Anima mea ſicut terra ſine *dum cor cõ*
aqua tibi.Quid enim terra ſine aqua producere poteſt? De- *triti pecca*
tegunt etiã ingens deſiderium, quo diuinum auxiliũ ſint im *toris.*
ploraturi in ſuis orationibus. Nihil nãq; magis terra cupit, *Pſa.142.*
quam imbrem,cum ex humoris defectione reddatur torri-
da,& arida,ſicut contra aquis irrigata hubertimos germinat
fructus.Sic enim dicitur apud Iſaiam. Quomodo deſcendit *Iſa.55.*
imber,& nix de cœlo,& illuc vltra non reuertitur, ſed ine-
briat terram,& infundit eam,& germinare eã facit,& dat ſe-
men ſerenti,& panem comedenti,&c.Doceris etiam hic per
ſeuerantiã.Non enim contenti ſunt iſti *imbre temporaneo*, ſed
vlterius progrediuntur etiam *ſerotinum* expoſcunt, quo fru-
ctus ſemel ortus in agro cordis nõ areſcat, quẽadmodum a-
ruit ſemen eorum,qui cum gaudio verbum Dei ſuſceperunt
ſed in tempore tentationis recedunt,quia non habebant hu
morẽ.Viri quippe pij diuinæ gratiæ rorẽ in cordibus ſuis ef-
fundi ſine intermiſſione deprecantur,donec ſata virtutũ coa
leſcant.Vnde de illis dicit cœleſtis Sponſus,Soror mea,fons *Cant.4.*
hortorũ,puteus aquarum viuentium,quæ fluunt impetu de
Libano.Ac rurſum. Quã pulchra tabernacula tua Iacob,& *Num.24.*
tentoria tua Iſrael,vt valles nemoroſæ,vt horti iuxta fluuios
irrigui,quaſi cedri iuxta aquas.Ad hæc,ſi imber prior,qui tẽ
poraneus dicitur,Deus eſt,quod fide fœcundet animam,ſe-
rotinus vero,quia virtutũ actiones perducat ad maturitatẽ,
diſce non ſatis eſſe,habere fidẽ,ſed neceſſum eſſe,incumbe-
re in operationes ingenuas,& commendabiles.Si enim fides
ſufficeret,non imbrem ſerotinum poſtularent.

*Geneſ.6.* *Dolor cordis cæteris affectibus acerbior.* *1. Cor.2.* *Actor.20.* *Iſai.49.* *Iſai.51.*

¶ *Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda?* Docet, nunquam lęto animo, ſed triſti plectendos eſſe delinquētes. Hoc vellē aduertant iudices, qui velut aqua roſacea perfunduntur, cū puniunt peccatorē. Dolore cordis tactus intrinſecus, delebo, inquit, hominem, quem creaui à facie terræ. Ecce, nō quocunq;, ſed maximo dolore affectus Deus tuus pœnam infligit. Eſt enim dolor cordis cæteris longè acerbior. Sic & Apoſtolus corripiens Corinthios, audi quid dicat, Si ego cōtriſto vos, quis eſt, qui me lætificet? Ac paucis interiectis, Ex multa tribulatione, & anguſtia cordis, ſcripſi vobis per multas lachrymas, nō vt cōrriſtemini, ſed vt ſciatis, quā charitatem habeam abundantius in vobis. Ac rurſum, Vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, & die nō ceſſaui, cum lachrymis monés vnūquunque veſtrū. Sic etiam Nero Imperator ſub imperij initio ea fuit humanitate, & clementia, vt cū ei de more damnationis libelli exhiberentur, quibus ſubſcriberet, gemebundus exclamauerit, Vtinā vero neſcirem literas ne videlicet ſubſcribere cogeretur.

*Ezec.24.* *Exod.6.* *2. Tim.4.* *Notent qui tantū doctè concionari ſtudent & eloquentiā oſtentarè conſueuerunt abſq; populi ædificatione.* *Ezech.1.*

¶ Ad hæc *quid faciam tibi Ephraim &c.* Docet multa, variáque eſſe exquirenda remedia, non vnum, aut alterum modū ſolum excogitandū, ſed plures, vt homo peccator conuertatur ad meliora. Quaſi enim mille vſus fuerit Deus artibus, vt hos reuocaret populos à peccato, nihilq; profuerit, inquit, *Quid faciam tibi Ephraim?* Ac ſi dicat, Neſcio, quid faciā, aut quā viam adinueniā nouam, vt Ephraim reſipiſcat. Sic & apud Iſaiam conqueritur Deus, In vacuum laboraui, ſine cauſa, & vanè cōſumpſi fortitudinē meā. Et rurſum, Eleuare, eleuare, conſurge Ieruſalem, quæ bibiſti de manu Domini calicem iræ eius, vſq; ad fundum calicis ſoporis bibiſti, & potaſti vſque ad feces. Et apud Ezechielem, Multo labore ſudatū eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius. Sic Pharaonem, & Ægyptios non vna, aut altera tantum plaga tangit, ſed multis. Apoſtolus etiā præcipit Timotheo, Inſta oportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patiētia, & doctrina. Vides, quot modis, & artibus vti iubeat Diuus Paulus, inſtantia videlicet, opportunitate, importunitate, obiurgatione, increpatione, longa patientia, & doctrina? Hinc animalis trahentis currum Domini legimus, quatuor facies habere, plantáque pedis eorum, quaſi plantam pedis vituli. Similitudo autem vultus eorum, inquit Ezechiel, facies hominis, & facies leonis, facies bouis, & facies aquilę, hæ quatuor facies, vni. Cur vnumquodque animaliū currus Domini quatuor facies habere



habere dicitur? Quia gubernatores, vt peccatores ad Deum conuertant, debent interdum illis ſe homines exhibere, cōpatiendo, interdum leones, puniendo, interdum boues, ęquo animo ferendo, interdū aquilas, ad volatū prouocando, Atque ne, dum has varias formas induunt, deficiant, ſolū hæc animalia dicūtur habere pedes vituli, quo firmitudinem illis amplectendam docet, & perſeuerantiam. Vide, an has varias formas ſumpſerit Chriſtus vt perfidum Iudā à peccato reuocaret. Primò, dedit buccellā panis intīctam, ſecūdò, pedes eius lauat, tertiò, præ cęteris eum honorat, ab eo enim exorſus eſt pedū lotionē, quarto oſculatur illū, amicum vocans. O bone Chriſte quē nō lapidem moues, vt peccatorem à peccato retrahas. Nonne vere dicere poteris, Quid faciam tibi Iuda, vt ad ſaniorem mentem te reducam, & peccatum committere reformides?

*Semper in operibus noſtris finis perpendendus, quia non ſuſpicit Deus quales antea fuerimus ſed quales in perſeuerantia circa finem vitæ extimus.* *Ezech.1. & 46.*

¶ *Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens.* Merito eo reprehendit, quod non permanſerint in virtutis tramite, ſed ab eo deſticerint. Nihil enim magis diuinos oculos ad ſe rapit, quā perſeuerantia. Quoniam nulla bona actio nulla bona virtus, nullus bonus fructus perficit, aut cōplectitur, niſi illi, quos perſeueratia comitatur. Quemadmodum anima rationalis in corpore quamuis vltima adueniat, eſt tamen omnium virtutum, & potentiarum, atque animarum cōplementum, anima enim vegetatiua, & anima ſenſitiua imperfectæ ſunt naturæ, quinnimo per iſtas animas nunquam homo conſtitueretur, niſi anima rationalis adderetur, In eundē modū quāuis in cōgerie morū plures virtutes cumulēt, velut imperfectę inueniūtur quādiu à perſeuerātia nō ſecuntq; ab anima rationali cōplētur, & perficiūt. Alię virtutes quadammodo habet rationē præmiſſarum, iſta habet rationem concluſionis. Aliæ ſe habent per modū viæ, iſta vero per modum termini, & vltimæ completionis. Aliæ per modum imperfecti, iſta per modū perfectionis. Quid enim proficeret, ſi arbor fructum produceret, & ante maturitatem decideret? Sic proculdubio parum prodeſt, ſi fructus bonæ operationis incipitur, ſi in homine per diuturnam perſeuerantiam non matureſcat. Vnde Diuus Gregorius inquit, In caſum bonum opus agitur, ſi ante vitæ terminum deſeratur. Et Diuus Thomas, Bonum hominis non ſolum eſt in quantitate charitatis, ſed præcipuè in perſeuerantia eius vſque ad mortem. Hinc & animalia Ezechielis commendantur, quia cum ambularent, non reuertebantur. Et Dominus

 præci

præcipit, ne homines templum ingreſſi, eo oſtio exirent, quo
introierant, ſed vltra tenderent, ne terga verterent, Deum-
*Hebr. 12.* que relinquere viderentur. Atque Apoſtolus, Ne ſimus, in-
quit, paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento do-
ctrinæ. Ac rurſum, in diſciplina perſeuerate. Et in Apocaly-
*Apoc. 2.* pſi, Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vi-
tæ. Non inquit, Eſto fidelis octo diebus, aut menſe, aut anno,
ſed vſque ad mortem. Sãctus etiam Iob à Deo ob animi con
*Iob. 23.* ſtantiam, & firmitudinem commendatur. Nunquid, ait Deus
conſideraſti ſeruum meum Iob, qòd non ſit ſimilis ei in ter
ra, vir ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à ma-
*Perſeue-* lo, & adhuc retinens innocentiam? Ecce, quaſi cumulus eſſet
*rantia ſan* aliarum virtutum perſeuerantia, in poſtremo loco dixit, Et
*ctitatis pro* adhuc retinens innocentiam. In eundem modum laudat San
*pugnaculũ* ctus Lucas, dicens, Erant autem perſeuerantes in doctrina
*virtutum* Apoſtolorum, & cõmunicationis fractionis panis, & oratio-
*conſumma* nibus, &c. Barnabas etiam agnoſcens, quanti ſit facienda per
*tio eſt.* ſeuerantia, Antiochiæ omnes hortabatur propoſito cordis
*Actor. 2.* permanere in Domino. Quid plura commemorem? Demum
audi, quid dicat dulcis ille Bernardus perſeuerantia eſt du-
ctrix ad meritum, mediatrix ad pręmium, ſoror patientiæ, fi-
lia conſtantiæ, amica pacis, amicitiarũ nodus, vnanimitatis
vinculũ & propugnaculũ ſanctitatis. Tolle, inquit, perſeue-
*Actor. 11* rantiã, & tunc neque fortitudo laudem, neque obſequium
mercedẽ, neque beneficium gratiam obtinebit. Per hanc e-
nim ſolam homo æternitati redditur, pugnator vincit, & vi-
ctor etiã coronatur. Quia qui perſeuerauerit vſque in finem
hic ſaluus erit. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Man
dato, in hæc verba, Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.
*Victoria* Quid eſt, in finem dilexit, niſi firmiter, & perſeueranter? Qua
*limes.* drat & in Euangelium Sexageſimæ, in hæc verba, Aliud ceci
*Matt. 10.* dit ſupra petram, & natum aruit, quia non habebat humorẽ.
Quid eſt, natũ aruit, niſi miſericordia veſtra, qua nubes ma-
tutina, & quaſi ros manè pertranſiens.

¶ *Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua, quaſi lux egredientur. Quia miſericordiam volui, & non ſacrificium, & ſcientiam Dei plus quam holocauſtum. Ipſi autem, ſicut Adam, tranſgreſſi ſunt pactum, ibi prævaricati ſunt in me.*

¶ Vnus Rupertus inter omnes expoſitores hunc locum
expendit tantum de pſeudo prophetis. Quos Dominus
multis perſecutionibus eſt inſecutus, inquit, quia iuxta in-
tentionem populi adulati ſunt, & applauſerunt, videntes
vana



vana & loquentes mendacia. Quales vtique fuerunt pro-
phetæ Baal ex quibus, ſicut in libris Regũ legimus, Helias
quadringentos quinquaginta viros vno die interfecit, eorũ- *3. Re. 18.*
déque magnã multitudinẽ percuſſit Iehu, qui domũ Achab *4. Re. 10.*
ſubuertit. Videtur huic explanationi fauere Septuaginta trã
ſlatio, legens, pro *dolaui in prophetis* ſuccidi prophetas veſtros.
Nam ſi iſti prophetæ dicuntur populi, & non Dei, conſequi
videtur, per prophetas, intelligendos eſſe pſeudo-prophetas
& non prophetas Domini. D. Hieronymus, quem multi
ſequuntur bifariam diſpungit, & de falſis prophetis, qui
cauſa erroris popularis extitere, vt dictũ eſt, proptereaque
à Domino puniti ſunt, & de prophetis, quos Dominus do-
laſſe dicitur, quia caſa populi peccatoris etiam prophetæ *Optimè*
iuſti occiſi ſunt, & hoſtibus traditi. Hanc ſecundam explana *prædicato-*
tionem ſolam amplectuntur Lyranus, Theodoretus, & Re- *res ipſius mo*
centiores. Et proculdubio hæc magis ſcopum veritatis at- *nitis &*
tingit. Sed literam diſpungamus. *Propter hoc dolaui in prophetis* *verbo Deĩ*
Eleganter cauſam reddit, ob quam dolauerit, quia miſericor *dicuntur*
dia Iudæorum fuerat velut nubes citò diſparens, ne euane- *dolare ſilĩ*
ſcerent ſed in virtute permanerent. Non deſtitit a Deus do- *ce pectora*
lare Iudæos in prophetis, tum ſancta conſilia, & monita ſug *hominum.*
gerendo, tum minis & calamitatibus obtundendo eos præ-
dictos ſanctos vates. Pulchra autem metaphora vtitur Deus
ſe componens cum lapicida lapides dolare. Nam eo verbo
duritiem Iudæorum detegit quorum corda lapidea erant, &
piis monitis reſiſtentia. Animi vero prophetarum cõſtantiã,
& firmitudinem oſtendit, qui infracto pectore in tundendis
Iudæis deſudarunt, quamuis non profuerit tantus vatum la
bor. Quemadmodũ namque lapicida ſelegit inſtrumenta fer
rea, conflat, acuit, & probat, atque poſt tantam operam con-
tingere ſolet, vt dum lapides colit ictu ferrei inſtrumẽti fru
ſtrum lapidis excidat, quo ſibi vulnus infligat, & caput con
terat, In eundem modum ſancti vates à Iudæis affecti ſunt
probris, & cõtumeliis, ac tandẽ acerbiſſima morte, dum illis
expoliendis dabant operam. Quod vero attinet ad loquẽdi
modum cum dicitur, *in prophetis*, præpoſitio in rationem ha-
bet inſtrumenti, quod & frequens eſt in ſacris Bibliis. Vt
Domine ſi percutimus in gladio? In funda in lapides &c. Et
*occidi eos in verbis oris mei.* Licet quidam ſic expendere conten-
dant, quod Dominus prophetas enecauerit, ſcilicet frequen-
ter eos alloquendo, quaſi ſermone hyperbolico vtens, ſigni-
ficet, quantum ſtuduerit reuocare à prauis eorũ viis Iudæos.

Hiſpanè dicimus, T*engo muerto, y molidos los hueſſos a fulano con mis importunaciones*, Sic & ſanctos vates dicat Deus à ſe occi-
ſos. Quãuis hæc explanatio nõ ſit omnino cõtẽnenda, melius
dicemus Deum de vera morte prophetarum loqui, quos pro
pterea à ſe occiſos eſſe ait, quia occidi permiſerit. Hæc au-
tem verba, *& occidi*, cum affectu, & dolore proferuntur, vt
qui chariſſimam rem, & pretioſiſſimã in inutilia, & vana fru-
ſtrà ſe impendiſſe doleat. Sic Deus dum vates ſuos ſan-
ctiſſimos, integerrimoſque viros, quibus dignus non erat
mũd⁹ in viliſſimę, & cõtumaciſſimę gẽtis correctione procu-
randa, à ſe fruſtra conſumptos conquæritur, & vehemẽtẽ do-
lẽtis affectum imitatur. Video, Lyranum ſecus diſpungere,
quem multi ſequuntur. Refert enim pronomẽ *eos* non ad ꝓ-
phetas, ſed ad Iudęos, quos De⁹ inquit ſe occidiſſe, quoniam
occidendos prædixit per prophetas, qui os Dei dicũtur, quod
verba eius proferant. Cæterũ prior explanatio literę germa-
nior eſt. *Et iudicia tua, quaſi lux egredientur.* Iudicia punitiones
vocat, vt optimè obſeruat Lyranus, quanuis Theophilactus
ſic expendat, *Iudicium*, id eſt, decretum, quod ſuper vos de-
creui, quẽ Carthuſianus, & alij recentiores ſequũtur, in hunc
modũ explanantes, *Iudicia tua*, id eſt, ſententia damnationis
veſtræ, ſeu æquitas iudicij, quo te iudicabo. *Quaſi lux egredien-
tur*, hoc eſt, clara, & manifeſta prodibunt, vt ſolet lux. Iudici-
um autem prodire, vel egredi, vel exire, eſt, cauſa tractata, &
cognita, ſententiam proferri. Vt illud, A facie tua iudicium
*Pſal. 17.* meum prodeat. Et, Cum iudicatur, exeat condemnatus. *Quia
Miſericordiam volui, & non ſacrificium.* Iudæi vario modo pec-
*Pſal. 109.* cantes, putabant, ſe purgari ſacrificiorum oblationibus,
*Eccleſ. 30.* ſed Dominus oſtendit, ſe potius velle miſericordiã, vt primo
*Hebr. 1.* miſererentur ſibi, iuxta illud, Fili, miſerere animæ tuæ, placẽs
*2. 2. q. 30.* Deo, deinde pauperibus, & ſciẽtiã rectę fidei cũ ſui cognitio
*art. 4. ad* ne, quam holocauſta, quia ſine fide, & miſericordia, impoſ-
*1.* ſibile eſt placere Deo. Quinimo, ſi res oculatius inſpiciatur,
*Sacrificijs* cum Deum non colamus per externa ſacrificia, aut munera
*noſtris non* propter ipſum, vt perquamdocte obſeruat Diuus Thomas,
*delectatur* ſed propter nos, & propter proximos. Nõ enim indiget ſacri
*Deus quã* ficiis noſtris, ſed vult ea ſibi offerri propter noſtrã deuotio-
*diu odium* nem, & proximorum vtilitatẽ, ideo miſericordia, qua ſubue-
*contraxi-* nitur defectib⁹ aliorũ, eſt ſacrificiũ Deo magis acceptum vt
*mus cum* pote propinquius vtilitatẽ proximorũ inducens, iuxta illud
*proximo.* Apoſtoli, Beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci, ta-
*Hebr. 13.* libus enim hoſtiis promeretur Deus. Verbum, *volui*, pro-
quo



quo Hebraice eſt, *Hhaphaxthi*, non vtcunque velle ſignificat,
ſed concupiſcere, optare, & amare implicat. Eſt autem huius
verbi vſus, cum voluntas electionem ſequitur. Ac ſi apertius
dicat Deus, Optio nõ vobis, ſed mihi eſt danda, ego autẽ ad
veſtram vtilitatem, ſemper beneficentiam, & miſericordiam
in proximos ſacrificio prætuli, vobiſque iã pridem hanc vo-
luntatẽ meam aperui, vt miſericordiam ſine ſacrificio magis
quam ſacrificium ſine miſericordia optarẽ. Eſt etiã obſeruã-
dum, voces has duas, *& non* nequaquam abſolutã negationẽ,
ſed adiunctam etiam habere comparationem, ita vt à ſe non
omnia reſpui ſacrificia, ſed miſericordiam præferre dicat. Nã
& ſacrificiis annuit ille quidem, oblatis tamen à viris piis, &
miſericordibus, iis autem, qui à malis, & vacuis miſericordia
offeruntur, ad veram animorum ſalutem cedant, neque ocu
los quidem adiicit, ſicut ſcriptum eſt, Aſpexit autem Dñs ad *Gene. 4.*
Abel, & ad munera ei⁹, ad Cain autẽ, & ad munera eius nõ re-
ſpexit, quia eius opera mala erãt. Quod verò ex cõparatione
non autem abſolutè negatio vſurpata ſit, verba ſubiuncta
declarant, *Et ſcientiã Dei plus, quam holocauſtũ.* Et Diuus Augu- *Aug. li.*
ſtinus, legẽs, non ſolum, miſericordiam volo, ſed cum aduer- *10. de Ciu.*
bio comparationis, Miſericordiam magis volo, quam ſacri- *Dei ca. 5.*
ficium, ſcientiã Dei pro cognitione Dei ſumpſit, vt optimè
explicuit Theophylactus. Atque ne quis ſuperbiat, & infle-
tur ſciẽtia Dei, agnoſcat, de ea cognitione hic attexi ſermo-
nem, quæ charitate eſt ornata, & vere tenebras vitiorum ab
animo depellit, non de ea, quæ ſolum in intellectu eſt. Ha-
bet autem non parum incrementi oratio, dum non dicitur,
*Et ſcientiam Dei, plus, quam ſacrificium, ſed, plus quam holocauſtum*,
hoc eſt, victimas incenſas. *Ipſi autem, ſicut Adam, trãſgreſſi ſunt
pactum.* Quanuis Theodoretus, quem ſequuntur aliqui recen
tiores, non aliud hic implicari dicat, quàm Deum conqueri
de Iudæis, quod diuinam legem violauerint, ſimileſque facti
fuerint homini, qui frangit pactiones, quas cum quopiam fe-
cit. Quaſi dicat, Nõ pluris fecerũt fœdus mecũ initũ, quã ſi *Multo ma-*
cũ homine iniuiſſẽt, ſecus tamẽ eſt hic loc⁹ diſpũgẽd⁹, & *Adã* *ius & in-*
non pro quouis homine hic ſumẽdus eſt, licet ita tranſtule- *uiolabili⁹*
rint Septuaginta, ponentes pro *Adam*, homo, ſic, *Ipſi verò ſunt* *eſt fœdus*
*ſicut homo, præteriens teſtamentum.* Sed vox *Adam* primo parenti *initũ cum*
ſolum referenda eſt, vt referunt Diuus Hieronymus, Liranus *Deo quã*
Haymo, Rupertus, Carthuſianus, & nonnulli ex recentiori- *cũ homi-*
bus, Eſt autem hic ſenſus, Sicut Adam præuaricatus eſt in *nibus.*
paradiſo, quamobrem & inde eiectus, Sic iſti ſe imitatores
X 5 iniqui

iniqui parentis oſtendunt, vt quomodo ille de paradiſo, ſic iſti eiiciantur de patria, & loco ſuo. Quidam aduerbium loci *ibi* ſic diſpungunt, id eſt, in Adam, Philoſophanturque multa de peccato originis, & de peccatis actualibus, quod in Adam omnes cecidimus, & naſcimur filij iræ. Sed nimis extorta eſt explanatio. Certũ enim eſt collationis eſſe rationem, quod quemadmodum Adam in ſuo loco deliquit, ita & iſti in ſuo loco, quamobrem inde vtrique merito ſunt expulſi.

## *Obſeruationes ad componendos mores.*

*Dolatæ lapides verbo animo in ædificium Eccleſiæ domus Dei aſſumuntur.*

*Ezech. 3.*

PROPTER *hoc dolaui in prophetis.* Ecce concionator, quod munus accepiſti, dolandi videlicet lapides viuos, ex quibus Eccleſia cõſtruitur. Noli ergo eſſe puſillanimis, aut mollis, ſed ferreus, alioqui quomodo lapides obtundere poteris? Nec mireris, ſi dum lapicidę munus exequeris, quippiam nocumẽti ab ipſis lapidibus accipias, aut ſi non cito expoliuntur, vel in tunſione multum deſudas, quid mirum? Lapides enim ſunt. Omnis quippe domus Iſrael, ait Deus Ezechieli, attrita fronte eſt, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adam autem, & vt ſilicem dedi faciẽ tuam. Ne timeas eos, neque metuas à facie eorum, quia domus exaſperans eſt. Quid eſt, domum Iſrael eſſe duro corde, & exaſperantem, niſi petram eſſe duriſſimam, quã tundendam accipiebat, & à qua mille incommoda eſſet accepturus ſacer vates? Sic enim ea acceperũt ſacti vates, Iſaias, Ieremias, Stephanus, Paulus, &c. Quod ſi quæras, Cur hac noſtra tẽpeſtate in tunſione horũ lapidũ nihil damni infertur lapicidis? Reſpondeo, quia inſtrumenta non ferrea ſunt, & adamantina, ſed mollia, & quæ facile cedunt materiæ. Vtinã aduerterent iſti, quid cœleſtis Salomon pręcipit, quoſque latomos eligat ad præparandos lapides templi cœleſtis Ieruſalem. Pręcipit, inquit, Scriptura, rex Salomon, vt tollerent lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentũ tẽpli, & quadrarent eos, quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & cæmentarij Hiram. Quid templũ iſtud adumbrat, niſi Eccleſiam? Et lapides quid, niſi fideles? Qui meritò grandes lapides dicũtur, & pręcioſi: grandes, quoniam tãta eſt, humani animi capacitas, vt in eo Deꝰ infinitus, & omnipotẽs inhabitare dignetur, pretioſi: quoniam non corruptibilibus auro, & argento empti ſunt ſed pretioſo ſanguine agni immaculati. Hi etiam lapides quadrantur, quoniam ſecundum legem traditam à quatuor Euãgeliſtis dolantur, vt piè, & iuſtè, & ſobriè viuant in hoc ſæculo Neque ſolum latomi Salomonis, ſed etiã Hirã regis infidelis latomi, qui in ea erant ſtrenui architecti, cõueniũt, & ſimul colũt hos lapides. Quoniã cõcionatores non ſolũ ex ſacris literis inſtrumenta ſua conflant ad lapides expoliendos, ſed etiam ex profanis, & philoſophis, qui nõ parum adiumenti conferũt ad exactam lapidum politionem, Quis enim non videat, quantum adminiculi afferant diuini verbi declamatoribus Ariſtoteles, Plato, Diogenes, cæteriq; id genus philoſophi? Vnde & apud Prouerbia dicitur, Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptẽ, miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcẽ, & ad mœnia ciuitatis. Qui ſint ancillæ iſtę, dicat Diuus Thomas, ſcientiæ videlicet à philoſophis traditæ, & adinuentæ. Hæ proculdubio deſeruiunt in ſtructura arcis Eccleſiæ, & ad excidendas columnas ſeptem, id eſt, multos poliendos fideles, qui Eccleſiã ſuſtineant. Eſt namque Scripturæ conſuetudo, numerum ſeptenarum pro multis ponere. Obſeruandum tamen eſt, ante latomos regis Hiram vocatos eſſe latomos Salomonis, quoniam licet à ſapientibus Ethnicis accipere ferramenta permitatur ad dolandum, præponenda tamen ſunt, quæ in prophetarum oraculis ſunt repoſita. Eſt namq; ſcientia, in arcanis, ſacriſque literis recondita longe dignior, & præſtãtior omnibus ſciẽtiis phyſicis, tum ſpeculatiuis, tum practicis ob certitudinem obiecti, & dignitatem, & quoniam ad adipiſcendam cæleſtem beatitudinem, qua non eſt vlterior finis, ordinatur. Auditores etiam concionum ſacrarum ęquo animo ferant, cum ſe percuti viderint malleis, & ferramentis latomorum, quando id illis ex munere incumbit iniuncto, timeantque, ſi, tunſionibus acceptis, non apti ſint ad cœleſte tẽplũ cõſtruẽdũ, audiẽtes, quod Ioanni dicitur in Apocalypſi, poſtquã calamꝰ ſimilis virgę ei datus eſt, nẽpe, Surge, & metire templũ Dei, & altare, & adorantes in eo, atrium autẽ, quod eſt foris tẽplum, eiice foras, & ne metiaris illud, quoniam datum eſt gẽtibus. Quid eſt, calamo metiri templũ, & adorantes in eo, niſi cognoſcere, an lapides poſt tũſionem digni inueniantur cœleſti ędificio? Vnde bene vna cum adorantibus iubetur metiri altare, quoniam ex altari menſura lapidum probitas cognoſcenda eſt. Eſt autem altare Agnus Dei,

*3. Re. 5.*

*Ingenti & incõparabili pretio redemit nos chriſtus.*

*1. p. q. 1. art. 5.*

*Sacroſanctæ Theologiæ ſtudium omniũ ſcientiarum decus.*

*Apo. 11.*

Dei, in eo enim omnia ſacrificia noſtra offerri debent, vt omnipotenti patri grata ſint. Ad huius altaris formam aptandi ſunt lapides viui, vt quantum cum eo cohæreant, quantumque diſſentiant, cognoſcat ſacer propheta Ioannes. Quod ſi dolati, nulla in re cũ altari lapideo. Chriſto cõueniunt, Petra

*1. Cor. 10.*

enim erat Chriſtus, ait Apoſtolus, ſciant, extra templum eiiciendos cœleſte, & nunquam victuros cum altari, ſed cum gentibus damnatis in ignem æternum. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ 2. Aduentus, in hæc verba, Quid exiſtis in deſertum videre hominem mollibus veſtitum? Sed quid exiſtis videre prophetã? Etiam dico vobis & plus quam prophetam. Non erat ſanctus Baptiſta molle inſtrumentum, & veluti ex butyro confectum, ſed plus quam ferreum, & adamantinum ad dolandos lapides viuos Eccleſiæ, ac propterea, inquit Chriſtus, eum non eſſe mollibus veſtitum. Erat etiam plus quàm propheta. Elegerat enim eum Deus tanquam fortiſſimum inſtrumentum, ad tundendum illum perfidũ lapidẽ, ſcilicet regem Herodẽ, ſed eius tãta erat durities, quod ad ictus lapicidæ fruſtrum reſiliit in faciẽ diuini latomi, & caput abſcidit.

*Iohannes Baptiſta Præco Redemptoris primus ad gratiam ſuſcipiendã Idolauit pectora hominũ.*

Quadrat etiam in Euangelium feriæ 2. Reſurrectionis in hæc verba, O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ. Ecce mallei, & ferramenti contuſio in illos viuos lapides diſcipulos nempe Chriſti euntes Emaus, obiurgat enim eos, & acriter reprehendit Chriſtus, vocans illos ſtultos, & inſtar ſilicis duros ad credendum, reſurrexiſſe Chriſtum, ſed huiuſcemodi ferramentum hauſit ad tundendum ex Prophetis. Hinc ſubditur, Et incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis interpretabatur illis, in omnibus Scripturis. Quid hæc omnia ſunt, niſi quod Dominus dixerat apud Hoſſeam, Dolaui eos in Prophetis. Quadrat & in Euangelium pro feſto ſancti Matthæi, in hæc verba, Euntes autem diſcite, quid eſt Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Vides, vnde hauſerit ferramentum ad dolandos iſtos lapides, videlicet ex prophetis?

¶*Et occidi eos in verbis oris mei.* Ecce, quanti ſit æſtimandum munus declamatorum ad populum, quantique faciendi cõcionatores? Os námque Domini ſunt. Vnde & de illis inquit

*Iere. 15.*

Deus apud Ieremiam, Si ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meum eris. Aduertant etiam concionatores, quanta in eis debeat eſſe mundities, ſiquidẽ tãto nomine digni ſunt, quod ipſe Deus os ſuum vocat eos. Hinc apud Cantica dicit illis

*Cant. 4.*

Sponſus,



Sponſus, Dentes tui ſicut grex tonſarũ, quæ aſcenderunt de lauachro. Omnes gemellis fœtibꝰ. & ſterilis nõ eſt inter eas, ſicut vitta coccinea labia tua, & eloquiũ tuũ dulce. Vt multa referre omittamus, quia Deo volẽte, maturè in lucẽ edemus commentaria in Cantica Canticorũ, per dentes, ex mente D. Anſel. multorũmq; Patrum, concionatores intelligit, qui cõterunt Scripturas, & inferioribus intelligibiles reddunt, qui & ſicut greges tonſarũ dicuntur, quia ſicut ouis in tonſione deponit vetuſtatem ſuam, ita iſti debent deponere omnẽ vetuſtatem ſuã. Aſcẽderunt verò de lauachro baptiſmi, & pœnitentiæ ad virtutes. Omnes gemellis fœtibus ſunt, quia vnuſquiſq; fidem habet, & opera. Sicut vitta coccinea etiam labia eorum ſunt, quia ſicut vittæ officiũ eſt, capillos cõſtringere circa caput, ita labia, id eſt, prædicatores, per quos loquitur Deus cõſtringunt capillos Chriſto, ne deffluũt à capite. Coccineã autem vocat propter Dom. Paſſionis rubedinem.

*Pollicetur author Reipublicæ literariæ amantiſſimꝰ ſe breuiter in lucẽ emiſſurũ Commentaria in Cantica Salom.*

*Mat. 23.*

¶Item, *Et occidi eos in verbis oris mei.* Non ergo tyranni, aut impij occiderunt ſacros vates? Abſit hoc. Nã Aſſertor noſter inquit, Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex illos occidetis, & crucifigetis, &c. Ita eſt, ꝙ Iudæi ſacros vates occiderunt, ſed Deus ſe occidiſſe illos ait, non ſolum qa permiſerit, verũ etiã, vt concionatoribus nõ parũ ſolatij ingerat, qui ſi quid patiantur incõmodi, ꝙ vitia reprehendant, Deus pœnarum eorũ auctorem ſe dicit ob cumulatiſſimũ præmium quod in eos eſt collaturus. Diſce etiam ex hoc loco non timere populum, ſed liberè reprehende peccatores. Deus enim eſt, qui occidit, & viuificat, non auditores. Hinc inquit Ezechieli, Ne timeas eos neque metuas. Apoſt. etiam, poſtquam multas attexerat calamitates, & perſecutiones, quibus fuerat iactatus, inquit, Et ex omnibus eripuit me Dominus.

*Deus occidit, & viuificat.*

*Ezech. 3.*

*2. Timot. 3.*

¶*Iudicia tua quaſi lux egredientur.* Duo hic ſunt implicata, alterum eſt, peccata publica publicè eſſe punienda. Non enim inquit, Iudicia tua, quaſi nox, aut quaſi tenebræ, ſed quaſi lux quæ ab omnibus percipitur. Solet Deus proculdubio plerũq; punire, & reprehendere peccatores occultè. Tunc parũ iratus videtur Quemadmodũ enim iudex ſi ſecreto delinquẽtẽ corripiat, id ob amicitiã feciſſe diximus, ſecus autem ſi publicè, tunc enim pro meritis ab eo exigit pœnas, In eundem modum Deus ſolet occultè punire nonnunquam, & tanquã amicus peccatores. Tranſiui per te, ait apud Ezechielem, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium. Et expandi

*Simile.*

amictum

amictum meum ſuper te,& operui ignominiam tuam;& la-
ui te aqua,& emundaui ſanguinem tuum ex te,& vnxi te o-
leo. Ecce iudicium Dei in Iſraelem occultè exercetur Tegit
enim Deus pallio charitatis illum, dum mundat ſanguinem
id eſt, peccata eius, ne cæteri videant ignominiam peccato-
rum, ob quam punitur. Sicq; tectum Iſraelẽ abluit aqua tri-
*Pſal. 68.* bulationum. Aqua námque tribulationem ſignificat, vt in
Pſalmo, Saluum me fac Deus, quoniã intrauerunt aquæ vſq;
*Pſal. 143.* ad animam meam. Et iterũ, Libera me de aquis multis. Hinc
& meritò ſubiungit, Et vnxi te oleo, id eſt, miſericorditer te-
*Pſal. 31.* cum egi, clam te mundans, non palam. Hinc & Regius Pſal-
tes ait, Beati, quorũ tecta ſunt peccata. Quid eſt, peccata eſſe
tecta, niſi occultè de illis ſumere Deum vindictam, ſecretóq;
corripere, ne aliis nota ſint? Quadrat in Euangelium Sabba-
thi poſt 3. Dominicam Quadrageſimæ, in hæc verba, Incli-
nans ſe, ſcribebat in terra. Quid ſcribebat? Dicunt Sancti Pa
tres peccata Scribarum, & Phariſæorum accuſantium mulie
rem in adulterium deprehenſam, vt rubore ſuffuſi, accuſare
peccatricem deſinerent, ad ſuaque ita quiſque peccata con-
uerteret oculos, vt ab alienis illos auerteret. Cur Dñe hoc iu
dicium tuum non egreditur, quaſi lux, ſed occultas horum
peccatorum delicta? Certè abyſſus miſerationum tuarum te
compulit expandere amictum ſuper eos, quia benignè corri-
pere voluiſti. Væ autem illis, cum egredietur ſententia quaſi
lux, vt omnibus hominibus ſit aperta, & manifeſta. Poteſt e-
tiam non inepte aptari Euangelio Dominicæ 1. Aduentus,
in hæc verba, Tunc videbunt filium hominis venientem cũ
poteſtate magna, & maieſtate. Aderunt enim omnes Sancti,
& ſpiritus angelici, aderũt & omnes homines, quotquot fue-
runt, vt adimpleatur illud, *Iudicia tua quaſi lux egredientur.* Sed
cur ita publicitus punientur peccatores? Quia miſericordiæ
opera deſpexerunt. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi man-
ducare, ſitiui, & nõ dediſtis mihi potum, hoſpes eram, & non
collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me, infirmus, & in
carcere, & nõ viſitaſtis me. Ignorarunt enim illud, quod per
prophetã meum illis dixeram, Quia miſericordiam volui, &
non ſacrificium.

*clariſſima ſunt iudicia quæ dominus per Prophetas nobis pãſa ceũ ſed nos vidẽtes nõ videmus audientes non intellegimus.*

¶ *Quia miſericordiam volui, &c.* Docet, quàm benignos, pios,
compatientes, ad ignoſcendum faciles quamq́ue paratos ad
tribuendum, & ſuccurrendum eſſe oporteat, vt alter alterius
*Galat. 6.* onera portemus, & tales nos exhibeamus proximis noſtris,
qualem cupimus Deum eſſe nobis. Si enim actionibus
miſericordiæ



miſericordiæ incubuiſſent Iudæi, non egrederentur iudicia
eorum quaſi lux, id eſt, non acerbè, & palam punirẽtur. Hinc
Sapiens inquit, Qui pronus eſt ad miſericordiam benedice- *Prou. 22.*
tur. Et iterum facere miſericordiam plus placet Deo, quam *Prou. 21.*
victimæ. Et apud Iſaiam, Frange eſurienti panem tuũ, & ege
genos, vagoſque induc in domum tuam. Cum videris nudũ, *Iſa. 58.*
operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet
quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & an-
teibit iuſtitia tua faciem tuam, & gloria Domini colliget te.
Obſerua, quibus præcipiat Dominus frangendum panem,
nõ vtiq; ſaturi, & diuiti, ſed eſurienti. Secus, proh dolor, mul
ti faciunt, deſpiciunt námq; pauperes, & egenos, & nudos:
homines autem locupletes inuitant, imo etiã nolentes tra-
hunt in domum ſuam. Bone Deus, quis in vaſis iam plenis,
balſamum refundere contendit? Fratres mei pretioſa res eſt
eleemoſina, & miſericordia, oleũq; vix æſtimabile, ſed in va
ſis vacuis ſolum reponendũ eſt. Quemadmodum Eliſæus, *Simile.*
clamante vxore prophetæ. Creditor venit, vt tollat duos fi- 4. Reg. 4.
lios meos ad ſeruiendũ ſibi, mutua vaſa vacua poſtulauit, in *a.*
quibus oleũ infunderet, eaq; tantum impleuit, Sic nos oleũ
miſericordiæ ſolum in pauperibus, qui vaſa vacua ſunt, re-
ponere debemus. Cur diuites, qui repleti ſunt, eligemus? O
cœcitatẽ ingentem, ô amentiã deplorandã. Cum in pauperes
effuderimus opes, nõ cum in diuites, ꝑmittit orituram ſani-
tatem noſtram. Quemadmodum elephas, quoties vermes ve
nenatos comedit, teſte Plinio, haurit, & bibit oleũ, eóq; ve- *Plinius.*
nenum expellit, & purgat, In eundem modũ homo oleo mi-
ſericordiæ ſanatur à veneno peccatorũ. Quid quæſo, Samari
tanus appoſuit vulneribus inflictis à latronibus, niſi oleum? *Luc. 10.*
Tu ergo eandem tui cordis vulneribus adhibe medicinam,
oleum videlicet miſericordiæ. Per miſericordiam námq;, ait *Prou. 15.*
Sapiens, & fidem purgantur peccata. Ac rurſum, Miſericor- *Prou. 16.*
dia, & veritate redimitur iniquitas. Et Tobias, Eleemoſina *Tob. 4.*
ab omni peccato, & à morte liberat: & non patietur, animã *Prou. 1.*
ire in tenebras. Quadrat obſeruatio in feſtum Omniũ San-
ctorũ, in illud, Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericor- *Prou. 13.*
diã conſequentur. Audis enim ſecus de immiſericordibus,
Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, ipſe clama- *Iacob. 2.*
bit, & non exaudietur. Eſt D. Iacobus, Iudicium, inquit, ſine
miſericordia illi, qui non facit miſericordiam.

*Beneficia & dona hodie largiuntur diuitibus, pauperibus nihil.*

¶ *Et non ſacrificium.* Charitatẽ, frater mi, docet te Deus tuus,
qui ſui honoris oblitꝰ aliorũ ꝓſpicit vtilitati puta pauperũ.
Audis

Audis enim, Deum tuum malle miſericordiam, quam ſacrifi-
Phil. 2. cium. Non ſic nos repẽdimus Deo noſtro. Inquit, enim Apo-
ſtolus. Omnes, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti.
Neminem enim habeo tam vnanimem, qui ſyncera fide pro
1. Cor. 10. vobis ſolicitus ſit. Ac rurſum Corinthiis præcipit. Nemo,
quod ſuum eſt, quærat, ſed quòd alterius. Et poſt pauca, ſe
Rom. 9. ipſum in exemplum præbens, ait. Non quærens, quod mihi
vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. Et iterum. Optabam
ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt
cognati mei ſecundum carnem.

¶*Et ſcientiam Dei, plus quam holocauſtum.* Sanctum ergo, & quam grauiſſimum Deo eſt, Scripturæ ſacræ ſtudiis operam
nauare. Vnde Diuus Hieronymus ait. Sẽper in manibus tuis
ſacra ſit, lectio, tenẽti tibi codicẽ ſomnus ſurrepat, & caden-
Pſal. tẽ faciẽ pagina ſancta ſuſcipiat. Et Dauid. Lucerna pedibus
2. Tim. 3. meis verbũ tuũ, & lumen ſemitis meis. Et Apoſtolus, Omnis
Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendũ, ad arguẽ-
dum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfe-
ctus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. Quem-
Exod. 3. admodum nãq; in duabus tabulis lapideis legem ſcriptam
digito Dei accepit Moſes. Ita in duobus Scripturæ teſtamẽ
tis, veteri nempe, & nouo, diuinæ inſpirationis digito fuit
Scriptura exarata, & per Deum ipſum hominibus diuulgata.
Hinc prophetæ Ioanni dicitur. Quis eſt dignus aperire li-
Apoc. 5. brum, & ſoluere ſignacula eius? Et nemo poterat, neque in
cœlo, neq; in terra, neq; ſubtus terrã aperire librũ, neq; reſpi
cere illũ, donec Agnus Dei ſtans, tanquã occiſus, habens cor
nua ſeptẽ, & oculos decẽ, qui ſunt ſeptẽ ſpiritus Dei miſſi in
omnem terram, venit & accepit de dextera ſedentis in thro
no librum, & illum aperuit. Vis aperte cognoſcere, quantum
iſte liber hominibus afferat cõmodi? Audi, quid dicat Deus
Ezech. 2. Ezechieli. Aperi os tuũ, & comede, quæcũq; ego do tibi. Et
vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber,
& expandit illum corã me, qui erat ſcriptus intus, & foris. Et
ſcriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. Quid i-
ſte liber eſt, niſi Scriptura ſacra, quę ideo inuoluta eſſe dici-
tur, quia obſcura eſt in multis locis, & explicatu difficillima.
Sed eam expandit coram propheta Deus, quia cum diuini-
tus eſt inſpirata, diuino etiã ſuggerente Spiritu, aperitur iis,
quibus vult Deus ſcientiã ſuorũ myſteriorũ communicare.
Sunt autem ſcripturæ in ea lamẽtationes, quia in ea docẽtur
homines, quot, quantiſq; cruciatibus ſubiiciãtur peccatores
in



in inferno damnandi. Sunt etiam ſcriptæ lamentationes pœ
nitentium in ea, quia docet, quibus gemitibus, & lachrymis
debeant peccatores pœnitentiam agentes, ſua deflere pecca
ta. Scripta ſunt etiam carmina, cantus illi videlicet læ-
titiæ Sanctorum, canentiũ in cœleſti gloria hymnos, & can-
tica, non ſine ingenti animi exulatione. Inuenitur & væ, quo-
niã innumeratas comminationes pœnarũ habet, quibus à pa-
trandis peccatis homines deterrentur. Cum ergo Scripturæ
ſacræ liber doceat nos, quo pacto delicta noſtra lamentis ab
luere debeamus, qua via tenditur ad ſupernas illas angelo-
rũ ſedes, noſque à peccatis arceat terrore gehennalis ſuppli
cij, merito inquit Deus, *Sciẽtiam Dei volui plus quàm ſacrificium.* Actio. 17.
Agnouerunt Sancti illi, quantũ afferat hæc diuina ſcientia e- Nihil [illegible]
molumenti hominibus, de quibus ipſa teſtatur. Susceperunt ſacræ Scri-
verbum Dei cũ omni auditate, quotidie ſcrutantes Scriptu- pturæ ſylu-
ras. Quid inueniſtis, precor iucunditatis, quid dulcedinis, quid inuenietur
cõmodi in Scripturis, quod cum auiditate Scripturas ſuſcipitis, quod [illegible]
eáſq; ſcrutamini? Quæ lingua id expendere poterit? Eſt nã- corporis &
queſcientia Dei arbor quædam cœleſtis, diuinis floribus orna animæ
ta, ager ferax plenus frugibus, pratum amœniſſimum grami ſaluti con
nibus miris decoratum, hortus abundans fructibus, fons ferat, [illegible]
& fluuius aquæ vitę ſalientis in vitã æternam. Quis enim di quatur.
gne referre queat, quot flores ſententiarum Scripturá ſacra quis [illegible]
profert, quot ſelectiſſimis exemplis piorũ virorum ſit refer- re libeame
ta, quot herbas ſaluberrimas ſacramentorũ pducat, quotque [illegible]
fructibus vtilium præmiorum ſit repleta? Non igitur mirum hic reme-
eſt, ſi ſancti cũ auiditate Scripturas ſacras legant. Nã quemad- dium quæ
modum apes ab herbis, & arboribus flores interdum amaros, [illegible]
interdum dulces demetunt ad fauos conficiendos mellis, a- [illegible] hic
nimalia in pratis nunc herbas ſuaues, nunc amaras paſcunt, reperi [illegible]
homines etiã ex fructibus quoſdã legunt ad cibũ, quoſdã ve [illegible]
ro ad medicinã. In eundẽ modũ nos debemus confugere ad [illegible]
Scripturã ſacrã, & ex ea diuerſitatẽ florũ, fructuũ, & herbarũ, [illegible]
hoc eſt, varietatẽ ſententiarum, & teſtimoniorum colligere, [illegible]
quorum quædam ſunt dulcia ob promiſſiones præmiorum [illegible]
quædam amara ob comminationes tormentorum: & inde [illegible]
quod expediat recipere, ad diuinos quoſdam fauos con- [illegible]
ficiendos mellifluæ, vt ita loquar, deuotionis, & ſaluti- [illegible]
ræ doctrinæ, atque in cibum & medicinam animæ conſer- [illegible]
uare. Quadrat obſeruatio in Euang. pro reſurrectione Do- [illegible]
mini, in hæc verba. Incipiens à Moſe, & omnibus Prophetis
interpretabatur illis, in omnibus Scripturis, quę de ipſo erãt.

Cũr,bone Ieſu,Scripturas ſacras ſic reſcluis?Certè quia ſcis
patrem tuum æternum ſcientiam Dei velle plus,quàm ſacri
*Iudi. 14.* ficiũ.Hinc in ore tuo , quẽadmodum in ore leonis interfecti
à Sanſone,quam primũ reſurgis,fauus mellifluus Scripturæ
Sacrę inuenitur.Id enim ea vmbra eſt implicatũ,& inuolutũ.
¶ *Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum.* Quam ob cauſam fratres mei,putatis,Deum noſtris oculis obiicere contemplandum ſupplicium primi parentis? Certè quia cupit
*Num. 4.* nos alienis exemplis diuinæ iuſtitiæ à peccato deterre.Hinc
apud Numeros dicitur fœminæ Si declinaſti à viro tuo, atque polluta es,&concubuiſti cũ altero viro,det te Dominus
in maledictionem,exemplumq́; cunctorum in populo.Ecce
non ſolum ſentẽtia maledictionis mulier adultera punitur,
ſed etiam in exemplũ aliis exhibetur,ne ſimile peccatũ pa-
*Iere. 48.* trent.Et apud Ieremiã. Erit Moab in deriſum omnibus,& in
*2.Petr.6.* exemplum in circuitu ſuo.Et princeps Apoſtolorum ait, Ci
*2.Reg.6.* uitates Sodomorum,Gomorrheorum, in cinerem redigens,
*Acto.5.* auerſione damnauit, exemplum eorũ,qui impie acturi ſunt,
*Simile.* ponens.Solent viri pij, inſpecto aliorum ſupplicio , reddi
*Hæc dicta* cautiores,& illud fugere peccatum,pro quò cernunt,patra-
*ſint horrvio* torem puniri.Sic Sanctus Dauid:cernens Ozam à Domino
*latoribus* percuſſum,quòd arcam tetigiſſet,extimuit Dominum in il-
*nam iuſtũ* la die,dicens.Quomodo ingredietur ad me arca Domini?Et
*dolorẽ di-* noluit eã diuertere ad ſe.Sic etiam,punitis Anania,& Saphi-
*citur exe-* ra factus eſt timor magnus in vniuerſa Eccleſia,& in omnes
*qui qui a-* qui audierunt hæc.Quemadmodum , cum malleo percutis
*dulteram* clauum,vt figas in pariete,non ſolum paries ictu, verum &
*interfi-* ipſum tectum cõmouetur,quãuis illud non tangas.Ita cum
*cit vxo-* Deus punit peccatorem,licet non tangat circunſtantes,ingenti
*rem cũ ſuo* genti tamen terrore afficiuntur.Docet etiam te Deus time-
*mechatere* re,cum vides,ob aliquod crimen puniri quempiam, ſi tu eo-
*l.1. ſi quis* dem ſis irretitus.Nã quos eadem culpa cõſtringit,par etiam
*ingra.§.ſi* ſolet manere ſupplicium. Vtinam , cum adulter cernit con-
*maritus.* foſſos gladio à viro adulteros,quòd ipſius thorũ violauerint
*ff.ad.Syl.* tremebundus reſipiſceret, anteaquam ſimile ſubeat ſuppli-
*Accur.in* cium. Vtinam & latro,&c.
*l. ſi rigor* ¶ *Galaad ciuitas operantiũ idolum.ſupplantata ſanguine. Et quaſi fau-*
*ſtad. legẽ* *ces virorum latronum,particeps ſacerdotum, in via interficientium per-*
*Iul.de a-* *gentes de Sichem, quia ſcelus operati ſunt.*
*dult.* ¶ Ciuitas *Galaad* ſita eſt trans Iordanẽ in tribu Gad,habi
tabatur à ſacerdotibus,quæ fugitiuorum ciuitas erat. Inter
cæteras Iſraelitarum regiones erat hæc longè fœlicior, ob
loci



loci amœnitatem,& vbertatem frugum,eſſeque fertiliſſimã,
& inſignem ob meſſionis,& fructum copiam produ͂t crebro
ſacri vates.Nam Micheas,& Zacharias id inculcãt,& in cã- *Mich.7.*
ticis legimus. Capilli tui ſicut greges caprarum,quæ aſcen- *Zach.10.*
derunt de monte Galaad.Neque arbitreris,cum hoc nomine *Can.4.*
Galaad etiam appelletur mons quidam,eum montem,& ci-
uitatem hac longe diſtare,ciuitas enim *Galaad* in eodẽ mon
te eſt collocata.Cũ igitur ciuitas hæc *Galaad* ob ſacerdotũ
frequentiam,& propter Aſylorum religionem , atq; ob frugum fertilitatem ſanctiſſimis & innocentiſſimis cultoribus
oportuerit abundare,in eã prius,quam in cæteras inuehitur
Deus,quod ſecus contigerit,& beneficiorũ, ſuiſq́ue muneris obliti,primitus idolum conſecrauerit.& principium ido
lolatriæ,& omnium malorum extiterit. *Supplantata ſanguine.*
Licet multi id referant ad punitionẽ ciuitatis Galaad, quod
ciuium eius ſanguis ab Aſſyriis fuſus fuerit,vt qui primi pec
cauerant , primi etiam pœnas exoluant,& capiantur ab hoſtibus,quam explanationem amplecti videtur D.Hiero.me
lius tamen arbitror,referemus ad patratum peccatum in ea,
quaſi nouum eius peccatum,& crimen addat, fuiſſe videlicet inſidiatricem ſanguini pergentium Ieroſolymam adorationis cauſa. Nam quamuis vox Hebraica , poſita pro *ſupplantata*,anceps ſit, & ad ſupplantationem , & ad inſidiationem,vt ita loquar,verba ſequentia apertè oſtendunt. *Et quaſi fauces,&c.* vt ſtatim dicemus magis eſſe accipiẽdam pro inſidiatione,quàm pro ſupplantatione.Auget autem non parum crimen hoc inſidiarum,quòd additur *ſanguine.* Ac ſi a-
pertius dicat.Inſidioſa erat ciuitas Galaad,non vt parum in *Inſidiaba-*
commodi inferret,aut vt bona ſolum raperet innocentium, *tur Ga-*
ſed vt eorum ſanguinem funderet , eoſque necaret. *Et quaſi* *laad repu-*
*fauces virorum latronum,particeps ſacerdotum.* Si ita verba iungas, *nantibus*
in quem modum nonnulli codices habent , ſenſus eſt ſatis *Idolorum*
clarus.Significat namq́;,ciuitatem *Galaad* multis, ornatam *cultui &*
ſacerdotibus,eſſe ſimilem faucibus latronum quærentium *per phas*
deglutire bona aliorum .Omnes enim. vna cum ipſis ſacer- *& nephas*
dotibus ſtudebant rapere facultates alienas. Poſſumus e- *eorum ſub*
tiam *fauces latronum* appellare anguſta loca abditaque, ſiue *ſtantias*
cauernas,quas velut oportuniora ad graſſandum ſolent de- *deuora-*
ligere latrones,quales ſunt anguſtię,& viarũ aſperitates.Hu *bat.*
iuſmodi loca appellari *fauces* per tranſlationem certum eſt,
Vnde Corinthus in anguſtiis,& faucibus Græciæ poſita eſt,
id eſt,ſtrictior erat ingreſſus ad Corinthũ.Et quoniam ſacerdotes

 principes

principes erant in illo latrocinio, cæteri vero, qui cum illis erant, ſocij ſceleris, atque prædæ, participes dicũtur. Adhibẽt hanc explanationem Haymo, & Rupertus, quę mihi non eſt ingrata, eamque nonnulli ex recentioribus amplectuntur. Si autem verba ſeiungas, & in hunc modum legas, *Et quaſi fauces virorum latronum*, & ibi apponas periodum, quaſi illa cũ præcedentibus coniungas, apertus eſt ſenſus. Explicat nãq; quo pacto inſidias tetenderint ſanguini hominũ Galaaditę, nempe in latebris, quibus ſe latrones abdere ſolent ad internetionẽ tranſeuntium viatorum, *In via interficientium pergentes de Sichem*. Erat ciuitas *Sichem* metropolis Samariæ, quã ob rẽ multas, & frequentes ad eam vrbẽ vias fuiſſe, conſentaneum eſt, eas autẽ ſacerdotes, cęteri que Galaaditę occupauerãt, latitabantq;, vt inſidiarentur pergentibus adoratum Dñm Ieroſolymã, eoſq; ad vitulos aureos redire cogebãt, multa impoſita, quòd ſi illos reuocare non poterant, crudeliter interficiebant. Lyranus opinatur, iſtos latrones interfectores appellari pergentium Sichẽ vbi erant nundinæ, ad quas portabantur pecuniæ pro emendis mercimoniis, quia eos interficiebant, & ſpoliabãt latrones in eo itinere. Cæterum prior explanatio videtur verior, atque ita diſpungunt Diuus Hieronymus, Theophilactus, & plerique alij. Vox autem *ſichem*, ſi Hebraica conſulas exemplaria, non in auferendi caſu eſt ſed in accuſandi caſu. Sic enim habent *Sechemah*, quam deſinentiam locorum nomina habent Hebraicè, vt *Ieruſalaimah*, *Mizraimah*, idem eſt, quod in Ieruſalem, & in Mizraim. Noſter autem Interpres, opinor, propterea tranſtulit *de Sichem* in ablatiuo, vt ſignificaret, comprehendi pergentes *Sichem*, cum ab ea vrbe redibant, nõ cũ illuc iter faciebãt. Huius autẽ rei cauſa eſt, quoniã inſidiatores habebãt clanculares, qui ſpecularẽtur, an qui pergebãt Ieroſolymã, adoratum iſſent, necne, quod cũ exploratũ haberẽt, in ipſo reditu inde reuertẽtes interficiebant, veluti tranſgreſſores legis de adorandis ſolum vitulis aureis. *Quia ſcelus operati ſunt*. Vox *Zimah* Hebraica, poſita pro *ſcelus*, nõ pro quouis accipitur ſcelere ſed maximum, atque portentoſum flagitium conſulto factum ſignificat, Sic apud Leuiticum, Ne proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur *Zimah*, id eſt, nefarium, & excogitata malitiæ ſcelus. Ac ruſum, Qui ſupra vxorem filiam duxerit, matrem eius, *Zimah* operatus eſt, viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio veſtri.

*Sunt qui autumant Sichem dictã fuiſſe poſtea Neapolim, quã Ioſephus cum Plinio Marbotã vocat.*

*Leuit. 19.*

*Leuit. 20.*

*Obſer-*



## *Obſeruationes ad inſtituendos mores.*

G*Alaad ciuitas operantium idolum*. Quemadmodum Deus ſolet honorare, ante alios, primos candidarum actionum inuentores, Ita etiam deſæuire ſolet prius in alicuius criminis, aut vitii auctores quam imitatores. Da illis, inquit Dauid Deo, ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuẽtionum ipſorum. Quid eſt Deus daturus, bone rex, nequitiæ inuentoribus? Certè vt ante alios puniantur, atque ſeuerius. Cum enim pœna reſpondeat culpæ, qui prius culpam committunt, æquum eſt, etiam incurrant prius pœnam, ita, vt primi dignam factis mercedem accipiant. Nã quemadmodum patriarcha Iacob dixit Rubem, Tu principium doloris mei prior in donis, maior imperio, effuſus es, ſicut aqua non creſcas, ſic iſtis Galaaditis dicere poteſt Deus, Vos principiũ iniuriæ mihi illatæ, non medium, aut finis, quod ęquius ferri poterat, & qui priores accepiſtis à me dona, vos enim ſacerdotali honore cumulaui, & ciuitatem veſtram cõſtitui refugium delinquentium, igitur vos deſpiciam, & effundens vos ſicut aquam in terram, non creſcatis, imo primi pereatis, cũ extiteritis ſceleris auctores. Sic etiã adoleſcẽs ille Machabęus obiiciebat impio & tyranno, quod nouum modũ torquẽdi Iudęos adinueniſſet, & excogitaſſet, Tu, qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei. Et Sapiens ait, Eſt inuentio in detrimentum. qui enim peccandi modum adinueniunt, in ſuam pernitiem eum effingunt & excogitant.

¶*Galaad ciuitas operantium idolum*. Ecce quid contulit Galaaditis huius ciuitatis amœnitas, & opum abundantia, fuiſſe videlicet primos peccati auctores, & vitiis magis obnoxios. Quod inde fortaſſe manat, quod rerum affluentia, & opes libidini fomentum, ac materiam ſuppeditent, ſicut ſcriptum eſt, Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit. Et apud Ezechielem, Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia ſaturitas panis, & abundantia. Audi etiam qualis fuerit Sodoma, tot flagitiis contaminata, Erat, inquit Scriptura, ſicut paradiſus Domini, vniuerſa irrigabatur. Sed qui erant illius incolæ? Homines autem Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Audi etiam, quid pepererit diuitiarum copia ſanctis Abrahamo, & Loth, Non poterat terra ca-

*Capita ſu ciuorũ capitales pœnas ſoluũt cus.*

*Pſal. 27.*

*Gene. 49.*

*2. Mac. 7*

*Eccl. 1 0.*

*Res quædam fortuito inuentæ perniciem & detrimentũ inuentoris pariunt.*

*Deut. 33.*

*Ezec. 16*

*Gene. 23.*



perg

pere eos vt habitarent ſimul. Erat quippe ſubſtantia eorum
multa & non poterant habitare communiter, vnde facta eſt
rixa inter paſtores gregum Abram, & Lot. Ibi etiam in ca-
ptiuitatem redactus eſt Lot. Vides, quot malorũ fuerit fons
diuitiarum abundantia? Primò cultores terræ illius om-
nium peſſimos eſſe leges. Secundò etiam conſanguinei diui-
*Num. 32.* tes ſimul viuere non poſſunt, vt diſcas, opes ſeminarium eſſe
diſcordiæ, & rixarum. Tertiò, etiam inter famulos diuitum
audis eſſe lites, & contentiones. Quartò, in terra amœna ca-
ptiuus ducitur etiam ſanctus vir Lot, quoniam qui vberio-
rem terram, & delitioſiorem incolunt, hi in vitiorum capti-
uitatem citius rediguntur. Quinam præ cæteris tranſire Ior
danem & terrã ingredi promiſſionis reformidant? Filij Ru-
bẽ, & filij Gad, qui nimis diuites erant. Filij autem Ruben &
filii Gad habebãt pecora multa, & erat illis in iumẽtis infi-
nita ſubſtantia. Et quid iſti dixerunt Moſi, & Eleazaro ſacer
doti, & principibus multitudinis? Terra, quam percuſſit Do-
*Diuitiarũ* minus in conſpectu filiorum Iſrael, religionis vbertimæ eſt
*pondera* ad paſtum animalium. Et nos ſerui tui habemus iumenta
*altius ho-* plurima precamurque, ſi inuenimus gratiam coram te, vt
*minem ad* des nobis famulis tuis in poſſeſſionem, nec facias nos tran-
*culmen pœ* ſire Iordanem. Ecce qui recuſant tranare fluuium aquæ pœ
*nitentiæ e-* nitentiæ, ſuaque peccata lachrymis abluerę id enim flumen
*uolare nõ* Iordanis adumbrat. Ecce qui negligunt tranſire ad terram il
*ermittũt.* lam cœleſtem hominibus promiſſam, qui videlicet diuites
*Tim. 5.* ſunt. Nam diuitiæ eos retardant, & formidoloſos reddunt.
Dic diuiti, Ieiuna, ſubueni pauperi, tranſi per aquas pœni-
tentiæ, da operam, vt in terram viuentium conſcendas, reſ-
pondebit. Ne tranſire me facias Iordanem, bene hic ſum, cũ
diuitiis meis. Hinc Apoſtolus docet, comites diuitiarum
eſſe deſideria multa, & inutilia & nociua, quæ mergunt ho-
mines in interitum, & perditionem. Quadrat obſeruatio in
Euangelium pro Omnibus Sanctis, in hæc verba, Beati pau-
peres ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Non
ait Aſſertor noſter, Beati diuites, videbat enim, quanto in
periculo verſentur. Ciuitas namque Galaad ob diuitiarum
abundantiam non legimus in virtutum actiones incubuiſ-
ſe, ſed idolum fabricaſſe fuiſſeque deteſtandæ idololatriæ
auctorem.

*Et quaſi fauces virorum latronum particeps ſacerdotum, &c.* Licet
vt optimè definit D. Thomas, inſidiæ ex ſe non ſint fraudes
nequ iuſtitiæ repugnẽt, nec ordinatę volũtati. Vnde D. Aug.
lib.



lib. 83. q. inquit, Cum iuſtum bellum ſuſcipitur, vt apertè pu
gnet aliquis, an ex inſidiis nihil ad iuſtitiam intereſt. Probat
autem hoc elegãter ſanctus Doctor authoritate Domini, qui
mandauit Ioſue, vt inſidias poneret habitatoribus ciuitatis *Ioſue. 8.*
Hai. Innocentibus tamen, & iis, qui nihil damni inferre mo
liuntur, ponere inſidias grãde facinus eſt. Vnde Dñs puniri
ſeueriſſime præcipit eũ, qui per inſidias proximum occiderit *Exod. 21.*
prohibetque huiuſmodi inſidiatoribus ſacrum locum quip-
piam præſtare immunitatis. Si quis, inquit, per induſtriam
occiderit proximum, & per inſidias, ab altari meo auelles eũ *Iob. 31.*
vt moriatur. Sanctus etiam Iob grande facinus eſſe, huiuſmo
di inſidias tendere, inquit, Si ad hoſtium amici mei inſidia-
tus ſum, ſcortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incur-
uentur alij. Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima. Et Re- *Pſal. 10.*
gius Pſaltes ait, & inſidiarum crimen exaggerans, & inſidia- *Impij incĩ*
toris commeritum ſupplicium attexens, Inſidiatur in abſcõ- *dent in fo-*
dito, quaſi leo in ſpelunca ſua, Inſidiatur, vt rapiat pauperẽ, *ueam quã*
rapere pauperem, dum attrahit eum, In laqueo ſuo humilia- *aliis fece-*
bit eum, inclinabit ſe, & cadet, cum dominatus fuerit paupe *runt, eorũ-*
rum. Ac rurſum, Comprehenduntur in conſiliis, quibus co- *que ma-*
gitant, Et Salomõ, In inſidiis ſuis capientur iniqui. Sic capti *lignitas re*
ſunt fratres Ioſeph, inſidias tendentes ſanguini fratris ſui. *cidet in ca*
Sic Darij ſatrapæ, ſic Aman, ſic rex Saul, dum parat Dauidi in *put eorum.*
ſidias, vt interficeretur à Philiſthęis, poſtea ab illis eſt inter- *Prou. 11.*
fect⁹. Demũ ſic Iudęi dũ per inſidias ſtudent occidere Ieſum
ne perderent locũ, & gentẽ ideo perdiderunt, locũ & gentem *Gene. 37.*
quia occiderũt Ieſum. Quadrat obſeruatio in Euangelium *Daniel. 6.*
pro Decollatione S. Ioãnis Bapt. in hęc verba Herodias inſi *& vlti.*
diabatur illi, & volebat occidere eum. O nequiſſima fœmina *Heſt. 7.*
non attendis, quantum facinus ſit, inſidiari innocentibus,
quantumque ſupplicium incurrant inſidiatores.

¶ *In via interficientium diſpergentes de Sichem.* Satis vetus
eſt hoc malum, quod & pernicioſiſſimum eſt Eccleſiæ, non
deeſſe homines iniquos, qui impedimento ſint viris piis,
& iuſtis, quo minus Deo ſuo inſeruiant, & virtutum actioni *3. Eſdr. 5.*
bus nauẽt operam. Hinc legis, interfici, & prohiberi, pergẽ- *2. Eſdr. 4.*
tes in templum Dñi, vt illũ adorarent. Sic prohibebant Gen
tes filiis Iſrael templũ ædificare, ſic & ędificãtes murũ Ieru-
ſalẽ ob imminẽtes hoſtes vna manu faciebant opus, & alte-
ra pugnabãt. Tu ergo nõ deſiſtas à bonis operibus ob homi
nes, qui obſtare contendũt, quinimò arma arripe vna manu,
& altera pge perge vlteri⁹ in ædificio virtutũ. Et queadamodũ

*Gene. 15.* Abrahamus non deſtitit offerre ſacrificium Dño propter volucres deſcendentes, vt comederent ſacrificia, ſed eas abigebat, Sic tu non ceſſes à virtutis actione propter eos, qui te ab his ſtudiis reuocare conabuntur. Aues enim diaboli ſunt iſtiuſmodi homines, quas ſi comedere ſinas ex his cibis virtutum offerendis Deo tuo, illóque abſumere; time, ne tibi contingat, quod magiſtro piſtorum Pharaonis, cui caput ablatũ eſt, ſuſpenſus in cruce eſt, & à volucribus laceratus, pœnas enim exolues Deo tuo, quod deſtiteris ob impedientes, illi inſeruire. Non defuerunt impij homines, qui obſtare contẽdebant, ne Apoſtolus incumberet piis actionibus, ſed nõ propterea gradũ reuocauit. Nos, inquit, perſecuti ſunt, prohibẽtes non gentibus loqui, vt ſalui fiant, &c. Quod ſi indignum eſt Chriſtiano pectore, virtutem deſerere, quia quippiam obſtant, quid erit de hominibus obſtantibus, ne quis virtuti operam impendat? Quis tantũ facinus valebit explicare? Quis pœnas dignê recenſere, quæ eos manẽt? Ex parte, & quoadãmodo id Deus ſignificauit, dicens, Vę vobis Scribę, & Phariſæi, qui clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Et Sapiens, Noli prohibere bene facere eum, qui poteſt. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feſto Diuæ Mariæ Magdalenæ, in hæc verba, Vnguẽto vngebat. Quid ex hac vnctione fuit cõſecutum? Obmurmuratio dicentium, Vt quid perditio hæc? Poterat enim vnguẽtum iſtud venundari multũ, & dari pauperibus, nõ tamẽ propterea deſtitit ab opere cœpto Magdalena. Quadrat & in feſtum Transfigurationis, in hæc verba, Adhuc eo loquẽte, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Quid loquebaris, Apoſtole Dei, quod te, & ſacros vates Moſem, & Heliã, tuoſque ſocios gloria Trãsfigurationis priuat? Erat ſuo conſilio impedimẽto, ne Chriſtus pergeret Ieruſalem, vt ſe offerret omnipotenti patri in ſacrificium, qua propter vix ore locutus plectitur, vt doceat Deus neminem à virtutis via reuocandum, ingratiſſimoſq; ſibi eſſe, qui impedimento ſunt viris piis, ne vlterius ad perficiendas liberales actiones progrediantur.

*Aues ſunt diaboli homines ſedductores.*

*Gene. 40.*

*1. Theſ. 2.*

*Matt. 23.*

*Prou. 3.*

*Nec verbo nec facto nemo ad bene faciẽdum dehortandus eſt.*

¶ *In domo Iſrael vidi horrendum ibi fornicationes Ephraim, cõtaminatus eſt Iſrael. Sed & Iuda pone meſſem tibi, cum conuertero captiuitatem populi mei.*

*Rem horrendam vocat idololatriam.*

¶ Licet *horrẽdũ* dicãt Lyranus, Carthuſianus, & nonnulli alij, duo appellari immaniſſima crimina, idolorum nempe cultum, & occiſionem pergentium Ieroſolymam ad templum melius



melius ſolum per *horrendum* intelligemus cultum idolorum,
de quo etiam inquit Ieremias, Obſtupeſcit cœlũ ſuper hoc, & *Ierem. 2.*
expauit terra vehementer. Et quoniam expauerat propheta,
vidẽs idolũ, quod fecerant Iſraelitæ, relicto Deo, ait, *In domo*
*Iſrael*, id eſt, in congregatione decem tribuum vidi horrendum.
Eam enim, iuxta Haymonis explanationem, vocat
domum Iſrael, Vel *domum* familiam Iſrael appellat. *Ibi fornicationes Ephraim.*
Certum eſt, *fornicationes* vocare idololatriam,
& per Ephraim intelligere Ieroboam regem, qui vitulos aureos fabricauit, illi hoc indidit nomen, quoniam ab eo genus
trahebat. Indicat autẽ, dũ Iſraelis domũ attexit cũ Ephraim,
hoc eſt, regia familia, omnes, tum populum, tum regem eſſe
eodem idololatriæ crimine deteſtando irretitos. *Sed & Iuda pone meſſem tibi.*
Satis pulchra trãſlatione Iudam etiam eſſe vaſtandum,
& in captiuitatem cito ducendum ſignificat, ſtragemque illam ingentem, *Simile.*
quam erat paſſurus. Quemadmodum enim meſſis arida, & falcibus demetitur, & ab agro, in
quo ſata fuerat, alio defertur, teritur, & in horreum deportatur,
In eundem modum Iuda gladiis exercitus regis Nabuchodonoſor eſt impetitus,
multi Iudæorum iugulati, & ſuccisi, variis calamitatibus, & acerbiſſimis iactatus, & contritus,
ac tandem in Babylonem longe à ſua patria relegatus. *Cum cõuertero captiuitatem populi mei.*
Hoc eſt cũque te Chaldæi meſſuerint, conuertam rurſum captiuitatẽ populi mei, & ſub Cyro rege Perſarum, & Artaxerxe reducam populum meum.
*In chriſtĩ aduentu per Titum regnum Iuda finẽ accipiet.*
Et nota, quam ſignificanter Iudę captiuitas, & regreſſio pariter prophetetur,
de Iſrael autem hoc eſt, de decem tribubus, & nunc tacitum eſt, & ſi quando proſperũ quid dicitur,
in Chriſti differtur aduentum. Quidam hoc, quod dicitur. *In da pone meſſem tibi*,
ad bonã partem referunt nempe quod, punito Iſraele, Iudas operum ſuorum fructus recipiat, iuxtà illud, quod ſcriptum eſt. *Pſal. 125.*
Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metent. Sed ſuperior ſenſus nobis magis placet.

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem.*

IN *domo Iſrael vidi horrẽdum, ibi fornicationes Ephraim.* Non eſt contentus Deus tuus dicere, ſe vidiſſe idololatriã Iſraelis, ſed vna cum ea ait etiã, ſe conſpexiſſe fornicationes Ephraim. Quorſũ putas, vtroſque & populum, & familiam regiam horrendo idololatriæ crimine ait eſſe cõtaminatos? Certe, vt oſtendat Deus, ſe velut inuitũ trahi ad punitionem eorum,

*Viri iuſti auertunt in Republica triſtia omina & cæleſtes minas.*

*Gene. 18.*

*Iſai. 1.*

*Mich. 7.*

Quærebat enim, an in populo, & familia regia aliqui viri eſſent pij, & iuſti, quorum vitæ integritas, & fidei puritas alliceret illum ad miſericordiam, & ne viros candore morum conſpicuos perderet cum iniquis, vniuerſis parceret. Dicebat enim Abrahamus Deo, Nunquid perdes iuſtum cum impio? Si fuerint quinque iuſti in ciuitate, peribunt ſimul, & nõ parces loco illi propter quinquaginta iuſtos, ſi fuerint in eo Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiatque iuſtus ſicut impius, non eſt hoc tuum. Sic & apud Iſaiam dicens, A planta pedis vſque ad verticem capitis, nõ eſt in eo ſanitas, quærebat Deus, an aliquis eſſet vir purus, ob quem cęteris parceret, dolebatq; neminem eſſe inuentum ſanum in moribus. Et apud Micheam veluti gemebundus inquit, Væ mihi, quia factus ſum, ſicut, qui colligit in autumno racemos vindemię: non eſt botrus ad comedendũ, pręcoces ficus deſiderauit anima mea. Quidnam eſt vinea, in qua racemos quęrit, niſi populus ille Iudęorum, racemi vero, qui ſunt niſi viri iuſti? Hos quærit iam tranſacto vindemiæ tempore, quo licet pauci, paruique botri inueniantur, ſaltem collector nõ perdit operam, ſed nonnihil colligit. Deus autem dolet, ſe nullum inuenire racemum, quem colligere poſſit, etiam paruiſſimum hoc eſt, non ingenti ſanctitate viros quæro, qui pulcherrimi botri ſunt, homines multo inferiores morum integritate inuenire deſidero. Hoc ipſum & alia tranſlatione rurſum, venuſtiſſima tamen, inculcat, dicens, Præcoces ficus deſiderauit anima mea. Quæ verba bifariam explanari poſſũt, vel quod precoces ficus vocet antiquos illos patres, eximia in Deum pietate, & in homines fide, ingentiq; virtute præditos, Abrahamum, Iſaacũ, Iacobũ, Moſem, Ioſeph, Ioſue, cæteroſq; eius generis, quod quemadmodum prima æſtate matureſcentes ficus, gratiſſimi, & ſuauiſſimi ſunt, ſic viri iſti Deo extiterint iucundi, & grati, Eos autem inuenire inter homines ſceleribus implicatos cupit, vt piorum integritate cõmot⁹, miſeratur impiorũ. Vel pręcoces fic⁹, id eſt, nõ omnino maturas, quia bonas, & perfectã maturitatẽ nactas nõ inuenio. Ac ſi apertius dicat, Homines eſſe in hoc populo magnopere opto aliqua pietate ornatos, licet priſtinã ſanctorũ Patrũ, puritatẽ non attingant, huberrimos fructus comedere deſidero, & ſimiles antiquis patrib⁹, cæterũ non inueniam, quiſquilias, & furfures præ famis magnitudine volo. Verum quid tempus tero in his fructibus inquirendis? Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt, omnes in ſanguine

*Deus piorum integritate cõmotus miſeretur impiorum.*



guine inſidiantur, &c. Cum ergo neminem inueniat pium, ob quem ad miſericordiam flectatur Deus, ſupplicium de illis ſumendum apponit, ſubiungens poſt pauca, In die ſpeculationis tuæ viſitatio tua venit, nunc erit vaſtitas eorum. Significauit etiam cœleſtis Sponſus ſatis eleganter, quantum emolumenti adferant viri iuſti iniquis apud Cantica dicens, Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis, quia vox tua dulcis, & facies tua decora. Quid namque facies Eccleſiæ eſt, niſi viri iuſti, & morum candore conſpicui? Quemadmodum enim pulchritudo præcipuè in facie hominis reſidet, per eámque dignoſcitur homo, Sic Eccleſiæ decor in ſanctis viris maximè relucet, per eoſdẽq; ſupernus Sponſus agnoſcit Sponſam, nam de iniquis ait, Amen dico vobis, neſcio vos. Petit ergo ab Eccleſia, vt viros integerrimos oſtendat ſibi, quorum pulchritudine ob ſplendorem virtutum illectus, ſuauiſſimam, & dulciſſimam vocẽ Sponſæ audiet, hoc eſt, quã gratiſſimæ erunt eius petitiones Deo, & quidquid petierint, obtinebũt. Hic vtrũque cõnectit, vocẽ dulcem cũ facie decora. Si enim facies deformis eſſet, & vox fortaſſis eſſet amara, & inſuauis auribus Sponſi. Adumbrauit hoc non ineptè regina Eſther, cum ad placandũ regem Aſſuerum, roſeo colore vultum perfuſa, & gratis, ac nitentibus oculis triſtẽ celabat animum ob ſententiam latã in Iudæos. Eius tamen pulchritudine cõmotus Rex, ſententiam mutauit, damnatis ad mortem parcens. Cui enim rei aptius eſt vmbra Eſther, quam Eccleſiæ? Hæc eſt, quæ regẽ cœli pulchritudine faciei, hoc eſt, obiectis ſanctis viris in conſpectu diuinæ, ac ineffabilis maieſtatis benignum, & miſericordem in peccatores reddit, & veniam impetrat dulcedine vocis ſuæ, id eſt, orationibus ſuis. Quemadmodũ enim ſterquilinium comburere, & perdere deſinet, qui inter ſtercora ſcit cõmixta eſſe pretioſiſſima margarita, ne vna cũ ſtercore pretioſos lapides perdat, In eũdem modum Deus, quamuis cernat iniquos homines multo ſtercore peccatorum conſpurcatos, non ſumit de illis vindictam ob gemmas, quæ inter eos ſunt, pios videlicet viros, ne dum malos deſtruit, bonis etiam inferat nocumentum. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, ait rurſum Spõſus. Spinæ homines prauos ſignificant, & has ſpinas cur Deus non euellit, & deſtruit? Quoniam inter eas lilium vnum inuenitur? Quid faceres, bone Sponſe, ſi plura lilia, hoc eſt, multos iuſtos inueniſſes cum peccatoribus? Quanto melius

ſpinis

*Cap. 2.*

*Simile.*

*Aſſuerũ Eſther Iudæos ſæuiſſimè proſequi deliberantem ad melioris conſilij clemẽtiã pulchritudine ſua diuertit ſic Eccleſia præcioſo conſpectu piorum & orationib. ſuis Deũ miſericordem & benignum reddit.*

*Cant. 2.*

ſpinis parceres]? Quadrat obſeruatio in Euangelium Dñicæ 4. poſt Epiphaniā, in hæc verba, Vis, imus, vt colligamus zizania? & ait, Non, ne, forte colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum. Ecce ob triticum parcit zizaniæ.

¶*Ibi fornicationes Ephraim, contaminatus eſt Iſrael.* Vide, quid ſequitur poſt peccata idololatriæ regis, quem Ephraim appellat, populum etiam ſibi ſubiectū, nempe Iſraelem eodē contaminatum eſſe crimine. Nihil enim potentius hominē trahit ad ſui imitationē, quā gubernatoris exēplum. Vnde Plato dicit, Quales ſunt principes in republica, tales ſolere eſſe ciues. Et Sapiens ait, Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Hinc & Apoſtolus inquit, Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidē. Ac rurſum de ſe ait, Ipſi enim ſcitis, quemadmodū oporteat imitari nos quoniā non inquieti fuimus inter vos, neq; gratis panē mā ducauimus ab aliquo, ſed in labore, & fatigatione, nocte, & die operantes, ne quem veſtrū grauaremus, non quaſi nō habuerimus poteſtatem, ſed vt nos ipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. Quemadmodū apes mel conficiunt ſapiens eam herbam, & flores, quos demetunt, vnde in Hiſpania, teſte Plinio, mella in ſpartariis cōficta, retinent ſaporē ſparti, In eūdē modum homines ex principibus, veluti ex quibuſdā arboribus, flores morū decerpunt, quos ſi ſuaues inuenerint, dulciſſimum conficiunt fauum, ſi autem, amarū, hoc eſt, impuros, & corruptos mores viderint in principe, eandem etiā amaritudinem imbibunt. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Doctoribus, in hæc verba, Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Quid namque ſequetur ex infatuato ſale, niſi etiam infatuari, & euaneſcere ſubditos?

*Eccl. 10.* *Hebr. 13.* *2. The. 3.* *Simile.* *Spartum genus eſt herbæ apud Hiſpanos frequentiſſimæ.*

¶*Sed & Iuda pone meſſem tibi.* Multa hic ſunt implicata, quę paucis abſoluemus. Primò, vocans Deus Iudam meſſem, ſuā detegit patientiam, quā diu diſſimulauerit peccata eius, & expectauerit ad pœnitentiam. Solet namq; Deus nonnunquā non longo tempore differre punitionem peccatoris. Vnde apud Iſaiam ait de Ægypto, Ante meſſem totus efflorųit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramuſculi eius falcibus. Vides, quo pacto non expectauerit, donec adoleret, ſed ante meſſem dicat Deus, effloruiſſe Ægyptum? Tu ergo frater mi, oculos mentis aperi, & vide, an Deus tuus, diu tua peccata diſſimulans, dicere tibi poſſit, *Pone meſſem*

*Iſa. 18.*



*meſſem tibi.* Scis enim, quanto tempore te expectauerim. Præterea, agnoſce, in punitione Deum tuum nihil magis optare quàm quòd falce tribulationis te demetens, te inueniat meſſem, quæ grana habet, non ſolum paleas. Multi enim ex calamitatibus nihil fructus reportant, carent patiētia, non ſua agnoſcunt crimina, non Deum exorant, &c. Hi ante meſſem toti efflorent, ſicut de Ægypto nuper diximus, qui ſolum paleæ ſunt igne inextinguibili comburendæ. Sic namq; ait D. ille Baptiſta, Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni extinguibili. Obſeruandum etiā eſt, Deum tuū non dicere, *Iuda pone meſſem mihi, ſed pone meſſem tibi.* Si enim peccator oculos mentis aperiat, dum à Deo demetitur, ſucciditur, & ad aream deportatur, vt teratur, cibum ibi inueniet, tùm virtutum, tum conſolationis. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et Apoſtolus Benedictus Deus, q conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, &c. Hinc inquit Deus. *Pone tibi meſſem.* Ad tuam enim vtilitatem eſt, quòd à me demetaris, tuum in meſſione emolumentum quæro, non damnum. Quod ſi hæc meſſis Domini homines ingenti afficit terrore, quanto magis illa terrebit, de qua dicitur in Apocalypſi angelo ſedenti ſuper nubē candidam, Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit meſſis terræ? Et miſit, qui ſedebat ſuper nubem falcē ſuam in terra, & demeſſuit eā. Rurſuſque alius miſit falcem acutam, & vindemiauit botros vineæ terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu vſq; ad frænos equorum per ſtadia mille ſexcenta. Quæ quidem meſſio in extremo iudicio fiet.

*Perditur tribulationis meritū quādo patiētiæ deficit incrementum.* *Luc. 3.* *Pſal. 93.* *2. Cor. 2.* *Apoc. 14.*

¶*Cum conuertero captiuitatem populi mei.* Benedictus Deus meus, deterrebat Iudā acerba hac demeſſione, & eam acerbitatē temperat his verbis, *Cum conuertero captiuitatem populi mei* quibus duo implicat, alterū eſt, finiendā eſſe demeſſionem, & non ſemper duraturā. Alterū vero eſt, acerbitatem pœnarum eſſe aliquā lætitia miſcendam, ne miſer homo onere ſuccumbat. Vbi ergo ſunt, qui nunquam finem præfigunt ſuppliciis imponendis delinquenti? Vbi, qui nihil lætum adiungunt triſtitię pœnarum? Vbi qui neque guttā ſolatij exhibent, dū puniunt. Huc veniant, & diſcāt à Deo ſuo, quales ſe debeant

*In eoſque bus voluptas eſt ſumma, aſſiduis cruciatibus torquerā plebem.*

debeant exhibere punitores. Poterat quidem Deus, meſſionis mentionem faciens, ſubticere conuerſionem captiuitatis populi ſui, noluit tamen ſed eam attexit, vt doceat, non omnino eſſe truces, & acerbos, dum quempiam punimus: ſed nonnihil lætitiæ illi eſſe impartiendum. Sic rex ille hominem non habentem veſtem nuptialem, quamuis punire iubet, eũ vocat amicũ, dicens, Amice, quo modo huc intraſti?

*Matt. 22.*

# CAPVT SEPTIMVM.

*CVM ſanare vellẽ Iſrael, reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati ſunt mendacium, & fur ingreſſus eſt ſpolians, latrunculus foris. Et ne forte dicant cordibus ſuis, omnem malitiam eorum me recordatum, nunc circundederunt eos adinuentiones ſuæ, coram facie mea factæ ſunt. In malitia ſua lætificauerunt regem, & mendaciis ſuis principes. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente: quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti, donec fermentaretur totum.*

¶In hoc capite ſplendet maximè amplitudo diuinarum miſerationum in peccatores, qui omnẽ lapidem mouẽt, vt à peccato eos reuocet. Hinc nonnunquam ſe exhibet virũ ſtudioſum ſalutis vxoris, nonnunquam iudicem vindicem, nõnunquam etiam peritiſſimum agit medicũ, magnopere optantem mederi ægritudinibus, & morbis animorum. Denique nihil eſt, quod non excogitet, & effingat, vt ad ſaniorem mentem peccatores reducat. Nunc ſe munere medici optãtis ſanare infirmum fungi aperit, dicens, *Cum ſanare vellem Iſrael.* Licet quidam hæc verba referant ad captiuitatem, & tribulationem hoſtilem, vt Theophylactus, & Lyranus, ſic expendentes. *Cum ſanare vellem Iſrael*, eius captiuitatẽ reducẽdo: melius referemus ad vulnera animi, quę peccata ſunt. In quẽ modum explanant Diuus Hieronymus, & Haymo, atque nonnulli ex recentioribus. Acceperat námque populus Iſrael, id eſt, decem tribuum, ſæpe multa idololatriæ vulnera, & maximè illud, quando in eremo vituli conflauerunt caput, atque dixerunt, Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerũt de terra Ægypti. Vnde Deus, q̃ mauult pœnitentiam peccatoris, quã mortem, & poſtea loquitur in Euangelio, Non indigẽt ſani medico, ſed qui male habent, vulnera populi ſui ſanare conatus eſt, eũ inuitãs ad pœnitẽtiã per prophetas ſuos

*Quod vir ſtudioſus in vxorem iudex in reũ, medicus in ægrotum id Deus nobis ſua cura, iuſtitia & miſericordia præſtat.*

*Exod. 32.*

*Luc. 5.*

ſanare



*Sanare vellem* De voluntate antecedente Dei, non conſequente, eſt ſermo, quæ ſemper impletur, iuxtà illud, Conſiliũ meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. *Reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ.* Cum omni arte tractarem, vt miſerabilis populus curaretur, ſubito extitit Ieroboam de tribu Ephraim, qui vitulos aureos faceret, & *malitia Samariæ*, quæ metropolis eſt regni decem tribuum, iuxta illud Iſaiæ, Caput Syriæ Damaſcus, & caput Ephraim Samaria. Hæc duo nomina, *iniquitas*, & *malitia* peruerſitatem, & contumaciã ſignificant. Iniquitas enim ex Hebraico verbo reddita, propriè peruerſitas, & deuiatio eſt, *Malitia* vero, quod Græcum eſt malitia, apte exprimit, ſingularẽ animi morbũ, qui vultu etiã, & corporis habitudine cognoſci manifeſtiſſime poſſit. Sic Pharao ſeptẽ boues à ſe per quietem viſas, macilentas, & malas viſu fuiſſe depingit, quod noſter Interpres vertit, boues fœdæ, confectæq́; macie. Sic & illud dictum famulis Pharaonis à Ioſeph, Cur malæ ſunt facies veſtræ? In æditione tamẽ Vulgata, Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra? Erant enim mutatæ in pallorẽ, ac ſi eſſent infirmi. Hiſpanè etiam dicimus eum, qui ægrotat, *Malo eſta fulano.* Sic & hic *malitia* languorem ingentem, & qui in facie cognoſci poſſit, ſignificat. Vtitur autẽ appoſitiſſima cõparatione, eãq́; ſemel poſitam eleganter proſequitur. Dixerat enim Deus, ſe medicũ eſſe, qui languori Iſraelis mederi cupiebat, aperit nunc, in vehementẽ maximúmq; morbum incurriſſe hunc populum, q̃ ex Ephraim, & Samaria, nõ ſecus atque ex capite, & facie acerbam præ ſe ferentibus infirmitatẽ ſe id deprehẽdiſſe inquit. Cum enim medici tradant, caput, & faciem ad ignoſcẽdam grauitatem morbi eſſe præcipua indicia. & *Ephraim* puta rex Ieroboam facies regni ſit, reges enim faciei in corpore myſtico ſibi vendicant locum, *Samaria* autẽ, quod metropolis eſſet, & caput regni, capitis obtinet locum, facilè quis deprehendet, totũ regni corpus in grauiſſimam valetudinẽ incidiſſe. *Quia operati ſunt mendacium.* Rex videlicet, & populus operati ſunt mendacium, id eſt, idolum, quod ideo, vt placet Diuo Hieronymo, mendaciũ appellatur, quia ſicut contrariũ eſt veritati mendaciũ, ita idolum Deo, qui veritas eſt. Quidã exiſtimant, hic mendacium in propria accipi ſignificatione, nempe pro dolo, & fraude, quibus Iudæi pleni erant. Vnde Ieremias ait, Vnuſquiſque à proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam. Sunt, qui dicant, verbum Hebraicum Seker, pro quo in noſtra æditione Vulgata

*Iſa. 46.*

*Iſa. 7.*

*Vultus interioris habitus index.*

*Gene. 41. c. 40.*

*Hippocr. de Prognoſt. lib. 1. c. 1.*

*Samariæ regni Iſrael Metropolis.*

*Repugnãtia ſunt mendaciũ & veritas Deus & Idolum.*

*Ierem. 9.*

eſt

eſt *mendacium*, ſignificare violationem debiti officij ex ſingulari audacia, aut per ſummam iniuriam. Ac ſi apertius dicat. Tantum abeſt, quod reſipiſcant, quod in ipſis curationibus palam omne officium & prodant, & contemnant, leges enim meas, quibus obſeruandis ſalutem conſequi poterant, violent, atque euertant. Non mihi eſt ingrata hæc eſt explanatio. *Et fur ingreſſus eſt ſpolians, latrunculus foris.* Bifariam poſſumus explanare, vel quod fur iſte, & latro ſit rex Ieroboam qui, inſtar furis, ingreſſus eſt ad regnum Iſrael, & furatus ſit hunc populum Deo, & quaſi latrunculus infœlicem plebem Dei expoliauit auxilio. Ita diſpungit Diuus Hieronymus, quem plerique ſequuntur, vt Interlinearis, Haymo, Rupertus, licet is per *furem* intelligit diabolum, qui furatus eſt, inquit, animas Iſraelis, furtim deuorans per inſpiratam occultè malitiam, *& latrunculus foris*, videlicet Ieroboam latro viſibilis, qui foris, id eſt, exterius idola fabricauit. Vel ſignificat, in populo Iſrael vigere rapinas, & latrocinia, tum occulta, tum publica. Hoc enim eſt diſcriminis inter *furem, & latronem*, quod fur noctem quærit, & latenter iniquè operatur, latro autem aperte vim infert. Neque mireris, ſi in numero ſingulari dixerit, *fur*, & *latrunculus*, poſitus enim eſt numerus ſingularis pro plurari, quod frequens eſt in ſacris Bibliis, vt à nobis iam eſt obſeruatum. Vel, vt expendunt Theodoretus, & Theophilactus, fures & latrones vocat hoſtes inuadentes Iſraelem ad modum latronum, qui nonnulla incendent, quædam depopulabuntur, alia abigent, boniſq; omnibus eos ſpoliabunt. Non mihi diſplicet hæc diſpunctio. Nam cum culpam populi attexiſſet Deus, quod videlicet operati fuerint mendacium, conſequenter pœnas illis infligendas apponit, dicens. *Quia operati ſunt mendacium, & fur etiam ingreſſus eſt ſpolians, & cæt. Et ne forte dicant in cordibus ſuis, omnẽ malitiã eorum me recordatum.* Nihil difficilius à nõnullis peccatoribus extorquere poteris, quã eos inducere, vt confiteantur, ob peccata ſua iactari calamitatibus. Dicunt enim fricata fronte illud Iob, Vtinã appenderentur peccata, mea, quib. irã merui, & calamitas, quã patior in ſtatera, quaſi arena maris hæc grauior appareret, vnde & verba mea dolore ſunt plena. Ac rurſum illud. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. His ſimilis erat populus quos Iſrael Deus agnoſcit nolentes, & inuitos trahẽdos, vt ſe deliquiſſe contra Deum fateantur. Nam ſi quando à Deo flagellabantur, id vel parentum delictis, vel ſi ſuis, non recentibus, &

*Dicuntur Latrocinãtes qui in ſyluis ſtãt, vt ſpolient tranſeũtes fures deuo ... in omnibus: vt in Auth. vt nul. iudi. §. pe. col. x 1. & c. depoſi. l. 1. Accurſ.*



& nouis, ſed veteribus vertebant, vnde effectum eſt, vt quærerentur de Deo, dicentes, Patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerũt. Et illud. Patres noſtri peccauerunt, & nos iniquitatẽ eorum portauimus. Nũc apertè oſtendit Deus, populum Iſrael falſo hoc dicere, non enim pro antiquis delictis ſuis, vel pro peccatis parentum, ſed pro propriis, & recenter commiſſis eſſe plectendos, ſubiungens. *Nunc circundederunt nos adinuentiones ſuæ.* Vocat autem *adinuentiones* varias idololatriæ ſuperſtitiones, quibus ſe dediderant. Non enim contenti fuerant adorare vitulos Ieroboam, ſed plurimis, & aſſiduis idololatriæ generibus peccatum auxerant. *Et coram facie mea factæ ſunt.* Bifariam diſpungi poteſt, vel, *coram facie mea* id eſt, me præſente, ac intuente, prædicta mla egerunt. Vel, *coram facie mea*, id eſt, peccata hæc mihi ipſi propoſui cõtemplanda, vt ea vlciſcar. *In malitia ſua lætificauerunt regem*, Ieroboam videlicet. *Et in mẽdacijs ſuis principes*, qui ſub Ieroboam populo præfuerant. *Omnes adulterantes.* De ſpirituali adulterio, puta idololatria ſermo eſt, quamuis Theophilactus de corporeo locum expendit. *Quaſi clibanus ſuccenſus à coquente.* Eleganter eos componit cum clibano à piſtore accenſo, quòd quemadmodum piſtor fornacem calefacit, vt panes coquat. Sic Ieroboam miſerum populum igne idololatriæ ſuccendit, vt in eo coqueret panes impietatis. *Quieuit paululũ ciuitas à commixtione fermẽti, donec fermentaretur totum.* Impius Ieroboam, cum erroris in animas populi miſiſſet incendium, quaſi caminus, & clibanus primo igne ſuccenſus, paululum conquieuit, vt nõ vim faceret populo, ſed ſuæ eum dimitteret voluntati, donec fermentaretur omne mendacium. Quicquid enim neceſſitate fit, cito ſoluitur, ꝙ voluntate arripitur, perſeuerat. Et quia ſemel tranſlationem à clibano ſumpſerat, qui ad coquendos panes ſuccenditur, eam ſeruat in reliquis, vt in cõmixtione fermenti, totius populi mõſtret aſſenſum, quo ſcilicet & rex, & populus pari in idololatria ardore corruerint. Obſeruandum deniq; eſt, quãdo de fermento incidit ſermo, duo in eo eſſe conſideranda, prioris videlicet naturæ corruptio, ſicq; accipitur in malo, in quẽ modũ hic ſumitur, ſignificat etiã labẽ, & contagiẽ peccati, falſamq; doctrinã, vt cum ait Seruator noſter, Cauete à fermento Phariſæorum, & à fermento Hærodis. Et Apoſto. Expurgate vetus fermẽtum, vt ſitis noua conſperſio. Conſideratur & in fermento virtus quædã, quæ maſſam ſapore cõdit, & accipitur in bono, vt, Simile eſt regnum cœlorum fermento,

*Ierez 1. Thren. 3*

*Elegãtiſſimè vocatur Iebu coquesant piſtor quia ... Idololatriæ omnia ſua opera concoquit.*

*Actus neceſſitate coacti cito ſoluuntur, Voluntatis opera firmius cõſiſtunt.*

*Matt. 16. Luc. 3c 1. Cor. 3. Matt. 13.*

mento, quòd acceptum abſcondit mulier, &c.

### *Obſeruationes ad inſtituendos mores.*

C*Vm ſanare vellem Iſral, reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ.*

¶Ecce Deus tuus, qui æquiſſimus eſt iu-
dex, non ſemper vult iudicem agere, ſed in-
terdum medicum ſe exhibet, vt homines re
uocet à peccato. Docet, omnia tentanda, va
rióſque modos excogitandos, vt quem reducamus ad ſanio
rem mentem. Non enim peccatoris ſaluti magis nocet quip-
piam, quàm ꝙ ipſe intelligat, iudicẽ, ſiue prelatũ punire vel-
le, non vulnera ſanare, dum punit. De medico, ait Sapiens.
Vnctionem conficiet ſanitatis, & non conſummabuntur o-
pera eius, pax enim Dei ſuper faciem terræ. Quis peritior
medicus, quàm Deus? Is eſt, qui præ cæteris medicis confi-
cit vnctionem ſanitatis ad medenda vulnera animorum. Et
non conſumantur opera eius, quia varias facit confectiones
ac multas, neque vnam, aut alteram adhibere contentus eſt:
ſed plures adinuenit. Pax enim Dei ſuper faciem terræ, hoc
eſt, non ita iraſcitur hominibus ſuper terram habitantibus,
vt eis ſubtrahat diuina beneficia eorum animis ad valetudi
nem neceſſaria, quinimo eã benignitatẽ erga eos ſeruat, vt
alia, atque alia ſuppeditet, quæ curandis morbis conducunt
ſpiritualibus. Sic, vt morbo ſpirituali proditoris Iudæ mede
retur, quam artem non percurrit? Quem modum intactum
reliquit? Secum permittit ſedere in menſa, eum præ cæteris
proſequitur amore, pedes illius lauat, &c. Sed reuelata eſt tã
dẽ iniquitas eius, quamobrẽ, & miſericordia diuina factus in
dignus. Quemadmodum in botro non vnum, aut alterũ gra
nũ inuenies, ſed multa. In eundem modum Chriſtus multa,
variaque continet remedia, noſtríſque vulneribus ea aptat.
Cognouit hoc Sponſa, quamobrem inquit, Botrus cypri di-
lectus meus mihi in vineis Engaddi. Nõ vtique ait, Dilectus
meus granum eſt botri, parum enim hoc ſibi eſſe exiſtima
bat, ſed in memoriam reuocans, varia ab Sponſo adhibita
medicamina morbis ſuis, inquit. Botrus eſt mihi. Hinc & Aſ-
ſertor noſter inquit. Ego ſum vitis vera. Bene vitẽ ſe vocat,
profert. n. non vnũ, aut alterũ granũ, ſed botrũ, quinimo plu
res ꝓfert botros plenos ſalutiferis remediis. Hinc etiã ſe cõ
ponit cũ Samaritano infundente vinũ ſuper vulnera ſaucij à
latronibus, adiiciens etiã & oleum. Ecce, non eſt contentus
infun-

*In chriſti vite omnis generis remedia oriuntur.*

*Cant. 1.*

*Ioan. 15.*



infundere vulneribus ſolum vinum, quamuis illud factum
eſt ex pluribus racemis, quo verbo plura, variaque adhi-
buiſſe medicamina implicat verum & oleum adiungit,
quod etiam ex mulis exprimitur granis, vt in miſericordia,
quæ per oleum ſignificatur, via vſum fuiſſe miſerationum
varietate Samaritem intelligas, Nõ ſecus facimus, damnum
quippe illaturi, pertinaces ſumus, neque ceſſamus, etiam ſi
res non, vt ſperabamus, ſuccedat, ſed mille modos quærimus
mirabiles artes inuenimus ad nocendum. Sic impius ille Ba *Num. 23.*
lac mille vias excogitauit, vt noceret filiis Iſrael, ducit pro-
phetam Balaam ad maledicendum, ſtatuit in loco, vbi tantũ
intueretur extremã partẽ populi, in alium atque affert locum
Bone Deus, quid nõ fecit, vt perderet Iſrael vtinam impius
iſte audiret à Deo, ſuo creatore, *Sanare vellem Iſrael*, vt ſenten
tiam mutaret, neminemq́ue perdere voluiſſet.

¶Secundò, demus hoc Lyranæ explanationi, diſpungen-
tis in hunc modum. *Cum ſanare vellem Iſrael*, eius videlicet ca-
ptiuitatem reducendo, *reuelata eſt iniquitas Ephraim, & ma-
litia Samariæ*, Quid hoc pientiſſime Deus? Decet ne ob pecca-
tum regis, & vnius ciuitatis, puta Samariæ negare miſericor
diã toti Iſraeli? Si peccata inuenis in Ephraim, & in Samaria
luant iſti pœnam, non Iſrael, cujus nullum peccatum com-
memoras. Duo docet Deus. Alterum eſt, ecce cui periculo
ſubiiciãt reges ſua regna, dũ Deũ offendunt, ꝙ à calamitati
bus ea non liberat, imo ob reges criminibus implicatos cre
bro coniicit Deus ipſum populũ in multas calamitates. Pec-
cat Ionathas, fauuũ mellis guſtando contra Saulis præcep-
tum, & ob hoc principis peccatum totus populus gloria vi-
ctoriæ priuatus eſt. Deliquit Dauid, numerando populum
Iſrael, & ſtupenda peſtilentia ſubditi puniti ſunt. Quemad
modum, labefactata columna ſuſtinente ædificium, & auul-
ſa, totũ corruit ædificiũ. Sic reges cum morum ſplendorẽ, &
vitæ integritatẽ deſerunt, & corrunt in cœnum peccatorum
ſpiritualis eorum ruina toti regno damnum infert maxi-
mum. Hinc Apoſtolus, ait, Obſecto fieri obſecrationes, ora-
tiones, poſtulationes, gratiarum actiones pro regibus, & om
nibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam, & tran
quillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate. Nihil
namque ardentius debet populus aſſiduis precibus petere à
Deo, quàm reges vitæ integritate inſignes, morumq́; cando-
re conſpicuos, ſibi donari, vt tranquillam vitam agant, &
quietam. Si enim ſceleribus fuerint contaminati reges, non
Z 2 tranquil-

*A calamitatibus populus nõ liberatur quandiu eius princi pes peccatis conſopiti ſunt.*

*Simile.*

tranquilam: ſed multis calamitatibus plenam vitam agent.

¶ Tertiò, *Reuelata eſt iniquitas Ephraim & malitia Samariæ.* Primum oculos conicit Deus tuus in ciuitatem regiam, & reges, vt detegat, quale totum corpus regni ſit. Cum enim reges facies regni, & metropolis ciuitas caput ſit, ex harũ partium præcipuarum valetudine liquebit, quale totũ regnũ ſit. Si enim reges, & ciuitatũ caput recte valeant, inde facilè deprehendes totum etiã regnum rectè valere, imò in qualibet domo ex eius capite cognoſcitur, quales ſunt eius habitatores, pij ne ſint, an iniqui.

*Grex negligentia paſtorum diſſipatur.*

*Ierem.10.*

Quia ſtulte egerunt paſtores, & Dominum non exquiſierunt, propterea omnis grex eorum diſſipatus eſt. Ac rurſum, Grex perditus factus eſt populus meus paſtores eorum ſeduxerunt eos.

*Iere. 50.*

Ecce ex paſtorum ſtultitia ſecuta eſt vaſtatio gregis populus enim vitam principum imitari ſolet. Sic ſeductus eſt populus Iſrael à rege Manaſſe, vt faceret malum ſuper gentes, quas contriuit Dominus à facie filiorum Iſrael.

*4.Re.21.*

Contra vero audi, quantum emolumẽti attulerit populo Iſrael princeps pietate præſtans, & cãdidis moribus ornatus. Seruierunt, inquit Scriptura: filij Iſrael Domino cunctis diebus Ioſue, & ſeniorum, qui longo poſt eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera Domini, quæ fecerat cum Iſrael.

*Iudic.2.*

¶ Quartò, *Reuelata eſt iniquitas Ephraim.* Optimè obſeruat Rupertus non eſſet dictum á Dño, Exorta eſt, ſiue oriri cæpit iniquitas Ephraim, ſed *reuelata eſt*, latebat igitur antea. Non eſt ergo cur peccator ſibi ſuadeat cum ſecreto deliquit eius peccatum non eſſe reſerandum, & palam coſnoſcendũ. Solet enim Deus, peccata occultiſſima crebro ita patefacere vt omnibus nota ſint.

*Danie.13*

Quid occultius peccato iniquorum ſenũ, qui exarſerant in amorem Suſannæ; ſiquidẽ dicebant, Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, &c. Sed ſuſcitauit Dominus ſpiritum pueri Danielis, qui tantũ facinus detegeret.

*ani.14*

Exiſtimabant ſacerdotes Bel, nõ eſſe à rege cognoſcendũ eorum peccatũ, cum comedebãt cibos poſitos idolo? cæterũ illorum ſimulatio regi, & omni populo innotuit, & pœnas crimine dignas dederunt.

*Iob.c.28.*

Hinc de Deo ait ſanctus Iob, Omne pretioſum vidit oculus eius profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucẽ. Egregiè inquit, Deũ intueri omne pretioſum, actiones videlicet commendabiles piorum hominum, quibus in incumbũt. vt, ieiunia, orationes eleemoſynas, cæteraque id genus vt rependat dignã mercedem. Sed etiam ab oculis eius non

ſunt



ſunt abſcondita profunda fluuiorũ, hoc eſt, voluptatum, & peccatorũ, quibus ſe homines ingurgitãt. Eleganter autẽ cũ fluuio eam cõponit. Nã quemadmodum; dulcedo fluuiorum tandẽ amaritudine maris ſopitur, ad illud enim flumina tẽdunt in eundẽ modũ corporeas voluptates cõſequetur pœnę gehennalis, acerbitas amariſſima. Profunda igitur fluuiorum in quibus homines latere ſe putant, Dominus ſcrutatur, & producere ſolet in lucẽ, vt ab omnibus perſpiciantur.

*Solent homines ingurgitari illecebris, & mũdĕ voluptatibus.*

¶ *Fur ingreſſus eſt ſpolians.* Eleganter regem Ieroboam furem vocat, vt oculos aperiant mentis, qui alios ad peccatũ alliciunt. Furantur enim Deo homines quamobrem & acerbe puniendi ſunt.

*Simile.*

Si enim præcipit Deus Cum quis furatur bouẽ, aut ouẽ hominis, & occiderit, vel vendiderit, quin que boues pro vno boue reſtituet & quatuor oues pro vna oue, homo, qui Deo ſurripit homines, inſtar fortium bonũ, exercẽtes agrum cordis ſui, vt ferat fructus bonorum operum, & eos, qui ſe offerunt Deo in ſacrificium, nõn ſecus, atque innocentiſſimas oues quo ſupplicio digni ſunt? Si huiuſmodi homines occidiſti tuis iniquis conſiliis, acquieuit enim illis, & peccato cõſenſit, & diabolo vendidiſti, nonne iure optimo Deus exiget à te bouem, & ouem in quadruplum?

*Exod.22.*

¶ *Ne forte dicant in cordibus ſuis, omnem malitiam eorum me recordatum, nunc circundederunt eos adinuentiones ſuæ.* Siſte gradũ homuncio, & pone finem peccatis ne ob præterita peccata tua, & parentum tuorum coniuncta cum his, quæ modo patras, Deus tuus de te vindictam ſumat. Certum enim eſt, vt optime definit Diuus Thomas, cæterique theologi, filios iure optimo poſſe puniri à Deo pœna corporali pro culpa parentũ, quia ſunt aliquid eorũ, quãuis nunquam pro alterius peccato quẽpiã punit pœna ſpirituali niſi aliena culpa fiat propria illi ratione conſenſus vel imitationis, vel cõſultationis, vel diſſimulationis.

*Corporalĕ pœna pro culpa parentum filios poſſe puniri decretum eſt Theologis.*

Sic pro peccato Chã maledictus eſt Chanaan filius eius.

*Gene.9.*

Sic etiã peccat Giezi, & lepra illius tranſmittitur ad poſteros.

*4.Reg.5.*

Hinc ſanctus Tobias orat cum lachrymis, dicẽs, Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta ſunt & omnes viæ tuæ miſericordia, & veritas, & iudicium. Et nunc Dñe memor eſto mei, & ne vĩdictam ſumas de peccatis meis, neque reminiſcaris delicta mea, vel parentum meorum. Quoniam non obediuimus præceptis tuis, Deo traditi ſumus in direptionem, & in captiuitatem, & mortẽ, & in fabulã.

*Tobi.3.*

*Daniel.9*

Et Daniel, Auertatur, obſecro, ira tua & furor tuus à ciuitate tua Ieruſalẽ & à mõte ſancto tuo. Propter peccata enim



no-

noſtra, & iniquitates patrũ noſtrorum, Ieruſalē, & populus
tuus in opprobriũ ſunt omnib⁹ per circuitũ. Monerē ergo e-
go, cũ quis calamitatib⁹ cõcutitur, vt nõ ſolũ ad ſua crimina
cõuertat oculos verũ & maiorũ ſuorũ culpas, vitiaq; defleat,
pro vtriſque Deo ſatisfacere contendat. Fortaſſis enim pro
parentum peccatis flagellatur à Deo. Obſerua deinde pieta-
tem, & miſericordiam diuinam in peccatores, qui non tran-
ſacta crimina ſolum cõſiderat: ſed noua, & recentia ſe inue-
niſſe inquit. Ea quippe eſt Dei conditio, vt quærat in homi-
nibus, vnde ad miſerendum commoueri poſſit. Vtinam Iſra-
el peccandi finem feciſſet, & non adderet antiquis noua pec-
cata, proculdubio miſericordiam conſequeretur, ſed cum vi
deat eum circundatum nouis adinuentionibus omni ex par-
te ad vindictam ſumendam excitatur. *Cicundederunt*, inquit,
quia nullis candidis actionibus vacabant: ſed obſcuris, & im
piis. Hinc vndequaque circunſeptas eſſe ait peccatis. Sic &
apud Iſaiam inquit, A planta pedis vſque ad verticem capi-
tis non eſt in eo ſanitas. Quid ergo, Dñe, faceres ſi partem
aliquã ſanam, & integrã inueniſſes? Parcerem fortaſſis, certè
credo, reſponderes. Frater cum peccatis laxas habenas, non
omninò te ingurgites, & ita viuas, vt ſolum diabolo ſeruias
opera nonnulla exerce pietatis, non deſinas orare Deũ, largi
re pauperi miſericordiã, ieiunare, &c. Sic enim faciēs, nõ in-
uenieris omnino circundatus peccatis, relinquere foramen
aliquod, per quod aliquis radius cœleſtis luminis ad animũ
tuum ingredi poſſit, quo vel te diutius ferat æquanimiter,
vel feruētius tuis cordis emiſpherium impetat ſol ille iuſti-
tiæ, vt è terra animę tuę vaporē extrahat, illũq; in nubē cõ-
uertēs, in pluuiã lachrimarũ reſoluat, & dicas cũ Regio Pſal
te Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodie-
runt legem tuã. Quemadmodũ cum vndique fores, & fene-
ſtrę ſunt occluſæ alicuius domus, omnia, quæ intus ſunt, tene
bris obluũtur, quãuis ſol iam diu fuerit exortus, quoniam,
quo lux intret, domus non habet, Sic cum peccator ita eſt
effrænis ad vitia, vt omnibus, tum corporis, tum animi facul
tatibus peccat intellectu videlicet, malum machinando, vo-
luntate, proximum odio proſequendo, lingua, obloquendo,
oculis inhoneſtè perſpiciendo, auribus, detractorē libenter
audiendo, &c. omni videtur ex parte ianuas animi occlude-
re, ne ille ingrediatur, qui ait, Ego ſto ad oſtiũ, & pulſo, ſi
quis mihi aperuerit, intrabo ad eum. Sic ſe totum tradidera
adinuentionibus Iſrael, quamobrem non ait Deus. Peccean
in

*Deus quærit in hominibus ſuæ miſericordiæ locum.*
*Iſai. 1.*

*Quibus modis claudatur anima noſtra ianua Deo pulſanti & ingreſſum petenti.*
*Apoc. 3.*



in adinuentionibua ſuis; ſed *Circundederunt eos adinuentiones.*
Quid igitur reſtat, quando nulla ex parte Deo patet aditus
& ingreſſus? Euertere funditus hos peccatores, vt qui beni-
gnum, & miſericordē Deum ſuſcipere neglexerunt, ingredi
videant repugnantes vindicem iudicē, vt puniat, & deſtruat.
Summa igitur ſit, Caue, frater mi, circundari peccatis, ne Do
minus iratus, quôd illi omnem ianuam clauſerit, vlterius par
cere omittat. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicę
vndecimæ poſt Pentecoſt. in hæc verba, Duo homines aſcen
debãt in tẽplũ, vnus Phariſęus, & alter Publican⁹. Ecce homo
multis irretitus criminibus, nõ omnino fores cordis ſui Deo
occluſit, qualis eſt Publicanus: ſed templum adit, orans lõge
ſtabat. Et quoniam in aliquam virtutis actionem incubuit,
templum enim adibat orationis cauſa, Deus ei animi deie-
ctionem dedit, cordis contritionem, &c. denique deſcendit
iuſtificatus.

¶*In malitia ſua lætificauerunt regem, & mendaciis ſuis principes.*
Locus eſt apertiſſimus in adulatores, docetq; maximè peri-
culoſam ſorte regum & principũ eſſe quoniã cum eorũ pec
cata ingens nocumentum inferant reipublicæ, non eſt, qui
reprehendat principes, ſed qui laudes, & * palpũ obtrudat.
Agnoſcens hoc Regius pſaltes, & cernens, ſe in culmine re-
gię poteſtatis collocatũ, ſummis precibus contendit impetra
re à Deo vt longè à ſe pellat adulatores, cõcedatq; ſibi viros
iuſtos, qui corripiant, cum deliquerit. Corripiet me, inquit iu
ſtus in miſericordia, & increpabit me hoc eſt, Da Domine,
vox enim petitionis eſt, vt iuſtus miſericordia mot⁹, me pec
cantē caſtiget, & ſi opus fuerit, etiam ſeuerius increpet. O-
leum autem peccatoris non impinguet caput meum, id eſt,
Non ſinas vt peccatores quaſi oleo ſuo caput meum impin-
guent. Vocat autem oleum adulationem, idq; pereleganter.
Nam quemadmodũ oleum molle eſt, lene, & ſuaue, inficit,
cum penetrat & corrumpit, vixque vas inueniri poterit ita
forte vt oleo non penetretur, ad hæc, aquam ſecũ in eodem
vaſe infuſam abſcondit, ipſumque ſupernatat. In eundem
modum adulatio blandiloquentia, & verborum ſuauitate
hominum animos demulcet, paucіq; ſunt tanta animi forti-
tudine præſtãtes, vt adulatoris verbis non emolliãtur. Vnde
D. Hieronymus inquit, Naturali ducimur malo, & adulato-
ribus noſtris libenter fauemus, & quamuis quiſque reſpon
deat ſe indignũ, ad laudē tamē ſua intrinſecus mens lętatur.
Cæterum cum hominem cõmendant, multis eum ſordibus

**Parœmia Plautina pro eo quod eſt arte doloque fallere ſiue adulari, hinc palpones dicũtur adulatores. Metaphora ab equiſonibus qui refractariis, equis vel manuum plauſu vel linguæ palpo blandiri ſolent.*

intingunt, atque vtinam aquam, qua peccantem lauare poſſent, nō abſconderent, correctionem nēpe, ea enim mundare poſſent delinquentem; malunt tamen ſordibus inficere. Cum itaque inquit Dauid, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, idem eſt, ac ſi dicat, Non permittas Domine, vt ſuis adulationibus, & verborum mellitorum lenociniis ita animum meū peccatores oblectent, vt in peccatis meis me foueant, & enutriant.

*Simile.*

Si enim apes, iuxta Ariſtotelis philoſophiam, oleo perfuſæ, moriūtur; aceto autem reuiuiſcūt mortuæ, homo, qui intra Eccleſiam eſt, non ſecus, atque intra alueū, vt ibi fauos cōfingat actionū ſuauium virtutum, apem argumentoſam ſe exhibens, illique dicere poſſit cœleſtis Sponſus, Fauus diſtillans labia tua, quanto debet fugere oleo adulationis aſpergi, quando eo multi homines vncti animo depereunt, magiſq; optare, acerbitate aceti, hoc eſt, correctionis ſeueritate intingi, ſiquidē eo, qui adulationis oleo perierat, ad vitam gratiæ reſurgit? Sed dic, quæſo, bone rex, quantumne eſt hoc adulationis peccatum, vt illius grauitatē cōſpicientes homines, illud patrare reformidēt?

*Cant.*

*2.2.q.115. ari.2.ca.*

Materiam adulationis eſſe cōſiderādā ad agnoſcendā huius criminis malitiam, inquit egregiè Diuus Thomas, atque obſeruandum, an charitati contraria ſit. Poteſt autem contingere, quod charitati contraria ſit ratione materię ipſius, puta cū aliquis laudat alicuius peccatū. Hoc enim contrariatur dilectioni Dei, contra cuius iuſtitiam homo loquitur, & contra dilectionem proximi, quem in peccato fouet. Vnde eſt peccatum mortale, ſi ob peccatum mortale laudet, ſecus autem ſi ob veniale peccatum, tunc enim ſolū erit veniale. Alio modo ratione intētionis, puta cū quis alicui adulatur, vt fraudulēter ei noceat, vel corporaliter, vel ſpiritualiter. Et hoc etiā eſt peccatū mortale. Tertio modo per occaſionem, ſicut cum laus adulatoris ſit alteri occaſio peccandi etiam præter adulatoris intentionem. Cæterū in hoc conſiderare oportet, vtrum ſit occaſio data, vel accepta, & qualis ruina ſubſequatur, ex ruina enim proximi grauitas peccati adulationis cognoſcēda eſt, & ex occaſione data. Peccaſſe Iſraelitas mortaliter, vt ita loquar, nemini dubium eſſe debet, quandoquidē regē, & principes in malitia, & mendaciis, quæ peccata mortalia erant, lætificauerunt. Fugiamus ergo nos hoc deteſtādū vitiū adulationis, fratres mei, neminemque peccatem foueamus. Nihil enim, teſte Diuo Hieronymo, tam corrumpit mentes hominum, quàm adulatio, plus enim nocet lingua adulatoris

*Sicut extremū iniuſtitiæ genus eſt, iuſtum haberi qui iniuſtus nō eſt, ita & adulatio eſt periculoſior quæ latet non[...] quam aliquis præfert.*

*Plat. apud Plutarch. de amicis & adulatoribus.*



adulatoris, quam gladius perſecutoris. Hinc Regius Pſaltes inquit Deum maxime in adulatores iraſci, Quoniā laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur, exacerbauit Dominum peccator. *Pſal. 10.*

Et meritò Deus inuehitur in adulatores, dicēs illud Iſaiæ, Væ, qui dicitis malu bonū. *Iſaiæ 5.*

*Simile.*

Nam quemadmodum canes animoſius inperunt feras, leni ſibilo venatoris excitati, Sic adulatoris verbis blandis peccator vehementius inſequitur voluptatē peccati. Imitemur Apoſtolum, qui ait, Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis. Et ſi quē peccare velle nouerimus, potius corripiamus, quā ad peccatū alliciamus. Sic Sāctus Loth, cum cerneret Sodomitas ad nefandum peccatum præcinctos, ab inſtituto eos reuocare contendebat, dicens, Nolite, quæſo, fratres mei, nolite malum hoc facere. Sic & ſacerdotes arguebant Oziam, cum vellet adolere incenſum, dicentes, Non eſt tui officij, vt adoleas incenſum. Vellemque, monitos reges, & principes, vt aſſentatores longe abigant à ſe. Si in eos fauore proſequantur, bone Deus, quā exitiale illis imminet periculū.

*Cauendū eſt ne adſſētatoribus patefaciamus aures ne adulatā nos ſinamus in quo falli facile eſt talis enim nos eſſe putemus vt iure laudemur.*

*2. Pa. 26.*

Agnouit hoc rex ille Alexāder Macedo, cū enim ſibi per fluuiū Hydaſpem nauiganti Ariſtobolus poeta Carmen obtuliſſet, in quo ita ei aſſentabatur, vt elephātes interimere, turres proſternere, muros perfodere diceret, indignatus Alexander, Apage iſthæc, inquit, mendacia, quæ vera etiam ſi eſſent, poſſent in mendacij ſuſpitionem venire. Et ſimul librum in profluentē abiecit, ſimilia autori minatus, ſi tale quid in poſterum ederet. Atque vt huiuſmodi adulatores faſtidiant reges & principes, animo contemplentur quā pulchrè eos depinxerit Alanus li. de Complāctu naturę. Adulatoris, inquit, peſtilentia percutiuntur laterales principium, palati; canes, adulationis artifices, fabri laudis, figuli falſitatis. Hi in auribus diuitū citharizant, fauos mellitę locutionis eructant, caputq; diuitū oleo adulationis inungunt, vt munera eliciant, & emungant. Quid enim eſt adulationis vnctio, niſi donorū emunctio? quid cōmendationis alluſio, niſi ſuperiorum deluſio? quid laudis arriſio, niſi eorum deriſio? Hactenus ille. Quadrat obſeruatio in Euāgelium pro Decollatione Sancti Ioānis Baptiſtę, in hęc verba, Dicebat Ioannes Herodi, Nō licet tibi habere vxorē fratris tui. Ecce, Baptiſta non in malitia Herodis eum lætificat, ſed arguit, & reprehendit.

*Alanus.*

¶ *Quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti, donec fermentaretur totum.* Docet vitium in republica ortum, aut ciuitate

eſſe cito extirpandum, moraſq; non eſſe trahendas; vt à populo expellas, imo vt à corde tuo. Eſt enim peccatũm peſſimum, exiguo tẽporis interuallo totam rempublicam corrũpens. Quòd ſi quam primum idola fuerunt adinuenta cõterentur, non eſſet eo ventum, vt totum regnum idololatriæ fermento eſſet contaminatum. Quemadmodum paruiſſima ſcintilla ſolet comburere ingentem ſyluam interiecto paruo temporis ſpatio, & nubecula ita creſcere, vt totũ cœlum obſcuret, Sic perexiguum malum, ſi principio non obſtes, ingentem ſolet afferre ruinam Hinc Sapiens inquit, Ab vna ſcintilla augetur ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis. Et Apoſtolus, Modicum fermentum corrumpit totam maſſam.

*Simile.*

*Eccle. 11.*

¶ *Dies regis noſtri, cœperunt principes furere à vino: extendit manum ſuam cum illuſoribus. Quia applicauerunt quaſi clibanum, cor ſuum, cum inſidiaretur eis: tota nocte dormiuit, coquens eos, mane ipſe ſuccenſus, quaſi ignis flammæ. Omnes calefacti ſunt; quaſi clibanus & deuorauerunt iudices ſuos, omnes reges eorum ceciderunt, non eſt, qui clamet in eis ad me. Ephraim in populis ipſe commiſcebatur: Ephraim factus eſt ſub cineritius panis, qui non reuerſatur. Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit, ſed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit.*

¶ *Dies regis noſtri.* Vt optimè obſeruat Diuus Hieronymus obſcurus eſt locus iſte, & attento lectoris ſenſu indigens. Hinc variè explanatur. Diuus Hieronymus, quẽ pleriq; ſequuntur, vt Lyranus, Rupertus, Haymo, Cathuſianus, & alij dicunt, has voces, *Dies regis noſtri*, proferri ab Iſrael, & Samaria. Cũ enim paululum conquieuiſſent, recepto in ſe erroris ardore, donec tota maſſa ſimilis fieret, & creſceret, atq; erumperet; tunc populus inclamauit ad fores Ieroboã, dicẽs, Hic eſt dies regis noſtri Ieroboã, hic eſt feſtus dies, quẽ nobis cõſtituit imperator noſter, hunc celebramus, hunc canimus, in hoc exultamus, & ludimus, in hoc vitulos aureos adoramus. Cum itaq; populus inquit, *Dies regis noſtri*, de eo die loquuntur, in quo impius Ieroboã cõſtituit colẽdos vitulos aureos; atq; hunc diem per ſingulos annos celeberrimum in omnes generationes eſſe decernunt. Alij recentiores *diem regis* vocant natalem diem Ieroboam, aut eum diem, in quo Ieroboã factus eſt rex, quem annuis celebritatibus ſanctum eſſe voluerat populus, & magna frequentia celebrandũ indixerat. Conſueuere enim olim dies natalitios, regum ſolennibus pompis celebrare. Sic legimus, vt multa omittamus, Heiodem regem celebraſſe diem natalis ſui, Ita expendunt Vatablus, quem aliqui ex recentioribus ſequuntur. Videtur tamẽ prior

*De ſolẽni dierũ natalium cõmemoratione cõſule Polibiũ Virgiliũ.*



prior explanatio anteponenda, literæque germanior. Nam cum ſupra dixiſſet Deus, *In malitia ſua lætificauerunt regem*, explicat nunc, quo pacto id contigerit, nempe, quod vulgus, vt regi aſſentiretur, diem primum cultus idolorum ingenti celebritate eſſe proſequendum ſanxerit, gratiaſque referendas regi, ac multis laudibus decantandum, quod vitulos aureos adinuenerit, & iuſſerit adorare, hinc in has voces proprumpunt, *Dies regis noſtri.* Ac ſi apertius dicant, O diem ſanctum, & celeberrimum, ô diem dignum Ieroboam, qui tantum beneficium populo præſtitit, vt illi vitulos aureos colendos tradiderit. Si enim hunc diem ad natale Ieroboam referas, non videtur cum præcedentibus ita cohærere, ſiquidem in malitia regis ipſum met regem lætificare, facinus inuoluit ipſius regis, quod non inuenies, ſi ſolum ad natalitiũ diem verba referas, *Cœperũt principes furere à vino.* Bifariam explanari poteſt, idque peregregiè. Vel, quod, clamante populo, *Dies regis noſtri eſt*, principes non irati ſunt, neque prohibere ſtuduerint, cùm prohibere debuiſſent, quinimo *ipſi cœperunt furere à vino*, hoc eſt, intelligentiam ſuæ mentis amittere, obliuiſci Dei, & in idolorum ligna impingere. Vinum itaq; & furorem, idololatriã vocat. Ita diſpungit Diuus Hieronymus. Rupertus vero, & Haymo, furorem vini, & ad luxuriam, & ad idololatriam referunt, ſic expendentes, *Furere à vino*, id eſt, amentiam pati luxuriæ, & idololatriæ, Vel, *principes furere vino*, inquit, quod hæc feſti celebritas maximis conuiuiis fiebat, ita vt principes bibẽdo certarẽt. Hiſpanè dicere poſſumus, *Sebrindauan vnos à otros, en* lætitiæ ſignũ. Ita Lyranus, & recentiores. *Furere autem eos à vino*, inquit, quia vino dederunt operam vſq; ad ebrietatem & morbum. Vtraque explanatio mihi grata eſt, *Extendit manum ſuam cum illuſoribus.* De rege loquitur Ieroboã, qui cũ cerneret clamare populũ, & dicere, Dies regis noſtri eſt, & principes temulentos, & vino idololatriæ demerſos, *extendit manũ ſuam cum illuſoribus*, hoc eſt, vel, copulauit aſſenſum his, qui ei vanis laudibus illudebant, in quem modum explanant Diuus Hiero. & Interlinearis, vel *illuſores* principes vocat, qui illudebant peſſimè populo, & à Deo ſuo longe abducebant, benedicendo, & gratias agendo vel erroribus eorum conſentiendo. Sunt, qui ſecus expendant vocem *illuſores*, neque ab re, dicentes, *illuſores* idem eſſe quod irriſores, de quibus dictum eſt, Qui erudit illuſorem, iniuriam ſibi ipſi parit. Hi ſunt, quibus nihil ſanctum eſt, nihil à detractione tutum, namque diuina

*Omnibus ferme Europæ populis conſuetudo certandi poculis & præcipuè Septentrionalibus celebris eſt.*

pariter-

pariter,& humana derident, omnia contemnunt, & neque
Prou. 19. leges,neque iudicia vlla verentur,ſicut ſcriptum eſt, Teſtis
illuſor deridet iudicium. Horum opera maxime, atque fre-
Prou. 22. quenter iniuriæ,iurgia,rixæq;, & turbæ concitantur: Eiice,
inquit Sapiens,deriſorem,& exibit cum eo iurgium,& ceſſa-
bunt cauſæ,& cōtumeliæ. Ab huiuſmodi hominū genere cū
longe regum ratio,atq; voluntas abhorrere debeat: tamen,
dū vino,& voluptatibus indulgebatur,rex,& principes non
ab his abhorrebant:ſed ſimul his nugis dabant operā,eoq́ue
ſtudio irridendi delectabantur illis conuiuiis popularibus,in quibus huiuſmodi irriſionum maxima eſt frequen-
tia,vt ſcriptum eſt,Irriſio vini,& tumultus ſiceræ *quia appli-
cauerunt,quaſi clibanum,cor ſuum,cum inſidiaretur eis,tota nocte dor-
miuit coquens eos*, &c. Omnes antiqui expoſitores hæc verba
expendunt de peccato idololatriæ,quod videlicet illuſores,
dū rex Ieroboā inſidiaretur eis,vt eos à Deo ſuo abduceret,
& ne aſcenderent ad tēplum Dñi,ſed vitulos aureos adora-
Prou. 20. rent,præbuerunt ei,*quaſi clibanum,cor ſuum*,vt eos ſuccēderet,
& idololatriæ flāmis ardere faceret. Idcircò enim applaudē-
do gratias egit populo vna cum principibus,quia intellexit,
omni eos ad errorē mente conuerſos. Poſtquam vero miſit
ignem in clibanū cordis eorum,& expertus eſt, eos ardere,
& eſſe ſuccenſos,neminemq́; eſſe, qui ſuæ reſiſteret volunta-
ti,*tota nocte dormiuit*,id eſt,ſecurus fuit,dum illi *coquerentur*,hoc
eſt,igne idololatriæ eſſent indurati,inſtar panis cocti in for-
nace Vnde poſtea mane ſurgens id eſt,ſcelerū ſuorum flam-
mā aperta oſtendens inſania,fecit,vt nequaquā per inſidias,
ſed imprudenter à Dei cultu ad idolorū ceremonias tranſi-
lirent. Hanc explanationē eſſe amplectendam,videtur,quod
ſupradictū eſt,indicare, ſiquidē cōpoſuerat regē cum piſtore
accendente furnum,ꝙ quemadmodum quibus in locis ſunt
publici furni,ſolent furnarij panes inferre,oſque furni clau-
dere,donec panes in furno vehementiſſime calido coquan-
tur,In eundem modum Ieroboam accendit cor populi ad i-
dolatriam, & cum iam eam,inſtar panis, decoctam vidit in
corde ſubditorum,publicitus eam profiteri non erubuit.Re-
centiores veruntamen,vt Vatablus, & alij multo ſecus ex-
pendunt,dicuntq́ue,Vatem noſtrum carpere Iudæos, quòd
inſidiis eſſent dediti Ac ſi apertius dicat,Excogitant tota no-
cte,quomodo nocere poſſint proximo corde feruenti,inſtar
clibani diligenter accenſi à piſtore,nihil enim aliud tota no-
cte cogitat, & meditatur cor eorum, quàm vt poſtero die
nocea

*Iurgiorū ac litium tum in familiis tum in Republica eiiciendi authores vt omnes querelæ ac contumeliæ ceſſent*

*Hac loquutionis forma detegit ſummū ardorē populi ad ſequenda Idola.*



noceat proximo. Vocat autem *ignem flammæ*, ignem flammā
mittentem. *Deuorauerunt iudices ſuos.* Tranſlationem ſermonis
eleganter obſeruat:Hebraicè eſt,comederunt,ſiue conſum- Deut. 4.
pſerunt iudices ſuos. Ignis comedere,& conſumere dicitur,
vt,Deus noſter ignis conſumens eſt. Et, In igne zeli eius de-
uorabitur omnis terra. Atq; Regius Pſaltes, Deuorabit eos Pſal. 20.
ignis. Significat autem,occidiſſe iudices,qui idololatriæ ſce-
leri non conſentiebant,vel eos iudices,qui illos idololatriæ
arguebant,tandem ſubuertiſſe,& ſuo,atq; impij regis conſi-
lio,& exēplo ad idololatriam induxiſſe. Occiderunt autem
iudices,qui integri eſſe videbantur,obſeruante hoc D. Hie-
ronymo,vt etiam,qui bonus eſſe poterat per naturam,& re-
ligionis Domini recordari:videns,& principes,& populum
vitulis ſubditos,& illos putare deos,etiam ipſe à ſcelere de-
uoraretur. *Omnes reges eorum ceciderunt.* Bifariam diſpungi po-
teſt,vel quod omnes reges decem tribuum poſt Ieroboam
eundem ſecuti in idololatria,& corruptis moribus, receſſe-
rint à cultu veri Dei. In hunc modum explanat Diuus Hie-
ronymus,& omnes antiqui patres. Vel,ſupplicium explicat
eorum,ꝙ ob idololatriam fuerint interfecti,vel venerint in
poteſtatē inimicorum. Prior explanatio videtur verior,quod
ſequentia verba aperte declarant, *Non eſt,qui clamet in eis ad me*,
profitendo,me videlicet eſſe verum Deum, licet quis poſſet
cōtendere,hoc dictū,quoniā Iſraelitæ calamitatibus iactati,
nullus inter eos extiterit,qui diuinā imploraret opē. *Ephraim
ipſe in populis commiſcebatur*. Per *Ephraim* intelligit regnum de-
cē tribuum,& ſignificat,non ſolum fuiſſe interfectū idolola-
triæ Ieroboam peccato:ſed etiam multis aliis idololatriis,&
peccatis gētium. *Ephraim factus eſt ſubcineritius panis, qui non re-
uerſatur.* Elegantiſſimam apponit ſimilitudinem,licet ſubob-
ſcuram,vt obſeruat Diuus Hieronymus,atq; hinc variè ex-
planatur. Quidam exiſtimant, *Ephraim*,hoc eſt,regnum Iſrael
conferri cum pane ſubcineritio, quod cordibus idololatriæ
vndique fuerit contaminatus,& per pœnitentiā non conuer-
ſus ad Dominum,quemadmodum panis ſubcineritus con-
ſpurcatur puluere cinerum,neq; reſoluitur, iuxtà illud Iſaię Iſa. 9.
Populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe, & Dominum
non exquiſierunt. Ac rurſum apud Ieremiam, Quare auerſus Ierem. 8.
eſt populus iſte auerſione contentioſa? Placet hæc explanā-
tio Diuo Hieronymo, quamuis paucis eam eſt proſecutus,
cum quo conſentiunt Interlinearis:Lyranus,Rupertus,Hay-
mo,Carthuſianus. Probat autē egregiè Sanctus Doctor, hāc
eſſe

*Magna & grauiſſima euocatio, quod in calamitatibus tātis ne cōpunctio, nec Dei inuocatio populo aduenerit.*

eſſe huius loci germanam intelligentiã, ex verbis poſtea ſubiunctis, quæ quod videbatur ambiguũ, neq; ſatis ſonare, q̃d diceret declarãt manifeſtius, nẽpe, *Nec reuerſi ſunt ad Dominum Deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his.* Hęc verba apertè videntur oſtendere, amplectendũ eſſe dictam explanationẽ. Alij nihilominus ſecus expendunt, dicentes, his verbis ſignificari, Iſraelẽ citò abducendũ eſſe in captiuitatem. Nam quemadmodũ placenta, dum coquitur ſubiectis prunis, prius abſumitur, quam in alterã partẽ verſa ſit, Sic inquit, nõ differendam Iſraelis captiuitatem. Non eſt etiam is ſenſus mihi ingratus, ei enim ſequentia verba maximè fauent, ſcilicet, *Comederunt alieni robur eius.* Nã ſi *robur* vocat regni Iſraelis opes & facultates magno labore partas, ſatis liquet, his, & præcedentibus implicari tranſmigrationem decem tribuum. Quidã etiam per *robur* intelligunt principes, & fortes quóſq; populi, vnà cum theſauris eorum. Ita explanant Interlinearis, Haymo, & Carthuſianus. *Et ipſe neſciuit.* Deum ſuum, aut ſe peccaſſe. Tanta enim fuit Ephraim amentia, vt neſciret Deũ ſuum, aut certè ignoraret cauſam, pro qua fuiſſet deuorantibus traditus, iuſtũ ſe reputans. *Sed & cani effuſi ſunt in eo.* Canos vocat ſenes *Synecdochen*, & effuſos eſſe ait, q̃ omnium eſſent idololatriæ dediti, aut quia deſpecti ſunt, & interfecti ab hoſtibus multo tamen melius explanabimus, D. Hieron. explanat, referendo videlicet *canos* ad peccatũ Iſraelis, quod multo videlicet tempore errauerit, & abundè in nequitia vſque ad ſenium permanſerit. *Et ipſe ignorauit* ſenectutem & vetuſtatem ſuam, quamobrem & finem regni ſui imminete. Nam, vt inquit Apoſtolus, quod antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.

*Simile.*

*Grande ſcelus eſt, peccatorẽ vel in ſenio nõ ſuã agnoſcere culpam.*

*Hebr. 8.*

## *Obſeruationes ad morum compoſitionem.*

D*ies regis noſtri.* Detegit hic locus deprauatam hominum conſuetudinem, qui eos maximè dies celebritate dignos iudicant, cum ſuas voluptates corporeas explent, aut aliquot commiſerunt peccatum. Videbis, hominem ardentem puellam, cum diem, in quo eam eſt adeptus, velut inſignem omnibus aliis diebus anteferre, eum vocare fœlicem, diem denique verè ſuum, lætarique magnopere in eo. Sic & populus Iſrael diem, quo ſe contaminauerant deteſtando idololatriæ crimine, & rex tam impie offendit Deum, vt eius pec-

cati

*Hominũ veſania dies voluptatis aut mundani lucri recolit & celebrat.*



cati auctor extiterit, igenti proſequuntur honore, & celebritate, dicentes, *Dies regis noſtri eſt.* Sic etiam apud Iſaiam legimus, Ægyptum magna perfundi alacritate, quod Iudam affligeret. Erit, inquit, terra Iuda Ægypto in feſtiuitatem, hoc eſt, calamitas Iudæorum afficiet lætitia Ægyptios. Quid poteſt deteſtabilius excogitari, quam hominem tunc lætari, cũ maximè triſtari, & lachrymas fundere debuiſſet? Quis, cum addicitur morti, gaudet? Quis, cum redigitur in captiuitatem, & omnibus ſpoliatur bonis, lætus eſt? Cum ergo peccatum innumerata homini afferat mala, animam quippe iugulat, hominem damnat in captiuitatem diaboli, omnia aufert bona ſpiritualia, &c. quomodo homo lætari poteſt, dum peccat? Cur potius non lachrymas fundet, & ſicut ſanctus Iob dicebat, Pereat dies, in qua natus ſum, &c. non dicet, Pereat dies, in qua peccaui, & nox, in qua dictum eſt, Patratum eſt peccatum? Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus deſuper, & non illuſtretur lumine. Obſcurent eum tenebræ, & vmbra mortis; occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus. Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna: maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan. Si enim miſer homo cõtra ſe ſuſcitat Leuiathan eo die, quo peccat, hoc eſt, diabolum, cur non in has voces prorumpet? Cur non dignius ea verba proferet, quam ſanctus Iob? Sed lege D Gregorium in hunc Iob locum, elegantiſſimè enim expẽdit, quibus lamentis ſit proſequendus dies, in quo homo peccatum committit. Quemadmodum, teſte Plinio, cum pecora exultant, & indecora laſciuia ludunt, certum præſagium eſt futuræ tempeſtatis, & ſicut cantus oloris ſignum eſt imminentis ſibi mortis, In eundem modum, cum peccatores exultant ob peccatum, intellige, iam eorum inſtare ſupplicium. Cur eum diem, quo ingreſſi ſunt filij Iſrael in Ægyptum, non memoriæ tradit Scriptura, ſed diem egreſſionis eorum? Vtique apud Geneſim non inuenies, quo fuerit Iacob ingreſſus die Ægyptum cum ſuis filiis, & familia, ſecus autẽ, egreſſionis mentionẽ faciens, inquit, Eadẽ die egreſſus eſt omnis exercitus Domini de terra Ægypti. Nox iſta eſt obſeruabilis Domini, quando eduxit eos de terra Ægypti. Certe, vt doceat, non eſſe lætitiæ diem, cum peccas, ſed maximæ triſtitiæ, cũ eo die miſer homo ingrediatur regionẽ Pharaonis, id eſt, diaboli, ſed cũ egrederis de Ægypto, hoc eſt, cũ peccatũ relinqs

& ad

*Iſa. 19.*

*Simile.*

*Iob 3.*

*Simile. Plin. l. 18. cap. vlt.*

*Cantator cygnus funeris ipſe ſui.*

*Gene. 46.*

*Exod. 12.*

& ad terram promiſſam cœleſtem tendis, virtutum actionibus incumbendo. Tunc, tunc dicere poteris. Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea: non, cum laberis in peccatum. Filij etiam Iſrael omni tempore, quo Amam eos affligebat, lugebant, ſed eum diem, quo liberati ſunt & impius Aman ſuſpenſus eſt, ſolennem conſtituerunt, vt in eo omni tempore deinceps vacarent gaudio, atq; conuiuiis. Tu etiã non cum Aman, id eſt, diabolus te premit te premit & ſubiicit ſeruituti, lætus eſto, ſed triſtis. Cum vero te ab eius poteſtate videris exemptum, eum celeberrimum diem iudica. Quadrat obſeruatio in Euan. pro feſto S. Matth. in hęc verba. Et factum eſt, diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores diſcumbebant cum Ieſu. Ecce, quando exultantes celebrant conuiuia, nempe cum peccator ſurgit à peccato, & ſequitur Chriſtum. Secus multi faciunt qui eum diem agunt celebrem, in quo Dum offendunt.

*Pſal. 117.*

*Eſth. 9.*

*Aulæ principũ aſſentatoribus ſcatẽt qui cacutiẽtcũ cæco Rege claudicant eoqꝫ crure colligato vt ꝗ e quo dã ſcurra Philippi Macedonum habemus.*

¶Secundò, *Dies regis noſtri eſt* O miſerandam regum, & principum ſortem, quibus non deſunt aſſentatores, laudibus proſequentes eorum crimina, raro autem inuenies, qui eos obiũrgent, & reprehendant. Vtinam, impie Ieroboã, ſicut habuiſti tui ſceleris laudatores, haberes & reprehenſores. Sed quid dico? Habuit certe Ieroboã viros, qui eum idololatriæ arguerent, noluit tamẽ eorum acquieſcere cõſiliis. Legimus enim, *Deuorauerunt iudices ſuos*, qui videlicet regem. & populum reprehẽdebant. Vbi vides, proniores eſſe homines ad ſectanda mala, quam bona, Quemadmodum ſcapham iuxta naturalẽ, decurſum fluminis nauigantem, quãuis venti reflent, vt aſcẽdat, aut nõ moueatur, nõ poteris cõpeſcere, ſed labitur quo gurges tendit. In eundẽ modum impij, reflantibus piis cõſiliis, ne peccatũ patrent, feruntur præcipites quo ducit voluptas, & tẽporarium commodum. Conſilium altiſſimi, inquit Regius Pſaltes, irritauerunt. Et apud Prouerbia Sapiẽtia clamitat. Vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & nõ fuit qui aſpiceret, deſpexiſti omne conſilium meum & increpationes meas neglexiſtis. Diſces etiam ex hoc loco, non deeſſe viris iniquis adiutores & fautores ſuę iniquitatis, qui ad peccatum alliciant.

*Simile.*

*Pſal. 106.*

*A vino abſtinere prudentes principes debent cuius quidẽ ves non inſcius Romulus vino ſemper vſus eſt parciſſimo Blon. li. 8. Rom. triũphan.*

¶*Cœperunt principes furere à vino:* Non in vulgus coniicit oculos, vt inſpiciat, an vino æſtuet, ſed in principes, quos modeſtiores & cõtinentiores eſſe decet, eorum enim intẽperantia nocentior eſt reipublicæ. Quemadmodum maius periculum imminet ædificio, ſi colũnæ cõburãtur, quibus totũ fulcitur,





totumq́ue ruet, deſtructis columnis. In eundemmodum, ſi principes vino dediti ſint, cũ fundamẽta ſint reipublicæ, totũ regnũ labefactatur, neq; diu conſtare poteſt. Si enim principes multis debeãt micare virtutibus, vt regnũ rectè gerãt, & ebrietas fons, & origo ſit vitiorum, quo pacto vinolentia corrupti regni pondus ſuſtinere poterunt, illudq́ue moderari, vt par eſt? Quo pacto iuſtè diſcernere, ſi iudicium intellectus vini fumo ſit obſcuratus? Quomodo intra pectoris cubile arcana conſilia continere, ſi cuncta fari temulentia cogat? Si ebrietas, vt inquit Diuus Auguſtinus, eſt flagitiorum omnium mater, culparumq́; materia, radix criminum, origo vitiorũ, turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tẽpeſtas linguæ, proçella corporis, naufragiũ caſtitas, amiſſio tẽporis, inſania voluntaria, ignominioſus languor, turpitudo morũ, dedecus vitæ, honeſtatis infamia, animæ corruptela, qui huiuſmodi vitio eſt contaminatus, quomodo alios regere poterit? Quãuis non aliud nocumentum afferre reipublicæ ebrietas, quam ſe omnium ſecretorum exhibere reuelatricem, hominemq́; in eo ſtatu conſtituere, vt omnia effutiat, indignus eſt ebrioſus principatus culmine. Vnde Eccleſiaſtes inquit. Væ tibi terra, cuius rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. Cur reprehendit principes comedentes ad luxuriã, hoc eſt, vino, & epulis ſe ingurgitantes, eoſque inquit reipublicæ futuros eſſe perniciẽ, & euerſionẽ, niſi quia præuiderat Eccleſiaſtes, quot malorum ſit cauſa principum ingluuies? Quemadmodum, referente id Diuo Iſidoro, quirinus lapis, inuentus in nidis vpuparũ, quæ aues ſunt immũdiſſimę, ſuppoſitus capiti dormientis, hominem concitat, vt omnia arcana ſui pectoris reſerat dormiendo. In eundem modum ebrietas inuenitur in corde obſcœnorũ hominum ebrioſorum, quæ compellit illos, omnia ſecreta cordis pandere. Adumbrat hoc inebriatus Noë, ita ſe diſcooperiens, vt detegeret verenda ſua. Quãdo enim homo in ebrietatem incidit, facile reuelat, quicquid in eius pectore eſt reconditum, etiam pudenda ſua, hoc eſt peccata, quæ commiſerat. Vnde egregiè D. Hiero. inquit, in Epiſtola ad Occeanum, Noë ad vnius horæ ebrietatem nudauit femoralia ſua, quæ per ſexcentos annos contexerat. Et Sapiens ait. Noli regibus, ô Lamuel, Noli regibus dare vinum, quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas. Quid ſingula proſequar damna ex vinolentia orta? Satis

*Eccle. 10.*

*Simile.*

*Arcanũ demens detegit Ebrietas.*

*Gene. 9.*

ſit, vnum aut alterum ex ſacris Bibliis proferre. Quando Ab-
ſalon præcepit pueris ſuis, eſſe gladiis confodiendum Am-
mon? Vtique cum vino æſtuabat. Obſeruate, inquit, cum te-
mulentus fuerit Ammon vino, & dixero vobis, Percutite eũ
& interficite, nolite timere, ego enim ſum, qui præcipio vo-
*1. Macha. 16.* bis, confortamini, & eſtote viri fortes. Quãdo etiã Simon, &
filij eius interfecti ſunt? Certè cum inebriati eſſent, ſurrexit
Ptolomæus cum ſuis, & ſumpſerunt arma ſua, & intrauerũt
in conuiuium, & occiderunt eum, & duos filios eius. Quis er
go homo mentis compos non execrabitur temulentiam, eã-
q; veluti venenatum ſerpentem non fugiet? Quis non com-
mendabit leges Carthaginenſium, quibus toto imperij tem
pore magiſtratibus ſuis vinum interdicebant? Agnouerant
enim abſtemios, & frugales principes reipublicæ prodeſſe,
*Ephe. 5.* temulentos autẽ, & luxurioſos eidẽ maxime obeſſe. Quòd ſi
*Luxuria* Apoſtolus præcipit. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria
*Ebrietatis* & principũ muneri incũbit, homines laxantes habenas libi
*comes.* dini punire, & ab huiuſmodi peccato arcere, ſi principes eo-
dẽ vitio ſint contaminati, ꝙ ebrioſi fuerint, quo pacto id mu
nus reipublicę prę̃ſtabunt, & ad pudicitiam impudicos reuo-
cabunt? Quadrat obſeruatio in Euan. Dominicę quartę Qua
drageſimæ, in hæc verba, Accepit Ieſus panes, & cum gra-
tias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus, ſimiliter ex piſcibus,
quantum volebant. Per interrogationem aptanda eſt obſer-
uatio in hunc modum, Cur Domine vna cum panibus, & pi
ſcibus, vinum non propinas? An quia cognouiſti, quantum
plerunque noceat vinum immodicè hauſtum? &c.

¶ *Extendit manum ſuam cum illuſoribus.*

Aduertant hoc reges, & principes audientes, & ſuſcipien-
tes benignè irriſores, & qui nõ putant, crimen eſſe huiuſmo
di homines audire, ne dicam eos fouere, amplecti & fauori-
bus, atq; muneribus proſequi. Nam ſi graue crimen non eſ-
ſet, non quereretur Dominus de rege Ieroboam, ꝙ illuſori-
*Pro. 3.* bus fauerit. Hinc & Sapiens inquit Abominatio Domini eſt
*Deriſio pec* omnis illuſor, & ipſe Dñs deludet illuſores. Atq; D. Tho. e-
*catum mor* gregie decernit, deriſionẽ de re notabili eſſe peccatũ mortale
*tale.* grauius contumelia, grauiſſimũ autẽ peccatum eſſe deriſio-
*2.2. q. 75.* nem Dei, ſecundò parentum, tertio vero iuſtorum. Quòd ſi
*2. c.* rẽ oculatius inſpiciamus, deprehẽdemus, irriſores eſſe mul-
*Iob. 51.* to peiores iis, qui illuduntur, & irridentur. Adũbratũ eſt hoc
elegãter apud Iob, dũ de ſtruthione dicitur. Priuabit eã Deus
ſapientia, nec dedit illi intelligentiam, cum tempus fuerit, in
altum



altũ alas erigit deridet equum, & aſcenſorem eius. Mira cer
te natura ſtruthionis, quæ cum ſit ſtupidior aliis animanti-
bus, mole corporis grauis, plumis carens, quibus volare poſ-
ſit, equum irrideat, & equitem. In eundem modum inuenies
irriſores, cum onere peccatorum prę aliis ſint onuſti, plumiſ-
q; virtutum careant, quibus in cœlum conſcendere poſſint,
deſpiciũt meliores ſe, & irrident. Vide, an ſimiles ſtruthiones *Sapien. 5.*
fuerint impij illi, qui dicebant, aſpicientes viros eximiis vir
tutum dotibus exornatos, Hi ſunt, quos aliquando habui
mus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Sic etiam S.
Tobias irridebatur. Vnde Scriptura inquit. Sicut beato Iob *Tob. 2.*
inſultabant reges, ita iſti parentes, & cognati eius irride-
bant vitam eius, dicentes. Vbi eſt ſpes tua pro qua ſ eleemoſi-
nas, & ſepulturas faciebas? Quadrat obſeruatio in Euange-
lium pro quinquageſima, in hęc verba, Tradetur enim gentí
bus, & illudetur. Peccatũ eſſe irriſionem, aperte oſtendit Chri
ſtus, alioqui non quęreretur, quòd eſſet illudẽdus. Quis ergo
proximum audet irridere?

¶ *Et deuorauerunt iudices ſuos.* Splendet hic Dei noſtri miſe-
ricordia, qui etiam grauiſſimis peccatoribus non denegat
viros pios, qui illos corripiant, & ſtudeant à peccato reuoca
re. Sic inter fratres Ioſeph Rubẽ nititur reuocare alios fra- *Gene. 37.*
tres à fratricidio. Sic Ionathas auertere conatur Saul, ne in-
terficiat Dauid, dicẽs ne pecces rex in ſeruum tuum Dauid, *1. Reg. 19.*
quia non peccauit tibi. Sic peſſimos Sodomitas S. Loth cor- *Gene. 19.*
ripiebat, dicens. Nolite, quæſo, fratres mei, nolite malum hoc
facere. Denique non defuit impio Pilato vxor ſuadens, ne
Chriſtum addiceret mortis ſupplicio, ſubiiciẽs per miniſtros
& famulos. Nihil tibi, & iuſto illi. Diſces etiam ex hoc lo- *Matt. 27.*
co, crebro iniquos præualere aduerſum viros pios, impleriq;
illud Aſſertoris noſtri. Spinæ ſimul exortæ ſuffocauerunt bo
nũ ſemen. Id enim maximè quærit impius ille Pharao, ꝙ vi-
delicet boues fœdæ, confectæque macie deuorent eas quas
mira virtutum ſpecies reddit pulcherrimas. Veruntamen nõ
glorientur propterea impij, cum vident virgas ſuas, hoc eſt,
poteſtates ſuas verſas in dracones mordentes viros morum
integritate cõſpicuos, veniet enim tẽpus, quando virga Aa-
ronis, id eſt, Chriſti poteſtas deuorabit virgas iniquorũ. Diſ- *Exod 16.*
ces præterea, difficilẽ prouinciã eſſe impoſitã humeris iudi-
cum, audis enim, deuoratos eſſe hos iudices. Non ergo par-
ua ſed ingenti fortitudine animi opus eſt iudicibus, vt ini- *Eccle 7.*
quis reſiſtant. Vnde Sapiens ait, Noli quærere fieri iudex,

 niſi

*Hoc fit quando iudex timendo perſonã magnatis non audet debitam pronunciare aut exequi ſententiam.*

niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. Significauit hoc perelegánter Salomon, dum thronum, in quo ſedebat ad iudicandum, fecit de ebore, atque leonibus hinc inde muniuit. Quid enim ebur, & lones adumbrant, niſi fortitudinẽ, cum leo ſit fortiſſimus beſtiarũ, & ad nullius paueat occurſum ebur vero vix igni cedat? Hinc etiam apud veteres, vt inquit Pollux, vbi de dięteris, & dicaſtis agit, Echinũ aheneum habere iudices conſueuerunt, in quem iudicia ſcripta coniiciebant, quo ſignificabant, non licere cuipiam impune iudicibus admouere, neq; inuertere, aut immutare quicquam ſine graui ſupplicio. Eſt enim Echinus animal ſpinoſum, quem hoc ſcabritiem, & ſpina nemo cõtingere audet. Si hoc impius Pilatus, animaduertiſſet, non annuiſſet, perfidis Iudæis dicentibus, Si hunc dimittis, Chriſtum videlicet, non es amicus Cęſaris. Sed quia animi conſtantia caruit iniuſtus iudex deuoratus eſt ab iniquis Iudæis.

*Exod.* *Geneſ. 20.* *Actor. 27*

*Non eſt, qui clamet in eis ad me.* Quid ſi aliquis eſſet, qui clamaret ad te Domine? Parceres ne aliis. Quid mirum, ſi id aſſeuerauerimus? Nonne propter vnum Moſem pepercit omnibus filiis Iſrael? Nonne propter Abraham ſanauit Dominus Abimelech, & vxorem, ancillaſque eius? Nonne Paulo donauit Dñs omnes animas cum illo nauigantes? Honoremus igitur fratres mei, viros ſanctitate inſignes ob eorum enim merita, & orationes peccatores ſuſtinet Deus. Diſces etiã clamorẽ orationis maximũ eſſe refugium in calamitatibus, ne Deus peccatores funditus euertat. Quemadmodũ ciuitas quæ muris cincta nõ eſt, facile venit in poteſtatẽ hoſtiũ propterea quod prorſus abſit id, quo fuerat hoſtium incurſus arcendus, Sic & hominem non munitum præcibus & orationibus fuſis ad Deum facile ipſe cæleſtis iudex plectit, & punit. Et quemadmodum anchora nauem validã reddit ac ne fluctibus inuoluantur, retinet, Ita nos firmos, ne pereamus ob peccata noſtra, reddit oratio. Tu inquit Deus Ieremiæ, noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi quia non exaudiam te. Igitur qui orat, optime Deus, tibi obſiſtit, ne vindictã ſumas de peccatis eius. Hanc orationis anchoram iecisse Apoſtolos inuenies, dum nauicula operiretur fluctibus. Suſcitarunt enim dormientem Chriſtum, dicentes, & orantes Domine ſalua nos perimus. Hinc Apoſtol⁹ nos admonet, Deprecationi inſtate, vigilantes in ea cum gratiarum actione. Ac rurſum

*Oratio calamitatũ refugium qua quidẽ ira Dei ſuſpenditur venia procuratur & præmiorum largitas impetratur.*

*Ierem. 7.*



ſum, Orationi inſtantes. Sponſus etiam cæleſtis gratiſſimam ſibi eſſe orationem Sponſæ oſtendit dicens, Quæ habitas in hortis amici auſcultant te, fac me audire vocem tuam. Quid namque hortos vocat, niſi Eccleſiam? quid amicos, niſi ſanctos illos ſpiritus angelicos? Hi auſcultare dicuntur quemque Eccleſiæ filiũ, vt amiciſſimis animis, atque pergratis, eius rationem deferant omnipotenti Deo.

*Cant. 8.*

¶ *Ephraim in populis commiſcebatur* Sæpius obſeruauimus, fugiendam eſſe impiorum hominum neceſſitudinem, & amicitiam, eorum enim commixtio multum nocet. Corrumpunt quippe bonos mores colloquia praua, inquit Apoſtolus.

*1. Cor. 15*

¶ *Ephraim factus eſt ſubcineritius panis, qui non reuerſatur.* Optimus locus eſt ad exhortandos peccatores, maleactorum eos pœniteat, reuocentque gradum à viis peſſimis. Comendatur etiam maximè Dei miſericordia, longanimitas, qui non ad Ephraim ſordibus cõſpurcatum conuertit oculos, vt puniat ſed an reuerſetur, id eſt, conuertatur ad Deum ſuum per pœnitentiam, conſiderat vt parcat an patrandis delictis finem peccatores præfigant, ne vindictam ſumat. Cõuertere, inquit Sapiens, ad Dominum, & relinque peccata tua: precare ante faciem Domini, & minue offendicula. Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniuſtitia tua. Et apud Ieremiam, Fornicata es cum amatoribus multis tamen reuertere, &c. Atque apud cantica, Reuertere, reuertere Sunamitis vt intueamur te Egregiè inquit D. Anſelmus, Cognoſcit quidem errorem peccatorum cæleſtis Sponſus, commonetque eos ad conuerſionem. Sunamitem autem vocat id eſt, captiuam à diabolo in Babyloniam, id eſt, in confuſionem vitiorum, Apoſtolus etiam relinquenda eſſe peccata nos admonet dicens, Deponentes omnes pondus, & circunſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. Adumbrat hãc ad Dominum reuerſionem non ineptè vox illa angeli, dicentis Agar, Vnde venis, & quo vadis? Atque cum reſpondiſſet Agar, A facie Sarai dominæ meæ ego fugio ſubiecit angelus Domini, Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manus illius. Et rurſum Multiplicans, inquit, multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine. Quoties ergo miſer peccator auertitur à Deo per peccatum, plures ſunt angeli, id eſt, cœleſtes voces commonentes peccatorem, ne à Deo ſuo recedat ſubiicienteſque oculis fugientis à tanto Deo, Vnde venis, & quo vadis? Ac ſi

*Eccle. 17.* *Verè pœnitentem oportet conuerti ad dominũ à quo auerſus fuit, & vt id rectè fiat relinquere debet peccata ſua.* *Ierem. 3.* *Cant. 6.* *Hebr. 12.* *Geneſ. 16.*

 apertius

apertius dicant, Cur nõ te pudet, miſer humuncio, relinquere
*Anima quæ dereliquit Dominũ per obſita & denſa deſerta vagatur.*
Deum tuum qui omne bonũ, omnis theſaurus, ipſa vita eſt
&c. Animo etiam contẽplare, quo vadas cum peccas, nempe
ad ſolitudinẽ, vbi ſiti pereas, nihil inuenias, præter ſpinas &
laborẽ. Reuertere ergo ad Dominũ tuũ, ſapientiã illã videli-
cet cœleſtẽ filium Dei, & humiliare ſub manu eius quæ non
grauis eſt reuertentibus ad ſe ſed mitis, & lenis. Quis enim
expendere poterit, quam benigne Chriſtus ſuſcipiat, & am-
plectatur reuerentes ad ſe quantumque plenam manum ha-
*Simile.*
beat, quod cœleſtes opes effundat, & porrigat ad ſe cõuerſis?
Hinc ſubiicit angelus, Si Reuertaris Agar in domũ Abraha-
mi multiplicabo ſemen tuũ, & non numerabitur præ multi-
*Conuerſio noſtra ſemper inueniet Deũ paratum.*
tudine. Tot enim Deus bona cõfert in redeuntes peccatores
ad eũ ad nullus ea numerare præ multitudine poſſit. Quem
admodũ, flante vẽto, oritur tẽpeſtas, cœlũ nubilũ redditur,
& quandiu ventus flat, omnia caligine, & horrore implentur
ſed quamprimum ventus ſufflare deſinit omnia, tranquila,
*Aug. ſup. Pſal. 6.*
ſunt, & ſol cuncta ſuis ſplendoribus radiis illuſtrat & fouet
*Iob. 27.*
In eũdẽ modum, hominibus laxantibus habenas peccatis in
punitionem omnia concitari ſolent,, torquere, & afficere a-
cerbitate cæterum ſi peccare deſinant, gratiſſimum illis ſe ex
hibet Sol iuſtitię Chriſtus. Hinc Iob inquit de peccatore, Ap
*Tobiæ. 3.*
prehendet eum quaſi aqua, inopia, nocte opprimet eum tem
peſtas. Tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo ra-
piet eum de loco ſuo. Et ſanctus Tobias ait, Non delectaris
in perditionibus noſtris: quia poſt tempeſtatem tranquillũ
facis, & poſt lachrymationem, & fletũ exultationem infun-
dis in multa Euangelia quadrat locus iſte. Primò, quadrat
*Expectat Deus delinquentes benignè ſuſcipit reuertentes*
in Euangelium pro feſto ſancti Matthæi, in hæc verba, Se-
quere me. Et ſurgẽs ſecutus eſt eum. Ecce, Matthæus factus
fuerat ſubcineritius panis, æſtuabat enim auaritia, veruntamen
non in eo peccato permanſit, ſed reuerſatus eſt. Qua-
drat etiam in Euangelium ſabbathi poſt Dominicam ſecun
dam Quadrag: in hæc verba filij prodigi. Surgam, & ibo ad
*Bern. ſup. Cant. ſer. 9.*
patrem meum. Ecce panis ſubcineritius factus filius prodi-
gus non ſub cinere, & ſtercore peccati perſeuerat, ſed reuer-
ſatur, Surgit enim & redit ad patrem. Denique hic locus ap-
tari poteſt omnibus Euãgeliis, in quib⁹ ſermo incidit de pœ
nitẽtia. Docet enim, vt quis pœnitentiam dignam agat de
peccatis, neceſſum eſſe ab illis ſe auertere, & conuertere ſe
ad Deum.

¶ *Comederent alieni robur eius, & ipſe neſciuit.* Multa hic ſunt
impli-



implicata. Primò docet Deus peccatores indignos eſſe opi-
bus, & diuitiis. Ob peccata enim Ephraim, & Iſraelis, robur,
id eſt, opes eorum alieni comedunt. Hinc ſanctus, Moſes ait
peccatoribus, Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea, do- *Deut. 28.*
mum ædifices, & non habites in ea, plantes vineam, & non
vindemies eam bos tuus immoletur coram te, & non come-
das ex eo, aſinus tuus rapiatur in conſpectu tuo, & non red-
datur tibi, oues tuæ dentur inimicis tuis, &c. Ariſtoteles e- *2. Magno*
tiam egregiè difinit, diuitias auferendas eſſe malis. Diſces *moral. c. 3*
etiam ſecundò, diuites debere defendere Rempublicam. Vn *7. Pol. c. 8*
de Ariſtoteles inquit, neceſſarios eſſe diuites ciuitati, vt con *Diuitiæ*
ſtare poſſit ciuitas. Caueant ergo viri potentes, & locupletes *neruι ſunt*
conſumere diuitias ad perniciem, & euerſionem ciuitatis, at *rerũ: nõ ſo*
que illi non ſe exhibere robur & fortitudinem, crimen eſſe *lũ nobis*
cognoſcant. Tertiò, diſces cum ciuitatem videris opibus ſpo *diuiteseſſe*
liatam conuertendos eſſe oculos ad peccata, ibi patrata, pro *volumus,*
ptérea enim Deus ſolet permittere, vt ciuitas, ſiue regnum *ſed etiam*
bonis priuetur temporariis, & vaſtetur ab hoſtibus. Quartò *liberis, pro*
vides hic impiorum hominum, & Dei tui conditionem *pinquis, a-*
Cum Deus quem flagellat, id maximè quærit vt homo re- *micis, &*
ſipiſcat, relinquat peccata & cognoſcat, ob ea à Deo ſuo pu *reipublicæ*
niri. Impij vero non item. Sunt tribulationes collyrium
quoddam diuinum, confectum à Deo, ad inungendos oculos
mentis, quoties, peccati albugine obducuntur, vt eius mor-
daci acrimonia peccatores intelligentiores fiant. Hinc D. *Iſai. 28.*
Gregorius inquit, Pœna oculos aperit, quos culpa claudit. Et *Threm. 1*
Iſaias Vexatio dabit intellectum. Atque Ieremias, De excel *Apoc. 3.*
ſo miſit ignẽ tribulationis, & erudiuit me. D. Ioannes etiã in
Apocalypſi inquit, Tu dicis, quia diues ſum, & locupletatus, &
nullius egeo: & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, pau-
per & cœcus & nudus. Suadeo tibi, vt collyrio inungas ocu-
los tuos vt videas. quid Collyriũ vocat? Vtique tribulationẽ
Quemadmodum enim collyrium per lachrymarum effuſio- *Simile.*
nẽ oculos carnis emundat, & viſum reddit, Sic tribulatio, dũ
lachrymas haurit, clarificat oculos cordis, vt ſe peccator ag-
noſcat & conuertatur ad Deum. Sic filij Iob, cõiecti in carce *Geneſ. 42*
rẽ, & à Ioſeph reprehenſi, in agnitionem patrati criminis ve-
niunt, dicentes ad inuicem Meritò hęc patimur, quia pecca- *Thren. 1.*
uimus in fratrem noſtrum. Et Ieruſalem ait, Vindemia eos,
ſicit vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas. At- *Daniel. 3*
que Daniel, In veritate, & in iudicio induxiſti hæc propter

 pecca-

ſcat, illuſtriorem edit flammam, & flumina, quo mari pro-
pius accedunt, velocius, & altius decurrunt, & labuntur,
Ita Anna, agnoſcens ſe proximā morti ardentius Deo in ſer-
uiebat.

Senectutis canicies venerabilis Amb. Epiſt.
Leuit. 19.
Eccleſ. 8.
1. Tim. 5.
Thren. 4.
Iſai. 3.
Potentia eſt in iunioribus Prudentia in senioribus. Ariſ. Polit. 7.
Iob. 12.
Prou. 22.
Eccle. 18. & c. 10.
Pſal. 31.

¶ Secundô. *Sed & cani effuſi ſunt in eo*, Si locum expendas de
contemptu, & deſpectu ſenum, diſces, pœnam eſſe ingentem
ciuitatis, & regni, ſenes nō honorari, & nequaquam eſſe deſ-
piciendos ſenes. Hinc Dominus præcipit, Honora perſonam
ſenis. Et Sapiens inquit, Ne ſpernas hominem in ſenectute,
ſciens, quia ex nobis ſeneſcunt Et Apoſtolus, Seniorem ne
increpaueris, ſed obſecra, vt patrem. Contra vero aduerſus
ſenum contemptores dicitur, Faciens ſacerdotum non eru-
buerunt, neque ſenum miſerti ſunt. Et rurſum apud Iſaiam,
Tumultuabitur puer contra ſenem. Non ſunt aliud ſenes in
Republica, quam frænum ad compeſcendos homines, ne in
vitia labantur, atque propterea illis deferendus eſt honor.
Quemadmodum aqua, vino admiſta, illud reddit mode-
ratius, Sic ſenes, in Republica adoleſcentibus admiſti, eos
ſua grauitate, & prudentia moderantur, eorum temeritatem,
& impetum coercētes. Hinc Lacedæmonij cōmendantur, qui
ex Lycurgi inſtituto, vt refert Xenophon in Repub. Laconū,
ſenes non minus, quam patres reuerentur Quemadmodum
palma, quanto veterior eſt, tanto eſt fœcundior, & corallium
eſt rubicundius, quo antiquius, Ita homines, quo ſeniores
ſunt, eo prudentiores, & ſapientiores, eſſe ſolent, In antiquis
eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, dicit Scriptura.
Igitur ingens ruinæ indicium eſt, ſi ſenes paruipenduntur,
cum eorum conſiliis ſit reſpublica gubernanda, & ſtabi-
lienda.

Habet hoc infœlix cōſuetudo peccandi vt quanto amplius quiſque peccauerit tanto minus peccata ipſe intelligat & tanto plus peccare delectet.

¶ Tertiò, *Sed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit*. Elegan-
ter, explicans hunc locum Diuus Hieronimus, inquit, hic ſi-
gnificari, Iſraelem multo tempore erraſſe. Hiſpane *ser peccados
viejos, y de canas* quibus nihil nocētius homini contingere po-
teſt, tum quia difficile eſt, reuocare gradius, & propius immi-
net ſupplium Adoleſcens iuxta viā ſuam, etiam cum ſenue-
rit, non recedet ab ea, inquit Sapiens. Ac rurſum, Ante lan-
guorem adhibe medicinam. Et, Languor prolixius gra-
uat medicum, breuem languorem præcidit medicus. Exper-
tus eſt hoc Regius Pſaltes, quam obrem ait, Quoniam ta-
cui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die. Ac ſi
apertius dicat, Quoniā ego tacui, & peccata mea diſſimula-
ui, ac cōfiteri neglexi, ideo oſſa mea, quaſi vetuſtate cōſūpta,
lan-



languida facta ſunt, dum aſſiduè eiularem, & clamarem præ-
nimio afflictionis dolore; inquam ob mea peccata incidere
me permiſit Dominus. Ecce, vtrumque fatetur Dauid, & ſe
viribus exhauſtum, & elanguidum, vt reſipiſcat, & cōuerta-
tur: diu acerbiſſimè punitum ob inueteratā peccandi conſue Iob. 20.
tudinem. Et apud Iob, Manus illius reddent ei dolorem ſu-
um, oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ eius, & cum Simile.
eo in puluere dormient. Quemadmodum arbor, cum altas ra
dices miſerit, difficile diuelli poteſt, multiſque ferri ictibus
opus eſt, vt ſuccidas, In eundem modum, vt peccatum, conſu
etudine radicatum in corde, extrahas, ingenti labore, & ſtu- Eccle. 4.
dio non vulgari vti neceſſum eſt. Quod ſi funiculus triplex
difficilè rumpitur, vt inquit Sapiens, funiculus multiplex,
confectus videlicet ex multis peccatorum filis, quo pacto
miſer homo rumpere poterit? Væ, inquit Iſaias, qui trahitis i- Iſaiæ 5.
niquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plau-
ſtri peccatum. Bene inquit, væ illis hominibus, qui ſe pluri-
bus irretiunt peccatis, funem ingentem texentes. Quomodo
enim huiuſmodi vincula ſoluere, aut dirumpere poterunt?
Et Diuus Auguſtinus, inquit, Vincere conſuetudinem, dura Auguſt.
eſt pugna. Et Diuus Gregorius, Cum culpa in vſum venerit, in Pſal.
ei iam animus, etiam ſi appetat, debilius reſiſtit, quia quot vi 30.
cibus prauæ frequentationis aſtringitur, quaſi tot vinculis Greg. lib.
ad mortem ligatur. Et Iſidorus, difficile eſt, peccati conſuetu 4. Mora.
dinem vincere: prauus vſus vix aboletur, aſſidua conſuetu- Iſidor. l. 1.
do vitium in naturam conuertit, animus ſceleribus aſtri- Soldoq.
ctus, vix ab eis diuelli poteſt. Quid plura Scripturæ, & San- Canis antiquus
ctorum citem teſtimonia? Vis agnoſcere, frater mi, quid catenæ aſ-
ſit peccandi conſuetudo? Audi, quid dicat Seneca, Tunc ſue fieri
conſumata eſt infœlicitas, vbi turpia non ſolum delectant, nō poteſt.
ſed etiam placent, & deſinit eſſe remedio locus, vbi, quæ fu Senec. E-
erant vitia, mores ſunt. Vides, vocari peccandi conſuetudi- piſt. 28.
nem conſumatam infœlicitatem, qua nihil homini peſtilen-
tius obtingere poteſt? Quis ergo non dabit operum pro viri
li, vt cōſumatā miſeriā, & infœlicitatē fugiat? Clamat Apo-
ſtolus, Expoliātes vos veterē hominē cū actibus ſuis, induite Coloſſ. 3.
nouum hominem, qui ſecundū Deum creatus eſt. Ac rurſū,
Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, & ho- 1. Cor. 5.
mo non ſtudebit abiicere vetera, vel ſerpentem, & aquilam
imitatus, quæ pellem, & plumas veteres, quāuis dū expoliā-
tur, ingēti dolore afficiūtur; exuere laborant, & nō quieſcūt,
donec ſe videant nouis induta? Decantat Dauid, Anima Prou. 10.
mea

mea renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua:& peccator patietur antiqua ſe peccatorum vetuſtate eſſe circundatum? O cęcitatem ingentem, ô amentiam deplorandam.

¶ Quartò, *Sed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit.* Turpe certe eſt, bone ſenex, cũ te videas canis plenũ, id ignorare, & veluti iuuenis ſis, vitam agere, & aures occludere, ne audias nuntios diuinos clamantes, & dicentes, cito te hinc migraturum. Canites enim non aliud eſt, quàm turba magna legatorum. Quot námq; pilos albos, & canos habes in capite, & barba, tot nuntios eſſe agnoſcas miſſos tibi à Deo, vt præpares te ad iter mortis. Sine lachrymis proferri non poteſt, Videbis multos ſenes ſimiles oculis, qui ſe ipſos cernere non poſſunt, ſic non ſe agnoſcunt iam ad extremam vitæ partem perueniſſe: ſed diu victuros ſperãt, vt miſſos faciã, qui canos euellunt, & tingunt capillos, ne ſenes iudicentur. Quemadmodũ enim Hanon raſit dimidiã partẽ barbæ ſeruis Dauid, & remanſerunt in Ierícho, donec barba creuit, poſtea autem reuerſi ſunt Ieroſolymã, In eundem modum diabolus nonnullis ſuggerit, vt partem barbæ euellant, vel tingant, ne cani videantur Sed vbi iſti habitant? Certe non in ciuitate ſuperna Ieruſalem, ſed Iericho, vbi à dæmonibus ſpoliantur, & multis confunduntur vulneribus. Infundat medicus ille cœleſtis Chriſtus eorum plagis oleum, vt cernant cæcitatẽ ſuam, porrigat, & vinum, quo tantum frigus abigant, & in charitatem Dei accendantur, vt cognoſcant, Dei beneficium eſſe, eam attigiſſe ætatem, in qua iam quod ipſi vitia non deſerant, ſaltem vitia eos derelinquant, vt vaſa inutilia.

*Cani capilli nũcij ſunt obitus & finis.*

*Simile.*
2. Re. 10.

¶ *Et humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius: nec reuerſi ſunt ad Dominum Deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his. Et factus eſt Ephraim, quaſi columba ſeducta, non habens cor. Ægyptum inuocabant, ad Aſſyrios abierunt. Et cum profecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum: & quaſi volucrem cæli detraham eos, cædam eos ſecundum auditionem cœtus eorum. Væ eis, quoniam receſſerunt à me: vaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in me: & ego redemi eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde ſuo, ſed vlulabant in cubilibus ſuis: ſuper triticum, & vinum ruminabant, receſſerunt à me. Et ego exaudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuerſi ſunt, vt eſſent abſq; iugo, facti ſunt, quaſi arcus doloſus, cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ ſuæ. Iſta ſubſannatio eorum in terra Ægypti.*

¶ *Et humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius.* Vox Hebraica poſita pro *humiliabitur*, potius ſonat, *reſpondebit*, atque ita eſſe legendum



legendum nonnulli contendunt, expenduntq́; in hunc modum hunc locum, Teſtificabitur faſtus Iſraelis, id eſt, feret teſtimonium contra eum coram, & aperte. Cæterum noſter Interpres, rem oculate inſpiciens, magis ad ſenſum locũ hũc tranſtulit, vertens, *humiliabitur*, pro reſpondebit. Cũ enim pœna debeat reſpondere delicto, vt iuſtitia ſeruetur, & propria pœna ſuperbiæ ſit deiectio, ſiue, vt ita loquar, humiliatio; eleganter poſuit, *humiliabitur*, pro reſpondebit, ſic enim pœnã ſuperbiæ Iſraelis noſtris oculis obiicit contemplandam. Ita eſſe verbum hoc, *reſpondebit*, explanandum, id eſt, *humiliabitur*, vt habet æditio vulgata, aperte oſtendunt tranſlatio Septuaginta, vertens etiã, pro *reſpondebit*, humiliabitur, & Theophylactus, legens, pro reſpondebit, deiicientur, & Paraphraſtes Chaldæus: etiam ad eundem modum habens, pro *reſpondebit*, *humiliabitur*. Atq; hunc ſenſum eſſe amplectendum verba ſequentia declarant, nẽpe, *nec reuerſi ſunt ad* Dominum *Deum ſuum*. Peſpicuum enim eſt, ſignificari, neq; hac pœna deiectionis Iſraelem rediiſſe ad ſaniorẽ mentem, ſed in impietate perſtitiſſe. Si enim legas, *& reſpondebit*, & diſpungas, quod ferat teſtimoniũ, nõ videtur, ita cum ſequentibus cohærere, quemadmodũ ſi explane, *& humiliabitur*. Inter omnes expoſitores vnus Haymo eleganter explicat, quid hic vocet *ſuperbiam Iſraelis, & humiliationem*, ſic diſpungẽs, *Humiliabitur ſuperbia* Iſrael, hoc eſt, interficientur principes, & exercitus eius, in quibus gloriabatur, ab Aſſyriis, & Chaldæis, & hoc non multo poſt tẽpore, ſed in facie eius, id eſt, nunc, & in præſenti, atq; ipſis cernẽtibus. *Et factus eſt Ephraim, quaſi *columba ſeducta.* Columba in bonum accipitur. Dominus namq́; in Euangelio ait, Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes & ſimplices, ſicut colũbæ, vt neq; aliis nocere poſſumus, neq; ab aliis inſidias patiamur, ſed ſimplicitate, & prudentia exhibeamus hominẽ temperatum, qa prudentia ſine ſimplicitate calliditas eſt, & malitia, ſimplicitas verò abſq; ratione ſtultitia nominatur. Vnde in hoc loco columba ſtultitiam regis, & principũ Iſraelis qui per *Ephraim* hic intelligũtur, deſignat, qui potius ſiſi ſunt in homine, quã in Deo, Ægyptum inuocãtes, & ad Aſſyrios pergentes. Qui enim auxilium Ægypti petierunt, qui ab Iſaia appellatur baculus arundineus confractus, ab Aſſyriis abducuntur captiui. *Factus eſt* ergo *Ephraim quaſi columba ſeducta*, à diabolo videlicet, vel *ſeducta*, id eſt, vt Septuaginta volunt, & Theophylactus, inſipiens, & amens. Et non tantum dicitur columba, quia eſt columba ſapiens, de qua dicitur

*Pœna delicto reſpondere debet ex iuſtitiæ profeſſo.*

*Mat.* 10.
*Iſa.* 36.

* *Nulla fere auis eſt quæ tam ſagaciter norit aues inimicas vt colũbæ nec quæ cautius eas fugere ſoleat id verò ea columba facit quæ cor habet, at Ephraim eſt quidẽ ex diuina voluntate colũba ex malitia autem eſt ſeducta & corde defecta.*

*Pſal.* 67.
*Pſal.* 54.
*Iſa.* 60.

ia

in Pſalmis, Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Cuius pennæ deargentatæ ſunt, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Ac rurſum, Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi colũbæ ad feneſtras ſuas? Et in Cã-
*Cant. 2.* ticis, Oculi tui colũbarum, Veni colũba mea. *Nam habes cor,*
*Cor Sapiẽ* id eſt, intelligentiã, ſiue prudentiam, & ſapientiam. Nam cor
*tiæ ſedes.* pro ſapientia vſurpatur in ſacris, eo ꝙ ſapientiæ ſedes præci-
*Prou. 10.* puè in corde ſit, vt ſcriptum eſt, In labiis ſapientis inuenitur ſapientia, & virga in dorſo eius, qui indiget corde. Sic eſſe hanc vocẽ *cor* diſpungendã tradunt omnes expoſitores, tum antiqui, tũ recentiores, vno dempto Lyrano, qui ſecus expẽdit, intelligens per *cor* fiduciã. Sic namq; locum explanat, Nõ *habens cor*, id eſt, non habens fiduciam in Domino. Cæterùm prior explanatio verior eſt cenſenda. Obſeruandũ eſt autem *Ephraim* nõ aquilæ, aut accipitri, aut coruo, vel cuilibet alteri aui eſſe comparatum: ſed columbæ amenti, & ſtultæ, quo multa Dominus implicauit. Nã cæteræ aues pullos ſuos etiã cum periculo vitæ ſuæ protegere feſtinant, & cum ad nidũ ſuum accipitrem, colubrum, ſiue cornicẽ accedere viderint: huc, illucque volitant, & immittunt ſe, morſu, & vnguibus lacerant, & dolorem parentis quærula voce teſtantur, ſola colũba ablatos pullos nõ dolet, non requirit, quinimo, ſublatis pullis, non auolat, ſed in iiſdem locis remanet, Sic etiã Ephraim vaſtarũ per partes populũ non ſentit, ſed negligẽs eſſe ſalutis ſuæ prædicitur. Nam ad Aſſyrios, & Ægyptios, hoſtes ſuos accurrebant. Deinde, cum columba auis laſciua ſit, incontinentiæ Ephraim hic typus eſt. *Et cum profecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum.* Bifariã diſpungi poteſt, vel quod profecti ex propria patria in exilium, & captiuitatem, quamuis loca mutauerint, diuinam non poſſint vitare vindictam,
*Velut auiculas retibus collapſas miſeros peccatores tradit ſupplicio peccatum.*
ſed ibi *rete* ſuum, id eſt, potentiam ſuã Deus expandet ſuper eos, detinens eos in exilio, veluti intra rete quoddã, ne poſſint libere redire in patriã, ſicut ipſi putauerant. Vel quod dũ profecti fuerint, vt auxilia ſibi accerſãt, Deus illis hoſtes iniciat, veluti rete, deiiciatq;, & humiliter eorum ſuperbiam, quemadmodum auis ab altitudine cœli detrahitur retibus. Priorẽ explanationem amplectuntur Interlinearis, & Haymo, alteram, quæ mihi magis arridet Theophylactus, Theodoretus, Lyranus, & Carthuſianus. *Cædam illos ſecundum auditionem cœtus eorum.* Locus eſt ſuboſcurus, atque hinc variè explanatur. Nos tantum vnam, aut alteram explanationem adhibebimus, quæ propius veritatem attingunt. Sit ergo prior ſenſus,



ſenſus, iſque D. Hieronymi, & Haymonis, quòd ſicut iuncto conſilio omnes idola coluerunt, & fabricati ſunt, vt à me recederent, ita, me irato, omnes pariter vaſtabuntur, dum omnes ſine diſcrimine à rege vſq; ad mendicum percuſſero. Alter ſenſus eſt, quod admonitionẽ factam illis in deſerto, ſi à Deo deficerent, nunc in eorum memoriã reducat, pœnaſq; illas, & minas in illis eſſe complendas inquit. Non mihi eſt ingrata hæc poſterior explanatio. *Væ eis quoniam receſſerunt à*
*me.* Nõ ſuæ ſolitæ miſericordiæ immemor eſt Deus, imò præ *Simile.*
paterno in filios amore fletum adhibens, hęc verba profert. Et quemadmodũ apud infirmos, donec ſpes eſt ſalutis, omnia & dicunt, & faciunt, qui eos curant, ſimulac vero de incolumitate ipſorum deſperauerint, lugent eos in poſterum, Idẽ Deus in populo ſuo facit, curam ſuam nihil valere animaduertens, eos deplorat, vt qui per mala opera ab ſe deſilierint impiiq; fuerint, colendo eos, qui non ſunt dij Eſt autem obſeruandum ex D. Thoma, ꝙ ad Deum non acceditur paſſibus corporalibus, cum vbiq; ſit, ſed effectibus mentis, & eodem modo ab eo receditur, & ſic acceſſus, & receſſus ſub ſimilitudine localis motus deſignant ſpiritualem affectum. *Et*
*Affectibus mẽtis acceſſus fit & receſſus gratiæ Dei. 1. p. q. 3. ar. 1. ad 1.*
*ego redemi eos.* Frequens eſt in ſacris, vt à nobis crebrò iam eſt obſeruatum, tempus præteritum pro futuro ponere, quæ mutatio ad maiorẽ certitudinẽ fit futuræ rei. Ea enim, quæ certo euentura ſunt, ac ſi iã euenerint, per tempus præteritum eloquitur Scriptura. Ad eundem modum hic *redemi* poſuit Latinus Interpres, licet Hebraicè ſit, *Et ego redimam eos*, hoc eſt, poſſum, & cupio ex iis malis eos liberare. Si in hunc modũ explanes, coniunctio copulatiua, *&*, quæ ſtatim ſequitur, poſita eſt pro coniunctione aduerſatiua, ſed, ſiue tamen, qua
*Peccata indignos reddunt homines gratia & auxilio diuino.*
explicat, nõ per ſe ſtare, ſed per ipſos, quod nõ redimat, quoniam ob eorũ peccata indigni ſunt auxilio diuino. Idem ita que eſt dicere, *Ego redemi eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacia* ac ſi dicat, Ego liberaturus erã eos, ſed repudior ab eis. Quòd ſi contendas, verbum *redemi* in propria, vt iacet, eſſe accipiendum ſignificatione præteriti temporis, ſenſus eſt, *Ego redemi eos*, non ſolum ab Ægyptiaca captiuitate, & ſeruitute: verùm
& has tribus decem crebrò ab hoſtibus liberaui, vt hiſtoria *3. Re. 15.*
Regum tradit, ipſi tamen idolis hæc beneficia retulerunt, di *& 18.*
centes, Hi ſunt dij tui, Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægy *4. Re. 3.*
pti. *Super triticum, & vinum ruminabant receſſerunt à me.* Ruminare *& 10.*
eſt reuomere, quomodo animalia, quod die comedunt, nocte *Exod. 32.*
ab intimis viſceribus ad guttur, & fauces redire faciunt, ſicqu

ſicq; ſubtilius ruminando in ventrem rurſus traiiciunt. Eſt que huius loci ſenſus. Quia abundantiam omnium rerum habebant, quæ in vino,& tritico comprehenditur ideo corruerunt,recedentes à me. Simulque vt oſtenderet eos iumẽtorum ſimiles,non inquit,comedebant, ſed *ruminabant*,quod brutorumeſt animantium *facti ſunt, quaſi arcus doloſus*. Non eſt facilè percipere, cur vocet Iſraelitas arcum doloſum, atque hinc variè explanatur hic locus. Quidam exiſtimant, argui Iudæos hypocriſis. Nam quemadmodum arcus doloſus,ſeu fallax,quum ſuam ſagittam,videtur in vnam partem mittere,mittit in alteram, Sic Iudęi fallebant homines ſua hypocriſi. Acuta eſt ſanę hæc explanatio,dubito tamen,an literę cohæreat. Alij ſic. Quemadmodum arcus doloſus ſagittam mittit in ſagittantem. Sic Iudæi ſagittas,id eſt, blaſphemias miſerunt contra Dñm conſeruatorem eorum. Tenuit tamen eos Deus,ſicut ſagittans,arcam ita vt ſagittę blaſphemiarũ Deo non nocuerint, ſed in ipſos retortæ ſunt, & eos interfecerunt,ſicut ſcriptum eſt, Cõuertetur dolor eius,in caput eius & in verticẽ ipſius iniquitas eius deſcendet. Vnde ſubiũgitur, *cadent in gladio principes eorum, &c.* Adhibetur explanatio hæc à multis,vt ab Interlineari, Lyrano, Haymo, Carthuſiano,quidam ex Diuo Hieronymo ſumpſerunt. Non mihi eſt ingrata. Cæterum mihi magis arridet expoſitio. Theophylacti,diſpungentis in hunc modum. Ego quidem ipſos intendi, veluti arcum meum, vt per ipſos vel idololatriam in aliis gentibus traiectam ceſſare faciam, atque ipſi contra inuerſi ſunt,ideoque contrarium fecerunt. Namque meum honorem iaculantes,& auferentes,pro idolis aduerſus me ferunt bellum. *Iſta ſubſannatio eorum in terra Aegypti.* Bifariam diſpungitur,vel quòd Deus dicat. Hoc, quod modo faciunt ſubſannando me, & deridendo per cultum idolorum, non eſt noua res,quia quod fecerunt in Ægypto,&poſtea in deſerto,hoc etiam nunc tenent. Amplectuntur hanc explanationem omnes ferè expoſitores,tum Græci,tum Latini. Recentiores ſecus,referunt namque ſubſannationem non ad Deum,ſed ad ipſos Iudæos. Ac ſi dicat. Ridebuntur ab Ægyptiis dicentibus. Ite ad Dominum Deum veſtrum,iuxta illud Iſaiæ. Onus iumentorum Auſtri in terra tribulationis,& anguſtiæ, leæna,& leo,& vipera,& regulus volans,portantes ſuper humeros iumentorum diuitias ſuas, & ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos ad populum,qui ei prodeſſe non poterit. Non fuerunt in auxilium, & in aliquam vtilita

*Excuſſo legis & obedientia iugo brutorum inſtar efferaſcũt homines.*

*Hac prophetia indicat finẽ regni Iſraelis vnde hiſtoriã habes li. 4 Regum.*





litatem, ſed in confuſionem,& in opprobrium.

## *Ad inſtituendos mores.*

*ET humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius.*

¶Tria hic inuenies implicata primum docet Deus,debere pœnam reſpondere culpæ,vt qui per ſuperbiam peccat,per deiectionem plectatur. Contraria,dicunt medici,contrariis curantur. Et Aſſertor noſter. Omnis inquit,qui ſe exaltat, humiliabitur. Ac rurſum. Væ vobis,qui ridetis nunc,quia lugebitis. Ecce, culpæ riſus contra ponitur pœna luctus. Et in Apocal. quantum glorificauit ſe & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum,& luctum. Diues etiam ille,quia epulabatur quotidie ſplendide, ſiti inexplebili torquetur. Secundum, obſerua,quo nomine appellet Deus principes impios Iſraelis, videlicet ſuperbiã. Elegãter proculubio ſubindicat diuites & principes laborare deteſtando ſuperbiæ,& iactantiæ morbo. Quẽadmodũ enim ciconiæ nidificãt in excelſioribus turrib[9],& tinea oritur ex pretioſiſſima purpura. Sic ſuperbię mater,& origo eſt copia diuitiarum. Videns Regius Pſaltes, in quanto ſuperbiendi periculo diuites,& principes ſint conſtituti,ſeq; ad principatum euectũ,ne in ſuperbiæ vitium incidat,Dñm orat,dicẽs. Non veniat mihi pes ſuperbię. &S. Iob, Si deſpexi prætereuntem,eo quòd non habuerit indumentũ, &c Et Apoſtolus. Diuitibus huius ſæculi præcipe,non ſublime ſapere. Non eſt aliud aptius remedium aduerſus tineã, quàm veſtes exponere Aquiloni vento,q citiſſime præterlabitur,neq; cõtra ſuperbiã quicquã melius,quàm conſiderare citò manibus opes auferendas diuitibus. Diues cũ interierit, non ſumet omnia,neq; deſcendet cũ eo gloria domus eius, ait Dauid,agnouit quippe,inſtar venti,ab hominibus diuitias aufugere. Rara certè auis interris,diues humilis, cõmuneque eſt,eos labi in elationem, quamobrem diuites *ſuperbiam Iſraelis* appellat Deus meritoque, veluti cygnus nigerrimus,Dauid ob deiectionẽ cõmendatur mirandus in ſacris. Dauid,inquit,Scriptura,ſedẽs in cathedra ſapiẽtiſſimus princeps inter tres ipſe eſt,quaſi tenerimus ligni vermiculus. Sic Diua Virgo princeps angelorũ effecta,nimiũ ſe deiicit,dicẽs Ecce ancilla Dñi. Tertiũ,obſerua,quando ſit humilianda,ſuperbia Iſrael,nempe in facie eius,id eſt, ipſis cernentibus. Quid hoc? Poterat quidem reſeruare, & differre punitionis

*Luc. 6.*

*Apo. 18.*

*Simile.*

*Arrogãtia & ſuperbia ſequentes ſunt opes.*

*Pſal. 35.*

*Iob. 31.*

*1. Tim. 6.*

*Pſe. 48.*

*Diuitiarũ morbus ſuperbia eſt nã grãdis animus eſt qui inter diuitias iſto morbo nõ tenetur.*

*2. Reg. 23.*

nem Iſraelis in aliud tēpus,ſi videret nempe Deus eos pœ-
3.Re.21. nitere maleactorum. Sic enim legimus de Achab,Nōne vidi
ſti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus eſt
mei cauſa non inducam malum in diebus eius,ſed in diebus
filij ſui inferam malum domui eius. Sic etiam Ezechiæ ob
lachrymas differtur ſupplicium,de filiis, ac poſteris ſumen-
4.Re.20. dū,aitq; Ezechias,Bonus eſt ſermo Domini, quem locutus
eſt:ſit tantum pax in diebus meis. Docet ergo Deus,impœni
tentibus non eſſe differendū ſuppliciū, ſed cito adhibendū.

¶ *Nec reuerſi ſunt ad* Dominum Deum *ſuum*. Ecce,quid in puni-
tione quærat Deus,conuertere nempe nos ad ſe,non fundi-
tus euertere,aut perdere nos. Quòd ſi reuerſi fuiſsēt ad Deū
audiſsēt vtiq;. Reuertimini ad me,&ego reuertat ad vos. Di-
Malac.3. ſcant igitur prælati,dum ſubditos puniunt,hoc vnū ante o-
culos habere,dicereque. Quomodo ad Deum hāc ouem re-
ducam? Peccatores etiam timeant flagellis indurari,& ad
Deū nō reuertere. Solet.n. Deus acerbiora excogitare,&ad-
hibere ſupplicia,cum non prioribus conuertitur peccator.

¶ *Factus eſt Ephraim,quaſi columba ſeducta.* Non reprehendit
Ephraim,id eſt,reges,& principes,ꝙ fuerint facti quaſi co-
lumbæ Nequaquam enim vult Deus,reges,& principes eſſe
coruos,aut accipitres,ſiue aquilas,vnguibus laniātes,quin-
Pli.li.11. imò eos colūbas fieri optat,quę nulli inferunt nocumentū.
2.Reg.13. Experimento namque diſcimus, inter cæteras tantum eo-
rum imperatorem,& & regem aculeo non vti,vt diſcāt prin
cipes clementiā,fugiantq; crudelitatē. Sic Sanctus ille rex
Dauid,aculeo ad vindicandum ſe carere oſtēdit,cum Semei
maledicenti pepercit,dicens Abiſai,Dimittite eū,vt maledi-
cat. Quod autē Deus in principe,& rege reprehendit, & dā-
nat,hoc eſt,eſſe nēpe regē, *quaſi colūbā ſeducta*, id eſt,amentē,
& ſtultā. Nihil enim regno nocentius contingere poteſt,quā
à rege inſipiente,& qui facile decipi poſſit gubernari, cōtra
vero nihil regno vtilius rege prudente. Hinc Perſis lex erat,
vt reges ſolū ex ſacerdotibus,aut bellicoſis viris crearētur
ſacerdotes autem propter eorum ſapientiam eligebantur
reges. Quòd ſi ex bellicoſis quis eſſet rex electus, ſtatim,
ſacerdos fiebat, & particeps philoſophiæ, vt agnoſceret,
ſapientiam pernecesſariam eſſe rempubl. gerenti. Hinc &
diuinus ille Plato dicere ſolitus eſt,tunc fœlices fore reſpu-
blicas,cū aut eas Philoſophi moderarentur aut reges eſſent
Philoſophi. Atque cum aliquando ad Muſonium rex qui
dem Syriæ ingreſſus eſſet(erant enim adhuc reges Syrię ſub
roma-

*Olim ī laudē Taciti Imperatoris populus ac clamare ſolebat quumelius quā litera tus imperat quaſi verò omniū maximam eius virtutē ſicut certè erat exiſtimarent.*



romanorum imperio)ſapienter dixit. Ne tibi perſuadeas,cui
quam eſſe magis,quàm tibi philoſophādum, neque id ob a-
liam cauſam magis,quàm ꝙ rex ſis. Eſt enim regis,poſſe ho-
mines conſeruare,ac beneficiis afficere, id autē facturū ſci-
re neceſſarium fuerit, quid homini bonum, aut malum ſit,
quid iuuet,quid obſit,quid vtile,aut inutile. Quid ſit autem
bonum, aut malum, vtile,aut inutile, quid conferat, aut
obſit,non alterius eſt diſcernere,quàm philoſophi. Conſtat
igitur,philoſophari regē oportere. Socrates etiā dicebat, re-
ges, & principes non illos eſſe, qui ſcepta ferunt, ſed qui
regere ſciant. Atq;,vt Ethnicos omittamus, Sapiens ait Iu- Eccle.10.
dex ſapiens iudicabit populum ſuum,& principatus ſenſati
ſtabilis erit,rex inſipiens perdet populū ſuū. Ac rurſum. Rex Sapien.6.
ſapiens populi ſtabilimentum eſt. Hinc etiā Dominus præ-
cipit. Poſtquàm ſederit rex in ſolio regni ſui, deſcribat ſibi
Deutero. legis huius in volumine,accipiēs illud à ſacerdoti
bus Leuitcæ tribus,& habebit ſecum, legetque illud omni
bus diebus vitæ,ſuævt diſcat timere Dominū Deum ſuum,
& cuſtodire verba, & ceremonias eius quæ in Lege præce- Deut.17.
pit ſūt. Hinc quoque ortum eſt,reges in Iſrael coronari, li- 1.Par.24.
bro legis in manu poſito. Demū,quantū ſit ſapientia princi 3Reg.3.
pi neceſſaria,oſtendit Deus,commendās Salomonem,quod
ſapientiā petierit,multiſque obeam rem eum cumulans be-
neficiis. Quia poſtulaſti verbū hoc,inquit Deus,& non peti
ſti tibi dies multos,nec diuitias,aut animas inimicorū tuo-
rū,ſed poſtulaſti tibi ſapientiā ad diſcernendū iudicium,ec-
ce feciſti tibi ſecundum ſermones tuos &c. Diſcant etiam
princi pes ex hoc loco,periculoſam eſſe ſimplicitatem colū-
binam, niſi cum prudentia ſerpentis coniungatur. Ea eſt e-
nim hominum verſutia,&calliditas,vt reges facilè decipiāt,
& iniqua conſulant. Vnde magnus ille Aſſuerus,qui id expe Eſth.16.
rimento cognouerat,inquit. Multi bonitate principū, & ho
nore abuſi ſunt in ſuperbiā,& in tantū veſaniæ proruperūt,
vt eos,qui credita ſibi officia diligenter obſeruant,& ita cū-
cta agunt,vt omnium laude digni ſint,mendaciorum cunicu
lis conentur ſubuertere,dum aures principum ſimplices, &
ex ſua natura alios æſtimantes,callida fraude decipiūt. Quæ
res,& ex veteribus probatur hiſtoriis, & ex his,quæ gerun-
tur quotidie,quomodo malis quorundam ſuggeſtionibus
regum ſtudia deprauentur.

*Bonus rex neceſſario Philoſoph⁹ eſſe debet & ſtatim philoſoph⁹ regio præditus animo.*

¶ *Et cum profecti fuerint,expādam ſuper eos rhete meum.* Splendet
hic Dei tui miſericordia, vt diſcas non laxare omnes

habenas iræ?ſed miſericordia eam temperes. Poterat quidem Deus tuus ſagittis impetere Iſraelis, poterat gladiis cõfodere, poterat funditus euertere & perdere, noluit tamen, ſed ſolum retibus vult capere, viuos videlicet, Ea enim quæ retibus capiuntur, non intereunt, vt tu non obliuiſcaris miſericordię. Diſces etiam quo pacto poſſis effugere iram Dei tui, nempe te deiiciendo, & humiliando, vt ita loquar. Quę enim exigua ſunt, & parua, per foramina retis exire poſſunt, quæ autem magna ſunt, non item. Diſce igitur, ô homuncio, te ipſum deiicere, ſi è diuinis manibus labi cupis. Vidit Antonius Abbas in ſpiritu, vt refert Marulus, orbem terrarum quaqua verſum, laqueis oppletum, & cum mirabũdus, quis illos euadere poſſet, quæſiſſet, reſponſum fuiſſe, Humilitas. Beati igitur humiles quibus à periculo erutis competere illud certum eſt. Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantiũ? Laqueus contritus eſt & nos liberati ſumus. Quid plura? Hinc princeps Apoſtolorum admonet, Omnes inuicem humilitatem inſinuare, quia Dominus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam.

*Marul. li. 1. c. 5.*

*Humilitatis effectus eſt ſalus qua regnũ cælorũ emitur & Diaboli Tyrãnis cõfunditur.*

*Pſal. 123.*

*1. Pet. 5.*

¶*Super triticum, & vinum ruminabant, receſſerunt à me.* Timenda eſt rerum temporalium abundantia, quando iſti, pleni tritico & vino, recedunt à Deo. Sic apud Ezechielem legimus, Ecce, hęc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſaturitas panis, & abundantia. Quemadmodum boues craſſas, quæ paſcebantur in locis paluſtribus, & virentibus, deuorant boues fœdæ. Sic diuites degentes in paſcuis huberrimis abſumuntur à vitiis fœdiſſimis.

*Simile.*

*Gene. 40*

¶*Facti ſunt ſicut arcus doloſus.* Optimus locus aduerſus hypocritas, qui ieiunia, & orationes, cum mittere videantur in cœlum, ſecus iaciunt, nempe in terram & in aurã popularẽ.

¶*Iſta ſubſannatio in terra Ægypti.* Miſerum eſt in terra iniquorum vitam degere calamitoſam. Nam cum commoueri debeãt ad miſerationem calamitatibus miſerorum irrident, & ſubſannãt miſeros. Diſces etiam tu, cum proximum irrides, & ſubſannas, vbi habites, nempe non in terra Ieruſalem, ſed in terra Ægypti, vbi impius Pharao, id eſt, diabolus dominatur.

CAP-



# CAPVT OCTAVVM.

*IN gutture tuo ſit tuba, quaſi aquila ſuper domum Domini: pro eo quod transgreſſi ſunt fœdus meum & legem meam præuaricati ſunt.* Me inuocabunt, *Deus meus cognouimus te, Iſrael.* Proiecit Iſrael bonum *inimicus perſequetur eum* Ipſi *regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: aurum ſuũ fecerun ſibi idola, vt interirent, proiectus eſt vitulus tuus,* Samaria, *iratus eſt furor meus in eos. Vſquequo non poterunt emundari? Quia ex Iſrael & ipſe eſt, artifex fecit illum, & non eſt* Deus *quoniam in aranearum telis erit vitulus* Samariæ.

¶In hoc capite præcipuè ponitur diuinæ iuſtitiæ, & miſe-
ricordię promulgatio. Exorditur autẽ prius à promulgatio-
ne iuſtitiæ diuinæ contra Iudã, deinde vero eandẽ apponet
contra Iſrael. *In gutture tuo ſit tuba.* Vox Dei eſt ad Prophetam, *Iſai. 58.*
cui præcipit vocẽ edere tubæ ſimilem, vt multi audiant, quia *Aquila Ro-*
multi peccauerunt. Sic & Iſaiæ dicitur, Quaſi tuba exalta vo *manorum*
cem tuam. Quid autem alta voce clamandum ſit, ſubiungit, *totius orbis*
*Quaſi aquila ſuper domum Domini. Aquilam* regem Nabuchodo *dominorum*
noſor vocat tum propter eius, atque ſui exercitus velocem *inſigne fuiſ-*
aduentum, & rapacitatẽ, tum ob ingentem elationem, regiã *ſe quam-*
excellentiam, & ſtrenuam fortitudinem. Atque hinc vt nõ- *plurimi*
nulli volunt, Aſſyrij imagine aquilæ ſuum imperium & re- *auctores*
gnum adumbrant, quinimo aquila, tum Græcis tum Latinis *habent.*
imperiũ ſignificabat, hodieq; experimento cognoſcimus, a- *Vide 4. li.*
quilam ſignũ eſſe Romani Imperatoris in eundem modum *Alex. ab.*
regẽ Aſſyriorum aquilam vocat apud Ezechielem, & Ieremiã *Alex. lib.*
Aquila vna grãdis magnarum alarum venit ad Libanum. Ac *4. c. 2. Pie-*
rurſum, Ecce quaſi aquila aſcẽdet, & auolabit, & expandet a- *rium, Hie-*
las ſuas ſuper Boſram, & erit cor fortium Idumeæ in die illa *rogl yph.*
quaſi cor melioris parturientis. *Super domum Domini*, id eſt *19. & Iu-*
templum Domini Veniet autem ad deſtruendam eam. Hoc *nium Ani-*
impletum tempore Sedechię legimus. *Pro eo quod transgreſſi maduer-*
*ſunt fœdus meum, & legem meam præuaricati ſunt.* Cauſa ſubuerſio *ſorum, lib.*
nis templi Domini his verbis aperit. Biſariam autem diſpun *3. cap. 2.*
gitur. Quidam per fœdus iſtud intelligunt pactum, quod *4. Reg. vl-*
rex Sedechias iurauit regi Nabuchodonoſor, vt pote quod *timo.*
ei ſeruiret ſub tributo, quod poſtea fregit, de quo apud Eze-
chielem dicitur, Qui diſſoluit pactum nunquid effugiet? Vn
de & Nabuchodonoſor dixit Sedechię capro, Deus tuus,

 qui

qui odio habet iniquitatem tuam, tradidit te in manus meas
Hæc explanatio non videtur ad rem. Ideo melius per fœ-
dus intelligit, teſtamentũ, quod pepigerat cum patribus eo
Exod. 24 rũ, quod & promiſerant ſe obſeruaturos, dicentes Moſi, Om
nia, quæ præcepit Dominus faciemus, & erimus obedientes.
*Me inuocabunt, Deus meus cognouimus te, Iſrael.* Tempore captiui-
tatis preſſi anguſtia, neceſſitate cogenti inuocabunt me, pe-
tentes auxilium, & miſericordiam, & dicent, *Cognouimus te Iſ-*
*Dereliquit* *rael*, id eſt, nos qui appellamur Iſrael, & ſeruamus nomen an-
*Iſrael viã* tiquum Iacob, qui tibi placuit ſcimus te, atque cognoſcimus
*ſanctã ſe-* & propter tui cognitionem, quam præ omnibus gentibus
*quutus I-* habemus, libera nos. *Proiecit Iſrael bonum.* Per bonum iſtud li-
*dola Deo* cet Lyranus cultum Dei intelligat, quem dereliquit Iſrael
*inimicus* pro cultu idolorum, & Carthuſianus fidem, & opera Iacob;
*Aſſyrius* melius intelligemus per *bonum*, ipſum Deum Opt. Max. At-
*venit da* que ita expendunt Hieronymus, Interlinearis, & Haymo.
*per dendũ* Idem autem eſt, ac ſi dicat, Quomodo vocamini nomine
*eum.* Iſrael, qui interpretatur, videns Deum, cum proieceritis bo-
nũ, hoc eſt, Dominũ Deum, à quo Iacob appellatus eſt Iſra-
*Lucæ* 18. el? Scriptum eſt enim, Nemo bonus niſi ſolus Deus. Proiecit
itaque Iſrael bonum hoc, eſt, Deum ſuum reliquit, & pro ni
hilo duxit, ideoque cum clamauerint, non exaudiam eum
propter falſum nomen Iſrael. Sed *inimicus*, hoc eſt, Aſſyrius,
ſiue etiam diabolus, vt Interlineari placet, & Haymoni, cæ-
terũ omnes expoſitores ſolũ *Aſſyriu* intelligũt, *perſequetur eũ*,
quod tempore Sedechiæ conſtat impletum. *Ipſi regnauerunt,*
*& non ex me, principes extiterunt, & nõ cognoui.* Hebraicè intelli-
gẽtia eſt apertior, nempe, *Ipſe regnare fecerunt, principes inſtitue-*
*runt, quos ego non cognoui.* Cognoſcere autem poſuit, pro appro
bare aque hinc pro *cognoui*, nonnulli vertunt, approbaui.
Diuus Hieronimus, quem multi ſequuntur, hunc locum ex-
*Saul &* planat, tum de rege Saul, tum de Ieroboam, eiuſque ſucceſ-
*Ieroboam* ſoribus. Saul namque, ait ſanctus Doctor, non ex voluntate
*regali dia* Dei, ſed ex populi errore rex factus eſt, quia pietatem non
*demate in* habuit, ſtatim, vt regnare cœpit impietatem ſuccenſus eſt.
*ſigniti fue* Ieroboam vero, cæteroſque principes, qui ei in imperio ſuc-
*runt diui* ceſſerunt, certum, eſt contra Dei voluntatem, & ordinationẽ
*no manda* ad regij honoris apicẽ fuiſſe euectos. Licet enim Deus pro
*to inuito.* pter peccatum Salomonis iratus, regnum diuidere voluerit,
tamen contra voluntatem Dei populus Iſrael elegit Iero-
boam. Debuerat enim iuxta legis præcepta interrogare Do-
minum, an vellet hoc fieri. Quod ſi multis obiicias Scripturę
teſti



teſtimonia, demonſtrantia Saulem, & Ieroboam ex Dei vo-
luntate reges fuiſſe creatos. Vt illud, Cum enim Samuel fu-
diſſet oleum ſuper caput Saul, Ecce, ait, vnxit te Dominus 3. *Reg.*
ſuper hæreditatẽ ſuã principẽ. Ac poſtea, ſtãte Saule in me-
dio populi, loquut⁹ eſt Samuel, Certe videtis quẽ elegit Dñs
quoniã non eſt ſimilis illi in omni populo. Ac rurſum de 2. *Reg.* 11
Saule vncto dicitur, Erat Saul vir electus, ac bonus, & non
erat de filiis Iſrael melior illo. De Ieroboam verò ſcriptum
eſt. Quemadmodũ Dñs per Abiam prophetam dixit ad Iero 3. *Reg.* 11
boam, Scindã regnum de manu Salomonis, & dabo tibi de-
cem partes. Et iterum, Te aſſumã, & regnabis ſuper omnia
quæcunq; deſiderat anima mea Demũ, vt multa omittamus
cũ Roboã filius Salomonis, coacto exercitu, vellet bellum
gerere cõtra Ieroboam, vt ad ſuũ imperium decem reduce-
ret tribus, venit Semeias vir Dei, & iubente Deo, locutus eſt 2. *Sent. d.*
Ieroboam, ad populũ, Nõ bellabitis contra filios Iſrael, à me *49. art* 2.
enim factum eſt hoc Dominus quoque promiſit Ieroboam, *c. & in c.*
quod eſſet ædificaturus ſibi domum fidelem ſicut fecit ipſe *13. Epiſt.*
Dauid, ſi cuſtodiret mandata ipſius Hæc omnia, & alia ſimi *ad* Rom.
lia explanari poſſunt de permiſſione diuina non autẽ de vo- *in hæc ver*
luntate efficaci Dei. Quod ſi contendas, citata teſtimonia *ba, Non*
plus implicare, quam permiſſionem Dei, reſpondeamus ex *eſt pote-*
diuo Thoma, in prælatione tria cõſiderari poſſe primũ eſt, i- *ſtas, niſi*
pſe prælationis ordo, quo quidã aliis præferuntur, quod ad *à Deo,*
pulchritudinẽ vniuerſi pertinet & quoddã bonũ eſt, vnde eſt
diuinæ ſapientiæ effectus. Secundum eſt modus, quo ad præ
lationem peruenitur, qui quandoque malus eſt, & non eſt à
Deo quandoque vero bonus, & à Deo. Tertium, eſt prælatio
nis vſus, qui quando bonus eſt, à Deo eſt, non autem quan-
do eſt malus. Dicti ergo reges quãuis primum, & ſecundum *Sellum,*
obtinuerint in adeptione principatum, penes tertium deli *Manah,*
querũt male enim vſi ſunt regia poteſtate, cũ reges creati i- *Phacee,*
dola fabricauerint, & ad eorum cultum populum impulerint *Oſee reges,*
Cum itaque queritur Deus, *Ipſi regnauerunt, & non ex me, prin* *Deus nõ*
*cipes extiterunt, & non cognoui*, expendere poterit de abuſu regię *inſtituerũt*
poteſtatis, quòd inique regna fuerint moderati poſtquàm *Tyrannicè*
illa ſunt adepti. Non eſſe contemnendam hãc explanationẽ *regnũ I rr*
verba ſequẽtia demonſtrant. *Aurum ſuum, & argentum ſuum* *eis inuaſe*
*fecerunt ſibi idola.* Ecce enim attexit crimen idololatriæ. Quod *runt.*
autẽ ſubiungitur, *Vt interirent*, bifariam explanari poteſt, vel
quod explicet, quid Iſrael fuerit conſecutus ex idololatria,
nempe interitum, & mortem inflictam per Aſſyrios: ac ſi

 apponat

apponat commiſſæ culpæ pœnam. Vel verbum *interirent* re-
ferre poſſumus ad aurum,& argentum, Ac ſi apertius dicat,
Tantã auriatq;argenti copiam ad idola conficienda contule-
runt, vt multũ ſuis fortunis detraxerint, quod certe cultum
idolorum ſumme ſibi fuiſſe gratum arguit. Non mihi diſpli
cet hæc poſterior expoſitio, quanuis prior ſit omnium anti-
quorum Patrum. *Proiectus eſt vitulus tuus Samaria.* Per *vitulum*
duos aureos vitulos intelligit, poſitus eſt enim numerus ſin
gularis pro plurali, quod frequens eſt in ſacris, vt ſæpius ob-
ſeruauimus. Per *Samariã* vero nõ ciuitatẽ eo nomine appella
tam ſolum intelligit, ſed integram regionem decem tribu-
*Ioan. 4.*
um, quemadmodum & apud Ioannem dicitur, Venit mulier
de Samaria haurire aquam. Mulier námque illa non erat de
vrbe vocata *Samaria*, ſed de ciuitate Sychar, alio nomine di-
cta Sychem. Certum enim eſt, nullum vitulorum aureorum
poſitũ eſſe ciuitate Samaria, ſed alter in Bethel, alter in Dan
poſitus fuerat. *Quia ex Iſrael & ipſe eſt, artifex fecit illum.* Pro-
bro vertit Deus Iſraeli, quod ipſe vitulos aureos excogita-
uerit, non autem contentus fuerit adorare Gentium ido-
la, vt Baal, & Aſtaroth Sydoniorũ, Chamos Moabitarũ, Mo-
loch Ammonitarum. *In aranearum telas erit vitulus Samariæ.* Sig
nificat vitulos aureos confringendos ab Aſſyriis, quemadmo
dum telæ aranearum facile à vento diſſoluuntur. Apertius
aperuit Latinus Interpres ſenſum * Hebraicę veritatis, quæ
pro, *in aranearum telis erit vitulus Samariæ.* habet, *in ſciſſilia erit vi-
tulus* Cũ enim nihil facilius diſſoluatur, quã fila aranearum
eleganter rem magis contẽplatus, quàm vocem, pro *in ſciſſi-
lia erit*, vertit, *in aranearum telis erit.*

** Hebræi pro aranearũ telis habet ramenta ſeu fragmẽta vt indicetur vitulum fore in minuta fragmẽta ſcindendũ vt. ſ. ex eo numini conflarentur.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem.*

I*N gutture tuo ſit tuba.*
¶ Quoties mecum reputo, ſacros vates vo-
cari à Deo tubas, multa eo loquẽdi tropo im-
plicari conſpicio Primum eſt, muneri concio-
natoris incũbere, vt ſuis declamationibus, &
concionibus peccatores à morte peccati ſuſcitare ſtudeant.
Quemadmodum enim in fine mundi, ad ſonitum tubę, vt ait
Apoſtolus, & apud Matthæum ipſa veritas, mortui reſurgẽt,
Sic multi ſpiritualiter mortui, audita concione, reſurgunt.
Secundum, Componens Deus vocem prophetæ cum tuba
ſonante eleganter inſinuat Iudęos eſſe mortuos, quos cupie-
bat



bat tuba excitari, & ad vitã animæ redire. Tertium, debere
concionatores adhortari homines ad bellum contra vitia, &
*Simile.*
peccata. Quemadmodũ enim rex Antiochus certaturus cũ
*1. Mac. 6.*
Iuda, tubis prius canere fecit, & elephantis oſtendere ſan-
guinem vuæ, & mori, ad acuẽdos eos in prælium, Ita rex cœ-
leſtis præcepit concionatoribus edere ingentem vocem, in-
ſtar clangẽtis tubæ & ſanguinem, ac vitam Sanctorum Mar-
tyrum, eximiaſq; virtutes oculis hominum ſubiicere contẽ-
plandas, vt illis conſpectis, ardentius excitentur ad bel-
lum ſpirituale. Quartum, munus eſſe concionatoris, om-
nia reprehendere crimina, nemini parcere. Quemadmodum
enim tubæ ſonus ab omnibus percipitur, Sic concionatoris
verba omnium ſine diſcrimine debent arguere vitia. Quin-
tum, animi fortitudinem, & conſtantiam eſſe neceſſariam, i-
ta vt audientibus terrorẽ incutiat concionator. Super mõtẽ
*Iſai. 40.*
excelſum, ait Deus apud Iſaiã, aſcẽde tu, qui euãgelizas Siõ,
exalta in fortitudine vocẽ tuam, qui euãgelizas Ieruſalem.
*Act. 4.*
Hinc & in Actis orat primitiua Eccleſia, Da ſeruis tuis Do-
*Marc. 3.*
mine, cum omni fiducia loqui verbum tuum. Chriſtus quo-
que in Euangelio Iacobũ, & Ioannẽ appellat filios tonitrui,
quoniam, inſtar tubæ terribilis, erant verba ad populum fa-
*Ioſu. 6.*
cturi. In huius rei typũ legis, ciuitatẽ Iericho, clãgentibus ſa
cerdotibus tubis, fúditus euerſam, muroſque illius corruiſſe.
Sacerdotes namque ſuis declamationibus omnia proſter-
nunt vitia, efficiuntque, vt omnes fores cordis aperiantur
ſonitu tubarũ, & muri, intra quos peccata latebãt, corruant,
confitentur enim ſacerdotibus peccata ſua, nihilque late-
*Iſai. 58.*
re in penetralibus cordis permittunt peccatores. Demum e
leganter Diuus Thomas expendens illud Iſaiæ, Quaſi tuba
exalta vocem tuam, prope finem capit. 58. inquit, Tuba dici
tur prædicator, quia inuitat ad vitam, ad bellum, ad conſiliũ,
ad feſtum, & indicat inceſſum viri. Quadrat obſeruatio in E-
uangeliũ Accẽſionis, in hęc verba, Eũtes in mundũ vniuer-
ſũ, prædicate Euangelium omni creaturæ. Bone Ieſu, quo
pacto ſunt Euãgeliũ prædicaturi? Certe crede, reſpondebis,
tanquam cœleſtis tuba, quæ mortuos ſuſcitat, & ab omni-
bus eius ſonus percipitur, hinc non vni, aut alteri creaturæ
prædicate, ais, ſed omni, pauperi, diuiti, regi, ſubdito, &c.

*Concionatores tuba diuini eloquij excitãt homines peccatis conſpẽtos.*

¶ *Quaſi aquila ſuper domum Domini.* Hoc ſibi perſuadere ſo-
lent homines, cum peccant, ſuplicium ob peccata commeri-
tum eſſe differendũ, vixque credere poſſunt, iã iam eſſe in ia-
nuis. Secus tamen hic contingere audiunt, ob velocitatem

enim hoſtis veniẽtis, vt perdat Iſraelẽ, vocat Aſſyriorũ regẽ
*Aquilæ auiũ regina & velociſſimi volatus.*
aquilã, q̃ velociſſima eſt omniũ auiũ etiã futurã Iſraelitarũ
cladẽ elegãter inuoluit. Ea.n. eſt aquilæ natura vt ſi pennæ
eius aliarũ auiũ plumas cõtingãt, ſolo cõtactu eas interrere,
& quodãmodo deuorare videantur. Hinc ſacerdotes Ægy-
ptij potentiã cuiuſpiã, quæ ſociis, & amicis pernicioſa eſſet
per aquilę pennas ſignificabãt. Diſces etiam, hoſtes regna
inuadentes, eſſe pœnam peccatotum regni. Ad poſtremum
obſerua æquitatem iudicis, qui neq; domui ſuæ parcit. A do-
mo enim Domini audis exordiri ſupplicium. Sic & apud E-
*Ezech. 9.* echielem præcipit interficientibus, A ſanctuario meo incipi-
*1. Pet. 4.* te. Et Diuus Petrus inqnit, Tempus eſt, vt incipiat iudicium
*1. Re. 14.* à domo Dei. Sic rex Saul proprio filio non parcit, ſed ait, cũ
peccaſſet Ionathas, Hæc faciat mihi De⁹, & hæc addat, quia
morte morieris Ionatha. Vixque potuit populus illum è ma-
nibus regis eripere Contra, proh dolor, multi faciunt, exteris
enim iudices æquiſſimos ſe exhibent, ſuis autem patronos,
*Simile.* & aduocatos. Quemadmodum, referente id Diuo Iſidoro, la-
pis Elitropia nuncupatus, ita fallit oculos intuentium ſolẽ,
vt iudicent, eum eſſe rubeum, & ſanguineum, licet ſit ingen-
ti luce, & ſplẽdore ornatus, In eũdem modum cognatio, &
conſanguinitas tanti eſt roboris, vt oculis iudicis multo ſe-
*Cognationis & affinitatis affectus Iudicẽ cogit ad æqui conſilij mutationem.*
cus rem obiiciat contẽplandam, quàm ſit. Crimẽ namq; cõ-
ſanguineorum, ita reddit rubeum cognationis amore, vt ma-
nus iudicis obliget, mentem excecet, vt contra eum ſenten-
tiam ferat. Et quemadmodum, Salomone dicente, Diuidi-
te, infantem, mulier, cuius filius erat viuus, reſpondit regi,
cõmota quippe fuerant viſcera eius ſuper filio ſuo, Obſecro
Dñe, date illi infantẽ viuum, & nolite interficere eũ, Sic ho-
mines tanto in ſuos ferũtur amore, vt illos, quanuis iuſtitia
ſecus definiat, punire nunquã in animũ inducant. Hinc Se-
*Simile.*
neca inquit, Amor iudicium neſcit.
*3. Reg. 3.*

¶ *Me inuocabunt, Deus meus es tu, cognouimus te Iſrael. Proiecit
Iſrael bonum.* Docet Deus tuus, parum prodeſſe maiorum ge-
ſta præclara, ſi ipſe eorũ nõ imiteris puritatẽ, & integritatẽ
morum. Extiterat admirãda ſanctitate inſignis Iſrael, à quo
Iudæi genus trahebãt, eum diuinis oculis ſubiiciũt conſpici-
endũ, vt miſereri dignetur Deus, audiũt tamẽ, *Proiecit bonum
Iſrael*, cur miſerebor? Sic & apud Ioannem Iudæis gloriãtib⁹,
*Ioan. 8.* quòd ab Abraham genus ducerent, reſpondit Chriſtus, Si fi-
lij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Eius namque quiſque
filius eſt apud Deum, cuius mores, & facta refert. Quemad-
mo-



modum ex terra ſemine ſata non colligis ſpinas, ſed triticum *Simile.*
ſpinas enim vel cõburis, vel proiicis, ſeruato tritico, In eun-
dem modum fructum priorum hominum, id eſt, filios imi-
tatores virtutum paternarum ſolet Deus honoribus pro-
ſequi, diligere, atque tueri, cæterum iniquos, & impios
filios deſpicit, & calamitatibus iactari permittit. Attendi- *Iſai. 51.*
te, inquit Iſaias, ad Abrahã, patrem veſtrum, & ad Sarã, quæ
peperit vos. Cur illos ſanctos parẽtes inquit ſacer vates eſ-
ſe à Iudæis obſeruandos? Inter alia vnum eſt, vt ad eorum
puritatẽ imitandam accingerentur. Sic & Deus Salomon pa-
ternos mores referendos obiicit, ſi diuinis cupit cumulari
muneribus. Si ambulaueris in viis meis, & cuſtodieris præ- *3. Reg. 3.*
cepta mea, & mandata mea, ſicut ambulauit pater tuus, lon-
gos faciam dies tuos. Eleganter etiam probro vertit Iſraeli-
tis, quod *proiecerint bonum*. Nam cum filij bonorum deberent
vna cum ſanguine nobili morum etiam nobilitatem hære-
ditario veluti iure retinere, ſi degenerauerint, merito ſunt
obiurgandi, & reprehendendi, cũ è manibus eorum labatur
candor ſpectabilis virtutum maiorum Quemadmodum, qui *Simile.*
prætioſum margaritum, aut ſmaragdum auro intextum, va-
riiſque ornatum lapidibus pretioſis proiiceret in ſterquili-
nium, iure optimo eſſet arguendus, & ſeuerè puniendus, In *Regiis ſuis*
eundem modum qui maiorum ſplẽdorem, & gloriam obſcu- *virtutibus*
rat illiberalib⁹ actionib⁹, cũ ſit ornamentum vix æſtimabile, *auorum*
merito eſt reprehẽdẽdus. Quis nõ videat, eſſe obiurgatione *decorare*
digniſſimos filios Samuelis, quod non ambulauerint in viis *ſtemata.*
patris ſui? Cum enim pater Samuel æquiſſimus extiterit iu- *1. Reg. 8.*
dex, filij ei⁹ iudices ab integro patre cõſtituti, declinauerunt
poſt auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt
iudicium. Quis non reprehendet Cainum, Iſmaelem Eſau,
Ruben, qui, cum à claris parentibus fuerint orti, impietate
ſua geſta maiorum contaminarunt? Diſcãt igitur, qui origi-
nem trahunt à piis parentibus, & degeneres exiſtunt, magis
ſupplicio ſe dignos, quam miſericordia. Quemadmodum *Simile.*
rex Antiochus ſecundus adoleſcenti cuidã, qui patrem ha- *Propriis*
buerat fortem, quanquam ipſe non admodum, vt videbatur *factis non*
bonus erat miles, poſtulanti, vt patris ſtipendia caperet, reſ- *maiorum*
pondit, At ego, ô aduleſcentule, non ob patrias, ſed ob pro- *emendica-*
prias cuiuſque viri virtutes mercedem, ac munera dare ſo- *tis laudi-*
leo, In eundem modum rex noſter cœleſtis propria me- *bus com-*
rita conſiderat, & non ſolum maiorum, vt rependat. *mendandi*
Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Quinquageſima, *ſumus.*
in

in hæc verba, Ieſu fili Dauid, miſerere mei. O cæce, ingentẽ
oculorum mẽtis claritatem, & lucem habens, quis te docuit
hunc orandi modum, vt voces Ieſum filium Dauid? Quid te
exiſtimas conſecuturum, quia filius Dauid ſit Ieſus? Rectè
orat cæcus iſte. Agnouit quippe, Ieſum imitaturum mores
maiorum, puta Dauid, qui pauperem non deſpexit, ſed eius
miſertus, cibum dedit, & potum quo refocillatus eſt. Cum i-
taque inquit cæcus, Ieſu fili Dauid, idem eſt, ac ſi dicat, Refer
mores patrios, imitare parentem Dauid, qui pauperes non
*Aug. ſuper Pſal.* deſpiciebat, ſed illis opem ferebat.

¶ *Ipſi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cogno-*
*Gregor. in Regi.* *ui.* Quãuis ſemper debet homo fugere, quicquã iniquis me-
diis adipiſci, multo vigilantior debet eſſe in conſequẽdis ma
*Ad regimẽ & dignitates non pretiũ vel ambitio ſed probata vita præualere debet* giſtratibus, tunc enim maius imminet periculum, cum non
ſolum ſe, verum & quos gubernandos ſuſceperat, facilè per
dat. Neque aliud mihi argumentum eſt fortius, vt quempiã
indignum iudicem magiſtratus honore, quàm ad illum an-
helare ſitibundum. Vnde Auguſtinus inquit, Quoties homi-
nibus præeſſe deſidero, toties Deo meo præire contendo. Et
Diuus Gregorius, Sicut is, qui inuitatus renuit, quæſitus re-
fugit, ſacris eſt altaribus admonendus, ſic qui vltro ambit,
vel importunè ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus, nam
*Theodoſius. l. fin. C. ad l. Iul. repetund.* qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid agit, niſi vt cre-
ſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius in profun
da deſcendat? Ac rurſum, Locus regiminis deſiderantibus ne
gandus eſt, fugientibus offerendus. Virtutibus ergo pollens,
coactus ad regimen veniat. Et Origines, Omnes adeũdi ho-
*Gregor. in Paſtor.* noris Eccleſiaſtici abſcinderetur ambitio, ſi ſe iudicandos
potius, quàm iudicaturos, hi qui præeſſe volunt populis, co-
*Orige. in Epiſto. ad Roma.* gitarent. Diuus Thomas etiam per quam doctè definit, me
lius eſſe recuſare prælationẽ, ad quam aliquis eligitur, quàm
ei conſentire, vel eam acceptare, dum modo non imponatur
*S. Thom. Quol. 5. 22. o.* neceſſitas à ſuperiori. Quod ratione probare facile eſt, Nul-
lus cæcus creandus eſt prælatus, aut magiſtratus, teſte enim
Aſſertore noſtro, ſi cæcus cæco ducatum præſtet nónne am-
*Matt. 15.* bo in foueam cadent? Sed omnis, qui prælationem, aut ma-
*D. Tho. in 2. cap. Matth.* giſtratum ambit, cœcus eſt iudicandus. Vnde Diuus Tho-
mas inquit, Ambitio facit hominem cæcum. Igitur nullus
ambitioſus eſt ad principatus culmen euehendus. Præterea,
*D. Th. 4. cont. Gemeſ. 15.* vt optimè dicebant Carthaginenſes, pauper non poteſt re-
ctè gerere magiſtratum, cauſam autem reddit Diuus Tho-
mas, quia timendum eſt, ne corrumpatur pecuniis. Sed quis
pauperior



pauperior ambitioſo, cum careat vaſe, in quo theſaurum vir
tutum reponat, nempe humilitate? Humiliter nãmq; Diuus *D. Bern. in Canti. & de Gradib. hom.*
Bernadus, oportet ſentire de ſe, nitentem ad altiora: ne, dum
ſupra ſe attollitur, cadat à ſe, niſi in ſe firmiter per veram
humilitatem fuerit ſolidatus, quia niſi humilitatis merito
maxima minime obtinentur. Ac rurſum perit omne, quod a-
gitur, ſi non in humilitate cuſtoditur. Hinc Sapiens admo-
net, Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathe- *Eccle. 7. & 20.*
dram honoris. Et iterum, Qui poteſtatem ſibi aſſumit iniu-
ſtè, odietur. Et Apoſtolus, Neque quiſquam ſumit ſibi hono
rem, ſed qui vocatur à Deo; tanquam Aaron. Meritò igitur
Deus ſtomachabundus inuehitur in principes, & in reges I-
ſraelis, quod regnauerint, non tamen ex ipſomet Deo. Ex quo
ergo regnarunt? Reſpondeat D. Gregorius, hunc locum in
Paſtorali expendens. Ex ſe autem, inquit, & non ex arbitrio
ſummi rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequa-
quam diuinitus vocati, ſed ſua cupidine accenſi, culmen re-
giminis rapiunt potius, quàm aſſequuntur. Quos tamẽ inter
nus iudex, & prouehit, & non cognoſcit, quia quos permit-
tendo tolerat, profecto per iudicium reprobationis ignorat.
Hactenus ſanctus Doctor.

¶ Præterea, *Ipſi regnauerunt, & non ex me.* Diſcant electores,
quemnam primum in electionibus conſulere debeant, Deũ
videlicet, Deóque inconſulto, quempiam eligere, nefas maxi
mum eſſe ſciant. Sic filij Iſrael poſt mortem Ioſue conſulue- *Iudic. 1.*
runt Dominum, dicentes, Quis aſcendet ante nos contra
Chananæum, & erit dux belli? Et obſerua quantum Deo fue
rit grata hæc conſultatio, ob eam enim tanta animi præſtan-
tia, & fortitudine inſignem ducem obtinuerunt à Deo, vt ter
ram Chananhæorum tradiderit in manus eius. Iudas, reſpon
dit Deus, aſcendet, ecce tradidi terram in manus eius. Cur *Rerũ publicarum ſtatus labefactatur Magiſtratus incuria.*
crebrò vincimur? Cur reſpublicæ langueſcũt? Cur ſubditos
plerũq; deteriores fieri conſpicimus? Certè quia electores, Dei
obliti, potius ſuum commodum, carnémque ſuã conſulunt,
quàm Deum. Non ſic ſancti Apoſtoli ad electionem coacti,
ſua quærebant, orabant enim, electuri Matthiam, Tu Domi
ne, qui corda noſti omnium, oſtende, quem elegeris ex his
duobus vnum accipere locum miniſterij huius. Aſſertor e-
tiam noſter, obſerua, quid ante electionem duodecim Apo- *Acto. 1.*
ſtolorum fecit. Exiit, inquit ſanctus Lucas, in montem ora-
re, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus eſ- *Luc. 6.*
ſet, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis,
quos

quos & Apoſtolos nominauit. Diſce ergo tu, electurus prælatũ, aut magiſtratum, prius nõ tantum ſolus orare, verum & pernoctare in oratione, ſi dignum eligere cupis. Caue etiã, ne eũ principẽ crees, quem Deus nõ cognoſcat. Audis enim, iraſci Deum tuũ in Iudæos, ꝙ principes elegerint, quos ipſe Deus non cognouerit. Igitur creandi ſunt principes, qui iuſti, & pij ſunt, non iniqui, & ſceleribus irretiti, qui ignorantur à Deo tuo. Conſiderate, dicunt Apoſtoli, viros boni teſtimonij ſeptem, plenos ſpiritu ſancto, & ſapientia, quos cõſtituamus ſuper hoc opus. Et de Moſe inquit Scriptura, Electis viris ſtrenuis de cunctis Iſrael, conſtituit eos principes populi. Quis colũnas ædificij maximi, atq; pretioſi ex putribilibus lignis faceret? Arx pretioſiſſima, & domus regia, in qua habitat rex cœlorum, eſt Eccleſia, ſiue reſpublica, caue, ne columnas, hoc eſt, prælatos, & gubernatores, facias homines corruptis moribus contaminatos, cum enim vermis teredo intus generetur in corde gubernatoris, vermis, inquã conſcientiæ, qui ex peccato oritur, quis nõ videat, eam colũnam facile labefactandam, ædificiúmque ingentem paſſurũ ruinam? Elegit Bachides viros impios, & conſtituit eos dominos regionis. Et quid ex horum gubernatione eſt ſubſecutũ? Facta eſt, inquit Scriptura, magna tribulatio in Iſrael, qualis non fuit ex die, qua non eſt viſus propheta in Iſrael. Quid mirum, ſi flante Aquilone, oriatur tempeſtas, & egrediatur frigus? Et ex impiis gubernatoribus, quid mirũ, ſi naſcantur in republica calamitates, & tribulationes? Regnantibus impiis, ait Sapiens, ruinæ hominum. Ac rurſum, Rex inſipiens perdet populum ſuum. Atq; illud, Per tria mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere. Per ſeruum cum regnare cœperit. Quis ergo hominem peccatis implicatum, cum ſeruus ſit peccati, qui enim facit peccatum, ſeruus eſt peccati, audebit in culmine regni collocare? Sine lachrymis hoc proferre non poſſum, multi ſimiles ſunt camelo, qui, vt tradit Plinius, aquam claram bibere refugit, ſemper autem turbidam aquam quærit. In eundem modum inuenies, proh dolor: nonnullos electores, qui contemptis viris piis, & morum ſplendore conſpicuis, ferunt ſuffragia hominibus cœno vitiorum conſpurcatis. Contra hos inquit D. Aug. Quis ferat, ſi quis diuitem eligat ad ſedem honoris Eccleſiæ, contẽpto paupere inſtructiore, & ſanctiore? Oculi tui, inquit cœleſtis Sponſus, columbarum. Cur oculos columbarum in Sponſa collaudat? Reſpondeat D. Anſelmus, Quoniam inter alia

*Ele/ïjo bonæ Antiſtites non ſit humano iudicio ſed diuino.*

*Actor. 6.*

*Exod. 28.*

*Simile.*

*1. Mach. 9.*

*Simile.*
*Prou. 28.*
*Eccle. 10.*
*Prou. 30.*
*Ioan. 8.*
*Simile.*
*Fxelectione non ſit venalitas, nã electũ præmiũ & eligentes par pœna reſpicit.*
*Epiſt. 29. prope finẽ, to. 2.*
*Cant.*



alia ſemper eligit meliora grana. Tu etiam ex hominibus ſatis in agro Eccleſiæ elige ſelectiores, non peiores. Quod ſi Alexander ille magnus, vt narrat Iuſtinus, ex hac vita migraturus, interrogatus, quem eligerent imperij ſui ſucceſſorẽ, reſpondit, digniſſimum, & quãuis fratrẽ habebat, & filiũ, eos nequaquam ad culmen euexit principatus, quid facere debet homo, qui vexillum Chriſti portat in fronte? Demum audi, quid Seneca, & Vegetius dicant, Tunc bene reſpublica regebatur, quando non poterat eſſe maior, niſi qui melior. Et D. Tho. Licet, inquit, in foro contentioſo ſufficiat, quòd electus ſit bonus, in foro tamen conſciẽtiæ requiritur, quod ſit optimus, vel ſimpliciter, vel ad regimen.

*Ciuitates tunc intereunt cum boni nequeunt diſcerni à malis. Antiſt. apud Diog. li.*
*2. 2. q. 63. art. 2. in c. & ad 3. 6.*

¶ *Quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent, culmus ſtans nõ eſt in eo germen non faciet farinam, quod & ſi fecerit, alieni comedent eã. Deuoratus eſt Iſrael, nunc factus eſt in nationibus, quaſi vas immundũ. Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur, onager ſolitarius ſibi. Ephraim munera dederunt amatoribus ſuis. Sed & cum mercede conduxerunt nationes, nunc congregabo eos, & quieſcent pauliſper ab onere regis, & principum.*

¶ *Quia ventum ſeminabunt.* Comparauerat noſter vates vitulos Samariæ telis aranearum, idcircò metaphoram ſeruat in reliquis, vt quos aranearum telas dixerat, componat nunc cum vento, & turbine, & culmis nõ ſtantibus, & ſi ſteterint, farinã nõ habentibus, & ſi farinã fecerint, ab aliis deuorabitur. Sunt autẽ omnia artificio plena. Quod vero ad loquẽdi modum attinet, arare, ſiue *ſeminare* in ſacris literis ſignificat operari, *metere* autem, mercedem laborum recipere. *Seminabũt* autem dixit, vel pro *ſeminauerunt*, poſitum enim eſt futurum pro præterito, vel ad explicandam conſuetudinẽ Iudęorum, tempore futuro vſus eſt. Ac ſi apertius dicat, *Seminabunt & metent*, ſeminare ſolent, & metere ſolent. Per *ventum* vero intelligit opera inania idololatriæ, quibus exercendis ſe dediderant Iſraelitæ. Vnde de verbis inanibus inquit Iob, Nũquid finem habebunt verba ventoſa? Ac rurſum, Vſquequo loqueris talia, & ſpiritus multiplex ſermonis oris tui, id eſt, ventus multiplex ſermo oris tui? Per *turbinem* vero grauem vltionẽ intelligit, eamq; celerrimam, quam nonnulli exiſtimant eſſe captiuitatem, ingẽtemque tribulationum tempeſtatem, quã perpeſſuri erant Iſraelitæ apud Ægyptios. Turbo namque in Sacris vltionem ſignificat, iuxta illud, Dominus in tempeſtate, & in turbine via eius. Idem igitur eſt dicere, *Quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent*, ac ſi dicat, Quia inanibus actioni

*Soluitur in inane opera Iſraelis ac ſi in ventum laboraret quandiu Idola coluit.*
*Iob 15. & 8.*
*Naum. 1.*

lent, idolum fabricantes vacuum penitus omni diuinitate, idcirco turbinem metent, captiuitatis, tempeſtatis, & miſeriæ. Eſt autem venuſtiſſima metaphora. Quemadmodum nãq; ventus intra terram conceptus cum eruperit, puluerẽ ſecũ excitat, & turbinem efficit, turbo autẽ occurrentiũ oculos, aures, & nares, atque os infeſtat, totum denique corpus turbat, atq; circumagit, vt ſcriptũ eſt. Ita perſequeris eos in ira tua, & in turbine tuo turbabis eos. In eundem modum conturbãdos, & infeſtandos in captiuitate prædicit Iſraelitas ob peccatũ idololatriæ. Hiſpanè dicere ſolemus. *Eſſos poluos acarre, eſtos lodos.* *Culmus ſtans non eſt in eo, germen non faciet farinam.* Culmus eſt canna, ſiue ſtipula, ex qua prodeunt ſpicæ, iuxta illud Geneſeos. Vidit Pharao ſeptem ſpicas in culmo vno. Experimento autem diſcimus, ſi ſemina in terram iactata, vento corrupta ſint, & medullam perdere internam, & culmum, licet adoleſcat, ferre fructum inanem, ſpicas videlicet granis vacuas, aut ſaltẽ parum fructus proferẽtes. Cum huiuſmodi cumulo cõponit Iſraelitas, vt oſtendat. nihil proſperũ habituros Iudæos. Quòd ſi nonnihil ꝓſperitatis conſequi videãtur, id erit quàm exiguum, & tenuiſſimum, neque in ſuum tamen, ſed in hoſtium vſum cedet, à quibus & libertate ſimul, & fortunis omnibus ſpolientur. *Deuoratus eſt Iſrael nunc factus eſt in nationibus, quaſi vas immundum.* Certitudine prophetica, ꝙ nõdum factũ erat, iã factum eſſe inquit, nẽpe tũ bonis, & diuitiis exhauſtũ, tum in captiuitatẽ ductum Iſraelem ab Aſſyriis, qui ſæpe fuerant aucti auro, & argento, ſpoliantes terram Iſraelis. Eleganter eos componit cum *vaſe immundo*, ꝙ vas vt placet D. Hier. & Haymoni, eſt, quo vti ſolemus ad ſuſcipienda, & proiicienda ſtercora. Alij autem Iſraelẽ cõparari vaſi immundo dicunt, ꝙ quemadmodum vas, cùm cibis, quibus fuerat plenum, vacuum à cœnantibus eſt relictum, reiici, atque ob ſordes faſtidiri ſolet. Sic Iſrael communi odio, & faſtidio repudiatus eſt à nationibus, quibus ſe plenum non ſeruandum, ſed abſumendum prębuerat. *Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur.* Non ſponte pergentes, ſed potius inuitæ captiuitatis malum perferentes. *Onager ſolitarius ſibi Ephraim.* Onager eſt aſinus ſylueſtris, qui non vt oues paſcua requirit domeſtica, ſed ſpõte per diuerſa loca vagatur, liberãq; & ſolitariã diligit habitationem, ſicut ſcriptum eſt. Quis dimiſit onagrum liberum, & vincula eius quis ſoluit? Cui dedi in ſolitudine domum, & tabernacula eius in terra ſalſugi-

*Simile.*

*Gene. 41.*

*His verbis omnis generis calamitas aperitur Iſraelitis, ut inpoſterum illi nihil fœlix aut fortunatum accedat.*

*Onager Aſinus Sylueſtris animal ſolitariũ & nulli ſociale.*

*Iob. 39.*



alſuginis? Contemnit multitudinem ciuitatis, & clamorem exactioris non audit, circunſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit. Similes facti ſunt Iudæi, qui non vocabantur à Deo, ſed libertate abutentes, quo liberet eundẽ ſibi eſſe, in annimũ induxerãt, ſicut ſcriptũ eſt. Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam onager ſe liberum natũ putat. *Ephraim munera dederũt amatoribus ſuis.* Licet Ephraim ad decem tribus referri poteſt, melius, exiſtimo, referemus ſolum ad tribum regiam. Compertum enim eſt, regum eſſe munera polliceri, & offerre exteris nationibus, vt eorum copiis protegantur ab hoſtibus imminẽtibus. Ad hunc ergo modũ regis Iſraelis dederũt munera Aſſyriis, hos enim vocat amatores Iſraelis, quibus quondam, temporibus videlicet Manahen, & Hoſſeæ regis in amicitiam iuncti fuerant. Quod verò ſubditur, *Sed & cum mercede conduxerunt nationes*, rei iam dictæ repetitio eſt, vt Lyrano placet, verum ſi contẽdas, ad nouam gentem, puta Ægyptios eſſe referendum verbum nationes libenter damus. Has autem mercede conduxerunt Iudæi, vt ſibi circundatis hoſtibus opem ferrent. *Nunc congregabo eos.* Pronomen *eos* multi referunt ad ipſos Iſraelitas, vt D. Hiero. Interlinearis, Lyranus, Haymo, Rupertus, & Carthuſianus, quos congregandos dicunt ad pręlium contra nationes, vt cadant omnes pariter ducantur captiui, ab iiſdem nationibus. Vatablus tamen, quem ſequuntur nonnulli recentiores, pronomen *eos* refert ad nationes, non ad Iudæos, quoniam nationum nomen Hebraicè maſculinum eſt. In quem modum ſi diſpungas, populos, & gentes ait cogendas, quæ iã ſtipendio conductæ erant. Et quoniam tædere iam cœperant Iſraelitas munerum, & tributorum, quæ in annum regibus, & principibus Aſſyriis reddebant, grauiſſimumque illud onus putabant, & cum iam illud ſuſtinere non poſſent negare cogitauerant, quamuis id conſequantur, vt liberos, & exemptos ſe conſpiciant, non multo tempore ea libertate fruituros prædicit his verbis. *Et quieſcent pauliſper ab onere regũ, & principum* Video, ſecus Hebraicè eſſe pro his, *Et quieſcent pauliſper*, nẽpe dolebunt paululum ob onus regũ, & principum, verum ſi rem diligenter obſeruemus, quamuis verba ſint diſſimilia eodẽ poteſt recidere ſenſus. Significat nãq; tanta premendos Iſraelitas calamitatum multitudine, & acerbitate, vt iudicent leue eſſe Aſſyriis dare tributa, ſi onus hoc tributorũ cõferãt cũ his, quæ paſſuri ſunt, redacti in miſeram captiuitatem. Si locum in hunc modum expendas,

*Ab omni libertate excidẽt Iſraelitæ.*

qui, mihi pergratus eſt, ſic eſt diſpungendus. *Et quieſcent pauliſper ab onere*, ab eſt, propter onus. Propoſitio enim *ab* poſita eſt pro præpoſitione *propter*, quòd frequens eſt in ſacris, vt apud Matthæum, Væ, mundo ab ſcandalis, id eſt, propter ſcãdala. Sic & in Pſalmo 68. A templo tuo, quòd eſt in Ieruſalẽ, id eſt, propter templum tuum. Nã præpoſitio Hebraica *Mem* non ſolum ſignificat, quòd apud nos præpoſitio, a, vel, ab, verum & quod præpoſitio propter aut ob. Quieſcent igitur Iudæi propter onus tributi nonnihil, ſi cum onere captiuitatis illud componant, quòd multo grauius eſſe experientur.

*Matt.18.* *Pſal.68.*

## *Obſeruationes ad inſtituendos mores.*

Q*VIA ventum ſeminabũt, & turbinem metent.*

¶Eleganter opera noſtra ſemina vocat, mercedem verò eorum fructum. Quod & Apoſtolus oſtendit, dicens. Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu metet vitam æternam. Miror equidem, fratres mei, licet ſine lachymis dicere non poſſum, vnde tanta ſit cæcitas peccatoribus, vt cum ſeminauerint ſpinas, & tribulos vitiorum in agro cordis ſui ſperẽt, ſe collecturos triticum illud, quo paſcuntur angeli in cœlo. Nõne fructus ſemper refert naturam ſeminis iacti in viſceribus terræ? Quomodo ergo, peccata ſeminat, ſperat, ſe colligere poſſe gloriam non pœnã? Quæ merces culpæ debetur, niſi pœna? Vidi eos, inquit Scriptura, qui operantur iniquitatẽ, & ſeminant dolores, & metunt, eos flãte Deo, periiſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe cõſumptos. Igitur, ſi nolumus metere turbinem, ceſſemus ſeminare ventum, id eſt, peccata. Quæ merito ventus dicuntur quoniã citò voluptas, & delectatio eorum tranſit. Hoc itaq; dico fratres, ait Apoſt. tempus breue eſt. Reliquũ eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquã non poſſidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquã non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Et apud Iob. Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quod laus impiorum breuis ſit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti, aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent. Vbi

*Galat.6.* *Futilis hominũ præſumptio me vita abſque bonis operibus ſperantium.* *Iob 4.* *1.Cor.7.* *Iob.20.*



Vbi eſt, Velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet, ſicut viſio nocturna. Quemadmodum planeta, quo eſt terræ vicinior, citius voluitur, & breuius curſum peragit, vnde luna intra menſis ſpatium finem ſui circularis motus attingit quia terræ eſt coniunctior: contra vero Saturnus quia longius diſtat à terra, triginta annos in ſuo motu conſumit. In eundem modum homines iuxta terram ſuarum voluptatum curſum perficientes, quam citiſſimè finem earum attingunt. Et quemadmodum fumus cito diſparens oritur, ex igne, qui tamen flere cogit. Sic voluptas ex igne peccati prodiens breui temporis momento corpus afficit lætitia, ac poſtea ad lamentum hominem compellit. Obſerua etiam longè eſſe maiorem meſſionem fructus, quam ſemen. Semen enim ventum vocat, fructum vero turbinem, qui nocentior eſt, & terribilior vento. Explicat autem ea collatione, quantum pœnarum acerbitas vincat, & ſuperet delectationem peccati. Vtinam peccatores animaduerterent, exiguam eſſe voluptatem peccati, ex ea tamen ingentem oriri amaritudinem, fortaſſis nõ eſſent adeo effrænes ad patranda peccata. Si quis laxat habenas venereę voluptati, conſideraret, quot, quantaque mala ſecum aſportet voluptas illa, quoties morbi Gallici ſit fons multarumq́ue aliarum ægritudinum, ſit origo, nonne homo fugeret voluptatis dulcedinem? Si cogitaret homo linguoſus, ex detractione oriri rixas, odia, homicidia, &c. nonne linguam compeſceret? Quam mire, dicebat Socrates, hoc natura comparatum eſt, vt hæ duæ res ſeſe inuicem comitentur, voluptas, ac dolor. Et Diogenes, formoſa ſcorta ſimilia eſſe dicebat mulſo lethalibus venenis temperato, quòd adferrent quidẽ initio voluptatẽ, ſed quam perpetuus dolor conſequeretur. Et Archita Tarentinus Pithagoricus, nullam peſtem capitaliorem hominibus à natura datam, dicebat, quam voluptatem. Ex hoc enim fonte prodit, quicquid eſt in hominum vita ſcelerum, & calamitatum. Demum Apoſtolus his, qui ſe peccatis implicauerant, inquit. Quem fructum habuiſtis, tunc in illis, in quibus nũc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Et Iſaias. Erubeſcetis ſuper hortos, quos elegeratis, cum eritis tanquam quercus defluentibus foliis. Eleganter peccatores cum quercu componit, ea ſiquidem arbor ſolum porcis comedendum fructum profert foliaque habet aſpera, & ſpinoſa. In eundem modum quid obſcœna voluptas adfert, niſi ſpinas corpus, & animum pungentes? Quid prærerea ſunt peccatores,

*Quis hoſtis in quẽquã tãcontumelioſus fuit, quam in quoſdã voluptates ſunt.*

*Voluptas & dolor ad ſenſum pertinẽt cõmunem & omnibus in rebus voluptatibus maximè ſi nimiũ faſtidiũ eſt.* *Rom.6.* *Iſa.1.*

niſi fructus deuorãdi à porcis inferni? Et Sapiens, Fauus di-
*Prou. 5.* ſtillans labia meretricis, ſed nouiſſima eius amara velut ab-
*Meretri-* ſynthium. Ecce vtrũq; connectit Sapiens dulcedinem volu-
*cia verba* ptatis cum amaritudine pœnæ ex voluptate ortæ. Bene au-
*velut mel* tem cum absynthio componit pœnã hanc, nam quemadmo
*hauriũtur,* dum exiguum abſynthij ingentem aquę copiam amaram
*quæ poſtea* reddit, & totam dulcedinem eius conſopitam inuenies, In
*in abſinty* eũdem modum tanta eſt peccati acerbitas vt omnem dulco
*amaritudi* rẽ cõuertat in amaritudinem. Significauit hoc Ioannes in A-
*nẽm cõmu* pocalypſi, dũ inquit ſe vidiſſe, ſtellam magnam ardentem tã
*tantur per* quam faculã cecidiſſe in fonte aquarum, nomenq; illius eſſe
*vermem cõ* abſynthium, qua amaræ factæ ſunt aquæ, in quas ceciderat.
*ſcientiæ* Quid namq; aquæ adumbrant, niſi volutaptes, quibus ſe ho
*quonis ab* mines ingurgitant? Abſynthium vero quid inuoluit, niſi ama
*ſinthio a-* ritudinem cum peccati ſuauitate cõmixtam? Bibãt ergo pec
*mariorem.* catores ex aquis voluptatem, velint, nolint amaritudinẽ ex-
perientur vna cũ voluptatis ſuauitate. Deprehendes etiã ex
hoc loco cæcitatem eorum, qui putant quo plus hauriunt
voluptatis, ſitim eſſe ſedandam, & explendum animum. Di-
cant multi peccatores, Tẽtatus ſum immenſè, vt hoc pecca-
*Apoc. 8.* tum comittã, patrabo illud deinceps abſtinebo. O deploran
dam amentiam. Audiãt iſti, quo nomine appellet Deus pa-
tratores peccati, nẽpe ſeminatores venti. Igitur ſi ſeminato-
res ſunt, quis non videat, quo plus iacitur ſeminis, plus oriri
fructus? Quis extincturus ignẽ ligna illi iniunget? Nõne hęc
dementia eſſet? Auferenda ligna ſunt ſi extinguere ignẽ cu-
pimus non noua apponenda. Quemadmodum quo plus ager
ſtercoratur redditur feracior, & huberior, Ita cum peccata
non ſint aliud, quam ſtercora, quo plura patramus, inconti-
nentiores euadimus. Quadrat obſeruatio in Euangelium
Dominicæ decimæ tertiæ poſt pẽtecoſten, in hęc verba, oc-
*Hypocrita* currerunt ei decem leproſi. Vnde iſtis viris lepra orta eſt, &
*ſua opera* tantam patiuntur pœnæ acerbitatem? Fortaſſis quia vẽtum
*perdidiſſe* voluptaris venereæ ſeminauerunt, hanc miſerię turpitudi-
*putat ſi à* nem meſſuerunt.
*nemine cõ* ¶ Secundò, *Quia ventum ſeminabunt, turbinem metent.* Locus eſt
*ſpiciãtur* aptiſſimus, & optimus contra hypocritas. Hi cum ventum
*quo popu-* inanis groriæ, & auræ popularis ſeminauerint, quid decebat
*larem au-* colligere? Non vtique fructum, ſed paleas, & turbinem. Vtrũ
*ram aſſe-* que enim hic connectit Deus, dicens, T*urbinem metent, culmus*
*quatur.* *ſtans in eõ eſt eo, germen non facit farinam.* Non enim fructũ ſoli-
dum, ſed inanem proferunt ſemina orationum, ieiuniorum,
eleemo-



eleemoſinæ, &c. Quemadmodum pulſatores organorum, ni-
ſi quis ventoſos folles leuet, nullum ſonum efficiunt, & nau *Simile.*
tæ nequaquam naues è portu ſoluunt, niſi ventus flauerit,
Sic hypocriiæ vento laudis humanę excitantur, vt in virtu-
tis actionem incumbant. Non ſic Apoſtolus, neque laudem *1. Teſſa. 2*
quærentes, inquit ab hominibus. Alę, ait Ezechiel animaliũ
currus Domini extentæ deſuper, hoc eſt, tendebant in cœlũ. *Ezech. 1.*
Quid alę adumbrant, niſi actiones virtutum? His namque
fertur homo in cœlum. Nõ ergo alas dimittebant in terram *Coloſ. 3.*
animalia Dei, quoniã viri pij, in quorum cordibus Deus
reſidet, quę ſurſum ſunt quærunt, non quę ſuper ter- *Iob. 41.*
ram. In ſtipulam, inquit Deus Iob, verſi ſunt ei lapides fun- *Bona ope-*
dæ, de diabolo loquens. Quid bona opera noſtra ſunt, niſi la *ra ſunt la-*
pides, quibus caput diabolo frangimus? Sed ſtudet hos lapi- *pides qui-*
des conuertere in paleas inanes, & vacuas diabolus quæ ni- *bus concu-*
hil frumenti habent. Quadrat obſeruatio in Euangelium *titur ca-*
pro feria quarta Cinerum, in hæc verba, Nolite fieri, ſicut hy *pu. Dia-*
pocritæ. Quid eſt fieri ſicut hipocrytas, niſi ventum quærere *boli.*
ad ſeminandum? Cæterum dignã mercedem accipient, turbi- *Matt. 23.*
nem enim metent. Væ, enim inquit Chriſtus, vobis hypocri
tæ, &c. Alieni namque, id eſt, dæmones comedent farinam o-
perum eorum.

¶ *Deuoratus eſt Iſrael, nunc factus in nationibus, quaſi vas immun-
dum.* Eleganter detegit fictorum amicorum conditionem,
qui ſolum proſperatis tempore, & cũ illis largiris dona, tibi *Diligitur*
opẽ ferent, agnoſcẽt, & amicos ſe exhibebũt, cæterum non te *nemo niſi*
cognoſcent, cum te in pauperiem, & calamitates viderint in- *cui Fortu-*
cidiſſe. Eſtque optima comparatio, vocari ab amicis falſis va *na ſecun-*
ſa immũda, quos prius amicitiæ vinvinculo ſibi copulaue- *da eſt,*
rãt. Huiuſcemodi enim vacua fercula ſolent homines pro- *Quæ ſimul*
iicere, poſtquam cibos hauſerant. Hinc bene Naamertes di- *intonuit*
cebat, amicũ ſyncerũ, & probũ ſolũ agnoſci per aduerſam *proximæ*
fortunã. Et Iſidorus lib. 3. de Summo bono [illegible] ſperitate in- *quæque fu-*
certa eſt amicitia, nec ſentitur, vtrum per[illegible], an fœlicitas *[illegible]*
diligatur. Et Boetius lib. 3. de conſola[illegible]ne, Quem felicitas *[illegible]*
amicũ facit, infortuniũ facit inimicũ. Et Eccleſiaſticus, Non *Ponto.*
agnoſcetur in bonis amicus, & nõ ab[illegible]ondetur in malis ini- *Eccle. 12.*
micus. Expertus eſt hoc ſanctus Iob, quamobrem aiebat, Fra- *Iob. 6.*
tres mei præterierunt, me ſicut [illegible]ens, qui raptim tranſit in
conuallibus. Bene cõparat fictos amicos cũ torrente rap[illegible]m
decurrẽte. Queadmodũ enim torrens hyeme impetu m[illegible]o
bitur, fluens vehementi aquarũ abũda[illegible]tia, cũ aqua neceſ-

 ſaria

ſaria non eſt, ſed æſtate areſcit, cum aqua deſideratur, ad quã viatores ſitibundi accurrẽtes ſpe potus falluntur, tantũque in alueo torrẽtis lapides inuenies, in quos offẽdes, vt cadas. Sic fictus amicus tẽpore proſperitatis multa tibi pollicebitur, at ſæuiente aduerſitate, penitus areſcit, & ſi tu ad illum confugias in afflictione, eris ſpe potus deceptus, & nihil præter verba aſpera quibus dolorẽ cordis augeat, in eo inuenies: reſpondere enim non erubet, Deus digna factis rependit cõmeritas pœnas ſuſtines, ob tua peccata flagellaris à Deo, &c. Quadrat obſeruatio in Paſſionem Dñi in hæc verba, Tunc diſcipuli omnes, relicto eo fugerũt. Quid facitis, ſancti Apoſtoli, Dominum derelinquentes? Vultis ne in numero fictorum amicorum ſcribi, qui tempore aduerſitatis leges violãt amicitiæ? Quadrat in Euangelium Dominicæ ſecundæ Aduentus, in hęc verba, Cũ audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, &c. Ecce non ſunt inter falſos amicos connumerandi diſcipuli ſancti Ioannis. Non enim magiſtrum deſerunt tempore aduerſitatis, ſed ei in carcere inſeruiunt, & obediunt, &c.

*Simile.*

¶Præterea, *Factus eſt in nationibus quaſi vas immundũ.* Diſces ex hoc loco, amicitiam cum impiis, & flagitioſis diu durare non poſſe, licet muneribus eos tibi deuincire ſtudeas. Ecce munera dederunt Iſraelitæ Aſſyriis, audis tamen poſtea cõtẽptos velut vas immundũ. Sic & apud Ezechielem legimus Cumque veniſſent ad eum filij Babylonis ad cubile mãmarum, polluerunt eam in ſtupris ſuis, & polluta eſt ab eis, & ſaturata eſt anima eius ab illis. Ecce, cum Ieroſolyma prius Babylonios vnice dilexiſſet, poſtea fuit ab illorũ amicitia diſiuncta, & quos prius amauerat, nunc faſtidit. Cum enim vtilitas, & voluptas hanc amicitiã inter eos conglutinet, ſi vtilitas, aut voluptas aufugerit, facile diſſoluitur. Vt flos ſolſtitialis herbæ illius, quam ephemerã appellant, quo die oritur marceſcit, & euaneſcit, & vrẽte ſole penitus cõſumitur, Ita multorũ amicitia fluxa eſt, & adueniente quacunq; moleſtia facilè areſcit, & omnino amittitur. Quod & Ariſtoteles etiã de *Ephemero animalculo ꝓpe Hyppanim fluuiũ narrat, cuius vita ſpatiũ non excedit vnius diei. Monerẽq; propterea ego, cum quiſpiã amicitiæ vinculo ſibi aliquẽ copulare decernit, prius ad mores amici futuri oculos cõuerteret. Quod ſi eum corruptis, & obſcuris moribus videt eſſe contaminatũ nequaquã cum eo ineat amicitiæ fœdus. Dãnabat namq; merito Ariſtippus, philoſopus ille celeberrimus in hominũ moribus, quod in auctionibus vaſa diligẽter inſpicerẽt, priuſquam emerent, vitam eorum non inſpicerẽt, quos ſibi in amicitiam adiũgerent, cum parum nocumenti vaſa homini afferant, & amici nõ dilecti ingens, & vix recuperabile damnum. Quis pretioſiſſimũ adamantẽ luto, aut vili ferro intexere non erubet? Pretioſiſſima res eſt amicitia, vnde Ariſtoteles interrogatus quid eſſet amicus reſpondit, Vna anima in duobus corporibus. Quis ergo animã ſuum in vili vaſe, & ſpurciſſimo, cœno, qualis eſt homo vitiis cõtaminatus, reponere audet? Qui ſunt iſti, qui vt nubes volãt, & quaſi colũbę ad feneſtras ſuas? Inquit Iſaias. Optimê miratur ſacer Vates homines ſimiles columbis, hoc eſt, qui nõ ſine delectu, & vigilãtia quærũt amicos. Quemadmodum colũbæ, in domum dealbatã ſe vltro conferunt, & cãdida tecta frequẽtãt terrea autẽ domicilia cõtemnunt, Sic homo homines candore morum cõſpicuos debet diligere in amicos, non autẽ obſcuros delictis, & facinoribus. Et quemadmodũ nubes è terra leuãtur, & in cœlum vidẽtur aſcendere, Ita vir prudens eos ſibi homines amicitiæ vinculo cõiungere debet, quorũ cõuerſatio in cœlis eſt, & nõ ſapiunt, quæ ſunt ſuper terram. Iſtos cernens Iſaias mentis oculis, vacat ſimiles nubibus, & colũbis. Relinquebant enim homines impios, eligebant autem pios, & morum integritate inſignes in amicos.

** Ephemeris animal quaternis pedibus totidem alis naſcitur apud Hyppanim Boſphori Fluuium vitã à mane ad veſperã ducit, mane puer meridie iuuenis ſenex veſperi occidente ſole commoritur. Videt, audit, volat, ambulat, & tam breui tempore non minori ſtudio momentanea vitæ neceſſaria conquirit quam ſi aliorum animaliũ more diuturnus victurus eſſet.*

*Quid ſit dicendas amicus.*

*Simile.*

*Iſai. 60.*

*ſimile.*



¶*Quieſcent pauliſper ab onere regis, & principum.* Duo hic ſunt implicata alterum eſt, miſerũ eſſe regnis, & reipublicę, exercitum militũ cogere multoq; nocẽtius, quã tributa ſoluere ingẽtia. Audis enim vocari quietẽ queddã onus tributi, quòd Iſraelitę reddebãt Aſſyriis, collatũ cũ calamitatibus ex bello ortis. Alterũ eſt, periculoſiſſimũ eſſe, Deũ offendere, qui maiora, & grauiora ſolet excogitare ſupplicia in peccatores quã antea adhibuerat. Niſi cuſtodieris, inquit Moſes Iſraeli, & feceris omnia verba legis huius, quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, & timueris nomẽ eius glorioſum, & terribile, hoc eſt Dominum Deum tuum: augebit Dñs plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas magnas, & perſeuerãtes infirmitates peſſimas, & perpetuas, & conuertet in te omnes afflictiones Ægypti quas timuiſti, & adhærebunt tibi, inſuper & vniuerſos languores, & plagas, quæ non ſunt ſcriptæ in volumine legis huius inducet Dominus ſuper te, &c.

*Deut. 28.*

¶*Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, factæ ſunt ei aræ in delictum. Scribam ei multiplices leges meas quæ velut alienæ computata ſunt. Hoſtias offerent, immolabunt carnes & comedent, &*

*Dominus non ſuſcipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum, ipſi in Ægyptum conuertentur.* Et oblitus eſt Iſrael factoris ſui, *& edificabit delubra, & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.*

¶ *Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccādū.* Cauſam reddit æquiſſimus iudex, ob quam ſeueriſſime puniat Ephraim, id eſt, Ieroboam, vel omnem populum decē tribuū, quod verius eſt, non enim ſolum Ieroboam eſt punitus, ſed vna cum eo decem tribus. Melius ergo per Ephraim totum Iſraelem intelligemus. Cauſam autem acerbiſſimæ punitionis eſſe inquit, quod multiplicauerit Ephraim altaria idolorum, in quibus peccatis peccata cōiungerent. Ideoq; repetitione exagerat crimen, ſubiūgens, *Factæ ſunt ei aræ in delictum*, vt intelligamus, grauiſſimum eſſe peccatum idololatriam. Et cū tāta fuerit huius populi demētia, vt non ſolum in Bethel, & Dan vitulos adorauerit, verū etiam in montibus, & lucis, diuerſiſq; locis idola coluerit, altaria mutiplicaſſe inquit. *Scribam ei multiplices leges meas.* Variè poteſt explanari hic locus. Primò per ironiam. Ac ſi Deus dicat, Quid prodeſſet, ſi leges meas multiplicē, id eſt, diuerſa præcepta legalia per meum ſeruū Moſem data, præcepra nēpe moralia, iudicialia, & ceremonealia iterum ſcribā, vel alia addam noua? Satis enim liquet ab iſtis fore diſpiciēdas, & violādas, cum eas toties contempſerint, ideo ſub iungit, *Quæ velut alienæ computatæ ſunt*, id eſt, ac ſi ad ipſos non ſpectaret, leges meas ſeruare, ſed velut extraneas abiicere. Præcepi enim, vt mihi ſoli ſeruirent, & in Ieruſalem templo offerrent ſacrificia, ipſi autē cōtra fecerunt. Non mihi diſplicet hæc explanatio. Secundo, quidā expendunt affirmāter in hunc modū, *Scribā ei leges meas* quas prius dederā per Moſē, nunc per alios prophetas. Hoc enim fecit Deus per Hoſſeam, Amos, cæteroſq; ſacros Vates. Sed quid prodeſt, vltra ſciribere, cū contēpſerit eas, quas antea ſuſcepit? Tertio ſic, *Scribam ei &c.* Tempus futurum poſuit pro præterito, nempe pro ſcripſeram leges meas, contempſerunt tamen eas. Hæc explanatio videtur verior, & germanior. Quod ita eſſe, verba ſequētia ſatis aperte indicāt videlicet, *Quæ veleut alienæ computatæ ſunt.* Quis enim non videat, hæc cum dictis eſſe attexēda? Cum ergo in his ſermo ſit de tempore trāſacto, apertum eſt, & ſuperiora etiā verba per præteritū eſſe explicanda. Reprehendit autem his verbis Iudæos, quod cū diuinas leges haberēt ad vitam pie, & ſancte inſtituendā, Deoq; ſuo inſeruiendum, cōtra earū ſanctionem vixerint,

*Recordare lector grauiſſimæ illius pœnæ quam ſcripſit Dauid dicens fiat oratio eius in peccatū ſi enim irritatur Deus reb. quibus placandus eſt quod te precor remediū nobis reliquū erit.*

*Planè beata gens cuius Deus eſt legiſlator.*



vixerint, eaſq; non, obſeruauerint. *Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dn̄s non ſuſcipiet eos.* In ſacerdotes maxime inuehitur Deus, Eorum enim intereſt, offerre ſacrificia, quæ ideo ſibi nō placere inquit, quoniam non ad placandū Dn̄m offerebāt, ſed vt veſcerētur ſacrificatis. *Ipſi in Ægyptum conuertentur.* Trifariā hoc intelligi poteſt. Cōuerſi quippe ſunt in Ægyptum, primo mente deos eorum colendo, deinde auxilium poſtulando, confiſi in eorum protectione, ad vltimum cū Deꝰ prȩceperit eis, ne vltra redirēt ad Ægyptū, contēpto Deo, etiā corpore reuerſi ſūt in Ægyptū, & habitauerunt ibi. *Et Iudas multiplicauit vrbes munitas.* Nomine Iudæ duæ tribus accipiuntur. Iudas ſcilicet, ac Bēiamin cum tribu ſacerdotali, Qui cum vidiſſent, Iſraelē à Deo ſuo receſſiſſe, & viſitata eorū peccata, non ſunt ad Dn̄m cōuerſi, ſed ædificauerūt ſibi vrbes munitas, quibus ſe ab hoſtibus tuerentur, ſed opus, & impenſam perdiderūt, irato enim Deo, parū proſunt humana præſidia, quāobrē ſubdit, *Et mittā ignē in ciuitates eius, & deuorabit ædes illus.* Cōtendūt quidā, hoc cōpletū eſſe tempore Ezechiȩ, quando Sennacherib rex Aſſyriorum omnes ciuitates munitas ſubuertit, eaſq; occupauit. Plenius tamē videtur iſtud impletū tēpore Sedechiȩ, quando Chaldæi ipſā Ieruſalē, cæteraſq; vrbes Iudæ incenderūt, atq, ſubuerterūt, Nomine autē ignis intelligit oēm crudelitatē, & perſecutionē illatā à Sēnacherib. Scriptura nāq; ſacra per ignē ſignificare ſolet maximā quāque pœnam, vaſtationēq; hoſtilem. Licet enim verū ſit, igne fuiſſe ſuccēſas vrbes Iudȩorū, iuxta illud, Et ſuccēderunt domum Dn̄i, & domū regis, & domos: Ieruſalē, omnēq; domū munitā extra Ieruſalē cōbuſſit igni, ea voce etiam alias calamitates Iudæorum comprehendit.

*Quæſtus gratia ſacrificare Domino nephanda Simonia.*

4. Re. 15. 4. Re. 28. & 29.

4. Re. 25.

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum inſtitutionem.*

M*Vltiplicauit* Ephraim *altaria ad peccandum.*

¶ Timendū eſt, idē crebro patrare peccatū, excitat enim huiuſmodi peccati iteratio cœleſtē iudicē ad ſumēdā de peccatore vīdictā. Fili, peccaſti? inquit Sapiēs, nō addiicias iterū: ſed & de priſtinis depræcare, vt tibi dimittantur. Et Ieremias, Quam vilis facta es nimis vias tuas. Et Iſaias, In multitudine viæ tuæ laboraſti, non dixiſti, quieſcam. Quemadmodum funis ex multis filis confectus ita hominem obligat, vt ſolui non poſſit, ingentique gladio opus eſt, vt abſcindatur, In eundem

*Peccati inueterata conſuetudo & aſſiduitas vindicem manū domini prouocat.*

Eccleſ. 2. Iſai. 57. Simile.

Pſal. 118. In eundem modũ, peccata, quæ funes ſunt, dicẽte Regio Pſal
te, Funes peccatorũ circũplexi ſunt me, ex pluribꝰ peccatorũ
filis cõfecti, ita hominẽ cõſtringunt, vt vix liberari poſſit. Si
enim funiculus triplex difficile rumpitur, quis rumpere po-
terit centuplum? Quis millies duplicatum? Væ, qui trahitis
iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plau-
Iſai. 5. ſtri peccatum, ait Iſaias, Elegãter peccatum crebro iteratum
appellat funẽ, & vinculũ, Nã ſicut funes facile ex filis nectũ
tur, ſed fortiter aſtringunt, Sic peccata facile admittũtur, ſed
fortiter ligant, neq; peccatorẽ ſurgere permittunt, eoq; inſa-
niæ vẽtum eſt peccatori; vt cæcus, & in ſanus reddatur mul-
tiplicitate patrati peccati Multiplicauit Ieruſalem fornica-
Exec. 23. tiones ſuas, inquit Ezechiel, recordans dies adoleſcẽtiæ ſuæ,
quibus fornicata eſt in terra Ægypti. Et quid, ſacer Vates;
eſt ſubſecutũ hac multiplicatione? Sine lacrhymis proferri
non poteſt, Inſaniuit, inquit, libidine ſuper concubitũm
eorum, quorũ carnes ſunt, vt carnes aſinorum. Quis nõ vide
at, peccatorẽ inſanire, cum is miſer non agnoſcat, quanto in
periculo verſetur, quamq; fœdum ſit, tã ardenter amplecti
Iudic. 16. voluptatẽ? Adumbrauit hoc non ineptè Sãſon, quem perfida
fœmina Dalila totondit, auferens fortitudinẽ, tradiditq; Phi-
liſtæis excæcandũ, Quid nãq; crines in capite Sanſonis im-
plicãt, niſi gratiam Spiritus ſancti? Ea enim in anima reſidet,
non ſecus atque capilli in capite, eaque homo fortiſſimus
1. Cor. 15. redditur ad vincendos dęmones: Apoſtolus nãque ait, Gratia
*Minima* Dei ſum id, quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit,
*quæuis gra* ſed abundantius illis omnibus laboraui, nõ ego autẽ, ſed gra
*tiæ diuinæ* tia Dei mecum, Hinc Diuus Thomas perquam docte in
*ſcintilla* quit, minimam gratiã poſſe reſiſtere cuilibet concupiſcentię,
*omnibus* & vitare omne peccatũ mortale, quod committitur in trãſ-
*concupiſcẽ* greſſione mandatorum legis. Ac rurſum effectus gratiæ
*tiis morta* attexens, inter alios vnum eſſe ait, efficaciter operari. Iſtos cri
*lis peccati* nes voluptas in Dalila adumbrata, è capite radit, quoties
*reſiſtit.* peccato cõſẽtimus. Iſta eſt, quę nos peccatis, veluti quibuſ-
3. p. q. 70. dam nouis funibꝰ ligat, & tradit dæmonibus, vt eruant mẽtis
ar. 4. in c. oculos, debileſque & elanguidi reddatur ad reſiſtendum
1. 2. q. 111. tentationibꝰ. Miſer igitur peccator, cum careat cæſarie, hoc
3. in c. eſt, diuina gratia, & ſe tradiderit obligandum vitiis, & pecca
tis, quo pacto illis reſiſtere poterit? Nõne miſeratione dignꝰ
eſt, qui pluribus peccatorum iterationibus, veluti ex multis
filis confecit funes, quibus conſtringatur? Cum itaq; inquit
Deꝰ, *Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandũ*, quantũ nocumẽti
inferat



inferat multiplicare peccata, ſuo indicauit. Quadrat obſerua-
tio in Euangelium pro Dñica tertia Quadrageſimæ in hæc
verba, Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum ne-
quiores ſe, & intrãtes habitant ibi, & fiunt nouiſſima homi-
ni illius peiora prioribus. Ecce quid peccatori affert, iterare
peccatum, nõ inquit, per eum tranſire ſpiritus nequiores, ſed
habitare ibi, quod extremũ malum eſt.

¶Secundò, *multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum.* Obſer-
uandus eſt loquendi modus. Non enim inquit, Multiplicauit
Ephraim peccata, ſed altaria ad peccandum. Docet ergo te
Deus, tuus, nõ ſolum fugiẽda peccata, verum & ea omnia,
quæ tibi præbere poſſunt anſam, & occaſionem ad peccan-
dum. Erant altaria inſtrumẽta ad peccandum, hĩc reprehen-
dit Iudæos, quod ea multiplicauerint. Hĩc & apud Deutero- *Deut. 7.*
nomium Dñs præcipit, aras Gentium ſubuertere, cõfringere
ſtatuas, lucoſque ſcindere, & ſculptilia comburere. Agnouit *In concu-*
quippe Deus, quantum noceat, habere apud te, quibus Deũ *binatores*
offendere poſſis. Hoc aduertant, qui ſecum domi pellices, & *& volu-*
concubinas retinẽt, quæ facile hominẽ ad peccandum allice *ptuarios*
re poſſunt, & diſcãt occaſiones fugere, qui alias ſimiles occa *homines*
ſiones ſecum habẽt. Sic ſancta illa Maria Magdalena, cũ cõ- *qui pecca*
uertitur ad Chriſtum, ſecum defert alabaſtrum vnguenti. vt *torũ blãdi*
vngeret pedes Ieſu. Noluit namque, quod fuerat inſtrumen *tiis aſſen-*
tum ad explendã libidinẽ, vnguentum videlicet, quo delibu *tiunt.*
ta homines ad ſe illiciebat, neque etiã vas, quo balſamũ ſer-
uabat ad delitias corporis domi, poſt conuerſionẽ noluit re-
tinere, ſed foras eiicit. Eſt autem ſic aptãda obſeruatio in hęc
verba, Attulit alabaſtrũ vnguenti, Poſtquam Chriſtum oleo
vnxiſti, ô Magdalena, num vas illud, quo oleum attuleras,
reduxiſti domum; Affirmare audeo recũ illud, non reduxiſſe,
ne, quod peccati fuerat inſtrumentum, iterum & ruinæ præ-
beret occaſionem.

¶*Scribam ei multiplices leges meas.* Quid hoc, optime Deꝰ? Cur
potius leges tuas ſcripſiſſe ais, quam, legem tuam? Vtique,
Dñe, nõ ſic dicere debuiſſes, ſed in hunc modũ, *Scripſeram ei le-
gem meam.* Nõ enim plures ſunt leges tuæ, ſed vna tantũ. Le-
gem pone mihi Dñe, inquit rex Dauid, & non, leges pone
mihi Dñe. Ac rurſum, Legem poſuit in Iſrael, non inquit, le- *Pſal. 26.*
ges poſuit Et aſſertor noſter ait, Non veni ſoluere legem, ſed *& 77.*
adimplere: Certe non dicit, Non veni ſoluere leges, ſed, *Matt. 5.*
legem Demum Apoſtolus inquit, Non auditores legis iuſti-
ficabũtur, ſed factores legis. In numero ſingulari dixit, legis
non

*Intolerabiles putãt eſſe leges populi in libertate mentis laſciuientes.*

*Gene. 2.*

non legunt. Eleganter docet Deus peccatorum hominũ cõditionem, qui vnam legem, ac ſi plures eſſent leges, iudicare ſolent. Sic ab orbe condito prima fœmina ex vno præcepto Dei duo fecit. Præceperat namq; Deus vnũ, nẽpe, De ligno ſcientiæ boni, & mali, ne comedas, mulier autẽ duo ſibi præcepta tradita aſſeuerauit, dicens, De fructu ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud. Ecce nunquam Deus præceperat, ne eam arborẽ tangerent, ſed tantũ, ne comederent. Vnde ergo hoc malum ortum eſt, vt vnum multiplex eſſe iudicẽt homines? Certe ex amoris defectu. Dilige Deũ, & omnia eius præcepta, nõ plura, ſed vnũ eſſe iudicabis. Hinc Chriſtus ait, Si q̃s diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit, & qui nõ diligit me, ſermones meos non ſeruat. Ac ſi dixiſſet explicatius, Lex mea ſermones ſunt, & leges iis, qui non diligunt me; qui vero diligit, vnicũ ſermonẽ, & leuẽ reputabit. Quemadmodũ ſenes, & luſci, quod vnũ eſt, plura eſſe iudicant, quod ex infirmitate ortũ eſt oculorum, & caloris defectu, Ita homines infirmi & moribus languentes, & quibus feruor deeſt charitatis, licet vnum ſit, & facile, quod Deus iniungit, plura eſſe putãt. Sed iam hoc iterum à nobis eſt obſeruatum.

*Ioan. 14.*

*Simile.*

¶Præterea, *Scribam ei multiplices leges meas.* Non eſt contentus Deus tuus tradere legẽ ſolum verbis, ſed ſcriptã tradit. Quorſum ſuã legẽ voluit Deus ſcriptã eſſe? Duabus de cauſis. Altera eſt, ne putarent homines, leges, per quas iudicãdi ſunt, facile abolẽdas eſſe, aut antiquandas. Hinc nõ in quibuſuis tabulis legẽ Deus ſcripſit, ſed in lapideis. Atq; cũ leges humanæ imitari debeant diuinarũ puritatem, docet hic Deus, tales decere leges humanas eſſe, vt ſcribi dignæ ſint, & nõ facile frangendas. Quod vellẽ, principes animaduertãt quoties leges cõdere, & ſancire decernunt. Altera verò cauſa eſt, vt oſtẽdat Deus, quãti nos fecerit, ait, ſe leges ſcripſiſſe. Hinc nõ inquit, Vates mei ſcripſerãt leges meas, ſed ego ſcripſerã leges meas, atq; apud Exodũ legis, tabulas legis ſcriptas digito Dei, non hominis aut angeli. Si enim principes pluris faciunt eos, quibus manu ꝓpria ſcribunt, quanti faciendus eſt populus, cui Deus omniũ creator ſuo digito leges exarare dignatus eſt? Voluit Apoſtolus, ſeruus Chriſti modicus, commẽdare literas, quas ad Eccleſias dabat, quod ipſe eas manu propria ſubſcripſiſſet, quanto ergo magis cõmendabilis eſt lex, quam ſcripſit Dominus Deus?

*Exod. 31.*

*Iuſtinus lib. 3. ait Lycurgum nihil ſanxiſſe cuius ipſe prim⁹ documẽta nõ feciſſet eũ enim qui leges facit pari maieſtate legibus obtẽperare conuenit.*

*Fir. li. 4. c. 23. di*[illegible]

¶*Scribam ei, multiplices leges meas.* Inter cætera beneficia hominibus



minibus à Deo collata, hoc eſt præcipuum, legem ſuam tradidiſſe, quibus omnes ſuas actiones moderarentur. Quemadmodum enim animalia ſylueſtria non domãtur, niſi prius fortibus vinculis conſtringantur, nunquã enim manſueſcerent, ſi liberè vagari permitterentur, In eundem modum lex Dei neceſſaria fuit, cuius præceptis intra limites iuſtitiæ hominis mores, & affectus contineantur deuincti. Homo namque demiſſus, vt pro voluptate viuat, dicitur apud Iob, in ſuperbiam erigitur, & ſicut pullum onagri ſe liberum natum putat. Hinc Diuus Thomas inquit, legem non eſſe aliud, quàm regulam, & menſuram actuum agendorum, vel omittendorum. Cum igitur audis, leges à Domino ſancitas, veniat tibi in mentem, tradi tibi funes, & vincula diuina, & fortiſſima, quibus omnes actiones tuas gubernes, & frænes, ne inſtar brutorũ animantium vitam agas. Erunt verba hæc, inquit Deus, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & meditaberis, ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, & ligabis ea, quaſi ſignum in manu tua. Non ſecus, atq; ſi cõpedes eſſent verba diuinæ legis, quibus cor arcetur ab iniquis cogitatibus, pedes ab iniuſtis greſſibus, manus à prauis actionibus, inquit, ſemper in corde, manibus, & pedibus portanda. Sic rex Dauid habebat diuinã legẽ, ait quippe, In capite libri ſcriptũ eſt de me, vt facerẽ voluntatẽ tuã, Deus meus, volui, & legẽ tuam in medio cordis mei. Ac ſi apertius dicat: In ſumma legis tuæ ſcriptũ eſt de me, id potiſſimum, quod tota lex tua à me exigit, vt facerẽ voluntatẽ tuam, id certe, mi Deus, volui, & legẽ tuam in medio cordis mei repoſitã ſeruaui, agnoſco enim, eã eſſe frænum pluſquam ferreum ad retrahendum animum à cogitationibus iniquis. Has etiam cõpedes greſſibus iniiciebat, dicens, Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum quodquidem eloquium non eſt aliud, quàm rectiſſima regula legis tuæ, qua gubernatus ſi fuero, certus ſum, quod nulla iniquitas præualebit mihi. Et rurſum, Lucerna pedibus meis verbum tuũ, & lumen ſemitis meis. Manus etiã his diuinæ legis funibus obligabat, ne, dum in periculis maximis ſe videbat cõſtitutum, Deum offenderet. Ait enim, Anima mea in manibus meis ſemper, id eſt, aſſiduè de vita periclitor, velut in manu omnibus expoſitam portans, id enim ſignificat hoc loquendi tropo, portare animã in manibus, verũ ne vitã ſpiritualẽ amitterẽ, legem tuã non ſum oblitus. Quid plura? Vis agnoſcere, quantũ emolumenti conferat in homines diuina lex? Audi, quid dicat idem Dauid,

*Iob 11.*

*1. 2. q. 90. in cap. 1.*

*Deut. 6.*

*Lex fræni vice impoſita eſt.*

*Aug. ſuper Epiſt. ad Galath.*

*Pſal. 39.*

*Pſal. 118.*

Lex

Lex Domini immaculata, conuertens animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Ac poſt pauca Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Sanctus etiam Iob ingenti atque ardenti ferebatur deſiderio habendi ſecum legem Dei. Quis mihi, inquit, tribuat adiutorem, vt deſiderium meum audiat omnipotens, & librũ ſcribat ipſe, qui iudicat: vt in humero meo portem illũ, & circundẽ illum quaſi coronã mihi? Per ſingulos gradus meos pronunciabo illum, & quaſi principi offeram illum. Eleganter D. Gregor. hunc locum expendens, inquit, adiutorem iſtum eſſe Chriſtum aſſertorem noſtrum. Ipſe quippe adiuuat hominem factus homo, vt quia puro homini via non patebat ad Deum, via redeundi fieret per hominem Deum. Adiutorem autem iſtum quærit ardenter, vt ſuum expleret deſideriũ, quod non aliud erat, quam librum diuinæ legis habere ſcriptum, non à quouis, vt à Moſe, aliiſq; prophetis, per quos populo Iudęorum, veluti per ſeruos fuerat tranſmiſſa, ſed per ipſum, qui iudicat, filium nẽpe Dei. Ipſe enim ait, Pater nõ iudicat quẽquam, ſed omne iudicium dedit filio. Erit autem tũc auctor iudicij, qui nunc eſt conditor libri, vt tunc diſtrictius exigat quod modo manſuetus iubet. Sic námq; quotidie conſpicimus, quod magiſtri pueris elementa literarum blandientes imponunt, ſed hæc ab eis ſæuientes exigunt, & quæ dant cum manſuetudine, cum verbere requirunt. Blandè namque nunc ſonant diuini verbi mandata, ſed erunt aſpera, in exactione ſentienda. Manſueta eſt modo admonitio vocantis, ſed tunc diſtricta ventura eſt iuſtitia iudicis; eo ꝙ certũ eſt, quia nihil vel minimi mandati ſine diſcuſſione prætereat. Hunc ergo librũ cũ habere magnopere cupiat ſanctus Iob, audi, vbi dicat, ſe portaturum. Vt in humero, inquit, meo portẽ illum. Non ait, Vt in ore portem, ſed vt in humero, vt ſignificet, legem Dei non ſolum ore tenus complendam: in quem modum multi ferunt hunc librum, de diuina lege ſublimia, & alta loquentes, cum opere non adimpleant, quæ lex præcipit diuina, ſed in humero portare decernit, vt oneri præceptorum legis ſe ſubiiciendũ aperiret. Librũ quippe in humero portare, eſt, ſcripturã ſacrã operando perficere. Eſt autẽ obſeruandum, quàm ordinate deſcribitur, & prius in humero portare, & poſtmodum ſicut corona circundari, quia videlicet ſacri eloquij mandata, ſi modo bene portãtur in opere, poſt nobis coronã victoriæ exhibent in retributione. Vnde adhuc ſubditur, Per ſingulos gradus meos ꝓnunciabo illũ, quia

*Pſal. 18.*

*Commoda ex diuinæ legis obſeruatione exorientia.*

*Iob 31.*

*Ioan. 5.*

*Diſcuſſio diuini iudicij eò ſtrictior maximè erit quo præſens præceptorũ ſuorũ minor eſt admonitio.*



quia greſſus ſuos nunquam à diuinæ legis ſemitis dimouebat, neque aliud in ore eius ſonabat, quàm præceptorũ Dei obſeruatio. Et ne quis exiſtimet, verbo deliquiſſe, dum gradum nõ mouet ſine pronuntiatione libri, linguã etiam fręno legis Dei, ne vel verbo peccaret, cohibuiſſe demonſtrat. Demum, ne manus ſolutas habere, ſed obligatas hoc amabili legis vinculo teſtaretur, ſubiungit, Et quaſi principi offeram eũ. Omne enim, quod offerimus, in manibus tenemus. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Dom. de Paſſione, in hæc verba, Amen, amen dico vobis, ſi quis ſermonẽ meũ ſeruauerit, mortem non videbit in æternũ. Cur ſermonem diuinum ſeruans, nõ videbit mortem in æternum duraturus? Quia ſermo diuinus, in lege contentus, non eſt aliud quàm frænum, & vincula, hominẽ obligans, ne ſe præcipitet in voraginem peccati, vbi mors habitat æterna. Hinc & apud Cantica cõponit Sponſus obſeruatores diuinæ legis cum equis currus Pharaonis, dicens, Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea. Ac ſi apertius dicat, Quemadmodum equas mites parẽtes fræno aurigæ, vt eas vertat, quoquo voluerit: facileq́; colla loris, & iugo currus ſubmittentes, iungebat rex Pharao, In eundum modum tu, ô ſoror, & Sponſa mea, legis meæ nexibus te deuinctam conſpicio, & qua mea præcepta dicunt eundem, pergis, non alia via, mortis videlicet, & diaboli.

¶ *Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non ſuſcipiet eas.* Aperi oculos mentis, ſacerdos Dei, qui ſolum tẽplum adis, horas Canonicas oblaturus Deo tuo, vt comedas, nempe vt diſtributiones accipias. Obſerua hoc etiam, concionator, qui ſolum munus declamãdi ad populũ capeſſis, ductus ſpe lucri. Audis enim, reſpui à Domino hoſtias oblatas à ſacerdotibus, vt comederent. Hinc eleganter Diuus Tho.* prope finem Lectionis quintæ, capitis noni, Epiſtolæ prioris ad Corinthios ait, prædicatores quæſtuarios, ſi propter quæſtum principaliter ei muneri incũbant, peccare mortaliter. Diſſeruit ſanctiſſimus, pientiſſimuſq́; Doctor de hac re. 2.2. q. 100. ab articulo. 2. vſq; ad 5. vbi Dominus Caietanus ſui pandens vela ingenij, ac maxime articulo 2. luculentiſſimè ſanctũ doctorẽ explanat, ſcitas adhibens diſtinctiones. Mouet etiam eundem lapidèm, ſatiſque doctè Frater Dominicus de Soto, vt multos alios citare omittam, quoniam non eſt animus, rem hanc late diſcutere, li. 9. de Iuſtitia, & iure, q. 6. & 7. quos adire poteris, ſi animũ explere deſideras. Interim

** Nõ plus licet locare operas in adminiſtratione ſpiritualiũ quam ipſa ſpiritualia neq; licet aliquid recipere pro labore ſpirituali magis quam pro ipſo ſpirituali hæc eſt ſententia Durandi 4. d. 25. q. 1. & Palud. 4. q. vltima. Et Caietan. 22. q. 100. & in ſua ſumma & Sylueſt. de Symonia. §. 9. citat gloſ. vltimo. extra. ne Prælati vices ſuas & c. finali de pactis.*

tamen

tamen hoc vnum certum ſit, ſacerdotes peccato mortali irretiri, ſi tantum hæc ſpiritualia munera obeant, oculos figentes in temporarium lucrum, aut ea exequantur propter lucrum, ſicut propter principalem finem. In huius rei typum
3.*Reg*. 7. rex Salomon omnia vaſa templi iuſſit fundi, ac fabricari in terra argilloſa. Quid namque ſacerdotes ſunt aliud, quam vaſa quædam diuina, in quibus cœleſtis rex pacificus liquorem reponit gratiæ, ad abluendas animorum ſordes, medendaque vulnera noſtra? At hæc vaſa non in terra pingui fieri vult, hoc eſt, diſpicet Deo ſacerdotes, dum vaſa fiunt diuina opes ſolum quærere, iiſque congerendis inhiare, ſitibundos. Terram infrugiferam eligit ad hæc cudenda vaſa, qualis eſt argilloſa, hoc eſt, hi ſacerdotes Deo grati ſunt, qui non in functione ſui muneris lucrum ambiunt temporarium. Audi
4.Re.25. *Turpe eſt cœleſtium opum miniſtrũ terrenas ſitire diuitias* etiam, quos vinitores, & agricolas reliquerit Nabuzardam princeps exercitus Babylonij Ieroſolymis, vtique non diuites, ſed pauperes terræ. Quid ſacerdotes ſunt, niſi vinitores, & agricolæ excolentes agrum Eccleſiæ? Pauperes autem exemptos à captiuitate Barylonica legis, non diuites, electos in agricolas. Qui enim vinitoris, & agricolæ munus accipit, ſolum ad conquirendas opes, captiuus dicitur à diabolo. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Purificatione Deiparæ Virginis, in hæc verba, Simeon venit in ſpiritu in templum. Ecce ſanctus ſenex non venit in templum ductus lucro, ſed ſpiritu, is, eſt, qui ducebat, quærebat enim bonus ſacerdos ſalutem animorum, non proprium commodum. Quadrat etiam in Euangelium Dominicæ primæ Quadrageſimæ, in hæc verba, Statuit eum diabolus ſuper pinnaculum templi. Acutè ſatis explicatur hoc facto, nonnullos à diabolo portari in templum, inter quos nõ infimum locum tenent, ſacerdotes, tantum ob emolumentum temporarium ſuo muneri inſeruientes.

¶*Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius*. Duo hic ſunt implicata. Alterum eſt, parum prodeſſe humana præſidia, & fortitudinem, munitaque loca, ſi Deum
*Pſa*. 126. hoſtem habeas. Niſi Dominus, inquit Dauid, cuſtodierit ciui-
*Deu*1.9. tatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam. Et apud Deuteronomium. Audi Iſrael, Tu tranſgredieris hodie Iordanem, vt poſſideas nationes maximas, & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad cœlum vſque muratas, populum magnum, atque ſublimem filios Enacim, quos ipſe vidiſti, & audiſti, quibus nullus poteſt ex aduerſo reſiſtere. Scias ergo hodie, quòd Dominus



nus Deus tuus ipſe tranſibit ante te ignis deuorans, atque conſumens qui cõterat eos, atque diſperdat ante faciẽ tuam 1.*Reg*.17.
velociter. Sic Philiſtæus Goliath occiſus eſt à Dauide, qui victoriam Domini, non hominum eſſe agnoſcens, ait. Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum. Quod ſi fortiſſimũ animãtiũ, puta leonẽ, qui ad nullius pauet occurſum gallinaceorum criſtæ, cantuſq; terrent, & in fugã vertunt, quia Dominus, omnium auium infimæ hanc indidit naturam, quid mirum, ſi homines exigui, mole corporis, etiã ipſos gigãtes vincant? Diſces etiã alterũ ex hoc loco, nempe milites non eſſe aliud, quàm ignem de cœlo in homines miſſum. Hinc ignem vocat reges Babilonios, gerentes bellum cõtra Iſrael. Quod ſi hiſtoriam Regum legas, ſatis aperte id deprehendes, occidit ſi quidem rex Babilonis filios Sedechiæ coram eo, oculos eius ſuffudit, vinxitque cathenis, & captiuum abduxit in Babylonem. Diſcant igitur homines, nihil nocentius eſſe bello, vt pacẽ maximè quærant, ſi veluti igne conſumi à militibus nolunt. Quod ſi bellum neceſſario gerendum eſt, primũ Deum habere propitius ſtudeant qui eſt verè fortitudo, & benedictus in ſæcula. Amen.

*Galli gallinacei cãtum maximè reformidãt leones. Pli. 8. ca. 16.*

4.Re.25.

*Qui præſidio diuino caret omnes latt. a & exultationis anſas amiſit.*

# CAPVT NONVM.

NOLI lætari Iſrael, noli exultare, ſicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici. Area, & torcular non paſcet eos, & vinum mentietur eis. Non habitabunt in terra Domini, reuerſus eſt Ephraim in Aegyptum, & in Aſſyriis pollutũ comedit. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: ſacrificia eorum quaſi panis lugentium, omnes qui comedunt eum, contaminabuntur, quia panis eorum animæ ipſorum, non intrabit in domum domini.

¶Prolixa inuectione peccata Iudæ, ſiue Iſrael, aut Ephraim ſpiritus propheticus præſenti loco declamans, mala illi ventura denuntiat, acerba nimis, & diuturna. Cauſam autem tot incommodorum noſtris oculis ſubiicit contemplandam in ipſo capitis exordio, quod videlicet peccatũ deteſtandũ patrauerit idololatriæ, imitatus populum gentiũ. *Noli lætari Iſrael noli exultare, ſicut populus*. Vtramque lætitiam, internam videlicet, & externã interdicit Iſraeli. de peccato, vnde cum inquit, *Noli lætari*, intellige de lætitia cordis *Noli exultare* ſigna

videlicet interioris lætitiæ foris monſtrando. Tetigit hoc lætitiæ, & exultationis diſcrimen Diuus Thomas, expendens Pſalmum 30. in hæc verba. Ego autem in Domino ſperaui, & exultabo, & lætabor in miſericordia tua, in hunc modum dicens. Eſt autem exultatio gaudium per ſigna exteriora extra exiliens, lætitia verò dicit interiorem dilatationem cordis. Exultatio ergo dicit magnitudinem gaudij, lætitia moderationem. Per *Iſrael* autem decem tribus intelligit. *Sicut populus.* Bifariã diſpungi poteſt. Vel quod nolit, populos nationum ignorantes Deum, & varia colentes idola, in quibus lætabãtur, imitari. Videntes namque Iſraelitæ gaudere deorum cultu gentes, ipſi quoque ad eundem modum in idololatria gaudere cœperunt, putantes, ob eam ſe pace frui, veluti cæteræ gentes fruebantur. Adhibent hanc explanationem omnes antiqui Patres, tum Græci, tum Latini, multique ex recẽtioribus. Vel, *ſicut populi*, hoc eſt, cum iam tu populus eſſe deſieris, atque in gentibus diſperſus, nullam populi aut reipublicæ formam tuearis, ex quo fit, vt nullius publicæ lætitiæ particeps eſſe poſſis, ſed in medio exultantium populorum, aliorum lætitiæ miſer, atque inuidens ſpectator ſis. Adducens autem huius rei cauſam ſubiungit. *Quia fornicatus eſt à Deo tuo.* Cuius populus tu fueras, à quo in populi & in regni florentiſſimi formã fueras comparatus. Hunc vbi tu per ſummum idololatriæ ſcelus, adulteriumque excluſeris, in eam miſeriam, & calamitatem deuenies, vt populus non ſis, ſicut ſcriptum eſt. Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis, & ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos. Cùm itaque inquit *Noli exultare ſicut populus*, ſignificat, Iſraelem ſua culpa labefactaſſe ſtatum reipublicæ, quamobrem & merito, nomine, & dignitate reipublicæ carituros, eaſque res non habituros, quæ publicæ lætitiæ populis cauſa eſſe ſolent. Acuta ſane eſt hæc poſterior explanatio, & quæ mihi gratiſſima eſſet, niſi prior à tot ſanctis Patribus, & expoſitoribus eſſet adhibita, & præterea Paraphraſtes Chaldaicus eam videtur amplecti. Ait quippe, pro, *Noli exultare ſicut populus*, neque exulteris iuxta conſuetudines populorum. *Dilexiſti mercedẽ ſuper omnes areas tritici.* Metonymicos, per areas & triticum abundantiam omnium bonorum temporalium intelligit. Adeo vero varij ſunt auctores in explanatione huius loci, vt vix vnus alteri cohæreat. Nos nonnullas miſſas faciemus, velut relatu indignas, eaſque tantum referemus quæ

Pſal. 30.

*Mulier adultera in ſtã vindictã mariti timens dolore maximo tabeſcit, ſic Iſrael fornicatus à Deo ſuo ob tantum crimen nũquã gaudio afficietur.*

*Deu. 30. [illegible] populus cor nu copia veniſti in ma bona illi abuta re eo quod religioſius idola colebat.*



quæ ſelectiores ſunt, & veritatem propius attingunt D. Hieron. ſic. Mercedem fornicationis tuæ areas multas & torcularia reputaſti, vt rerum omnium abundãtia fruereris. Conſentiunt cum S. Doctore Lyranus, Haymo, Carthuſianus, & alij. Non eſt hæc explanatio omnino reiicienda, cui non parum fauere videtur vſus loquẽdi Scripturarum, quæ præpoſitiones variè vſurpat. Vnde quemadmodum præpoſitio a, vel ab, ſumit pro præpoſitione propter, & pro præpoſitione ſuper, vt apud Matthæum, Væ mundo ab ſcandalis, id eſt, propter ſcandala. Et in Pſal. A tẽplo tuo, quod eſt in Ieruſalẽ, id eſt, propter tẽplum tuũ, &c. In eundẽ modum præpoſitio ſuper vſurpatur pro præpoſitione a, vel, ab, vel, de, vt apud Matthæum, Prædicate ſuper tecta, id eſt, de locis editis, vt à pluribus audiantur. Sic & impreſentiarum, *Dilexiſti mercedem ſuper omnes areas.* id eſt, de omnibus areis tritico plenis dilexiſti reddit tibi mercedem, velut præmium idololatriæ, huiuſmodi abundantiã dicens te accepiſſe ob idolorum cultum. Rupertus multo ſecus, inquit, expendens ſic. *Dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici.* Hoc eſt peruerſa dilectio tua. Nã Deũ diligere, mercede autem vti debueras. Tu autem è contrario mercedem dilexiſti, Deum contempſiſti. Ergo fornicatus es à Deo tuo, quia dilectionem, qua Deum diligere debueras, ad diligendam mercedem detorſiſti, & hoc non parce, non quomodocunque, ſed ſuper omnes areas tritici, id eſt, tam immenſa cupiditate, tam profunda auaritia, vt te explere nõ queant omnes areæ tritici. Tua nãq; auaritia ignis eſt, qui nunquã dicit, Sufficit. Hactenus Rupertus. Quis non videat eleganter hunc piũ virum philoſophari? Cõmendarem certe hanc explanationẽ, ſi tam eſſet literæ coherens, quã pia. Verum cũ à germano literæ ſenſu ſit deuia relinquẽdã exiſtimo. Theophy, & Theod, mercedem referunt ad dona oblata à Iudæis idolis. Secuti namq; tranſlationem Septuaginta pro *dilexiſti mercedem*, vertunt, *dilexiſti dona*, quæ ſic diſpungunt. Cũ meis bonis fruereris, tu dona dabas idolis, primitias frugum illis conſecrans. Alij ſic, *Dilexiſti merce[illegible], &c.* ſubintelligendum dicunt meretriciam, diligere autem mercedem meretriciã eſt, fornicari. Quod vero ſubiungitur, *ſuper omnes areas tritici*, bifariam explanant, vel, *ſuper omnes areas tritici*, id eſt, in omnibus areis tritici, hoc eſt, quoties dedi tibi abundantiam tritici, tunc, me deſerto, coluiſti idola, vel, in ipſis areis coluiſti ea, acceptum eis referens triticum, non mihi. Hæc ni fallor, cæteris explanationibus eſt anteponenda. *Et [illegible]*

Matt. 18.
Pſal. 68.
Matt. 10

*mẽtietur eis.* Aptiſſimè verbum *mentietur*, tranſlatum eſt ad agricolarũ ſpes, vt, Mentietur opus oliuæ. Infert autem multo acerbius damnum hoc tritici mendacium, quàm ſi eis omnino eſſet negatum triticum. Idem enim eſt dicere, *vinum mẽtietur eis*, ac ſi dicat, Videbitis quidẽ exuberantes vites, & ampliſſimas ſegetes, cæterum fraudabimini ſpe veſtra, nam nihil quicquam colligetis, neque vinum. *Non habitabunt in terra Domini.* Creſcit malorum cumulus, neque ſolum paſſuros inquit penuriam famis in terra, quàm à Domino acceperunt ſed etiam in captiuitatem ducendos eſſe prænuntiat. Et merito à terra Domini relegandos ait, quam ſuis ſceleribus cõtaminarunt. *In Aſſyriis pollutum comedit.* Quidam ad idolothyta hoc referunt, quod ducti in captiuitatem apud Aſſyrios, ſacrificiis dæmonum veſcantur, quæ dum idolis offerebantur polluta fiebat. Si in hunc modum expendas, peccatum Iudæorum attexit, quod cibos comedat in lege prohibitos. Ego verò ſecus opinor, nempe Iudæorum pœnas hic attexi, & cum iam penuriam, & exilium, & captiuitatem appoſuiſſet, nũc quam paſſuri ſunt acerbitatem edentes cibos ſibi interdictos, etiam ſubiungit. Captis enim in captiuitatemque è propria patria abductis, nõ qualis experitur, ſed qualis contingit victus, & vita colitur. Sic apud Ezechielem legimus, Hæc dicit Dominus, Sic comedent filij Iſrael panem pollutum inter gentes, ad quas eiiciam eos. Quantum autem Iudæos excruciet huiuſcemodi cibis veſci, deprehẽdet, qui eis carnes porcinas propoſuerit comedendas, quas adeo faſtidiunt, vt ſolum illis conſpectis vomere cogantur. *Sacrificia eorũ quaſi panis lugentium.* Apud Iudæos cum pro mortuo ſacrificiũ offerebatur lachrymis, & mœrori vacabãt cognati, & neceſſarij totaq; familia iudicabatur polluta, & quiſquis ex eo ſacrificio comediſſet, etiã cenſebatur immundus. Propterea enim illud ſacrificiũ vocabatur *panis lugentiũ*, quia pro mortuo erat oblatũ. Duo ergo hic exiſtimo implicari alterũ eſt, ab hoſtibus facile Iudæos eſſe trucidãdos, & interficiẽdos etiã in captiuitate, ſicut apud Thobiam legimus, Mortuis, atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat. Ac rurſum, Cum filiis nunciaſſet ei, vnum ex filiis Iſrael iugulatũ iacere in platea, &c. Alterũ eſt, Iudæis per totam vitam apud hoſtes agentibus in ſqualore, & ſordibus, & luctu, non alia epularia ſacrificia, non alia ſacra, quam aſſiduam quandã feralẽ cœnam factitandã, vt quemadmodum nullus calamitatis expers ſit, ita nemo inueniatur, qui non pollutũ, & luctu,

*Habac. 3. Sæpius id accidit vt ſtrata menſa cõmeſtis non aſſideant & tempore meſſis fallatur ſpes agricolæ.*

*Ezech. 4.*

*Hinc colligẽda eſt antiqua conſuetudo lugendi mortuos ſacrificia, & inſinuas pro expiatione offerendis.*

*Tob. 1. & 2.*



lachrymiſque contaminatum panem non comedet. *Quia panis eorum animæ ipſorum.* Panis, cum ex vocabulo Hebraico *Lehem* trãsfertur, omnẽ cibum ſignificat. Ponã bucellã panis, & eo cõfortetur cor veſtrum dixit Abrahã: et tamen ſolum panem dedit ſed vitulum, & butyrum & alia. Animam etiam hoc loco pro vita accipimus ex nomine Hebraico *Nephes*. ſicut & in Euangelio, Nonne anima plus eſt, quam eſca: Vt optime obſeruat Haymo. Significat autem, Iudæos vſuros cibis qualibuſcunque, ad vitã nempe ſolum alendã non lautis epulis ad voluptatem. Comedent enim viles, communeſque cibos, vt viuere ſaltem poſſint, nõ autem vt fruantur. *Non intrabit in domum Domini.* Oſtendit non ſolum loci cõmoditate carituros, ſed temporum etiam occaſionibus, atque ſpatiis fore excludendos, vt neque aſſidue, neque certis diebus etiã repetere ſolemnia, lætitiamque obſeruare poſſint. Quandiu enim ſedes ſuas tenuere, certos dies lege ſibi traditos, atque inſtitutos obſeruauerunt, quibus ſaltem Ierſolymam cõuenire, & ſacra celebrare poterunt, & debuerunt. Nunc verò longe à patria, templo relegati, & libertate priuati nequaquam templum adire poterunt.

*Geneſ. 18.*

*Math. 5. Exulat Iſrael ab illa terra ſibi promiſſa fluente lac & mel.*

*Philip. 4.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem.*

NOLI *lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi.*

¶ Nõ inquit Deus tuus, *Ne læteris, nõ & exultes*, ſed addit, *ſicut populi*, vt diſcas, non omnino eſſe malam lætitiam, ſi ea vti ſcias, Gaudete, inquit Apoſtolus, ſemper in Domino, iterum dico, Gaudete. Ecce quo pacto dicit Diuus Paulus, gaudendum, non vtique in voluptatibus corporeis aut in peccato, ſed in Domino, quæ vera lætitia eſt. Atque, vt diſcas, quod gaudium eſt in Domino, nempe quod eſt modeſtia exornatum, ſubiungit, Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Sic illi gaudebant, de quibus inquit Scriptura, Populus erat iucundus ſecundum faciem ſanctorum. Sic etiam diſcipuli gauiſi ſunt, viſo Domino, & Zacheus ſuſcipiens Chriſtum in domo ſua, gauiſus eſt, vt tu diſcas, tũc lætari cum Deum per actiones virtutum pias ſuſcipis in domicilio cordis tui, non autem cum Deus à te ob peccatũ fugit. Quemadmodum Tobias dicebat, Quale gaudium mihi eſt, qui in tenebris ſedeo & lumen cœli nõ video? Ac ſi diceat, nullũ, In eundem modũ peccatores, qui in tenebris ſunt

*Iudit. vlt. Ioan. 20. Luc. 19.*

 peccas-

peccati, cum ſplendore gratiæ careant, quo pacto gaudere,
poſſunt? Quemadmodum Eunuchus reginæ Candaces nun-
quā legitur lætus, & gaudēs, donec à Philippo eſt baptizatus.
*Actor. 8.* Tūc inquit Scriptura, Eunuchus ibat per viā ſuā gaudēs, Sic
nos, cum abluimus peccata noſtra, & in aliquā cōmendabilē
actionem incumbimus, per viam huius vitæ tendentes, de-
bemus ſolum gaudere, non cum peccata patramus. Tunc e-
*Afflictis* nim potius triſtitia ingenti affecti, dolere debemus. Luctus
*hominibus* namq; potius cōuenit peccanti, quàm gaudium Hinc D. Pau
*ſuaues* lus de Corinthiis conqueritur, quod non luxerint ſuper eo,
*ſunt lachry* qui fornicatus fuerat. Aduertant hoc peccatores, qui lætātur
*mæ ſed pec* cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis, de quibus
*catores ma* rurſum dicitur, Stultitia gaudium ſtulto. Et Regius Pſaltes,
*xime de-* Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate? Atque
*cent.* beatus Iacobus, Nūc exultatis in ſuperbiis veſtris, ſed om-
*1. Corin. 5* nis exultatio maligna eſt. Sic exultabant impij illi, qui dice
*Prou. 2. & * bant, Nemo ſit expers luxuriæ; noſtrę, vbique relinquamus
*c. 15.* ſigna letitiæ, coronemus nos roſis, anteaquā marceſcāt. Ele-
*Pſal. 51.* ganter dicunt impij, relinquamus ſigna lætitię, non enim ve
*Iacobi. 4.* ram habent lętitiā, ſed vmbras, & ſigna lętitię. quemadmo-
*Sapien. 2.* dū enim vmbra fontis nō ſitim ſedat, neque cibus depictus
*Simile.* famē depellit, Sic lætitia impiorū non vere eos oblectat. Vn
*Delphinus* de & bene addunt, Coronemus nos roſis. Nā quemadmodū
*piſcis ab* candor ille & odor roſarū cito marceſcit, & inter ſpinas cre
*Vndis exi* ſcit, Sic peccatorū gaudia & oblectamēta multos proferūt
*liens &* dolores, animū pungentes. Quemadmodum delphini, luden
*quaſi præ* tes, & præ lætitia ſalientes in mari, portendūt, imminere tē-
*lætitia ſa* peſtatē, Sic peccatores, dum exultant in peccatis, diſcemus,
*liens tem* iam in ianuis adeſſe eorum ruinam, citoque multis iactādos
*peſtatem* calamitatibus. Quadrat obſeruatio in Euangelium Epipha-
*proximā* niæ in hæc verba, Videntes ſtellam gauiſi ſunt gaudio ma-
*præſagit.* gno valde. Quando, precor, reges iſti ingenti perfunduntur
*Luc. 12.* alacritate? Certe cum ſtella illos duxit ad locum, vbi Chri-
ſtus erat. Diſce ergo vbi lætitia vera inueniēda ſit nempe cū
Deo inſeruis, adoras, & munera tua, orationes, eleemoſinā,
animi deiectionem, &c. illi offers, non cum te obſcœnis volu
ptatibus tradis. Si enim tūc gaudes, ſimilis es immundiſſimo
porco, qui plus exhilaratur in cœno, quam in flumine puro
& cryſtalino.

¶ *Sicut populi quia fornicatus es à Deo tuo* Optimè inquit D.
Hieronymus, hunc locum explanans, Corripit nunc Iudęos
Deus, dicens, Ne gaudeas, ne læteris, ne putes, te talem eſſe,
vt



vt ſunt cæteræ nationes. Aliter enim neſciēs Deū aliter pu
nitur recedens à Deo quia ſeruus, qui ſcit volūtatem Domi
ni ſui, & non facit eam vapulabit multum. Et Cui multum
datum eſt, multum requiretur ab eo. Et Apoſtolus, His, qui *Rom. 2.*
ſunt ex contentione, & qui non acquieſcūt veritati, credunt
autem iniquitati, ira, & indignatio. Tribulatio, & anguſtia
in omnē animā hominis operantis malum Iudæi primum, *1. 2. 7. 8. 9.*
& Græci. Ecce vtroſque Iudæos videlicet, & Græcos ait ple *[illegible]*
ctendos, cæterū Iudæum Græco præfert, quoniā Iudæis ma- *Similē.*
ior pœna debetur, tanquam cognoſcentibus diuinā volunta *Grauius*
tem per legē. Peccata enim in fidelium vt perquam docte do- *peccant fi-*
cet D. Thomas magis, merentur veniam propter ignoran- *deles in*
tiam, iuxta illud, Miſericordiā Dei conſecutus ſum, quia i- *Chriſto re-*
gnorás feci in credulitate mea Quemadmodum, qui ex loco *nati quā*
eminentiori cadit grauius accipit vulnus, quā qui ob ambu *Barbari*
lans offendit, Sic qui ad culmen fidei ſunt euecti ſi per pecca *quando ad*
tū cadant multo acerbius punientur. Vellem, hoc obſeruarēt *peccat. i-*
fideles Eccleſiæ filij vt timore pœnarum, arcerētur à pecca- *denſitatē*
tis. Vnde D. Thomas decernit. Chriſtianum quantum ad *in c. 2. E-*
idem peccatum puta adulterium furtum, & alia id genus pu *piſt. ad Ro*
niēdū eſſe grauiori pœna, quā, infideles. Quis . n. nō videat, *man. lect.*
digniorem plagis eum hominem, qui pretioſum ſmaragdū *2.*
ſtercore, & luto cōſpurcat, ac maximè, ſi puriſſimo auro ſit *Hebr. 10.*
intextus, variiſque margaritis exornatus, quàm qui vilem la- *Promittit*
terem proiicit in cœnum: anima Chriſtiani, fidei, aliarumque *area triti-*
virtutum ornamentis decorata, ſacramentis gratiæ ditata, ſi *cum &*
ſe peccatis cōtaminet, nōne acerbiore ſupplicio eſt dignior, *torcu lar*
quàm anima infidelis, quæ non tot dotibus eſt cumulata? Ir *vinum ſed*
ritam, inquit Apoſtolus qui faciens legem Moyſi, ſine vlla *mentietur*
miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur, quantò ma *promiſſio*
gis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei cōcul- *quia talia*
cauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo *promit-*
ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? *tere ſolitus*

¶ *Area, & torcular nō paſcet eos & vinum mētietur eis.* Obſerua- *Dei eſt nō*
te fratres mei, non eſſe à Domino dictum, Semen, & vites, *Idoli.*
ſeu vineę nō paſcent eos, ſed, *area, torcular non paſcet eos & vi-*
*num, &c.* Quorſum putas; Certè, vt acerbius peccatorem pu-
niat Multo enim grauius cruciat, cum in aream meſſem con
gregaueris, aut in horreum, & hortos iam maturos habueris
hęc de manibus tolli, quia cum maiori bonorū iactura opus,
& impenſam perdis, quàm ſi ſemen non adoleſcat, & vinea

Deut. 28.

non proferat gemmas, & fructũ. Sic & apud Deuteronomium inquit, Sementem multã iacies in terra, & modicum cõgregabis, quia locuſtæ omnia deuorabunt, vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes, neq; colliges ex ea quippiã, quoniam vaſtabitur vermibus. Ecce non ſementem perdit Deus, ſed iam matureſcentes fructus. Docet ergo Deus, eo maximè tempore non eſſe peccandum, cum tempus colligẽdi fructus adeſt, ne illos, cum iam tenentur, tollat è manibus. Quemadmodum homo diues iniuriam, & contumeliam irrogatam, licet ægre ferat, vindicare non audet, dicens, id pati, ne bona ſua, vxorem, & filios perdat, ſi enim ſe vindicauerit, bona iudex publicat, Sic homines, iam fructibus terrę ditati, ne cœleſtis iudex auferat, debẽt à peccatis reſiſtere.

*Simile.*

*Loci religio peccatum deterius reddit.*

¶ *Non habitabunt in terra Domini.* Non inquit, Non habitabũt in terra ſua, ſed, in terra Domini. Duo hic ſunt implicata, alterũ eſt, graue eſſe peccare in terra ſancta, quæ, æquum eſt, maiorem terrorem incutiat, vt peccare fugias. Vnde optimè inquit Theodoretus, Etenim non, vt in terra Deo dicata, vixerũt, ſed iniquitatibus plenã vitã egerunt. Cupio, hoc animaduertãt religioſi, qui habitant terrã Domini. Quid enim ſunt monaſteria, in quibus habitãt, niſi terra Domini? Si igitur ibi impie viuant, quid mirum, ſi tandem, apoſtatæ facti, è terra ſancta exeant, & fugiant? Vis, frater mi, ab inſtituto tuo nõ reſilire, & in religione permanere? Vitam piam, & puram age. Mihi namque hoc certum eſt, qui religionem deſerunt, apoſtaſiæ crimen deteſtandum patrantes, prius, ceu in ſæculo viuerent, peccatis habenas laxaſſe, atque in eorum pœnam, permiſſum à Deo, vt in apoſtaſiam labantur. Quemadmodum enim mare cadauera, veluti à ſe eiiciens, ad littus propellit, ſic religio peccatores, cum mortui ſint peccatis, ſecum retinere non patitur. Alterum eſt, peccatores indignos eſſe bonis tẽporariis, quæ poſſident. Sic namque de peccatoribus inquit Deus, Propter impietates ſuas iſtæ deletę ſunt nationes, & quia egerunt impietatem, introeunte te, deletæ ſunt. Ecce, ob impietatem, & peccata ſpoliantur nationes bonis temporariis. Sanctus etiam Iob inquit de impiis, Si comportauerit, quaſi terram, argẽtum, & ſicut lutum præparauerit veſtimenta, præparabit quidem, ſed iuſtus veſtietur illis, & argentum innocens diuidet, ædificauit, ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum. Sic legimus domum Aman cõceſſam à rege Aſſuero reginę Eſther. Demum in Euangelio inquit Aſſertor noſter, in has voces gemebundum pro-

*Terra Domini monaſteria.*

*Simile. Religio inſtar maris cadauera repellẽs homines mortuos peccatis ferre non poteſt.*

Deut. 9. Iob 27. Eſth. 8. Luc. 16.



prorumpere villicum iniquitatis, Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem? Qui igitur impie viuũt, ſciant indignos eſſe iis opibus, quas in eos cõtulit Dominus.

¶ *Reuerſus eſt Ephraim in Ægyptum.* Conſiderat Dominus, an peccator redeat ad iniquitatem priorem, Sic apud Ieremiam dicitur, Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum Quemadmodum ſerpens coiturus cum muræna, venenũ euomit, ſed poſt coitum ad illud redit, & reſumit, Sic homines ad peccata ſua reuertunt, Audiant iſti, quid princeps Apoſtolorum dicat, Melius eſt, veritatis viam non agnoſcere, quàm poſt agnitã retrorſum conuerti. Et Aſſertor noſter inquit, Erunt nouiſſima hominis iſtius peiora prioribus.

Iere. 11. *Simile. Canis ad vomitum.* 2. Pet. 2.

¶ *Quid facietis in die ſolenni, in die feſtiuitatis Domini? Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate? Ægyptus congregabit eos, Memphis ſepeliet eos, deſiderabile argentum eorum vrtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies viſitationis, venerunt dies retributionis, ſcito, te Iſrael ſtultum prophetam, inſanum virum ſpiritualem propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinẽ amẽtiæ. Speculator Ephraim cum Deo meo, propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius inſania in domo Dei eius. Profunde peccauerũt, ſicut in diebus Gabaa, recordabitur iniquitates eorum, & viſitabit peccata eorum. Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael, quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum, ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem, & facti ſunt abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerunt.*

¶ *Quid facietis in die ſolenni, in die feſtiuitatis Domini?* Dubium eſt, quid vocet diem ſolennem Domini, atque hinc variè explanatur locus iſte. Quidam eum diem referunt, ad illos dies feſtos, in quibus Dñs præceperat ſibi offerẽda ſacrificia iuxtà illud. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Solennitatem hebdomadarũ facies tibi in primitiis frugum meſſis tuæ triticeæ, & ſolennitatem, quando, redeunte anni tempore, cuncta conduntur. Tribus temporibus anni apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu omnipotentis Domini Dei Iſrael. Ac ſi apertius dicat, Seruire coacti, ac ſecundum alias leges gubernari, non poteritis diuinos cultus, & conuentus iuxta Moſaicam traditionem celebrare. Ita explanant Theodoretus, Carthuſianus, & omnes ferè recentiores. D. Hieronymus, & Lyranus multo ſecus expendunt. Intelligunt enim per diem ſolennem, & feſtiuitatis tempus illud captiuitatis & miſeriarum, quo vindictã de inimicis, & hoſtibus Deus exercuit, quaſi Dominus exhilaretur, & lætos conuentus celebret,

*Quis ſit dies ſolẽnis domini.* Exod. 34.

lebret ſuper Iudæorum interitu, dicatq; , Cum venerit dies captiuitatis, & ſæuiſſimus hoſtis ingruerit, quæ mea ſolẽnitas eſt, quam ego placabilem habeo hoſtiam, qui me de meis hoſtibus vindicat, & iniuriæ ponit modum, quid facietis? Vtramque explanationem adhibẽt Theophylactus, & Haymo, & quanuis ſub iudice reliquant, quæ ſit præferenda, hæc poſterior mihi videtur, velut acutior, eligenda. *Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate.* Tacentibus Iudæis, ſibi ipſe Deus reſpondet, imo quid ſint facturi, diuinis oculis cernens, in dicta verba prorumpit. Dum autem inquit, *profecti ſunt à vaſtitate*, velut rem iam tranſactam narrans, præteritum poſuit pro futuro, vſitato more Sacræ Scripturæ. *Profecti ſunt* ſcilicet pro eo quod eſt proficiſcentur. A vaſtitate, hoc eſt, miſeria, & vaſtitate præmentibus, & Aſſyrio, atque Chaldæo captós ligare cupiẽtibus, ad Ægyptum confugerunt. Cæterum *Ægyptus congregabit eos*, id eſt, interfecit eos, vel abſumet eos. Ita eſſe hæc verba explanãda docet Paraphraſtes Chaldæus, vertens pro *Aegyptus congregabit eos*, in Ægyptum congregabuntur. Congregari autẽ, vel colligi quempiam Hebraiſmus eſt, qua ſignificatur, mori, vel deſtrui. Sic apud Ieremiam inquit Deus, Congregans congregabo eos, hoc eſt, perdendo perdam. Ac rurſum de Ioſia ait Deus, Colligam te ad patres tuos, id eſt, morieris. Video, hunc locum ſecus à multis expedi, qui dicunt ſignificari his Iudæos aufugiſſe in Ægyptum, quando Samaria capta eſt, & poſtea, quando Ieroſolyma incenſa ab Nabuzardan fugerunt in Ægyptum, occiſo Godolia, Ieremia tamen eos prohibẽte. Tunc enim Babylonij exacerbati, quod Ægyptiis confiderent, contra ipſos quoq; armati, atque vna cum Ægpytiis adorti, citra laborem eos debellarunt. Quare tum iſtam in Ægypto calamitatem, & amiſſæ victoriæ pericula fugiẽtes, ad Memphim ſe receperũt; ceu munitiorem vrbem, vt in qua regia, erat, ſed ibi obierunt diem ſuum, in Iudæam non reuerſi. Non reiicio hanc poſteriorem explanationem, quippe quæ ab omnibus fere expoſitoribus eſt adhibita, verum & propriorem non omnino contemnendam, Ciuitas vero *Memphis* in qua Iſraelitas ſepeliendos inquit; vrbs erat celeberrima Ægypti illis temporibus quæ olim Noph, ſiue Moph, dicta, nomen in Memphim mutauit. Hanc Herodotus à Meui rege, Euſebius vero ab Epapho Ius filio conditam eſſe ſcribit. *Deſiderabile argentum eorum vrtica hæreditabit.* Omnem lautitiam, & delitias, reique familiaris nitorem ſacræ literæ hoc verbo *deſiderare*, & vocibus

*Iere. 8.*
*4. Re. 22.*
*4. Re. 25.*

*Sunt qui Cayrũ celeberrimã Aegypti vrbem Babylonem olim nominatam putãt, Alij Memphis dictã fuiſſe ſcribunt quæ vaſto ambitu tres ingentes vrbes complectitur ſed hæ varijs inter ſe iunctæ edificijs vnam efficiunt quarum frequentiſſimam hodie nouũ Cayrum appellant.*



cibus ab eo deductis ſignificant, vt apud Iſaiam, *Et omnia deſiderabilia* noſtra verſa ſunt in vaſtationem. Et illud, Recordata eſt Ieruſalem dierum afflictionis ſuæ, & præuaricationis omnium *deſiderabilium* ſuorum, quæ habuerat à diebus antiquis. Ex comparatione ergo miſeriæ dolorem auget, cum futurum eſſe prædicat, vt domus illorum maximæ, atque ſumptuoſiſſimæ, in quibus magna nituerat bonorum ſupellex, horridæ, incultæque vrticis, & lappa plenæ reddantur. Per deſiderabile enim argentum ſynecdochicos delitioſas illas ædes, ſignificat, in quibus nullũ fictile erat, ſed omnia argento, tum fuſo, tum cœlato plena, multaque erãt pretioſa, atque nullus argenti nodus, ſicut ſcriptum eſt, & Repleta eſt terra argento, & auro, & nõ eſt finis theſaurorũ eius, ruina, & vaſtatio perdidit, *vrticaſque, & lappas* in eorum loco repoſuit. Diuus Hieronymus, quẽ multi ſequuntur, non ſolum dicta ornamenta domuum intelligit per deſiderabile argentum, verum etiam, & ipſas villas, quoniam pretio emuntur argenti. Lyranus vero opinatur his explicari, fugientes Iſraelitas abſcõdiſſe theſauros ſuos, ſuper quos vrticæ creuerunt, quoniã deſtructã Ieruſalem nõ incoluerunt habitatores. Duæ tamẽ priores explanationes videntur veriores. *Scitote Iſrael ſtultum prophetam, inſanum virum ſpiritualem.* Pſeudoprophetas, falſóſque Vates, per prophetam inſanũ, & virum ſpiritualem intelligit, qui ſuis mendaciis Iſraelem deceperũt. Ac ſi apertius dicat, Tunc cognoſcẽt Iſraelitæ, quod propheta ille, quẽ ſacrorũ myſteriorũ peritum eſſe credebãt, & viri, quos ſpiritu Dei præditos eſſe exiſtimabãt, ſint ſtulti, & inſani, qui eos fefellerint. Video multos explanare hũc locũ de viris, ſãctiſque prophetis. Ac ſi dicat Deus, O Iſrael, nũc mea verba cognoſce, qui prophetam tibi vera dicentem, & prophetantem ſpiritu ſãcto, ſtultũ, & inſanũ vocabas, iuxta illud, quod in Ramoth Galaad principes locuti ſunt ad Iehu, Quid venit ad te iſte veſanus? Cognoſce nõ prophetã meum, ſed te inſanum eſſe, gratior tamẽ mihi eſt prior explanatio. *Speculator Ephraim cũ Deo meo.* Bifariã diſpũgere poſſumus. Primo, quod vox ſit prophetæ dicentis, *Speculator Ephraim*, ſubaudis, *eſt cum Deo meo*, id eſt, ad hoc à Deo meo conſtitutus eſt ſpeculator Ieroboam, qui nomine Ephraim intelligitur, vt ipſe, & eius ſequaces reges ſpeculatores eſſent populo Dei, & eis bona prouiderent, ac ſecundum Dei volũtatem regerent, atque inſtituerẽt eos. Speculatores quippe appellabãtur rectores,

*Iſai. 64.*
*Thren. 1.*
*Iſai. 2.*

*Sacerdotes Idolorum fuiſſe Phanaticos & furiam ac inſaniam paſſos priſcorũ docent hiſtoriæ hinc bacchari quod eſt Bacchi feſta colere ſignificat furere, diſcurrere, vt feſta illa celebrãtes ſolebant.*

*4. Re. 9. cap.*

&

& prophetæ ipſius populi. Vnde dicitur Ezechieli, Speculatorem dedi te domui Iſrael. (Ezec. 3.) Ita ergo Ieroboam, quaſi ſpeculator, & quaſi propheta datus eſt populo cũ ſequacibus ſuis vt populum corrigerent delinquentem, & ad rectũ iter reuocarent, ſed qui eos erudire debuerat, *factus eſt laqueus* ruinæ in omnibus ſuis actionibus, quia per potentiam & prauam ſuaſionem fecit eos idola colere: & qui debuerat eſſe propheta, vt populum cultum Dei doceret, eum docuit idololatriam. Secundò, *Speculator Ephraim, &c.* ſic poteſt explanari, Ipſi Ephraim eſt ſpeculator, propheta videlicet, *cum Deo meo propheta*, hoc eſt, qui loquatur ſpiritu diuino, doceatq; veritatem. Sed quia tales prophetas quærebant interficere, *laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius*, quia tũ in dictis, tum in factis tales prophetæ quærebant mortẽ illius. Tertiò, & hanc credo germanã eſſe huius loci intelligentiam, ſpeculatorem vocat pſeudoprophetam, qui dicit prophetiam ſuam eſſe à Deo vero, cum nõ ſit. Huiuſmodi falſus propheta eſt ipſi Ephraim vna cum Deo meo. Quaſi dicat, Vult Ephraim ſimul Deum verum, & Deos alienos colere. *Propheta laqueus ruinæ factus eſt.* Cõparat populũ auiculis pſeudoprophetas aucupibus, prædicationem eorum laqueo, quo populus Ephraim irretitur, & decipitur. *Inſania in domo Dei eius.* Licet Hebraicè ſit pro inſania, odium, ſiue furor, bene per vtrunque, & per inſaniam, & per odium intelligere poſſimus idolum, & vitulum nempe, quem in Bethel, quæ vox domus Dei interpretatur adorabant. *Profundè peccauerunt*, hoc eſt, ſtudioſè, & pertinaciter, Hebraicè profundam fecerunt defectionẽ, hoc eſt, arte quadam ſubtili defecerunt à Deo. Nam in honorem Domini colebãt vitulum.

*Impoſtores falſa doctrina auiculas ſuas mirè decipiunt.*

(Iudi. 19.) *Sicut in diebus Gabaa.* Reducit propheta ad memoriam filiorum Iſrael, quod quondam geſtum eſt in Gabaa, quando vxorem Leuitæ reuertentis de Bethlehẽ illicito necauere concubitu. Hoc autem exẽplo tria implicat Deus. Primum, Iſraelitas in maximum impietatis barathrum eſſe merſos, adeò vt eorum ſcelus vincat flagitium, quod olim fuerat in Gabbaa perpetratum. Secundum, Oſtendit Iſraelitas non ſolum in Deum peccaſſe, ſed etiam in proximum contra vitæ honeſtatem. Tertium, Iſraelitas eſſe perdendos, & deuaſtãdos, quemadmodum Iudæ duæ tribus, & Ephraim decem inter ſe mutuo intricatæ interierunt in Gabaa. Contigerunt hæc, quando Ioas rex decem tribuum venit ad Amaſiam regem Iuda, & abſtulit partem de mœnibus Ieroſolymorum. *Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael, quaſi prima poma ficulneæ*



*ficulneæ in cacumine eius, vidi patres eorum: ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor.* Eleganti ſimilitudine explicat, quantum hunc populum dilexerit, quantumq; ipſe populus fuerit ingratus in Deum ſuum. Eſt autem, ac ſi dicat, Tam charus fuit mihi Iſrael, tam gratus, & dilectus, quam ſunt vuæ iis, qui inueniunt illas in deſerto, vbi eſt penuria rerum omnium: tam libenter vidi patres Iſraelitarum, quam libenter videt homo primos fructus in ficu, cum incipit ferre fructum. Contendunt nonnulli has vuas à Domino inuentas, fuiſſe eximios illos patriarchas, Abraham, Iacob, Iſaac, qui cum tot eſſent virtutibus exornati, Deo quàm gratiſſimi extitere. Ita eam vocem *ſicut vuas* expendunt omnes antiqui patres, tum Græci, tum Latini. D Hieronymus, Theophylactus, Theodoretus, Lyranus, Haymo, Rupertus, Cathuſianus. Verum quidam recentiores ſecus intelligunt, nempe ſolum de patribus, quos per deſertum Dominus deduxerat, eſſe ſermonem Probant autem, quoniam inquit Deus, quaſi vuas in deſerto, at certum eſt, Deum non inueniſſe in deſerto illos primos patriarchas, igitur in eos non quadrat hic locus. Huic obiectioni facile reſpondere poſſumus, non propterea à Domino hoc eſſe dictum, quòd eos inuenerit in deſerto, ſed collationis eſt ſermo, qua explicat, quantum & dicti patriarchę virtutibus antecelluerunt cæteros homines, quantóq; amore quæſierit, inuenerit, atque collegerit, ſicut ſcriptum eſt, En Domini Dei tui cœlum eſt, & cœli cœlorum, terra, & omnia, quæ in eis ſunt, & tamen patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & elegit eos, amauitque ſemen eorum poſt eos. (Deut. 10.) *Ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor.* Idolum Moabitarũ eſt *Beelphegor*, quem nos, teſte Diuo Hieronymo, priapum poſſumus appellare. Hoc autem completum eſt, quando ad conſilium Balaam miſſæ ſunt mulieres Madianitarum, quæ allicerent filios Iſrael ad libidinem, & ad adorandum Deum falſum eorum Beelphegor (Num. 25.) *Facti ſunt abominabiles ſicut ea, quæ dilexerunt*, hoc eſt, Tot habuerunt, & coluerunt idola, quot habuerunt mulieres, & vxores diuerſarum nationum. *Per ea enim, quæ dilexerunt*, fœminas intelligit, quibus ardentiſſimo amore fuerunt Iſraelitæ copulati. Intelligunt multi hæc, ab Iſrael dilecta, eſſe idola, quibus ſimiles facti ſunt Iudæi, iuxtà illud, Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis, vt iam non ſolum dicantur idololatræ, verum & idola. Cæterum prior explanatio mihi magis arridet. (Pſal. 134.)

*Ingratitudinis turpe vitium in Iſraele notatur.*

*Opinabatur Ethnica ſuperſtitio quod niſi Beelphegor Deu pudendũ ſiue Priapũ non propitiarent, annis abundantia nõ eueniret. lege Cal. li. 4. inſt. c. 6.*

Cæſte-

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem.*

*Qvid facietis in die ſolemni, in die feſtiuitatis Domini?* ¶ Timēdū eſt, tot irretiri peccatis, vt Deus non triſtis, ſed lætus, ac veluti diem ſolennem agat, puniat peccatorem. Voluit diluuio mundum perdere, & non ſecus atque ſi illud ſupplicium eum afficeret triſtitia, dolore cordis tactus intrinſecus, inquit, Delebo hominem, quem formaui. Et Ieremias, Si forte audiant, & conuertantur vnuſquiſque à via ſua mala, & pæniteat me mali, quod cogito facere eis. Verum extremum hominis peccantis malum eſt, cum non ſolum dolet Deus, verum de percuſſione gaudet. Sicut antea lætatus eſt, inquit Moſes, Dominus ſuper vos, bene vobis faciens, voſque multiplicans, ſic lætabitur diſperdens vos, atque ſubuertens, vt auferamini de terra, ad quam ingredieris poſſidendam. Et Ieremias, Sit homo ille, vt ſunt ciuitates, quas ſubuertit Dominus, & non pœnituit eum. Et apud Prouerbia, Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo vos, cum id, quod timebatis, aduenerit. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ decimæ quintæ poſt Pentecoſten, in hæc verba, Quam cum vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper illam. Quid hoc eſt, Domine? Nónne tu deducis ad inferos, & viuificas? Si ergo tu hunc adoleſcentem interfeciſti, qui auctor es vitæ, & mortis, cur veluti doleas, nunc miſericordia moueris ſuper matrem eius? Fortaſſis nō in tantum peccatorum barathrum inciderat, vt ob ea mereretur puniri à Domino, non ſecus atque ſi lætus eſſet, quemadmodum & Ephraim punit gaudens. Quadrat etiam in Euangelium Dominicæ decimæ poſt Pentecoſten, in hæc verba, Videns ciuitatem, fleuit ſuper illam. Ieſu bone, cur fles, puniturus Ieroſolymam? Nónne digna eſt ciuitas eo ſupplicio, & digna factis rependis? Ita eſt, verum non lætus punire vult, ſed triſtis ob viros pietate inſignes illius ciuitatis incolas, Dauid, Ioſiam, Samuelem, Eliſæum, &c. Eſt etiam hic locus aptiſſimus pro Dominica prima Aduentus, in hæc verba, His autem fieri incipientibus, leuate capita veſtra. Cur veluti gaudentes, & lætabundi capita læuabunt Apoſtoli in die extremi iudicij? Quoniam tunc puniet ſupernus iudex iniquus lætus, & veluti in die ſolemni, & die feſtiuitatis ſuæ.

*Gene. 6.*
*Iere. 26.*
*Deut. 28.*
*Ierem. 20.*
*Prou. 1.*

*Irridet Deus homines in interitū, calumniam & alia id genus timentes propter amorē gerū terrenarum, tū quod male ſibi conſcij male etiā ſibi metuant, non timēt autē quod maximè timere debent Deū ſcilicet.*

¶ *Ægyptus*



¶ *Ægyptus congregabit eos, Memphis ſepeliet eos.* Ecce quid attulit Ægyptiis commodi, tueri peccatores Iſraelitas, quòd Babylonij etiam ipſos Ægyptios tuentes Iſraelem vaſtauerūt. Caueamus ergo, ne opem, & auxilium feramus iniquis, ne Deus vna cum illis nos perdat. Solet enim Deus huiuſmodi auxiliatores punire acerbiſſime. Scient, inquit Deus, quia ego Dominus, cum dedero ignem in Ægypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius. Et apud Iſaiam, Dominus inclinabit manum ſuam, & corruet auxiliator, & cadet, qui præſtat auxilium, ſimulque omnes conſumentur. Quemadmodum ſi quis hominem è flumine velit eripere, quem tumentes ob ortam tempeſtatem fluctus inuoluunt, ingreſſus alueū fluminis, perit vna cum eo, qui in periculo erat conſtitutus, In eundem modum qui opem fert iniquis, perit vna cum ipſis iniquis, Audi, quid dicat Deus apud Ezechielem, Erumpere faciam ſpiritum tempeſtarum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandes in ira in conſumptionem. Et deſtruam parietem, quem liniſtis abſque temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet, & conſumetur in medio eius. Et complebo indignationem meam in pariete, & in his, qui liniunt eum abſque temperamento: dicamque vobis, Non eſt paries, & non ſunt, qui liniunt eum. Hactenus Ezechiel. Vides autem, quo pacto Deus, non ſolum de iniquis, verum & de his, qui illis auxilium præſtant, ſumere vindictam, inſtar imbris inundantis, qui vtroſque, peccatores videlicet, & eorum auxiliatores abſumit, & ſubmergit.

*Ezec. 30.*
*Iſa. 31.*

*Auxilium inimicis nec dare nec ab eis accipere oportet. Chryſ. homil. 1. ſuper. Matth.*

*Ezec. 13.*

¶ *Venerunt dies viſitationis, venerunt dies retributionis.* Eleganter vtrunq; coniungit, viſitationem videlicet, & retributionem vt diſcant iudices, quod eſt eorum munus, nempe rependere digna factis vnicuique. Atque ne puniant quēpiam, ante cauſæ eius cognitionē, obſerua frater mi, quem ordinem ſeruet, prius viſitat, quàm retribuat, quoniam ex viſitatione culpæ, æquum eſt, oriatur retributio pœnæ. Sic Sanctus Iob iudex cōſtitutus ante retributionē viſitatum ibat peccatores. Cauſam, inquit, quam neſciebā, diligentiſſime inueſtigabā, conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebā prædā. Ecce, æquiſſimus iudex prius cauſam inueſtigat, quàm malefactori irroget pœnā. Quemadmodū enim ignis vt accendatur, & ardeat, neceſſaria ligna ſunt, Sic, vt puniat iudex, debet præcedere culpa. Diſces etiam non ſatis eſſe, vt pœnam peccatori iudex infligat, audire culpam, eam videre, &

*Iob 29.*
*Simile.*

perſcrutari

perſcrutari oportet. Non enim inquit. Venerunt dies auditionis, ſed. Venerunt dies viſitationis. Neque inquit. Venit dies, ſed venerunt dies viſitationis, ac ſi neceſſum eſſet, non vnum tantum diem, ſed plures dies conſumere in peccati diſcuſſione. Non enim debent iudices eſſe præcipites in ferenda ſententia contra delinquentē, ſed mature in examinatione cauſæ procedere. Hinc non inquit. Venit nox, ſed dies viſitationis. Qui enim alium viſitat, clarā & veluti luce meridiana illuſtratā cognitionē cauſæ debet habere. Demū obſerua, quo pacto diebus viſitationis dies etiā iungat retributionis. Sunt nāq; nōnulli, qui multo ſecus faciunt, diei videlicet viſitationis vni coniungentes plures dies retributionis, atq; è contrario pluribus diebus viſitationis annectentes diē vnū duntaxat retributionis. Bone Deus quis æquo animo id ferre queat? Heu quoties exiguā culpā magna comitatur pœna. Quid hoc eſt, niſi diei viſitationis non rependere diē etiā retributionis, ſed dies? Inuenies etiā alios iudices hunc quoque peruertere ordinem. Nam pluribus diebus viſitationis diē tantum vnum retributionis rependunt, hoc eſt, magis criminibus ſatis modicas adhibēt pœnas diſcant igitur iſti, ſe non imitari cœleſtem iudicem, qui eadem & æqua lance vtrumq; examinat, diē ſcilicet viſitationis & retributionis, & vbi dies inuenit viſitationis, hoc eſt, peccata, quę plures dies poſtulant, vt viſitentur, dies etiā reddit retributionis, id eſt, culpis dignas rependit pœnas. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ octauæ poſt Penteceſten, in hæc verba, Habebat villicum, qui diffamatus eſt apud illum. Et vocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te? Ecce non venerūt huic villico iniquo ſolum dies auditionis, ſed dies viſitationis. Licet enim diffamatus eſſet apud dominum ſuum, non illum dominus condemnat, ſed prius viſitat. Quadrat etiam in Euang. Dñicæ viceſimæ primæ poſt Penteco. in hęc verba, Vocauit illum Dñs ſuus, & illi ſerui nequā &c. Ecce dñs puniturus hūc ſeruū, prius cauſam examinat, & nō eſt cōtētus, vt venirēt dies auditiōis cauſę eī, ſed dies veniūt viſitatiōis.

*Nihil enī magis cōtrariū eſt iudicio quā ſincim dicio per ſcribere aliquē. Demonſt. ad Ariſt. p.*

*Hic oſtenditur q fama præcedēte debet fieri inquiſitio criminum exacta de eo, qualiter quæquē do.*

¶ *Speculator Ephraim cum Deo meo propheta laqueus ruinæ factus eſt.* Ecce, quod ſit munus regum, & rectorum reipublicæ, eſſe ſpeculatores, qui cuncta proſpiciant, & homines ſibi ſubiectos agnoſcant. Hinc oculi vocantur in ſacris. Oculi eius, inquit Sponſa interrogata, qualis eſſet Sponſus, ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Quid oculos vocat Sponſi, dicat nobis



bis Diuus Anſelmus. Illi, inquit, qui ſubtili intuitu penetrant Scripturas, & aliis præuident, oculi ſunt, ſicut columbæ ſuper riuulos, & iuxta fluenta pleniſſima. Columbæ eſt natura nidificare iuxta aquam, vt ſe reficiat inde, & vt videat ibi vmbram milui, vel accipitris, vt poſſit effugere, ita qui alios gubernant, iuxta aquas id eſt, diuinas Scripturas immorantur, vt inde reficiantur, & inde non ſolum ſibi, verum & ſubditis præuideant ab inſidiis diaboli. Per riuulos autem accipimus minores doctrinas, vt expoſitiones, & ſermones ſanctorum, inquit ſanctus Anſelmus, ego vero etiam intelligerem leges humanas, ſacroſque canones, quibus populus eſt gubernandus. Qui merito riuuli dicuntur, quoniam ſi conferantur leges humanæ cum pelago Scripturæ ſacræ, ex quo lex diuina hauritur, exigui riuuli ſunt. Inde etiam manere debent, vt ſanctæ, & iuſtæ ſint. Atque ne quis exiſtimet, ſolum ad præſules, epiſcopos cæteroſque prę latos, & concionatos, ſpeculatores eſſe reipublicæ, attinere, excludendoſque principes ſæculares, audiat quid Dominus præcipiat regi. Poſtquàm, inquit, ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deutero. legis huius in in volumine accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit illud ſecum, egetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba, & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. Vellem, hoc aduerterent reges, & principes, qui neque iuxta riuulos ſunt, hoc eſt, ignorant leges, quibus populus ſibi traditus eſt regendus, & illa fluenta diuinæ legis vix vel ſummis labiis attingunt, nihil q; præter delitias, & diuitias curant. Demum non ſolum vocat principes columbas reſidentes iuxta riuulos, & fluenta, ſed addit. Quæ lacte ſunt lotæ, id eſt, candidæ. Quæ enim cādida ſunt, cum lacte componere ſolemus, vt obſeruēt principes, quanto debeant ornari virtutum candore. Quoniam igitur Ephraim non candida columba, ac reſidens iuxta diuinæ legis fluenta erat, ſed coruus nigerrimus, obſcuris videlicet moribus contaminatus, merito Deus conqueritur, laqueum ruinæ fuiſſe populo ſuo.

*Ridicula res eſt aut magis perculoſa, ſpeculator cœcus, doctor inſcius præcurſor claudus, præco mutus.*

¶ *Profunde peccauerunt.* Sine lachrymis dici nō poteſt, quàm ſtudioſè peccatores ſua perficiāt peccata, quamque ſtrenuos artifices ſe exhibeant, dum malum patrant. Vtinam, bone Deus, qui ſe exiſtimant vigilanter tibi inſeruire, vel parem ſolicitudinem impenderent.

¶ *Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael quaſi prima poma ficulnea in*

 caca

*caueruntt eius vidi patres eorum* Duo hic ſunt implicata. Alterum eſt, vbi dicat Deus, Iſraelem fuiſſe quaſi vuas, id eſt, ſibi gratiſſimum, non vtique in ciuitatibus, ſed in deſerto. Non ergo deſpicienda ſolitudo eſt, quando homines in deſerto vitam agentes, à Deo quæruntur, ſibique is fructus eſt gratiſſimus, & iocundiſſimus, Vbi, precor, legis factum eſſe verbum Domini ſuper Ioan. Baptiſtam? Vtique in dēſerto. Diſces etiam, quàm pauci ſunt viri iuſti iam pridem & ab orbe conditro. Nam ſicut in deſerto eſt penuria rerum omnium, vixq; fructum ſuauē reperies. Sic inquit Deus ſibi cōtigiſſe. Quod & apud Michæam teſtatur, dicens, Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, & non eſt botrus ad comedendum, præcoces ficus deſiderauit anima mea. Periit ſanctus dè terra, & rectus in hominibus non eſt. Time etiam, frater mi, qui non in deſerto, ſed velut in amœniſſimo horto, excultoque ſumma diligentia, conſitus es, in aliqua nempe regione, vel ciuitate, vbi non deſunt agricolæ tuam conſcientiam excolentes, concionatores videlicet & alij viri pij, ſi non gratum fructum Deo reddas, ſed acerbiſſimum, iuxta illud, Vua fellis vua eorum, & botrus amariſſimus.

*Tam rari ſunt viri pij in quibus delecte tur Deus quam ſunt vuæ in deſerto & præcoces ficus in cacuminibus ficulnearum.*

*Michea. 7*

¶ *Facti ſunt abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerunt.* Aperiamus oculos mentis, vt videamus, vbi nam reponimus amorē, & dilectionem noſtram. Si enim iniquos diliximus, facile eius mores imbibemus. Diſces etiam periculoſum eſſe, cum iniqua fœmina contrahere matrimonium. Quia enim Iſraelitæ fœminas peccatis contaminatas duxerunt vxores, & ipſi etiam ſunt contaminati.

*Periculoſa matrimonia cū iniquis mulieribus.*

¶ *Ephraim quaſi auis auolauit, gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu. Quod etſi enutrierint filios ſuos, abſque liberis eos faciam in hominibus, ſed & væ eis, cum receſſero ab eis. Ephraim vt vidit, Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios ſuos. Da eis, Domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exoſos habui eos: propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos: non addā, vt diligam eos omnes principes eorum recedentes. Percuſſus eſt Ephraim, radix eorum exſiccata eſt, fructum nequaquam facient. Quod & ſi genuerint, interficiam amantiſſima vteri eorum. Abiiciet eos Dominus Deus meus, quia non audierunt eum, & erūt vagi in nationibus.*

¶ *Ephraim, quaſi auis auolauit, gloria eorū à partu, & ab vtero, & à cōceptu.* Per Ephraim decē tribus intelligit, & qd hac auis collatione ſignificet, non eſt omnino certum apud expoſitores,

atque



atque hinc variè explanatur. Theoph. exiſtimat ſignificari, decem tribus celeriter defeciſſe à Deo, vel celeriter eſſe ad captiuitatem adducendas. Hanc ſecundam explanationē, quod videlicet Ephraim auolet in captiuitatem, & de ſuo recedat loco, amplectuntur omnes fere expoſitores. Diuus Hieronymus, Thodoretus, Lyranus, Haymo, & Carthuſianus, & alij. Hi omnes velut vno ore fatentur Ephraim auem appellari, vt velocem eius in Babylonem tranſitum demonſtraret. Alij hunc loquendi tropum dicunt eſſe Hebraiſmum, eaque ſignificari filios Ephraim cito fore morituros, cumprimum videlicet prodierint in lucem, aut abortient, vel quod vxores eorum non retinebunt ſemen. *Gloriam autem huius populi inquit eſſe à partu, & ab vtero, & à conceptu,* quoniam quòd in multitudine gloriabatur filiorum, & exercituum, & eo ſe maiorem arbitratus eſt Iuda, fratre ſuo, quia ipſe decem tribubus ille duabus præfuit. *Quod etſi enutrierint filios ſuos, abſque liberis eos faciam in hominibus.* Subobſcurus eſt locus, ſed paucis enodabimus. Significat, ſi qui filij Ephraim videantur ſuperſtites & incolumes exiſtere, poſtquam illos parentes educauerint nequaquam diu victuros, ſed veluti in flore rapiendos, ita vt non attingant ætatem virilem. Hunc eſſe germanum ſenſum huius loci, docent Thophylactus, & Paraphraſtes Chaldæus habens pro, *quod ſi enutrierint filios, abſque liberis eos faciam.* Nam etiam ſi enutrierint filios ſuos, orbabo eos, ne in viros euadant. *Sed & væ eis: cum receſſi ab eis.* Nimis acerbum eſt auferre filios à parentibus, eſt veruntamen multo acerbius Dominum ab illis recedere. Tunc enim quid ſuper eſt, niſi extrema calamitas? Hinc optimè quidam *væ iſtud* dicunt eſſe Dei maledictionem, pro quo etium *væ* nō inepte vertit Theophilactus *Hinc ipſis dolor, & calamitas eueniet. Ephraim, vt vidit, Tyrus erat fundata in pulchritudine.* Tyrus ciuitas erat nobilis, & multarum diuitiarum, in medio maris ſita, & dicebatur emporium, eo quòd omnes ibi inuenirentur diuitiæ ad emēdum, pluriſque ciuibus abundabat. Quia propter Ephraim, id eſt, decem tribus ſuperbientes in multitudine diuitiarum, & populorum ſimilem ſe Tyro putauit ad extremum videlicet honoris, & decoris apicem euectus, nec non & diuitiarum cumulū. Et eſt ſenſus, Tā pulcher erat Ephraim, qui nunc deſertus eſt, & ſic vallabatur Dei auxilio, vt Tyrus, quæ mari cingitur, & procellas, ac turbines ventorum contemnit. Ac ſi apertius dicat, Ephraim, qui fuit in altiſſimo otio, & pace ſumma, affligetur bellis propter idololatriam. *Ephraim*

*Tyrus antīquiſſimæ ciuitas cui Seuer⁹ Romanorum Imperator ob egregiā in republicā Romanorum fidē ius Italicū dedit quod non niſi pauciſſimis & bene mertis cōcedebatur in hac requieſcit corpus Origenis vt Eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria.*



*educet*

*educet ad interfectorē filios ſuos.* Multi intelligunt,interfectorē i-
ſtum eſſe Azaelem regem Syriæ,qui Samariam longo tempo
re obſedit,quouſque,fame cogente, ad eum exirent,arbi-
*1.Re. 10.* trantes ſibi vtilius cum gladio ſubito petire, quàm longa
inedia. *Omnes nequitiæ eorum in Galgal.* In Galgal Saul vnctus
*Ioſue. 5.* eſt in regē,Samuele irā Dei populo nunciante,legimus præ-
terea quod in Galgal populus Iſrael ſecundò fuerit circun-
ciſus,vbi etiā poſtea,quaſi cauſa religionis primū cœperūt
*Bethel domus Dei à qua eiicitur Idololatriæ deditus populus.* colere idola,in quorum cultu omnibus ſe ſceleribus conta-
minarunt. *De domo mea eiiciam eos.* Diuus Hieronymus,quem
multi ſequūtur,ait,domū,è qua eiiciendus ſit Ephraim, eſſe
Bethel,nā hæc vox Bethel interpretatur domus Dei.Theo-
phylactus verò hanc Dei domum eſſe Palæſtinā putat, quā
pro domo habuit Ephraim à Deo ſibi traditam, vel templū
Dei,quod Ieroſolymis erat exſtructum.Significat autem,a-
lio Ephraim eſſe transferendum. *Radix illorum exiccata eſt,fru-
ctum nequaquā facient.* Metaphorā ſumit ab arbore,cuius ſi ra
dices aruerint,fuctū ferre nō poterit,& ſi paululū fecerit,ſta
tim in ipſo flore ſiccabitur. Dicit autē de Ephraim, cuis ra-
dix aruit,quia Deū,in quo fundatus fuerat perdidit,ſiue pa-
tres ſuos Abrahā,Iſaac,& Iacob,in quibus radicem miſerat
habere non meruit,& propterea fructum iuſtitiæ non faciet,
quod & ſi fecerint,interficiam,inquit, *amantiſſima vteri eorum,*
hoc eſt,chariſſimos liberos,iuxta id quod dixerat,Si enutrie
rint filios ſuos abſque liberis eos faciam in hominibus.

## *Obſeruationes ſpectantes ad componendos mores.*

EPHRAIM *quaſi auis auolauit.*
¶Eleganter oculis Ephraim ſubiicit cōtem-
plandam celerē eius punitionem. Nihil namq;
nocentius peccatoribus, quàm credere procul
à ſe ſupplicium eſſe,cum peccant. Vtinam in a-
nimum inducerent iam imminere,& ad fores eſſe vindicē
vt maleactorum pœniteret eos,& gradū reuocarent à pecca
tis. Id enim maximè quærit Deus,dum ſe vocat velocem pu
nitorē. Ecce venio cito,inquit Deus in Apocalypſi,& merces
*Apoc. vlt.* mea mecum eſt reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Et
*Hebr. 10.* Apoſtolus,Adhuc modicum aliquantulumque qui venturus
*Iſa. 5.* eſt,veniet & non tardabit. Et Iſaias,Ecce feſtinus velociter
*Ierem. 48* veniet. Et Ieremias,Prope eſt interitus Moab,& malum eius
velo-



velociter occurret. Atque Habacuc,Ecce,ego ſuſcitabo Chal
dæos,gentem amaram,& velocem. Horribilis, & terribilis
eſt,leuiores,pardis equi eius,& velociores lupis veſpertinis,
volabant,quaſi aquila feſtinans ad comedendum. Sed hoc
non ſibi ſuadent homines impij,de quibus inquit Iſaias,Su-
bito,dum non ſperatur,veniet contritio eius. Et Sapiens. Vo *Iſai. 10.*
caui,& renuiſtis,extendi manum meam,& non fuit, qui aſ- *Prou. 1.*
piceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum,& increpationes
meas neglexiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo, &
ſubſannabo,cū vobis id eſt quod timebatis aduenerit,cum
irruerit repentina calamitas,& interitus,quaſi tempeſtas in *Theſ. 5.*
gruerit quando venerit ſuper vos tribulatio,& anguſtia. At
que Apoſtolus inquit,De temporibus autem, & momentis,
fratres non indigetis,vt ſcribamus vobis. Ipſe enim diligen
ter ſcitis,quia dies Domini ſicut fur in nocte,ita veniet: cū *Iob. 38.*
enim dixerint,pax,& ſecuritas,tunc repentinus eis ſuperue- *Gallus vi-*
niet interitus. Vos autem,fratres nō eſtis in tenebris vt vos *gilantiæ*
dies ille,tanquam fur,comprehendat. Ecce, diſcrimen aſſi *ſymbolum*
gnat Apoſtolus inter viros iuſtos,& iniquos,quòd iuſti ſem *Sunt præ-*
per parati ſunt,non fidentes temporis logitudini,iniqui ve- *ter a quibus*
ro longe à ſe eſſe iudicent putantes in vtranque aurem dor *doctores*
miunt. Quis dedit inquit Deus Iob,gallo intelligentiā? vel *ſacros hiero*
quis poſuit in viſceribus hominis ſapientia? Optimè intelli- *gliphice,per*
gentiam galli coniungit cum ſapientia. Nam certe ij maxi- *Gallum*
mè homines ſapientiam diſcunt,qui gallos imitātur. Quæ *velint intel*
quidem aues noctu cātare ſolent,atque hinc antiqui ſigni- *ligi propte-*
ficaturi homines vigilantes gallum pingebant,neque aliud *rea quod*
præſtantius inuenerunt vigilantiæ ſymbolum , quippe qui *illi inter*
ſingulis horis nocturnis cantet. Hi igitur homines vere di- *preſentes*
gni ſunt nomine ſapientum,qui velut galli, in nocte huius *vitæ tene-*
vitæ non dormiunt,ſed vigilant expectantes aduētum Do- *bras ventu*
mini,dicentes cum Apoſtolo Dominus prope eſt. Ait itaque *ram lucē*
Deus,quis dedit gallo intelligentiā? velut admirāda ſit eius *quaſi can*
cantus fortitudo,fugat enim leonem , qui vocem cantantis *tādo pro-*
galli ferre nō poteſt,quin fugiens,terga vertat. In eundem *nuncient.*
modū leo ille,de quo inquit Apoſtolus vigilate,quia aduerſarius *Philip. 4.*
veſter diabolus, tāquā leo rugiens circuit quærēs,quē deuo- *Plinius li.*
ret homines vigilantes non aggreditur. Vnde idem eſt dice- *8.c.16.*
re,Fratres,vigilate,quia diabolus eſt tanquam leo rugiens, *1.Pet.5.*
ac ſi apertius dicat,Date operam,fratres, vt ſitis galli diuini
in Eccleſia,vt à vobis fugeat leo inferni,deterrent enim il-
lum homines vigiles. Quadrat obſeruatio in Euangelium

pro Cōfeſſoribus, in hæc verba, beati ſerui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Cur Dñe ſunt ſerui vigilaturi? Quoniam cito venire ſolet Dominus, non ſero, vt putant iniqui. Et quo pacto ſunt vigilaturi? Vt galli optimi, qui enim ſic vigilant, ſapientes ſunt.

¶*Ephraim quaſi auis, auolauit gloria eorum.* Si in hūc modum legas, ita vt ſenſus ſit, non diu duraturam gloriam Iſrael, ſed
*Iob.20.* cito, inſtar volantis auis ab eo aufugituram, duo hinc diſces
Alterum eſt, gloriam impiorū diu ſtare non poſſe. Hoc ſcio
à principio, dicitur apud Iob, ex quo poſitus eſt homo ſuper
terram, quòd laus impiorum breuis ſit, & gaudiū hypocri-
*Simile.* tæ ad inſtar puncti. Si aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia
*Inanis hominū gloria velut nix ſterquilinij quæ radiis ſolaribus effuſa fœditatem detegit.* eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderint, dicent Vbi eſt; Optimè gloriam impiorum cōponit cum nubibus, & ſtercore. Quemadmodum enim nonnunquā nubes ſterquiliniū niue tegunt, ſplendidūq; reddūt cādore, niuis deſcendentis de cœlo, cæterum exiguo temporis ſpatio vel imber, vel radij ſolis niuem in aquam vertentes detegunt vertentem ſtercoris fœditatē In eundē modum quāuis impij fulgere videantur, bonis aucti tēporariis, is gloriæ nitor cito diſparet, & auolat. Et quem
*Pſal.36.* admodum corpus vmbra nō diu comoratur, ſed vno die vna cum occidente ſole corpus derelinquit, Sic gloria mundi fallax, eſt, neque diu hominem ſequitur peccatorem. Inimici
*Pſal.72.* Domini mox, vt honorificati fuerint, & exaltati deficientes quemadmodum fumus deficiēt, ait Dauid. Egregia certè ſimilitudine depingit quàm fluxa ſit impiorum proſperitas, Regius Pſaltes componens eam cum fumo. Fumus enim & hominem concitat ad fletum, & quando altius leuatur, tan-
*Daniel.4* to citius euaneſcit, Ita & iniquorū gradus quanto altior eſt, tanto grauior eſt caſus, qui & fundere lachrymas miſeros peccatores ob deiectionē cogit. Hinc rurſus inquit, Eiecisti
*Iudit.13.* eos dum eleuarentur, id eſt dum exaltati ſunt impij, & ſemper magis ac magis eleuare conantur, tu Domine eos mox ab ea gloria, & fœlicitate deiicies in extremas miſerias. Sic Nabuchodonoſor, dum ſe ſuperbe eleuat, à conſortio hominum
*2.Mac.9* eiectus eſt. Sic & Holofernes ſe contra Deum extollens manu fœminę corruit. Sic & impius Antiochus contra Deū ſe offerens, de curru ſuo cecidit, & abominabilis omnibus factus, eſt. Quid plura? Nonne Herodes veſtitus veſte regia, quia ſe magnifice exaltauit, confeſtim percuſſus eſt ab angelo, quod non dediſſet honorē Deo, & cōſumptus à vermibus expi-



raui? Diſcant igitur homines ad gloriæ apicem euecti, *Actor.12*
fugere ſuperbiam, ſe non contaminare peccatis, ſi ſtabilem *Apoc.4.d*
cupiunt reddere ſui honoris, & gloriæ ſplendorem. Non enim aliud ſunt peccata, quàm ſcala, perquā à culmine glorię homo deſcendere cogitur. Et quemadmodum ſeniores illi viginti quatuor procidebāt ante thronum Dei, & adorabāt viuentem in ſęcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicētes, Dignus es, Domine accipere gloriam & honorē, In eundem modum Deo ſuo ſeruire ſtudeant, coronaſq; illas gloriæ, & fælicitatis ſubmittentes ſe ad pedes omnipotentis Dei deiiciant. Nam ſi ſecus fecerint & impie vixerint, timeant, ne ad extremam pulſi miſeriam, dicant illud Iob, Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronā de capite meo, deſtruxit me vndique, & pereo, &c. Quadrat obſeruatio in Euangeliū pro Feſto Viſitationis Diuæ Virginis, in hæc verba, Depoſuit potentes de ſede. Quo pacto deponere ſolet Deus, aut quas ob cauſas homines potentes de faſtigio honoris? Certus ſum, reſpondebis, citiſſime, & ob eorum peccata. Sic & gloria Ephraim, quaſi auis auolauit, quoniam ſe peccatis implicauit.
*Peccata ſunt ſcalæ quibus homines è ſolio fœlicitatis ad miſera barathra deſcendunt.*
*Iob.19.*

¶*Si nutrierint filios, abſque liberis eos faciam in hominibus.* In pœnam parentum plectuntur filii pro parentibus. Tria ergo hic inuenies implicata. Primū, ecce quantū malū ſit peccatū ſiquidem non ſolum auctores, & patratores eius puniuntur, verum & eorum filij. Quemadmodum nonnulli morbi cōtagio inficiunt homines bibentes, aut comedentes cū hominibus laborantibus ea ægritudine, vt contingere videmus his qui neceſſitudinem habent cū infectis morbo Gallico, * In eundē modum peccatū adeo peſtiferum eſt, vt pœnam non ſolum infligat auctori, verum & auctoris illius poſteris. Hinc optime decernit D. Thomas filios iure optimo puniri pro peccatis parentum. Sic pro peccatis Ægyptiorum pereunt eorum primogeniti. Sed hoc iam à nobis eſt obſeruatū. Secundum, Si pro peccatis Ephraim orbat eum filiis Deus, cū nihil parentes filiis habeant charius, & in hoc ſtudium incūbant, vt filij ſint incolumes, & viuant, ecce quid maximè debeant facere parentes, ne ab illis filios auferat, vitā nempe agere inculpatam. Viris nāque piis, & iuſtis ſolet Deus cōcedere ſobolem, iniquis autem non item. Eſt enim firmamentum vitæ filiorum integritas malorum paternorum. Carebat Abraham numeroſa prole, & cum tantum vnicum filium Iſaac haberet, quia illum, Deo præcipiente, occidere voluit,
** Morbus Gallicus ignotus fuit ante expeditionem Neapolitanam ſub carolo 8. Gall. rege, quandoque Neapolitana Indica aut Hiſpanica ſcabies dicitur & inter cōtagioſos affectus princeps.*

voluit, in Dei ob ſequium, illi Dominus pollicetur ampliſſi-
mam ſobolem. Quia feciſti rem hanc, inquit Deus, multipli-
*Exod. 23.* cabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli. Moſes etiam filiis Iſrael
inquit, Si audieris vocem Dei, & feceris omnia, quæ loquor,
*Deut. 33.* non erit infœcunda, neq; ſterilis in terra tua. Atq; benedicēs
*Gene. 24.* Aſer, filios illi imprecatur. Benedict⁹, inquit, in filiis Aſer Co-
gnati etiã Rebeccę, Soror noſtra es, creſcas in mille millia, &
poſſideat ſemen tuum portas inimicorum tuorum. Contra
*Iob 15.* vero de iniquis dicitur apud Iob, Lædetur quaſi vinea ĩ pri-
mo flore botrus eius, & quaſi oliua proiiciens florem ſuum.
Congregatio enim hypocritæ ſterilis Per vineam enim, & o-
liuam quid intelligit, niſi homines impios? Per botros vero
quid, niſi filios, & per florē, quid niſi pueros, & infantes? Hos
omnes filios auferendos inquit à parentibus iniquis. Quod
ſi, vt nonnunquam contigere videmus, Deus in flore colli-
gat filios, non propter peccata commiſſa, fortaſſis propter
committenda aufert, propter, inquam, committenda, vel à pa
*Simile.* rentibus, vel à filiis. Quemadmodum enim bonus agricola,
ſi agnouerit fructum putreſcendum, vel cuipiam nociturum,
in flore carpere ſolet, quod tunc ſaltem iucundum exhalat
odorem, In eundem modum Deus ex parentibus, veluti ex
arboribus ſatis in horto Eccleſiæ ſolet colligere filios in flo
re, agnoſcit enim, ſi vixerint, & ſibi, & aliis nocumentum il-
laturos. Quadrat obſeruatio in Euãgelium Dominicæ quĩ-
tæ poſt Pentecoſten, in hæc verba, Ecce defunctus efferreba-
tur, filius vnicus matris ſuæ. Cur defunctus iſte in flore ado
leſcentiæ, raptus eſt? Fortaſſis vel, ob parentum peccata, vel,
*Sap. 4.* ne malitia mutaret intellectum, Audi enim, præterea, quæ di
cta ſunt, quid Sapiens dicat, Multigena impiorum multitu-
do non erit vtilis, & ſpuria vitulamina non dabunt radices
altas, nec ſtabile fundamentum collocabunt. Et ſi in ramis
in tempore germinauerint: infirmiter poſita à vento com-
mouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur. Con-
*Filij ini-* fringentur enim rami incõſummati, & fructus illorum inu-
*quitatis* tiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ex ini-
*patrum* quis enim omnes filij, qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitię ad-
*hæredes.* uerſus parentes in interrogatione ſua. Hactenus Sapiens, at-
que poſt pauca, Placens Deo factus dilectus, & viuens inter
peccatores tranſlatus eſt, raptus eſt, ne malitia mutaret intel
lectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.

¶ *Væ eis, cum receſſero ab eis.* Multa infligeras, Domine, Iſraeli
mala, auferendos nempe filios dixiſti, & diuitias, relegan-
dos



dos à propria patria, ſepeliendos denique, & interficien-
dos in terra Ægypti, quid vltra facere poteris? quę nocen-
tiora incommoda inferre? Dicis enim, *Væ eis, cum receſſero ab eis.*
Docet Deus, quod ſit extremum peccatoris malum, non vti-
que variis tormentis affici, non rapere chariſſimos filios,
non, opes auferre, non, denique ipſam vitam. Hæc namque
omnia vmbra ſunt malorum, non vera mala. Non rece-
dat à me Deus, flagellet, excruciet, cuncta, alia auferat
bona, ſatis diues ſum, ſi mecum Dominus Deus meus ſit.
Contra vero, ſi receſſerit à me, Væ mihi. Quemadmodum *Simile.*
nihil cadauere deformius, & miſerius, quia corpus deſeruit
animal. Sic nihil dignius miſeratione, nihil fœdius, & cala-
mitoſius homine derelicto à Deo. Eſt enim Deus vera animi
vita. Igitur ſi Deus abſit ab homine, quid erit, niſi cadauer
fœtidum, horribile, atque miſerandum ſpectaculum? Tu
dicis, quia diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & *Apoc. 3.*
neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, &
nudus. Quid homine tot malis vallato miſerabilius, & deſ-
pectius? Vtique adeo contemnenda res eſt iuxta mundi opi- *Pauperiem*
nionem paupertas, vt homines, ne ſecum ſit, & à ſe repelle- *omnes fu-*
re poſſint, currant ad extremos Indos, vagentur, inuiſant lo- *giunt quæ*
ca extera, & gentes incognitas adeant, mutent merces, rum- *nil habet*
pant ſomnum, non parcant labori, omnia quantũuis grauia *in ſe duri⁹*
reputatione lucri iudicant leuia, maris ſe periculis obiiciant, *quã quod*
& nihil non faciant. Sed ſi alia mala, nempe miſerum eſſe, & *homines ri*
miſerabilem, cæcum, & nudum, quid erit homo, niſi ipſum *diculos fa*
miſeriarum, & calamitatum pelagus, & ſpectaculum? Et qui *cit.*
in tantum malorum incidit gurgitem? Certe, quem Deus de *Iere. 2.*
derelinquit, Scito, & vide, inquit apud Ieremiam, quia malũ
eſt, & amarum reliquiſſe te Dominũ Deum tuum. Agnouit *Geneſ. 4.*
impius ille Cainus extremũ malum eſſe, Deum nõ eſſe cum
homine, atque hic dicebat Deo, Ecce eiicis me hodie, & à fa- *Nihil gra*
cie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra: omnis *uius homi*
igitur, qui inuenerit me, occidet me. Prudenter agnoſcit Ca *ni contin-*
inus, nihil ſibi nocētius poſſe cõtingere, quã ſe videre à Deo *gere poteſt*
derelictũ, hĩc inquit? Si tu me deiicis, quo quieſcere potero: Sē *quam à*
per heu me miſerũ ero profugus, non in hac, aut illa terra *Deo ſuo*
ſecurus ero, ſed timebo, ne me deglutiat, quinimo quomodo *derelin-*
me poterit ſuſtinere? Neque vn⁹, aut alter me interficiet, ſed *qui.*
omnis, qui inuenerit me. Irato .n. rege cõtra me, quis famul⁹ *1. Re. 28.*
eius nõ ſe exhibebit mihi inimicũ? quis mei miſerebitur? Ro *& c. 16.*
gat Saul Samuelem, vt ſibi reſpõdeat, & inquit Samuel, Quid

me interrogas,cum Dominus receſſerit à te, & tranſierit ad æmulum tuũ?Ac rurſum,Spiritus Domini receſſit à Saul,& exagitabat eum ſpiritus nequam Heu quã plenum eſt miſeriis.Dñm ab homine recedere,quid enim aliud homo inueniet intra ſe,quam ſpiritũ nequã miſere & acerbe torquentẽ, & exagitantem?Quadrat obſeruatio in Euangeliũ pro Mandato,in hæc verba,Si nõ lauero te,non habebis partem mecũ.Quid reſpondes ad comminationem iſtam,Petre?Domine non ſolum pedes , ſed & manus,& caput. Quid namque mihi triſtius,& nocentius contingere poteſt,quàm quod me deſeras,& derelinquas,tecumq́ue nullam habeã partẽ?Quadrat etiam in Euangelium pro Martyribus tempore Paſchali,in hæc verba,Si quis in me non mãſerit,mittetur foras,ſicut palmes,& areſcet.O extremã miſeriarum miſeriam ab illa diuina vite ſeparari,quod malũ huic palmiti deeſt? Certe de iſtis dicere poſſumus dictum à Domino,*Væ eis,cum receſſero ab eis*. Aptari etiam poteſt Euangelio Dominicæ primæ Aduentus,in hæc verba,Tunc videbunt filium hominis venientem cũ poteſtate magna.Quę eſt magna poteſtas iudicis cœleſtis?Talis eſt,ac tanta , vt nihil ſolatij relinquatur miſeris damnatis.Si enim inter ipſas inferni pœnas Deus ab illis nõ recederet, tolerabiles eſſent pœnæ,cæterum væ eis cum Dominus receſſerit ab eis.Hinc & apud Ieremiam inquit Deus, Sicut ventus vrens diſpergam eum coram inimico,dorſum, & non faciem oſtendam eis in die perditionis eorum.

Iere.18.

*In iſtis Paganorũ ſacris oẽs nequitiæ exercebantur vltra enim Idolatriam admittebãtur crimina nephãda vt Sodomia cũ Cynedis,et forte inceſtus cum ſãnguineis proferebãtur etiam ſpurciſſima verba vt retulit Lactantius & cælius lib.4. cap.6.*

¶*Omnes nequitiæ eorum in Galgal,quia ibi exoſos habui eos propter malitiam adinuẽtionum eorũ*.Cur,bone Deus,noſtris oculis ſubiicis cõtemplandum locum , vbi peccauit Iſrael? Peccatum cõſidera,vt punias,ſiue Ieroſolymis peccẽt, ſiue in quauis alia ciuitate,parũ refert.Imo multũ Duo docet Deus,alterum eſt,reiterare peccatũ eſſe periculoſum,atque huiuſmodi reiterationem dignã eſſe acerbiori ſupplicio. Peccauerat Iſrael in Galgal iterum , atque iterum , ibi enim regem petierant, Samuele iram Dei ob eam rem populo nuntiante,ibi etiam primum cœperunt colere idola, nunc tertio peccaſſe conſiderat , vt digniores eſſe ſupplicio oſtendat. Obſerua etiam loquẽdi modũ,nõ enim inquit,ibi puniã eos, ſed,*ibi exoſos habui eos*.Duo ergo hinc colligens,& iterationem peccati excitare Deum tuum,vt te exoſum habeat , & periculoſum eſſe in eo loco manere,vbi peccaueras.Quoties fueris enim ibi, timendũ eſt,ne Deo ſis exoſus.Monerẽ ego peccatorẽ,poſtquã in aliquo loco peccauerit,vt alio diuertat,neque rurſum ad



illum locum redire velit, ne forte audiat à Deo ſuo , Hic exoſum te habeo,& ſeuere punio.Qemadmodũ enim quoties homo videt locum,in quo iniuria eſt affectus, hominemque ibi eſſe,qui iniuriam intulerat, excitatur ad ſumendam vindictam,dicens,In hoc loco accedi , & in eo etiam rependam,& referam iniuriam , Sic Deus peccatorẽ inueniens in eo loco,in quo prius peccauerat,cõmouetur,vt ſumat de illo vindictam.Alterum hic implicatũ eſt,fugiendum eſſe,in eo loco peccare,vbi Deo tuo inſeruieras,aut in aliquam piã actionem incubueras.Fuerat populus Iſrael in Galgal circuncirciſus,nunc illud peccato contaminari dolet Dominus,Quẽadmodum qui pulchram imaginem luto cõſpurcat, aut qui thecam rei pretioſiſſimę cœno , & ſtercore poſtea impleret, eſſet reprehẽdẽdus,dignuſque ſupplicio, In eundẽ modum, qui locum,in quo Deum coluerat,cum fuerit theca pretioſi cultus,peccati obſcœnitate fœdat , merito eſt puniendus,& obiurgandus.Hinc Aſſertor noſter eiicit de templo vendentes,& ementes,&c.

*Simile.*

*Deus memor loci in quo eũ offendimꝰ nos in eodẽ punit.*

*Simile.*

¶*Propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eijciam eos*. Ecce , bonus Dominus , in domo ſua iniquos famulos non fert,ſed è domo ſua illos eiicit .Sic Dauid eiiciebat,ait quippe,Oculi mei ad fideles,terræ,vt ſedeãt mecũ , ambulans in via immaculata,hic mihi miniſtrabat,nõ habitabit in medio domus meæ,qui facit ſuperbiam.Audi etiam,quid de famulo Moſis dicat Scriptura , Ioſue filius Nun , miniſter Moyſi, electus ex pluribus.Ecce Moſes non quẽuis habebat famulum,ſed è multis elegit.Interrogatur Sponſa,qualis ſit dilectus eius,& reſpondet,Crura illius columnæ , quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. De corpore Chriſti myſtico ſermo eſt , vt optime obſeruat Diuus Anſelmus Per crura autem quid intelligimus,niſi extrema corporis myſtici membra,famulos videlicet,& ſeruos;Qui merito pedes dicuntur, quia ſicut totius corporis pondus ſuſtinent pedes , ſic famuli pedes ſunt dominorum, quibus ad omnia tendunt , totaq́; rei familiaris opera,& moles iis ſuſtinet.Vnde apud Onirocritas pedes depicti ſeruorũ indicia ſunt.Obſeruarem , qualia dicat Spõſa eſſe crura Spõſi ſui,Vt colũnę marmoreę,quę fũdatæ ſunt,non vtique ſuper lutum,aut cœnum vitiorum,& peccatorum,ſed ſuper baſes aureas, id eſt,Apoſtolos,& prophetas,vt explanat Diuus Anſelmus,qui aurei ſunt quia pleni charitate,& ſapientia.Aurum enim charitatem,& ſapientiam adumbrat.Significat autem,famulos,& ſeruos non eſſe pecca-

*Pſal. 100.*

*Num.11.*

*Cant 5.*

peccatis implicatos, ſed motibus candidis ornatos, agereq; vitam iuxta doctrinam Apoſtolorum, & ſanctarum Scripturarum. Et quæ eſt hæc ſeruis tradita ab Apoſtolis, & Scripturis doctrina? Reſpondeat D. Paulus. Serui obedite, inquit, dominis carnalibus cum timore, & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: nõ ad oculũ ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatẽ Dei ex animo, cũ bona voluntate ſeruientes, ſicut Dño, & non hominibus. Multa, eaq; omnia optima docet Apoſtolus hic ſeruos, ſpectantia ad morũ inſtitutionem. Primò vt ſeruiant cum timore, & tremore Domini. Secũdò in ſimplicitate cordis. Tertiò, ſicut Chriſto, cui tunc quis inſeruit, cum vitæ ſeruat puritatẽ. Quartò facientes voluntatẽ Dei ex animo. Hi ſunt pulcherrimi pedes, quos Sponſa laudat. Sine lachrymis dici nõ poteſt, inuenies nonnullos dominos, vtinam autem & pauci eſſent, ſimiles ſtatuæ, quam videbat rex Nabuchodonoſor, cuius caput quamuis aureũ erat, pectus, & brachia argentea, tandem pedes fictiles erant. Cum enim ipſi pie, & iuſte ſuã vitam inſtituant, ſeruos habent moribus corruptos. Huiuſmodi ſeruos habebat rex ille Abimelech, qui cum Abrahamũ honoraſſet, quod agnoſceret cum eo eſſe Deum, quod diuini timoris, & pietatis indiciũ eſt, ſeruos tamen habebat impios & ſceleratos, quamobrem ſanctus patriarcha cum increpat propter puteum aquæ, quem vi abſtulerãt ſerui eius Ac ſi apertius diceret ſanctus vir, Tu culpandus es, & obiurgandus, quod ſeruos habeas iniquos, & non è domo tua illos eiicias. Excuſat ſe tamẽ Abimelech dicens, Neſciui quis fecerit hanc rem, ſed & tu nõ indicaſti mihi, & ego non audiui præter hodie. O inanẽ & reprehendẽdã criminis purgationem. Dic, bone rex cur non reſpondes, Ego diligenter inquirã, quis è famulis meis id facinus patrauerit, puniam, & de domo mea eiiciã? Hæc multo melior eſſet reſponſio, quam ignorationem malefactoris prætexere. Timeãt tamen huiuſmodi domini, nam quemadmodum lapis ille abſciſſus de monte abſque manibus percuſſit pedes fictiles ſtatuæ Nabuchodonoſor, & vna cum illis tota ſtatua contrita eſt, Sic Deus nõ ſolum percutere ſolet ſeruos ob eorũ crimina, verum & ipſos dominos, quod diſſimulauerint, & ſecũ habuerint. Sicut enim ob ſeruos iuſtos Deus dominis ſolet multa conferre beneficia; vt nobis exẽplo ſunt, domus Ægyptij ad ingreſſum Ioſeph multis aucta diuitiis, & domus Laban, cuius ſubſtãtia creuit, quia illi inſeruierat Iacob; Sic & propter impios

*Ephe. 6.*

*Nõ eſt vlla poſſeſſio homini in vita iucundior quã beneuolum timidũ, & morigeratum famulũ ſibi adipiſci. Men. apud Stobæum.*

*Dante. 2.*

*Gene. 21.*

*Singulare omnibus œconomiæ præfectis conſilium vt ſibi famulo eligant moribus & virtute candidos ne domus infœlicibus auſpiciis turbetur.*

*Gene. 39.*

*Gene. 31.*



impios ſeruos flagellare ſolet Deus eorũ dominos. Sicut rex Syriæ ſeruum Naaman miſit Ieroſolymã ſtudens, vt à lepra mundaretur, Sic domini debent dare operam, vt eorum famuli nõ laborent lepra vitiorum. Quadrat obſeruatio in Euangelium feriæ 4. poſt Domi. 3. Quadr. in hæc verba, Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Si iuſta eſſet accuſatio, recte crimen ſeruorum retorſiſſent in dominum. Non enim decet dominum ſeruos habere impios & iniquos.

# CAPVT DECIMVM.

*VITIS frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei, ſecundum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria, iuxta hubertatem terræ ſuæ exhuberauit ſimulachris. Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt, ipſe confringet ſimulachra eorum, depopulabitur ars eorum. Quia nunc dicent, Non eſt rex nobis, non enim timemus Dominum, & rex quid faciet nobis? Loquimini verba viſionis inutilis, & ferietis fœdus, & germinabit quaſi amaritudo iudicium ſuper ſulcos agri. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ, quia luxit ſuper eum populus eius, & æditui eius ſuper eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo.*

¶ *Vitis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei.* In hoc capite idololatriã Iſraelitarũ, & ingratitudinem maximè reprehendit noſter vates. Componit autem eos cum vite, qua metaphora crebrò vtitur Scriptura, populum Iſraelis vitem, & vineã vocans. Apud Iſaiam, Vinea Domini ſabaoth, domus Iſrael eſt. Et Iere. Paſtores multi demoliti ſunt vineam meã. Atque in Pſalmo, Vineam de Ægypto tranſtuliſti. *Frondoſa.* Hebraice vacua, & inanis. Vox namque Hebraica Boqueq, pro frondoſa poſita vacuum, & inane ſignificat. Vnde & Paraphraſtes Chaldæus, pro, *vitis frondoſa Iſrael*, habet, vitis vaſtata eſt Iſrael. Latinus tamen interpres eleganter pro *vitis vacua, ſeu inanis*, vertit *vitis frondoſa*, hoc eſt, quæ tota in frondibus creuerit nullumque protulerit fructum. Vites enim, quæ putatæ à vinitore non fuerint in flagella, frondeſque luxuriant, & humorem, quem debuerant in vina mutare, vana frodium, & foliorum ambitione diſperdunt: iſtiuſmodi vitis damnoſa eſt agricolis. Talis fuit Iſrael creſcens in multitudine populorum, & non reddens fructum agricolæ Deo. *Fructus adæquatus eſt ei.* Sub obſcurus videtur locus, Nam cum vitem vocauerit

*Iſa. 5.*

*Iere. 21.*

*Pſal. 79.*

*Quidã pro frondoſa legũt vacua ſed cũ Hieronymo aliud ſentiunt ſeptuaginta interpret.*

vocauerit Iſraelem frondoſam,hoc eſt inanem,& vacuã,vix
intelligi poteſt,quo pacto nunc, & in ſequentibus huberri-
mos ferre fructus eam dicat. Hæc namque repugnantia vi-
dentur,ne dum non cohærentia. Hinc nonnulli per interro-
gationẽ legunt, *Fructus adæquatus eſt ei?* Ac ſi apertius dicat, Aſ-
feret ne ergo fructũ? Alij per *fructum adæquatum* filios intelli-
gunt Iſraelitarũ,per *vitem* vero frondoſam eorũ patres,&ma
iores,Significari autem dicunt,filios,& poſteros inſequi ma
iorum veſtigia,patrioſque referre mores,vt quemadmodum
patres non vuas, ſed labruſcas Domino Deo ſuo tulerunt,
hoc eſt,ad idololatriam degenèrauerant,ſic &filij ſimiles ef-
fecti,idola coluerũt. Alij cum aptare non valeant hæc verba
*fructus adæquatus eſt ei*, præcedentibus,videlicet, *Vitis frondoſa I-
ſrael.* Omnia referunt in bonum,per vitem frondoſam intelli
gentes illos eximios,ſanctoſque patres, & patriarchas, per
*fructum* vero *adæquatum*,botros multos virtutum, & piarum
actionum,quibus proferẽdis vacauerant. Ego vero hunc lo-
cũ ſic explanandũ duco,quod ſignificet vates, Iſralẽ multa
patraſſe peccata,dignoſq; fructus vitis inanis protuliſſe hu-
beres,& multos. Ac ſi dicat Deus, Licet Iſrael vitis ſit mihi
ſolum inanis, nullumque porrigat fructum, illi tamen non
deeſt fructus abundans,dignus tamen ſe,acerbus videlicet,
puta vitia,& idololatria. *Secundum multitudinem fructus ſui mul-
tiplicauit altaria.* Quãuis per fructũ intelligant nonnulli,homi
nes Iſraelitas,& ſignificari dicant,quot fuerant homines,tot
habuiſſe idolorum ſtatuas,melius intelligimus per *multitudi-
nem fructus ſui* copiam annonæ,omniumque fructuum terræ,
Quaſi dicat,Cum cæpit affluere diuitiis, cœpit à me defice-
re. *Diuiſum eſt cor eorum.* Aliqui ſubintelligunt,à Deo ſuo. Alij
inter ſe ipſos. Orta namque diſcordia erat inter regem Hoſ-
ſeæ,& populum Iſrael de adoratione vituli aurei. Obiurga-
tus enim populus & reprehenſus à prophetis, quòd vitulos
aureos coleret,excuſabat ſe,in ipſos reges culpã conijciens,
dicebatque,Regum paremus imperiis,nec poſſumus eorum
reſiſtere tyrannidi,colimus vitulos,quos adorare compelli-
mur. In diebus autem regis Hoſſee, ab eo præceptum eſt,ne
tanto ſtudio vituli colerentur,ſed qui vellet, iret in Ieruſa-
lem,& in templo ſacrificaret Deo. Huic,aiunt,populus con-
tradicebat ſententiæ. Hoc igitur eſt quod dicit, *Diuiſum eſt cor
eorum*,regis ſcilicet,& populi,& nulla excuſatione remanen-
te, *nunc interibunt*,& tradentur ęternæ captiuitati. Statim enim
vt populus diſſenſit à rege, venit interitus. *Ipſe confringet
ſimula-*

*Vt quiſque vult ſi lium eſſe ita eſt.*

*Populus recudit errorẽ ſuum in Principũ authoritatẽ cui obedire cogebatur.*



*ſimulachra eorum.* De Deo hoc dicitur omnipotente, nõ quod
ipſe hoc fecerit manu propria,ſed quod per Aſſyrios volun-
tas eius impleta ſit. Aſſyrij namque vaſtauerunt,& deſtruxe-
runt aras Iſraelitarum. *Quia nunc dicent Non eſt rex nobis, non e-
nim timemus Dominum.* Sumus perinde,ac ſi regem non habere
mus,non enim poteſt nos eripere ab inimicis noſtris. Cau-
ſam autem tanti mali ſubiungit,dicens,Non timemus Do-
minum,hoc eſt,reſipiſcamus igitur,& Deus liberabit nos ab
hoſtibus noſtris opera regis noſtri. *Loquimini verba viſionis.* De
ridet eos Deus,qui ſibi pacem & proſperitatem polliceban-
tur venturam, cum ſecus contigerit,& omnia,quæ eis vi-
debantur proſpera,in contrariũ verſa ſunt. *Et germinabit,quaſi
amaritudo iudicium ſuper ſulcos agri.* Duo hic implicat, citò vide
licet puniendos, & acerbiſſimè. Comparat enim iudicium
Domini herbæ venenatæ quæ cito creſcit in terra culta. *Vac-
cas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ.* Per vaccas vitulum
aureum intelligit, poſitus enim eſt numerus multitudinis
pro ſingulari,quemadmodum & apud Exodum,de vitulo au
reo dixerunt filij Iſrael,Iſti ſunt dij tui Iſrael,qui te eduxe-
runt de terra Ægypti. Vaccas autẽ vocat,nẽpe fœminas, nõ
vitulos ſexus maſculini,cauſa irriſionis,& ignominiæ. Signi
ficat enim infirmum numen,& imbèlle, abiectæque condi-
tionis coluiſſe Iſrael. *Bethauen* interpretatur domus idoli,eſt
autem ipſa ciuitas,quæ Bethel dicitur,in qua Ieroboam vi-
tulũ aureum poſuit. Per *habitores Samariæ* omnes intelligũtur
habitatores decẽ tribuum,quarũ metropolis erat eadem ciui
tas. *Quia luxit ſuper eum populus eius*, vel quia is vitulis delatus
eſt in munus regi vltori,vel ob eiuſdem vituli ruinam,pro-
priamque populi calamitatem. *Et æditui eius exultauerunt in glo
ria eius.* Difficilis eſt huius literæ ordinatio, atque propterea
variè locus iſte explanatur. D.Hiero.locum,vt iacet,expla-
nans,quærit,cur æditui iſti ſuper vitulum aureum exultent,
cum populus luxiſſe ſuper eum dicatur? Et reſpondet He-
bræos tradere,vitulos aureos à ſacerdotibus eſſe furto ſub-
latos,& pro his æneos, & deauratos repoſitos. Cum igitur
lugeret populus tempore neceſſitatis,& anguſtiæ, etiam vi-
tulos aureos inter munera cætera Aſſyriis regibus,& maxi-
mè regi Sennacherib ab Iſrael rege eſſe delatos, exultabant
æditui vituli,quòd fraus eorum nequaquam poſſet argui,vel
deprehẽdi. Et hoc eſt,quod ait,huiuſmodi æredituos exultaſſe
ſuper vitulum, quem gloriam ſuam populus iudicabat. Et
vt ſciamus, inquiunt, hoc eſſe, quod dicitur, perſpicuè
ſequens

*Conuerſio ad Dominũ in timore & plãctu calamitatũ verum Aſilum.*

Exod.32.

*Hærodotus in Euterpe docuit in Ægypto E ſidiſacras fuiſſe vaccas. Iſis autẽ fuit Io vaccæ illa apud Poetã Ouidium 1. Metamorphoſeos inſignis & apud Ægyptios Dea, cuius meminit D. Aug. li.8.c.vlt. de Ciuitate Dei Lactãtius. 1. cap.11. & 15. Politanus c.83. Diod.li.1. c.2. Cæl.*[5] *c. 12.*

ſequens verſus oſtendit ſi quidem ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi vltori. Amplectuntur hanc explanationem omnes ferè expoſitores. Recentiores multo ſecus expendunt, & nonnihil ſubintelligendum putant, vt huius loci ſenſus exactè percipi poſſit, nempe relatiuum qui, in quem modum ſi legas, videlicet. *Et aditui eius, qui exultauerunt*, non à luctu eximendos inquit quinimò eadem etiam luctus pœna plectendos ſignificat. Coniunctio enim copulatiua, & apertè inuoluere dicunt, quòd ſacerdotes ſimul cum populo luxerint Et ne quis exiſtimet hãc ſubintellectionem eſſe temere cõfictam certum eſt in ſacris inueniri, vt in Pſalmo. Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam ſuper me, hoc eſt, quæ ſuper me eſt. Fauet huic explanationi Chaldaica Paraphraſis, quæ in hunc modũ legit. Luxit propter eum populus eius, & cultores ipſius, qui propter ipſum exultabant. Non mihi eſt ingrata hæc poſterior explanatio, licet prior non omnino reiicienda ſit. Cæterum quod ad dicendi formam attinet, pro *adituis* eſt vox Hebraica *camarim*, pro qua nonnulli vertũt ſacrificuli, verum neque hæc vox totam haurit ſignificationem huius vocis *Comarim* ſignificat autẽ homines variis collegiis ad aliam atq; aliã numinum & ſacrorum rationem comparatos, veſtibus etiam à cæteris hominibus diſtinctos, quales fuerant Iſidis, Cibelis, & Anubis famuli, & apud Siculos Venerij, cuius generis hominum maxima multitudo in Iſrael, & Ieruſalem etiam eſt inducta, atque hoc genus illud eſt, quod à Ioſia rege extinctum in Iudæa fuit, quos aruſpices in eo loco vertit Latinus Interpres. Et deleuit, inquit, aruſpices, quos poſuerant reges Iuda ad ſacrificandum in excelſis per ciuitates Iuda in circuitu Ieruſalem, & eos, qui adolebant incenſum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim ſignis, & omni militiæ cæli. Hos autem certis ſaltationibus, & choæris ſacra ſua peragere puto, quam rem nomen ipſum *comar*, quòd reuolutionem ſignificat, indicare videtur, & verbum hic appoſitum *exultauerunt* apertius demonſtrat, quamuis nonnulli hanc lætitiam & exultationem non ad ſaltationes, ſed ad eam, quam victimis, & ſacrificiis ſibi oblatis accipiebant, referunt.

Pſa.

*Antiqua ſacrificia ſaltatori quodam choreæ gẽnere iungebantur.*

Obſerua



## *Obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem.*

VITIS *frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei.* Periculoſum eſt, genus ab iniquis parentibus trahere, proni quippe ſunt homines ad inſequenda maiorum veſtigia. Quemadmodum enim arbor mala malos fructus profert, & vipera non agnum gignit, ſed peſtiferum ſerpentem. Ita iniqui parentes filios impios generant. Et quemadmodum in cænoſis & turbidis aquis omnia quæ naſcuntur, ſunt venenata. Sic ex parentibus contaminatis peccatis filij prodeunt ſcelerati. Ego, dicitur apud Iob, vidi ſtultum firmare radicẽ, & ſtatim maledixi pulchritudinis eius, longe fient filij eius à ſalute, & conterentur in porta. Radicem parentes vocat iniquos, ex qua radice, ecce qui rami naſcuntur, digni nempe maledictione, & qui longe ſunt à ſalute animi denique in iudicio conterendi. Nam iudices olim in portis ſedere ſolebant. Sic Zacharias filius Ieroboam fecit, quòd malum eſt coram Domino ſicut fecerant patres eius. Ac rurſum de filiis Iſrael colentibus idola dicitur. Filij eorum, & nepotes, ſicut fuerunt patres ſui, ita faciunt vſque in præſentem diẽ. Et D. Ambroſius lib. 3. de Virginibus loquens de Herodiade ait. Quid potuit filia de adultera matre diſcere, niſi damnum pudoris. Hinc prouerbium, Mali corui malum ouum. Atque vt multa præteream, hinc iura decernunt, præſumendum eſſe filios eiuſdem voluntatis, & affectus cum patre. L. ſi operarum iudicio. ff. de ope. libe. & ita dicit per illum tex. Bal. in l. liberti. columna prima. verſ. op. 3. C. eo. Bar. etiam in tracta. de Guelphis, & Gibellinis, colum. 3. verſ. circa quorum per not. in d. l. quiſquis. C. ad leg. Iuli. Maieſt. Demum. Ang. in l. fugiti. C. de ſeruis fugitiuis inquit, quòd ex eo qui præſumitur tranſiſſe ad hoſtes, quod natus eſt ex progenie eo nomine infamata. Neque tamen propterea quis inferat, neceſſum eſſe, vt ex prauis parentibus oriantur filij praui. Non nunquam enim probi parentes filios habent. Quemadmodũ enim malus citrea quanuis multis ſit plena ſpinis profert odoratiſſimum florem, quem Hiſpane dicimus Azahar, & nonnullæ herbæ licet radicem habeant nigram candidiſſimos flores producunt. In eundem modum ex parentibus iniuſtis ſolent aliquando oriri viri morum integritate conſpicui. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ quartæ Aduentus in hæc verba. Factũ eſt verbum Domini ſuper

*Maiorum veſtigia homines ad ea ſequẽda alliciunt.*

Iob 5.

4. Re. 15. & c. 17. 9.

*Extat egregius tractatus Bartoli de Guelphis & Gibelinis. Pars quæ Friderico Barbaroſſæ Imperatori contra Eccleſiam adherebat dicebatur Gibellinorũ quæ vero Eccleſiã ſeq; batur & iuuabat dicebatur Guelphorum & quandoque vna quandoq; altera prævalebat.*

*Anno 1220.*

*Simile.*



Ioan-

Ioannem filium Zachariæ. Cur filius Zachariæ dicitur Ioan-
nes? Vt agnoſcas paternam imitatum eſſe Diuum Ioannem
puritatem, & ſi vitis frondoſa fuerat paternam Zacharias,
multis videlicet ornatus virtutibus, fructum eius nem-
pe filium, ei eſſe adæquatum, implerique in eo illud Apoſto-
li. Si Radix ſancta, & rami.

¶ *Iuxta hubertatem terræ ſuæ exuberauit ſimu.achris.* Docet quã
tum periculi afferat hominibus huberem terram & fertilem
incolere, in ea enim facile homines habenas laxant peccatis
*Simile.* Quemadmodum vbi abundantia eſt aquarum, piſces gignũ-
tur multi. Ita vbi terra ferax, peccatores multos inuenies.
*Deu.32.* Conſtituit eum, inquit Moſes de populo Iudæorum, ſuper
excelſam terram, vt comederet fructus agrorum, vt ſugeret
mel de petra, oleumq́; de ſaxo duriſſimo. Butyrum de armen
to, & lac de ouibus, cum adipe agnorum, & arietum filiorũ
Baſan, & hircos cum medulla tritici, & ſanguinẽ vuæ bibe-
rent meraciſſimum. Et quid inde, bone Moſes, eſt ſubſecu-
tũ? Audi quid addat, Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitauit,
incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorẽ
*Iere.2.* ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Et apud Ieremiam. Indu
xi vos in terrã Carmeli, vt comederetis fructus eius, & in-
*Iere.48.* greſſi contaminaſtis eã. Ac rurſum, Fertilis fuit Moab ab a-
doleſcentia ſua. Et quid habuit ex hac fertilitate? Ecce quid
habuit, Et requieuit in fęcibus ſuis. Quẽadmodũ rex Pharao
dixit Ioſeph. In optimo terræ loco fac habitare patrẽ tuũ, &
fratres tuos. Sic dæmon contendit crebro feracẽ tradere ho
*4.Re.18.* minibus terrã, qui ei inſeruiunt. Sic Rabſaces alliciebat Iu-
*Ex terræ* dæos, & pollicetur ſe tranſlaturũ illos in terrã fructiferã, & fer
*vbertate* tilem vini, terram panis, & vinearum, terram oliuarum, ac
*& abun-* mellis, & olei, dum modo à Domino Deo ſuo deficerent. Sic
*dantia ſuo* etiam rex Hiram contempſit oppida, quæ ei tradiderat Salo-
*Ilaquere* mon, quòd eorum terra eſſet ſterilis, Quid adumbrat Hiram
*intet famis* niſi diabolum? Is terram eligit frugiferam, non infertilem, a-
*pos diabo-* gnoſcit enim proniores eſſe ad vitia cultores terræ frugife-
*lus.* ræ. Sic & apud Iob dicitur Behemoth dormire in locis non
*Iz.Reg.9.* vtriq; arenoſis, & ſiccis, ſed humentibus, vt oſtẽdatur, vbi ma
*Iob.40* xime diabolus quærat habitare, nẽpe in regionibus frugife-
ris. Audi demum, quid de Babylone dicat Apocalypſis, quæ
omnium erat ſorta à huberrimam terram. Facta eſt habi-
tatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immũdi. Qua
drat obſeruatio in Euang. Dominicæ tertiæ. Quadrageſimę.

¶ *Secũdum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria.* Si in hũc
modum explanes, id eſt, quot fuerunt homines, tot habue-
runt altaria, placetq́ue nõnullis hæc explanatio. Ecce quàm
aperte deſcribit conditionem hæreticorum, qui nunquam ſi-
bi cohærent, & concordiæ vinculo colligantur, ſed in varias
factiones diſſecantur, totq́ue inuenies ſectas inter eos, quot
capita. Quemadmodum polypus plures habet pedes. Sic ab *Simile.*
vno hæreſiarcha plures dimanant factionum opiniones. Ex- *Ab vno*
perimento, proh, dolor, id his noſtris calamitoſis tempo- *Luthero no*
ribus cognoſcimus, cum ab vno execrando hæreſiarcha Lu *ſtri ſæculi*
thero tot prodierint ſectarum monſtra, vt vix dinumerari *hydra in-*
poſſint. Quemadmodum enim populus Iſrael degens ſub *numeræ ſe-*
Pharaone diſperſus eſt ad colligendas paleas in omnem ter- *ctarum &*
ram Ægypti, Sic hæretici paleas ſuorum errorum dum colli *opinionum*
gunt, non enim grana colligere poſſunt, quibus animum nu- *peſtes ex-*
triant, ita diffident inter ſeſe, vt diſperſos à diabolo eſſe dicas. *ortæ ſunt.*
Vnde & Aſſertor noſter inquit. Qui non colligit mecum, di- *Simile.*
ſpergit. Secus autem de Sancta catolicha Eccleſia Romana *Exod. 5.*
inuenies, vnam eſſe, non in varias partes ſectam, ſed vinculo *Luc.11.*
ſententiarum copulatam, quoniam cum Chriſto colligit. V-
na eſt columba mea, pefecta mea vna eſt eſt matri ſuæ, in-
quit Sponſus cœleſtis.

¶ Deinde, *Secundum multitudinem fructus ſui multiplicauit alta-
ria,* id eſt, cœpit à Deo ſuo deficere. Periculoſa ergo res eſt
diuitiarum abundantia, quãdo iuxta multitudinem fructus *Diuitiæ vi-*
ſui Iſrael altaria multiplicat, quibus Deum offendat. Vnd re *tij magis*
ĉte quidam dixit, Quid ſunt diuitiæ, niſi officina vitiorum? *quã virtu*
Vt floridum aulæum aliquando multa tegit ſordida, Sic di- *tum miniſtræ*
uitiarum copia varia obtegit vitia. Et quemadmodum, refe- *Appetitus*
rente id D. Greg. ſerpens dimittit hominem nudum, eumq́ue *frænari*
fugit, audacter tamẽ inſilit in hominẽ veſtitum, Sic ſerpens *difficilis,*
ille antiquus homines opibus cumulatos magnopere, & ar- *adiũctis ve-*
denter impetit. Et ſicut Berzelai Galaditis, qui vir fuit diues *rò diuitijs*
nimis, noluit tranſire Iordanem, & cum rege Dauid requie- *penitus in-*
ſcere in Ieruſalem. Sic diuites contemnere ſolent illam ſu- *ſanus. Ef-*
pernã ciuitatẽ Ieroſolymã. Agnouit quanto in periculo ver- *fodiuntur*
ſentur diuites, Salomon, quamobrem orat, Duo rogaui te, *opes irrita-*
ne deneges mihi, antequam moriar, Mendicitatem, & diui- *menta ma-*
tias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne *lorum.*
forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis eſt Do-
minus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen
Dei mei. Obſerua etiam, quænam fœmina ſedeat ſuper
beſtiam coccineam, plenam nominibus blaſphemiæ,

 non

nõ vtique vilibus induta veſtibus,quales pauperes ſed ſunt
mulier circũdata purpura,&coccino,& inaurata auro,&lapi-
de pretioſo,& margaritis vt oſtendat impietatem eos ple-
rumque poſſidere qui his ornamentis diuitiarum ſunt circũ-
ſepti.Non vtique in fictili,deſpectoque vaſe habet illa im-
pia fœmina abominationẽ,& immunditiã,ſed in poculo au-
reo,vt oculos mentis aperiant diuites,qui vaſis aureis vtun-
tur,& aſgnoſcant,quid aurum ſoleat diuitibus propinare,ab
ominationẽ videlicet peccatorum. Neq; parũ habet poculũ
aureũ &c.abominationis,ſed plenum eſſe dicitur. O maxi-
mum diuitum periculum,qui non parum hauriunt ex vaſe
aureo liquorem illum execrandum,& peſtiferum , ſed ple-
num illis porrigitur.Contingit nonnunquam,pauperes non
*Et genus* nihil bibere abominationis,& immunditiæ,cæterum ſe to-
*& formã* tos ingurgitate non poſſunt,quia vaſe aureo carent, non e-
*Regina* nim diuitiæ ſuppetunt,vt ſuas valeant explere voluptates,
*pecunia* ſecus autem diuites,cũ enim pecuniæ cuncta obediãt, quid
*donat.* non poterunt impetrare?Sanctus etiam Iob,audi quid dicat
*Qui opi-* de diuitib⁹ Deridetur iuſti ſimplicitas,lampas cõtẽpta apud
*bus plus po* cogitationes diuitũ. Quis eſt hic iuſtus,& quę eſt hęc lãpas?
*ſſũt hodie* Vtique Chriſtus Iſaias namque ait Propter Ieruſalem non
*aut hora* quieſcam,donec egredietur,vt ſplendor,iuſtus eius,&Salua-
*te plus va* tor eius.vt lampas accendatur.Et Ieremias,Hoc eſt,inquit,
*lent.* nomen quod vocabunt eum,Dominus iuſtus noſter. Bene
autem Chriſtus lampas appellatur,quoniam quemadmodũ
lampas vas vitreum eſt,lumen continet,& oleum,& aquam
Ita intra corpus Chriſti quid inueniemus,niſi oleum miſeri
*Iſa is.62.* cordiæ?quid niſi aquam lachrymarum,quibus noſtra ablue-
ret peccata?Apoſtolus namque inquit,in diebus carnis ſuæ
preces,ſupplicationeſque obtulit,cum clamore valido,& la-
*Ierem 2.* chrymis offerens.Lumen etiam inuenimus in hac lampade,
non vtique ad comburendum,ſed ad illuminandum. Venit
*Hebr.5.* enim ſaluum facere,non perdere,quod perierat.Sed non de-
ſunt,qui hanc lampadem contemnant,& ſimplicitatem hu-
ius agni immaculati irrideant.Et qui nam ſunt iſti? Diuites
inquit ſanctus,Iob,Apud cogitationes diuitum hæc lampas
contemnitur. Non enim , qua via illuminat,ire volunt nõ
oleo ſuæ in effabilis miſericordiæ ſuis ſtudent vulneribus
mederi ſpiritualibus,Sed timendum eſt quod, ſubiungit ſan
ctus Iob,Parata eſt hæc lampas ad tempus ſtatutũ. Et quod
*Hebr.9.* eſt hoc tempus?Cum in maieſtate veniet iudicaturus. Sta-
tutum, eſt inquit Apoſtolus , omnibus hominibus ſemel
mori



mori,& poſt hoc iudicium.Quid dicturi ſunt tunc diuites,
explicuit ſapiens.Ecce,inquã gemebundi prorumpent vo-
ces , quid nobis profuit ſuperbia?aut diuitiarum iactantia *Sapiẽt. 5.*
quid contulit nobis?Demum audi,quid dicat Chriſtus,Cum *Luc.14.*
facis pandium,aut cænam noli vocare diuites.Pientiſſime Ie *Matt.19.*
ſu,igitur tu pauperes vocabis ad cænam illam lautiſſimam *Difficilis*
gloriæ cæleſtis.Hinc namque inquis,Diues difficile intrabit *& pericu*
in regnum cœlorum.Quadrat obſeruatio in Euangelium *loſa diui-*
profeſto omnium ſanctorum,in hæc verba Beati pauperes *tum condi*
ſpiritu,Ecce non ait,Beati diuites,Agnoſcit enim eorũ ſor- *tio quã nõ*
tem eſſe periculoſam.Quadrat etiã in Euãgelium Domini- *minus ne*
cæ infra octauas corporis Chriſti in hæc verba , Exi cito in *gitij eſt*
plateas & vicos ciuitatis,& pauperes,ac debiles,&c,intro- *ſuſtine quã*
duc huc.Ecce diuites ſe excuſant,& venire ad cœnam Chri- *quam pa-*
ſti contemnunt,ſolum pauperes digni inuenti ſunt illa dul- *rere.*
ciſſima cœna.

¶*Diuiſum eſt cor eorum,nunc interibunt.* Docet ingens malum
eſſe diſcordiam quæ non ſolum cauſa eſt,vt bona amittas tẽ
poraria,verum & ipſam vitam , Nunc interibunt, inquit.Et
in libro Iudicum,Diuiſo contra ſe Ruben magnanimorũ re- *Iudic.5.*
perta eſt contentio.Et Apoſtolus,Quod ſi inuicem mordetis *Galat.5.*
& comeditis,videte,ne abinuicem cõſumamini, Et Sapiens *Prou.9.2.*
Eum,qui ſeminat inter fratres diſcordias, odit Dominus. *2.q.37.*
Quod ſi ad interitum animi hunc locum referas,diſces *ar.1.c.*
veram eſſe illam diui Thomæ ſentẽtiam,nempe diſcordiam
per ſe,id eſt,ex intẽtione deliberata diſſentiendi à bono Dei
vel proximi eſſe peccatum mortale.Huiuſmodi videtur eſſe
diſcordia huius populi,quamobrem dicitur,exorta ea, Iſrae
litas interituros.

¶*Non eſt rex nobis non enim timemus Dominum.* Obſerua,quam *Integritas*
reddant cauſam ſuæ vaſtitatis,& puſillanimitatis regis, nõ *populi prin*
timere Dominum integritas ergo morum populi non parũ *cipis robur*
addit principibus robur,vt ſubditos ab hoſtibus tueantur.

¶*Siquidem & ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi vltori:confuſio Ephraim capiet , & confundetur Iſrael in voluntate ſua Tranſire fecit Samaria regem ſuum,quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ. Et diſperdẽtur excelſa idoli peccatum Iſrael:lappa,& tribulus aſcendet ſuper aras eorum,& dicent montibus,Operite nos,& collibus, Cadite ſuper nos. Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael,ibi ſteterunt,non comprehendet eos in Gabaa prælium ſuper filios iniquitatis.Iuxta deſiderium meum corripiã eos congregabuntur ſuper eos populi,cum corripiẽtur propter duas iniquitates ſuas Ephraim vitula docta diligere trituram,& ego tranſiui ſuper*

*pulcrhitudinem colli eius, aſcendam ſuper Ephraim, arabit* Iudas *confrin-
gens ſibi ſulcos* Iacob.

¶*Siquidem & ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi vltiri.* De vitulo
aureo, vt placet diuo Hieronymo, ac plerique expoſitoribus
loquitur, quē Iſraelitę miſerũt aut dederũt regibus Aſſyriis,
ꝙ ſibi opē tuliſſent, vt iam diximus, *cõfuſio Ephraim capiet, con-
fundetur Iſrael à volũtate ſua.* Volũtatē poſuit pro conſilio, vox
enim Hebraica hic poſita pro volũtate, & conſiliũ ſignificat,
Obſeruauit hoc D. Hieronymus legēs ſic dũ hunc locũ diſ-
pungit, *Et confundetur Iſrael in voluntate ſua, ſiue in conſilio ſuo.* Ita
etiã legit tranſlatio Septuaginta pro *à voluntate ſua*, in conſi-
lio ſuo. Eſt autē ſenſus, Deprehēſa, fuit fraus vitulorũ deau-
ratorũ, regi Iſrael literis indicatur, & vnde ſe placere ęſti-
mauerãt, inde vel maximè confunduntur, & offendunt eos,
quibus munera miſerãt, ęſtimãtes nõ furto ſacerdotũ, ſed
fraude regũ, atque cõſilio hoc eſſe perfectũ. Legimus in Re-
gũ volumine regē Iſrael Manahen regi Aſſyriorũ Phul mil
le argenti talenta miſiſſe vt eſſet manus eius cum eo, id eſt,
vt ei præberet auxiliũ: inter quę nõnulli arbitrantur, etiã vi-
tulos aureos eſſe directos. *Tranſire fecit Samariæ regē ſuum qua-
ſi ſpumam ſuper faciem aquæ.* Eleganti ſimilitudine explicat ci-
tiſſime vaſtãdos Iſraelitas, & à propria patria relegãdos. Ait
enim Samarię conſtantiã ſimilem fore in obſidione ſpumis
in rapido flumine productis, quæ quãuis defluentibus velo-
ciſſime, maximoque impetu aquis, aliquandiu extare, & cre-
ſcere in altum videantur, tandē ſubito cõmotæ vehementi
aquarum curſu, & vi diſſipãtur, vt breui omnes omnino eua
neſcant, Sic Samaria cum rege ſuo, cæteris Iſraelitarum po-
pulis hoſtium cedentibus poteſtati, obſiſtere tamē ipſa, atq;
manere videbatur, ſed tãdem ſpuma fuit. Siquidē & ipſa etiã
corruit, & fuſa diſſipataque adeo eſt, vt nullus ſupereſſet cul
tor, quinimo loca omnia vaſtata, atque deſerta redderentur,
& in frequentibus olim, maximaque celebritate claris tem-
plis ariſque ſolitudo eſſet. *Ex diebus Gabaal peccauit Iſrael.* Hi-
ſtoriam vxoris læuitæ turpiter, atque creduliter interfectæ
ſubiicit. Oſtendit autem Deus, ſe tum iuſtiſſimum iudicem
eſſe tum longanimem. in longo tempore diſſimulat pecca-
ta hominum. Obſeruandum eſt etiam hic collationis eſſe
ſermonē. Ac ſi apertius dicat, Grauiori crimine nũc Iſrael eſt
contaminatus, quam olim Benianimitæ, illic enim libidine
& ſtupro à paucis hominibus peccatum eſt, & iniuria vir v-
nus vnaque fœmina ſunt affecti, hic vero præterquã quòd
pluri-

*Iniquarũ & turpiũ actionum confuſio merces.*

*Leuit. 18. & 20. caput Iudi.*

*Exaggeratio criminum Iſraelis quæ illis tanquã natiua inſita apparebant*



pluribus ſtupris omnis Iſrael ſe implicauit, totum regnum
variis criminibus & ſuperſtitionibus laxauit habenas. Cæte-
rum quod ad loquendi modum attinet dum dicitur, *Ex die-
bus Gabaal peccauit Iſrael.* particula, a, aut, ex, nõ temporis no-
ta, ſed comparationis eſt coniunctio. Vt, Et iuſtificata eſt ſa-
piētia à filiis ſuis, Et Deſcendit hic in domum ſuam iuſtifi-
catus ab illo. Quod ſi in formam argumentationis hunc lo-
cum redigamus, ſic eſt argumentatio aptanda, Iſrael maio-
ri crimine obligatus eſt, quam Beniaminitæ olim peccantes
igitur maiori pœna dignus, ſed ipſe facto impetu crimē Ga-
baitarum ſeuere eſt vltus, ergo iuſte agetur, ſi Iſrael ſui ſce-
leris mihi pœnas luat. *Cũ corripientur propter duas iniquitates ſuas.*
Per duas iniquitates, quidam intelligunt omiſſionem diuini
cultus, & commiſſionem idololatriæ iuxta illud, Duo mala
fecit populus meus, me derelinquerunt fontem aquæ viuæ,
& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas Alij per duas iniquitates
intelligunt duos vitulos aureos, alij perſecutionem prophe-
tarũ, & idololatriã. *Ephraim docta diligere trituram.* Conſuetudo
hic terræ promiſſionis tangitur, vbi vitulæ cum cæteris ani-
malibus fruges terrę conſueuerunt. Cum autem labore fati-
gantur, ſolent prodire ab area, iterum autem diligentes areã
eo quod fruges in ea comedant, vnde eſt, Nõ alligabit eos
boui triturãti, ſponte ad aream redeunt. Igitur Ephraim ſi-
milis eſt vaccæ, vel vitulæ, quia didicit, verumetiam annua
conſuetudine cæpit amare quod docta eſt, licet trituratio la-
borem inferat, Sic & populus Iſrael licet frequenter afflige-
retur, & multas calamitates ob peccatum idololatriæ pate-
retur, tamen voluptates ſuas, & ingluuiem ventris ſequi de-
ſiderans, vltro ad idololatiã reuertebatur. *Et ego tranſiui ſu-
per pulchritudinē colli eius*, id eſt ſuperbiã eius qua toroſa ceruI-
ce iugum meum recipit, confringam. Trãſitus autem maxi-
mè quando de Deo dicitur ſemper plagas, & aduerſa ſignifi-
cat. Sic exterminatos per Ægyptũ tranſiſſe memoratur. Et
eſt ſenſus. Quia Ephraim non vult iugum legis accipere, e-
go tumentes ceruicum toros iugo impoſito perdomui.

*Matt. 11. Luc. 18.*

*Iere. 2.*

*Deut. 25.*

*Hic regnãdi ambitio per triturã deſignatur nam ex duobus filiis Ioſeph Ephraim prælatus eſt. Vnde regnãdi libidine ſuccenſus fuit.*

¶*Seminate vobis in iuſtitia, & metite vobis in ore miſericordiæ, innouate vobis nouale: tempus autem acquirendi Dominum, cum venerit qui docebit vos iuſtitiam. Araſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis comediſtis frugem mēdacij, quia confiſus es in viis tuis & in multitudine fortium tuorũ. Conſurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tua vaſtabuntur, ſicut vaſtatus eſt Salmana à domo eius qui*

 adiſi-

*adificauit Baal in die prælij, matre ſuper filios alliſa. Sic fecit vobis Bethel à facie militiæ iniquitatum veſtrarum.*

¶ *Seminate vobis in iuſtitia.* Dixerat Ephraim vitulã edoctam amare, & diligere trituram areę, & ſe aſcendiſſe ſuper collum eius, & araſſe Iudam, & cõfregiſſe ſulcos, ſiue glebas Iacob, nunc ſeruans ſemel cœptam ab agricolis trãſlationem, ſubiungit, *Seminatę vobis in iuſtitia.* Quæ verba bifariam diſpungi poſſunt, vel quod eos adhortetur ad implenda legis pręcepta veteris. Iuſtitiam enim pro lege ſumpſit in vetere inſtrumẽto tradita. Ita diſpungit Diuus Hieronymus, dicẽs, Seminate vobis in iuſtitia, id eſt, in lege, & attexens verba ſequentia, nempe, *& metite vobis in ore miſericordiæ,* inquit, Metántque in miſericordia, id eſt, in gratia Euangelij. Ibi enim, puta in lege oculum pro oculo, dentem pro dente, hic, in Euangelio videlicet, legimus, Qui te percuſſerit in vnam maxillam, prębe ei & alterã. Amplectuntur hanc Diui Hieronymi explanationem omnes fere Latini expoſitores, cui etiam fauere videtur Paraphraſis Chaldaica pro dictis verbis, *Seminate, &c.* habẽs, Dñs Iſrael agite vobis opera bona, ambulate per viã iuſtitię, ſtabilite vobis doctrinam legis. Theophylactus verò vocem *in iuſtitia* non pro lege veteri ſumit, ſed perquãdoctè eam expendens, inquit, Iuſtitiam autem verum Dei cultum appellat. Iuſtum eſt enim creatori, & autori cultum tribuere, & non idolis vel vniuerſam virtutem intelligit, quæ iuſtitia nominatur, eo quòd virtutes operans iuſte iudicat, rationi ſubdens affectus irrationalitatis, nec, quod peius eſt, potiori præferens, id quod praui, & iniuſti eſt iudicis. Hactenus Theophylactus, quem ſequuntur recentiores, & fateor mihi grauiſſimam hãc eſſe explanationem, quamuis & aliam non omnino reiiciam. Cæterum quòd ad loquendi modum attinet, dum inquit, *Seminate vobis in iuſtitia,* opinantur Theodoretus, & Theophylactus, nõnihil latere myſterij in pronomine *vobis.* Non enim ſolum dixit, *Seminate in iuſtitia,* ſed *Seminate vobis, &c.* quod eſt dicere, non Deum iuuabitis, ſed vos ipſos, ſi in iuſtitia ſeminaueritis. Veruntamen ſi rem oculate inſpiciamus, hic loquendi tropus, *Seminate vobis.* Hebraiſmus eſt, & nihil aliud videtur implicare, Seminate vobis in iuſtitia, quàm ſeminate in iuſtitia, ſicuti Hiſpanè idem eſt dicere, *Tomate eſſo, o toma eſſo, & ſembraos voſotros iuſticia, y ſembrà iuſticia.* Verum eſt tamen, neſcio quid emphaſis habere, & nonnihil affectus maioris implicare illam pronominis additionem. Cum itaque dicitur. *Seminate vobis in iuſtitia,* idem eſt, ac ſi dicat,

*Exod. 21. Matth. 5*

*Præceptũ hodie paſſim corrupum de patienter ferendis iniuriis quæ quidem virum charitis plenũ & fortem probant; Quicquid extra Iuſtitiæ agrũ ſeminatur nihil eſt videlicet quia cœlũ nõ promeretur vt de charitate quæ eadẽ ſanctitas eſt docuit Apoſtolus 1. Cor. 13.*



cat, Date operam bonis, & iuſtis actionibus. *Et metite vobis in ore miſericordiæ.* Imperatiuum poſuit pro futuro Hebraico more ad futuræ rei certitudinem, quaſi certam illis metendi copiam faciat. Ac ſi apertius dicat, Meteris profecto, non quantum ſeminaſtis, id enim perexiguum eſt ad meſſis magnitudinem, ſed *in ore miſericordiæ,* hoc eſt, reportabitis mercedem ampliſſimam, quàm Deus ob ſuam miſericordiam dabit vobis. Componit autem eleganter miſericordiam cum falce acutiſſima, certum enim eſt meſſionem fieri falcibus, os autem, ſiue faciem ſolet Scriptura appellare aciem gladij. Vnde apud Geneſim, quod Æditio Vulgata habet, Homer, & Sichem necauerunt, Hebraicè eſt, Hemor, & Sichem occiderunt in ore gladij, id eſt, acuto gladio, aut acie gladij. Sic & apud Iſaiam, A facie gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis, hoc eſt, ab acutis gladiis. Nonnulli, quia os pro ratione, & menſura ponitur in Sacris Hebraico ſermone, vt Ioſeph dictus eſt dediſſe panem patri, fratribuſque ſuis in ore paruuli, hoc eſt, quantum pueris petere libuiſſet, qui ſæpe panem petunt, ſecus explanant hunc loquendi tropum, *in ore miſericordiæ,* dicentes, eo ſignificari, meſſem ingẽti incremento ſuperaturam ſparſum ſemen, pluſque colligendum, quàm fuerat ſeminatum. Nam qui ſeminat, iuxta ſuam, & agri ſui menſuram ſeminat, ſeminat enim ad os modij, aut ad ſummum ad os ſacci, neque æſtimandus eſt ager, qui ſeminatur vltra menſuram ſeminis, vt in Leuitico ſcriptum eſt. Cum itaque dicitur, Metite in ore miſericordiæ, idem eſt, ac ſi dicat Deus, Vos iuxtà menſuram veſtram, & in ore ſaccorum veſtrorum ſeminate iuſtitiam, colligetis autem in ore miſericordiæ, quæ ad vſque cœlos magna eſt. *Innouate vobis nouale.* Vt optimè obſeruant Haymo, & Carthuſianus, nouale eſt ager, cum primum proſciſſus vomere fuerit, & nouale vocat cor Iſraelitarum. Adhortatur autem eos, vt agrum cordis vomere pœnitentiæ proſcindant, pœnitentiam de maleactis agentes, iuxtà illud Apoſtoli, Renouamini ſpiritus mentis veſtræ, & exuite veterem hominem cum actibus ſuis. Atque illud Regij Pſaltis, Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. *Tempus autem requirendi Dominum.* Vox Hebraica poſita pro hac voce *tempus,* nempe oportunitatis, apertiorem reddit huius loci intelligentiam. Significat námque tempus opportunum eſſe ad ſeminandum, metendum, ac læta nouali innouanda, veniet enim Chriſtus, qui docebit homines iuſtitiam. Ac ſi dicat, Nouate

*Gene. 34.*

*Iſai. 21.*

*Cui iniuſtitia ſeminat in miſericordia metent, meſſem ſparſum ſemen longe ſupereffluẽtem.*

*Leuit. 17.*

*Ephes. 4.*

*Pſal. 50.*

vobis noualia, id eſt, præparate corda veſtra ad aduentum eius, qui venturus eſt, nempe Chriſti, iam enim tempus eſt opportunũ, vt veniat, cæterũ ob peccata veſtra nõ venit. *Araſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis.* Senſus eſt, Me hortante, vt ſeminaretis ĩ iuſtitia, & meteretis in ore miſericordiæ, vt me lætũ redderetis veſtris nouis noualibus, vos cõtra araſtis impietatem, id eſt, cogitaſtis iniqua conſilia, vt à me recederetis, multiſque vos peccatis implicaſtis, ideo meſſuiſtis iniquitatem, hoc eſt, pœnam, captiuitatẽ videlicet, & mortem. De ſemine. n. malo impietatis, quẽ aliũ fructum accipere meruiſtis, quã acerbas pœnas, & ſupplicia? *Iniquitatẽ* igitur hic non pro peccato, aut culpa poſuit, ſed pro mercede, & retributione peccati, quidquid Lyranus dicat, diſtinguens inter impietatem, & iniquitatem, quod impietas ſit peccatum cogitationis, & iniquitas externæ operationis. Atq; ne quis exiſtimet, hanc explanationẽ eſſe temere à me fictam, & excogitatam, vt iniquitas hic ſumatur pro captiuitate, & morte, ita eã vocẽ explanat Carthuſianus: & Haymo, & Paraphraſis Chaldaica habet pro *araſtis impietatem, iniquitatẽ meſſuiſtis*, machinati eſtis rapinam, impietatem commiſiſtis, recepiſtis retributionem operum veſtrorum. Sic etiam crebro in Sacris pro pœna accipitur, vt apud Leuiticum. Portabit iniquitatẽ, hoc eſt, pœnam. Quæ autem ſit hæc iniquitas, puta pœna, apertius ſubſequentibus demonſtrat, ſubiungens, *comediſtis fructum mendacij*, comedere fructum mendacij eſt fruſtrari ſperati fructus. Eſt autem, ac ſi dicat, Laborabitis penuria annonæ. *Conſurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ vaſtabuntur, ſicut vaſtatus eſt Salmanaſar à domo eius, qui iudicauit Baal in die prælij, matre ſuper filios alliſa.* Dixerat, fame præmendos Iſraelitas, nunc bello vaſtandos inquit. Vocat autem tumultum ſonitum exercitus Aſſyriorum, quibus clamantibus, quæ munita, & tuta arbitrabantur Iſraelitæ ob muros, turriumque extructionem, euertenda, & capienda ab hoſtibus ſunt, ſicut in Iſaia ſcriptum eſt, Quia aſcendit Sennacherib, & capiet omnes ciuitates Iudæ munitas. Nonnulli tumultũ hunc referunt ad ipſos Iſraelitas, non ad hoſtes Aſſyrios, quod in imminente bello clamor audiatur eorum fugientiũ de prælio, & in eo pereuntium. Vox vero *conſurget*, maximum fore tumultum ſignificat, qui miſero populi pereuntis clamore, & corruentium ædificiorum ſonitu vehementer excreſcens conſurget. *Sicut vaſtatus eſt Salmana à domo eius, qui &c.* Difficilis eſt locus iſte, atque hinc varie explicatur. Quidam hoc

*Ex iniqua agri cultura deterior meſsis expectatio emicuit.*

*Leuit. 5.*

*Spe deluſa mendacij fructus habemus.*

*Iſai. 35.*

*Verba fides ſequitur, omnis enim Iſrael variis cladibus et mutuis internecionibus tumultuatus eſt propter regum ſeditiones.* 4. Reg. 15.



hoc referunt ad hiſtoriam Iudicum, quando Salmana princeps Madianitarum interfectus eſt à domo, & familia Gedeonis, qui damnauit Baal, aram eius deſtruendo in die prælij. Quod autem inquit, matre ſuper filios alliſa, ad illud referẽdum dicunt, quod citata Iudicum hiſtoria attexit, captis videlicet à Gedeone principibus Madianitarum Zebee, & Salmana dictum, Quales fuerunt viri: quos occidiſtis in Thabor? cui Salmana reſpondit, Similes tui fuerunt, & vnus ex illis ſicut filius regis. Quibus Gedeon inquit, Si ſeruaſſetis eos, non occiderem vos, &c. atque ſubiungit, ſicut fecit gladius tuus mulieres ſine liberis, ſic mater tua erit ſine liberis. Percuſſitque eum, & interfecit. Alliſa eſt itaque: mater ſuper filios, quia acerbiſſimo dolore affecta morte filiorum eſt, vel certe cum ipſis eſt pariter interempta. Ad hanc eandem normam trucidandos inquit Iſraelitas apud ciuitatem Bethel, in qua vitulum poſuerunt aureum. Amplectuntur hanc explanationem diuus Hieronymus, Theophylactus, Theodoretus Haymo, ac plerique alij, quos longum eſſet recenſere, quinimo Chaldaica Paraphraſis, & Græca lectio ita hunc locum diſpungendum tradunt. Lyranus multo ſecus explanat, iudicans Salmana non eſſe hic nomen proprium, ſed appellatiuum ſignificans pacificam, & quietam, & quia Hebraice eſt pro, *à domo eius, qui vindicauit Baal*, a domo inſidiatores, ſic literam iſtam ordinat, *Sicut eſt vaſtata pacifica à domo inſidiatoris*, & ſignificari inquit, quod quemadmodum gens pacifica, & quieta, non timens ſibi de periculo, vaſtatur ab inſidiatore, & eius familia irruente ſubito ſuper gentem improuiſam, quæ credebat eſſe in pace, & quiete, ſicut legitur de vaſtatione Iais, *In die prælij* ſic inſidioſè commiſſi. *Matre ſuper filios alliſa.* Huiuſmodi latrones non ſolum ſolent interficere mares, verum & fœminas, ne poſtea crimen detegant, & accuſentur ab illis, Eſt autem prophetæ intentio, quod ad hunc eundem modum continget decem tribubus pro peccatis ſuis, ideoque ſubditur, *Sic fecit Bethel a facie malitiæ iniquitatum veſtrarum.* Alij de Salmanaſare hoc intelligunt, Is enim primo anno Hoſee irruit, & Arbel trãs Iordanem vaſtauit crudeliſſime. Quaſi ergo citet domeſticum, & recens exemplum de Arbel, ad eam normam vaſtandos inquit Vates Iſraelitas. Alij dicunt hanc hiſtoriam non extare, erat tamen tunc omnibus nota. Demum hoc vnum certum eſt, miſerandum internitionis ſpectaculum propoſitum Iſraelitis à vate noſtro, vt illos hoc exemplo deterreat.

Iudic. 18.

*Scelerati quo eorum ſcelera non reuelentur teſtes occidunt nec propriis matrum vberibus parcunt.*

*Obſerua-*

## *Obſeruationes ſpectantes ad inſtituendos mores.*

E*x diebus Gabaa peccauit* Iſrael. Ecce, Deus tuus tẽpus, quo ſe peccator implicat peccatis, tuis obiicit oculis, vt tu diſcas, quanto tempore homo delinquat, conſiderare, anteaquam ſeuere punias. Si enim recens peccatum eſt, facilius euelles ex corde, quam ſi veteratum. Quemadmodum arbor denuo plantata ſine multo labore extrahis è terra, & mitiori ictu ſuccindes virgã arboris, quã ipſam arborẽ, ſi lõgas miſit radices, Sic benignius agendũ eſt cũ homine, q̃ ſemel peccat quàm cum eo, qui pluribus ſe irretiuit peccatis. Adducũt ad Chriſtum hominem habentem ſpiritum immundum, & interrogat ante eiectionẽ dæmonis, Quantum temporis eſt, ex quo ei hoc accidit? Et cũ pater reſpondiſſet, ab infantia. Obſerua, quo pacto exierit dæmon, Multum, inquit Scriptura, diſcerpens eum. Poteras quidem, Domine Ieſu, præcipere dęmoni, ne ita acerbe excruciaret hominem iſtum, cur ergo nõ præcipis, & miſerum ſic torqueri permittis? Quoniam dignus eſt tanto tormento, qui tanto tempore in cordis domicilio diabolum habuit. Sic Petrus iterum atque iterum delinquens, erat enim impedimento Chriſto, ne crucis agonem ſubiret, ſeuerè reprehenſus eſt. Cum enim non ſemel, ſed bis dixiſſet, Abſit à te, Domine non erit tibi hoc, audiuit; Vade poſt me ſatana. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ pro transfiguratione Domini, in hæc verba, Adhuc eo loquente nubes lucida obũbrauit eos, & ecce vox de nube, &c. Cur transfigurationis gloria priuantur Apoſtoli, & terribili voce ita deterrentur, vt ceciderint in faciem ſuam? Opinor, quoniam Petrus rurſum obſtat, ne Chriſtus pro genere humano pateretur. Ac ſi apertius dicat Deus, Iam iterum, atque iterũ, Petre, deliquiſti, non mireris, ſi transfigurationis gloriam intercidam tibi, & formidanda voce deterream. Quadrat & in Euangelium pro Mandato, in hæc verba, Si non lauero te, nõ habebis partem mecum. Quando tantam pœnam comminatur Chriſtus? Non vtique cum primo reſiſtit Petrus, tunc enim benigne eſt ei Dominus allocutus, Quod ego facio, tu neſcis modo. Sed deinde cum in obſtinatione perſiſtit dicẽs Non lauabis in æternum, audiuit ſeueriſſimam punitionem, nempe, non habebis partem mecum.

*Inueterata peccata cordibus hominum difficilius euellũtur.*

*Simile.*

*Marc. 9.*

*Mat. 17.*

¶Iuxta



¶*Iuxta deſiderium meum corripiam eos, congregabuntur ſuper eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates ſuas.* Inter cætera Scripturæ teſtimonia non obtinet hoc extremum locum, ad contexendam concionem pro Euangelio Dominicæ I. Aduentus. Quando enim Deus iuxta deſiderium ſuum puniet peccatores? quando ſuper eos populi illi inferorum truculentiſſimi deſæuient? quando corripientur nõ ſolum propter duas, verum propter omnes iniquitates ſuas iniqui? Certè cum venerit filius hominis cum poteſtate.

*Extremũ die Iudicij ſumet Deus vindictã & iuxta deſideriũ ſuũ meritas rependet peccatoribus vices.*

¶*Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ.* Multa hic ſunt implicata, quæ paucis abſoluemus. Primũ, inuenies nonnullos homines, ita iuſtitiæ amatores, ac ſi miſericordia floci pendenda ſit, nulluſque illi locus relinquendus. Ecce hic vtrunq; coniungit Deus, miſericordiam videlicet cũ iuſtitia. Dilige iuſtitiam, frater mi, noli tamen contemnere miſericordiã. Secundum, diſce plus eſſe miſericordem, quam iuſtum, hinc enim non inquit, Seminate vobis in ore iuſtitiæ, ſed, Seminate in iuſtitia. Contra etiam non dixit, Metite in miſericordia, ſed, Metite in ore miſericordiæ, qui loquendi tropus indicat ampliorem eſſe meſſem miſericordiæ, quàm ſationem iuſtitiæ. Et eleganter inſtitiam componit cum ſemente, miſericordiam vero cum meſſe, vt te doceat plus miſericordem eſſe, quàm iuſtum. Quis enim non videat meſſem exhuberantiorem eſſe ſeminatione? Nõ prohibeo, frater mi, ſeminare in iuſtitia, cum ratio, & munus tibi iniunctum popoſcerit, ſed ſit tibi copioſior miſericordia, inſtar, meſſis. Noli eſſe iuſtus nimium, inquit Sapiens. Ac ſi apertius dicat, Noli diſciplinam iuſtitiæ conuertere in carnificinam, & trucidationem. Qui enim vehementer emungit, elicit ſanguinẽ. Sic Deus proniorem ſe eſſe ad miſerendum, quàm ad puniendum oſtendit apud Iſaiam. In momẽto, inquit, indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Ecce, indignatio Dei tui momentanea eſt, miſericordia vero ampliſſima eſt, ſempiterna videlicet, Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ decimæ poſt Penteceſten, in hæc verba, Alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum. Non ſolum infudit vinum, ſed oleum etiam, neque prius infudit vinum, quàm oleum, ſed contra prius oleum. Quid oleum ſignificat niſi miſericordiam? Quid vinũ niſi iuſtitiam? Oleum enim dolorem lenit, vinum vero dum purgat, dolorem parit. Cum ergo Samaritanus prius oleum infudit, quam vinum, miſericordiam

*Eccle. 7.*

*Prou. 30.*

*Iſa. 54.*

*Verbis iracundis & minabundis non decet Iudicẽ reos proſequi, ſed coniuncta Clementia Iuſtitiæ Deum imitetur cuius proprium eſt miſereri & parcere ſemper.*

prius

prius adhibuiſſe ſignificat, quàm iuſtitiã. Hinc & Apoſtolus connectens multas virtutes, priorem locũ miſericordiæ de-
*Coloſſe. 3.* dit. Induite vos, inquit, ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſce ra miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatem, modeſtiã, patientiam, &c. Ecce, eos homines electos Dei, atq; ſanctos, & dilectos eius inquit, qui in varias virtutũ actiones incubituri, prius in miſericordiã, velut in pretioſius ornamentum, ocu-
*2. 2. q. 30.* los coniiciunt, vt ea ante alias ſe exornent. Hinc & D. Tho.
*art. 4.* perquamdoctè decernit, miſericordiam ſecũdum ſe eſſe maximam virtutum, eamque inter omnes virtutes, quæ ad proximũ ſunt, eſſe potiſſimam, atque potioris actus. Et ſanctus
*Iob. 31.* Iob hanc vnã inter cæteras ſecum maximè creuiſſe, inquit, Ab infantia mea, ait, creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. In huius rei typum oſtiola, &
*3. Reg. 6.* poſtes oraculi de lignis oliuarum fecit Salomon, quoniã homines animum ſuum fabricaturi templum Dei, ante alias virtutes, quas morales vocant, debent exordium ſumere à miſericordia, Quid enim aliud adumbrat oliua, quàm miſe-
*Gene. 8.* ricordiã? Quemadmodũ columba egreſſa ab arca Noë ramũ oliuæ portans in ore reuertit, atq; tunc admiſit ſecum in arcã Noë, hãcq; præceteris elegit arborem colũba, vt benignè ſuſcepta à Noë, admiteretur in arcã, Sic homines, vt miſericorditer ſuſcipiantur à Deo, & velut in domũ Dei admitantur, debent in hoc ſtudium incumbere, vt miſericordiæ opera offerant Deo. Quadrat obſeruatio in Euangeliũ pro om-
*Tãtoquiſ* nibus ſanctis, in hæc verba, Beati miſericordes, quoniã ipſi
*que perfe-* miſericordiã conſequentur. Vides enim miſericordiam pro-
*ctior eſt* miſſã à Deo miſeticordibus. Quadrat etiam in Euangelinm
*quãto per-* Dom. viceſimæ 1. poſt Pentecoſten, in hæc verba, Serue ne-
*fectiꝰ ſen* quam nónne oportuit te miſereri conſerui tui? Ecce probrò
*tit dolores* vertit Deus huic ſeruo, quod cum ſeminabat in iuſtitia, pe-
*alienos.* tebat enim, quod ſuũ erat à conſeruo, non meſſuerit in miſericordias. Diſces etiã ex hoc loco, quinã maximè colligãt ampliſſimã Dei miſericordiã, qui videlicet ſeminauerint in iuſtitia, Si tu ſeminas impietatẽ, cur ſperas te diuinæ miſericordiæ percepturum fructũ? Semina puritatẽ morum, ſi colligere cupis Dei miſericordiã. De propitiatu, inquit Sapiens, peccatorũ noli eſſe ſine metu, neq; adiicias peccatum ſuper
*Eccle. 5.* peccatũ. Et ne dicas, Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorũ miſerebitur, Miſericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Diſce etiam ex hoc loco animi deiectionem, & cum virtu-



tum actionibus incubueris, nihil tuis arrogare meritis, ſed omnia diuinæ miſericordiæ adſcribere, propterea enim admonet Dominus, Seminate in iuſtitia, non autem ſubiungit, Metite in iuſtitia, ſed in miſericordia, ne in ſuperbiam elatus pereas cum illo Pharisæo, qui poſtquam multa ſeminauerat in iuſtitia, quia in eadẽ metere voluit, nihil fructꝰ percepit.

¶ Deinde, *Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ, innouate vobis nouale, &c.* Locus hic aptiſſimus eſt concionibus Sexageſimæ, in hæc autem præcipuè quadrat verba, Exit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuũ Quale eſt hoc ſemen? Audi quid dicat noſter Hoſſeas, nempe, Seminate in iuſtitia. Semẽ ergo iuſtitia eſt. Et quis eſt ager? Humanum cor. De hoc enim hic dicitur, Innouate vobis nouale. Et quis fructus ex hoc ſemine, & ex agro iſto eſt colligendus? Diuina procul dubio miſericordia, quæ non ſolum delictis parcet, verum & multa alia in te conferet beneficia.

*Iuſtitia ſemina inſerenda ſunt in agro cordis humani.*

# CAPVT VNDECIMVM.

S*ICVT mane tranſit, pertranſiit rex Iſrael, quia puer Iſrael, & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum. Vocauerunt eos, ſic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & ſimulachris ſacrificabant. Et ego quaſi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt, quod curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, & ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum, & declinaui ad eum, vt veſceretur.*

¶ *Sicut mane tranſiit, pertranſiit rex Iſrael.* Diuerſis figuris eundem explicat ſenſum. Qui ſupra dixerat, tranſire fecit Samaria regem ſuum, quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ, eo quod ſpuma, & bullæ in aquarũ ſummitatibus natantes celeriter diſſoluantur, nunc eandẽ rẽ ſub alia ponit ſimilitudine. Sicut enim aurora, eã enim hic *mane* vocat, atq; ita Hebraice pro, *ſicut mane tranſit,* eſt, *ſicut Aurora tranſit.* Mane inter noctis, ſoliſq; viciniã celeriter tranſit, ita vt finiatur nox, & clareſcat dies, Sic rex Iſrael, id eſt, decem tribuum, velociter tranſiet. Exiſtimant nonnulli hoc eſſe completũ ſub rege Hoſſea filio Ela, qui nono imperij ſui anno ab Aſſyriis captus, atque occiſus 4. Re 17.
eſt. Alij nõ ad aliquem peculiarem regẽ verba referunt, ſed ſignificari dicunt, regnum Iſrael deſtruendum, ampliuſque nunquam regem habiturum, quod poſt huius oraculi pronun-

pronuntiationem ſtatim completum eſt. *Quia puer Iſrael.* Inci
*Commemoratio beneficiorũ Dei in Iſraelẽ qua detegitur eius ingratitudo.* pit exponere beneficia, quæ in Iſraelem Deus contulerat, vt
eum ingratitudinis arguat. Dum autem Iſraelem puerum
vocat, dubiũ eſt, quid ſignificare voluit, atq; hinc variè ex-
planatur. Quidam puerum vocari dicũt, quia in Ægypto po-
pulus Iſrael natus, creuit, & multiplicatus eſt. Alij puerũ vo
cari exiſtimant, vt oſtendat Deus Iſraelẽ ſtulte, & pueriliter
vitam egiſſe, cum idololatria, aliiſque vitiis ſe contaminaue-
rit degens in Ægypto. Alij hanc pueritiam Iſraelis in bonũ
*Matt. 18.* referunt, iuxta illud. Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intra
bitis in regnum cœlorum, quidam enim Iſraelitæ inter Æ-
gyptios innocentiam, & vitæ puritatem ingentem retinue-
runt, Deo mundo corde ſeruientes. Sic apud Malachiam legi
*Male. 2.* mus de Leui patriarcha, quòd multos auerterit ab impieta-
te, certum etiã eſt, multos Iſraelitas in Ægypto extitiſſe mo
rum candore conſpicuos. Alij puerum appellari Iſraelem o-
pinantur, quòd eum tanquam puerum, viribus videlicet &
& conſilio egntem, omni humano auxilio, curaque deſtitutũ
omnium hominum ludibrio, & iniuriis expoſitum inuenerit
in Ægypto. Atque cum huiuſmodi pueri nemo hominum mi
ſereretur, Deus miſertus eſt eius. Sic namq; dicitur apud Ex
odum, Clamor filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictio-
nẽ eorum qua ab Ægyptiis opprimuntur, & ſciens dolorem
eius deſcendi vt liberem de manu Ægytiorum, hoc eſt, *&*
*dilexi eum.* Coniunctio a copulatiua, & non parum habet em
phaſis. Significat enim & implicat ſua connexione, quo miſe
riorẽ viderat Iſtaelẽ in Ægyto Deus, eo fuiſſe vehementio-
re erga eum affectum amore. Hæc poſterior explanatio cæ-
teris omnibus mihi gratior eſt. *Et ex Aegypto vocaui filium*
*Vocare duo ſignificat.* *meum.* Vocare duo in ſacris ſignificat, vt etiam in latino ſer-
mone, videlicet appellare, & ex aliquo loco adducere, atque
inuitare, vt, De ventre matris meæ vocauit me Dominus no
*Iſa. 49.* mine meo, &, Vocauit Iacob filios ſuos. Ad vtramque autem
*Exo. 5. 6.* ſignificationem locus hic pertinet, nam Iſrael filius Dei ap-
*7. 8. 9. 10.* pellatus eſt, Sic apud Exodũ, Hæc dicit Dominus, Primo ge
nitum meum dimitte, vt ſacrificet mihi in deſerto. Ac rur-
ſum, Primogenitus me⁹ Iſrael. Et illud, Filios Enutriui, & ex-
altaui. Et vt vt filius eductus eſt de Ægypto. Obſeruandum
tamen eſt hunc locum, *ex Aegypto vocaui filium meum* iuxta
*Exod. 4.* literalẽ intelligentiã nõ ſolum de populo Iſrael eſſe expla-
*Iſai. 1.* nandum, ſed etiã de Chriſto, eum enim citat S. Matt. de Chri
*Mat. 2.* ſto, in eoque aſſerit eſſe completum, impium autem eſſet ne-
gare



gare in literali ſenſu non eſſe de Chriſto intelligẽdum, quo-
niam, auctore diuo Auguſtino, probatio per auctoritatem *Theologia myſtica argumentis texendis min⁹ apta.*
Scripturæ non fit niſi ex ſenſu literali, Sanctus etiam Dio-
nyſius inquit in Epiſtola ad Policarpum theologiam myſti-
cam, ſiue ſymbolicam non eſſe argumentationibus conficien
dis aptam. Cùm ergo Sanctus Matthæus dicat hoc oracu-
lum, *ex Aegypto vocaui filium meum,* quadrare in Chriſtum, ne-
phas eſt dicere non in literali ſenſu, ſed miſtico, eſſe intelli-
gendum de Chriſto. Neque quia de Iſrael intelligitur iuxta
intelligentiam literalem, propterea inferẽdum eſt. Igitur iu-
xta eandẽ intelligentiã literalẽ non poteſt quadrare in Chri
ſtum, cum, vt optimè definit ſanctus, ac pientiſſimus doctor
Thomas, idque probat, tum ſanctorum patrum teſtimoniis,
tum rationibus tanto viro dignis, Scriptura ſacra ſub vna li
tera plures comprehẽdat literales ſenſus. *Vocauerunt eos* Bifa-
riam diſpungi poteſt, vel, referendo pronomen, *eos*, ad deos
alienos, ac ſi dicat Deus. Ego vocaui eos, ipſi autem vocaue-
runt non me, ſed illos, nempe deos gentium. Vel, pronomen
*eos* referendo ad Iſraelitas, quod prophetæ miſſi à Deo fuiſ-
ſent, qui eos vocarent, vt redirent ad Deum ſuum. Hæc po-
ſterior explanatio communior eſt, & ab omnibus fere expo *Induratus Iſraelis animus ne conuertatur*
ſitoribus adhibetur, prior tamen mihi non eſt ingrata. *Sic ab*
*ierunt à facie eorum.* Significat Iſraelis duritiam, qui vocanti
bus prophetis terga verterunt, eorumque conſiliis nolue-
runt acquieſcere.

¶*Et ego quaſi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis.* He
braice eſt. Et ego pedetẽtim deduxi Ephraim, accepit eos ſu-
per brachia ſua. Explicat autem, quo amore Iſraelem dilexit
vocando ex Ægypto, iuxta illud Deuteron. Portaui te Do- *Deu. 1.*
minus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium in
omni via per quam ambulaſtis, donec veniretis ad locum
iſtum. Quod autem addit, *Portabam eos in brachiis meis* ingenti
fortitudine, & potentia eductum eſſe Iſraelem de Ægypto
protectumque & aſſeruatum in deſerto ſignificat Brachium,
enim Dei, potentia & fortitudo eius dicitur. Sic apud Iob, Si *Iob. 40.*
habes brachium, ſicut Deus, id eſt, ſi tam potẽs es, atq; Deus
ipſe omnipotens. Et apud Iſaiam Brachium, id eſt, potentia *Iſa. 53.*
Domini cui reuelata eſt? Quanta autẽ ſolicitudine Iſraelem
in deſerto cuſtodierit Dominus, ne vel æſtu in die vel tene-
bris terreretur in nocte, oſtendit dicens, In die eram nubes *Exod. 13.*
in nocte columna ignis. *Et neſcierunt, quod curarem eos.* Bifariam *& 14.*
diſpungi poteſt, vel, quod cum peccaſſent, & feciſſent ſibi

 caput

caput vituli, dedi locum pœnitentiæ eius, & ignorauerunt, quod curare eos vellē, id eſt, mūdare ab idolis ſuis. Vel, quod *ſanarem*, poſuit pro, *ſanauerim*, id eſt, eduxerim eos è ſeruitute, laboribus, & moleſtiis Ægypti. *In funiculis Adam traham eos.* Adam non pro primo parente accipitur, ſed pro homine idēque eſt dicere, *in funiculis Adam*, quod in funiculis hominis.

*Sequentia prioribus explicatius eluceſcunt.*

¶Explicat autem, quos vocauerit funiculos hominum, hoc eſt, quibus trahuntur homines, non vitulæ, ſequentibus verbis. Eſt enim hæc conſuetudo Scripturæ, per ſequentia verba aperire, quæ prius dixerat, ſubiungens, *In vinculis charitatis*, ac ſi apertius dicat. Funiculi, quibus homines vinciri ſolent, vincula ſunt dilectionis, his ego traham, id eſt, ſemper trahere ſum ſolitus Iſraelem, vt me diligat, & mihi inſeruiat, qui clementiſſime cum hoc populo ſemper agere ſoleo. Futurum enim tempus aliquando à temporis ratione abſoluitur, & conſuetudinē implicat, vt ſæpius obſeruauimus. *Et ero eis, quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum.* In eundem modum verbum futuri tēporis, ero, non tā tēpus, quàm conſuetudinē inuoluit. Apponit autē elegātiſſimā ſimilitudinē De⁹, componens ſe cū aratore. Ac ſi dicat. Quemadmodum benigni, & clementes aratores facere ſolent, qui boues ſuos non vſque ad laſſitudinem exercent, ſed miſericordia moti erga eos, ante operarum terminum, detracto iugo, pabuloque oblato ipſos recreant, & bis, aut ter etiam per diem requieſcere permittunt, ſicut ſcriptum eſt, Nouit iuſtus iumentorum ſuorū animas. In eundē modū ego imbecillitati Iſraelis conſulebā, & ingenti clementia erga eum me gerebam, quos nō continuo perpetuoque labore exerceri volui, ſed quoſdam illis dies, quædam ſolemnia ſacra denique certas horas conſtitui quibus diuino cultui in ſacrificiis, hoſtiis, aliiſque oblationibus vacarēt, cuius generis fuere ſabbatha, anniuerſariaque illa tria feſta, Calendæ, & meſſis, ac vindemiæ tempora nec non & tertius, atque ſeptimus annus. His namq; tēporibus ſuam operam, certā, ſuorumq; fructuum portionem in diuinæ legis obſequium, in publica vota, & ſupplicationes, in ſacerdotum, in pauperum, in ſuoſque ipſorum vſus impendere debuerunt, reliquo autē tēpore ſibi ipſis, ſuiſque rebus proſpicere, & conſulere permiſſi ſunt. Hanc autē libertatē in Ægypto degentes Iſraelitæ nūquā obtinuerunt, ſed miſera ſeruitute oppreſſi ſunt, neque vel temporis momento requies minima conceſſa eſt. Confert igitur Deus calamitoſam illam Ægypti vitam cum ea, quam poſtea, educti de tanta

*Simile.*

*Prou. 12.*

*Docet locus ſecūdū myſticū ſenſum iuſtos debere cō pati & miſereri hebetudini et fragilitati proximorū ſibi cōmiſſorū denique paſtoris eſſe omnium ſuarū habere rationem.*



ta ſeruitute, egerunt in deſerto & terra promiſſionis. Verum ad exactam huius loci intelligentiam non nihil ſub intelligendum eſt, nempe relatiuum, *quod*, & verbum, *erat*, eſtq́ue ſic litera aptanda, *Et fui eis quaſi exaltans iugum, quod erat ſuper maxillas eorum.* Eſt enim Hebraici ſermonis obſeruatio, & ſemel atque iterum animaduertimus, quod relatiuus interdum in antecedente lateat, vt, Secundum innocentiam meam ſuper me, id eſt, quæ eſt ſuper me, in eundem modum hic, *exaltans iugum ſuper maxillas*, hoc eſt, quod erat ſuper maxillas. Dū autē inquit, iugum ſuper maxillas exaltans, idem eſt atque non ſuper ceruices, aut collum. Ad earum enim regionum morē refert, vbi boues non in fronte, vt apud Hiſpanos, ſed in ceruicibus iuga ſuſtinēt. *Et declinaui ad eum, vt veſceretur.* Non eſt contentus Deus iugum auferre duriſſimum Iſrael, ſed vlterius progreſſus eſt, tantumq́; ſe ipſum deiecit, id enim eſt implicatum verbo, *declinaui*, Deum nempe ſe demiſiſſe, vt illi pabulum daret. Perſiſtit autem in ſemel cepta metaphora, in eū enim modum faciunt aratores, qui ſolutis à labore iuuencis fœnum, aliaſq́ue commodas eſcas manu porrigunt. Sic Deus populo Iſrael paſtum largè, & copioſe ſuppeditauit. Sic nāq́ue ſcriptum eſt, Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam, terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malo granata, & olìueta, naſcuntur, terram olei, ac mellis, vbi abſque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris. Poteris & hanc Dei inclinationem, ſiue declinationem, vt veſcatur Iſrael, referre ad mānna illis in deſerto præſtitum cum volatilium abundantia, iuxta illud, Mandauit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit; Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Et pluit ſuper eos puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata.

*Deu. 7.*

*In pinguiſſimo pabulo adduct⁹ eſt Iſrael vt deliciaretur omniū rerū copia.*

*Exod. 16.*

*Deu. 6.*

*Pſal. 77.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem.*

QVIA *puer Iſrael, & dilexi eum.* Vt multa alia ſilentio prætercam, duo hic habes implicata nequaquam aſpernenda, Alterum eſt, obſerua, frater mi, quando maximè Deus tuus Iſraelem ingenti proſequitur amore, nempe cū puer erat, iuxta illud Apoſtoli, Malitia paruuli eſtote. Cōmendatur etiam Saul ob hanc pueri innocentiam. Nā inquit Scriptura,

*1. Cor. 14.*

 Filius

Filius vnius anni erat Saul,cum regnare cœpiſſet hoc eſt,vt
optimè expendit Chaldæus Paraphraſtes,Saul vir erat inno
*1. Reg. 13.* cens,ſicut puer vnius anni,in quo nulla ſunt peccata.Fortaſ
ſis autem ob eam vitæ innocentiã cum Deus ad regiũ api-
cẽ euehi permiſit.Sic etiam & oculos coniiciens in innocen
tiam Sponſæ ait,in eius amorem raptus Sponſus, Soror no-
*Cant. 8.* ſtra parua eſt,& hubera non habet,In huius rei typum obſer
ua quibus Dominus pollicetur terrã promiſſionis. Paruuli,
*Deut. 1.* inquit veſtri,& filij,qui hodie boni ac mali ignorant diſtan
tiam ipſi ingredietur,& ipſis dabo terram & poſſidebũt eam
Ecce tantum paruulis patet aditus patriæ cæleſtis,non aliis.
Terra enim promiſſionis quid aliud adumbrat,quàm cæleſtẽ
illam Ieroſolymã?Hinc & Aſſertor noſter inquit, Sinite par
*Matt. 16.* uulos venire ad me,talium eſt enim regnum cœlorum. Ac
rurſum interrogatus à diſcipulis , Quis,putas , maior eſt in
regno cælorum,aduocans paruulum ſtatuit eum in medio
*Simplici-* eorum & dixit.Amen dico vobis,niſi conuerſi fueritis,& ef-
*tas & mo* ficiamini,ſicut paruuli,nõ intrabitis in regnum cœlorũ. Al-
*rum non* terũ hic implicatum eſt,in quoſnam debeas oculos coniice-
*fucata pu-* re,nẽpe in eos,qui omni ſunt auxilio deſtituti,vt illis ſubue
*ritas Re-* nias.Ob eam enim cauſam Iſraelem puerũ vocat quod mul-
*gni cæleſtis* tis eſſet expoſitus iniuriis Ægyptiorũ.Sic ſanctus Iob his ma
*ianua.* xime ſe miſericordẽ exhibiſſe inquit.Auris audiẽs beatifica
*Iob 29.* bat me,& oculus videns teſtimoniũ reddebat mihi,eo quod
liberaſſem pauperẽ vociferãtẽ,& pupillum,cui non eſſet ad
iutor.Benedictio perituri ſuper me ueniebat,& cor viduę cõ
*Ierem. 22* ſolatus ſum.Hos etiã miſeros,& calamitoſos eſſe ſoluendos
inquit Dominus apud Ieremiã,Liberate, ait , vi oppreſſum
de manu calumniatoris,& aduenã & pupillũ,& viduã nolite
*Iacob. 1.* contriſtare,neque opprimatis inique.Et ſanctus Iacobus,Re
ligio munda,inquit,& immaculata apud Deum,& patrẽ hęc
eſt,viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum,Sic ſan
*2. Mat. 8.* cti,ac fortiſſimi Machabæi pauperem,& afflictorum miſeri,
debilibus,& orphanis,& viduis diuiſerunt ſpolia , quæ ab
*Acto. 9.* hoſtibus reportauerãt.Sic & Thabita plena prædicatur ope-
ribus bonis,& eleemoſynis,quam poſt mortem flẽtes viduæ
oſtendebant Petro tunicas,& veſtes quas ſibi faciebat.

¶*Ex Ægypto vocaui filium meum.* Monet Dominus non eſſe
obliuioni tradendum locum in quo te,frater mi,Deus ex a-
liquo periculo, vel damno eripuit , ſed ante oculos ha-
bendum , vt pro ſuſceptis ibi beneficiis Deo tuo gratias
agas.

¶Ego



¶*Ego quaſi nutritius* Ephraim,*portabam eos in brachiis meis.* Patiẽ
tiam erga ſubditos te docet locus iſte habendam & præter
ea non eſſe contemnendos,aut pedibus calcandos, ſed bra-
chĩs portãdos.Sic legis in Euangelio,quod bonus paſtor o-
uem errantẽ impoſuerit ſuper humeros ſuos,non contriue-
rit aut ingulauerit.

¶*Et ero quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum.* Docet dãdã *Geneſ. 3.*
requiem his qui tibi inſeruiunt.Audis enim Deum tuum au *In ſeueros*
ferre iugũ à ſeruis ſuis. Quod ſi Deus dicitur die ſeptimo *illos heros*
quieuiſſe ab omni opere, quod patrauerat. Cur & tu non *qui exe-*
permittes reſpirare ſeruos,& ancillas tuas?Num tu inter eos *crantur*
vis numerari de quibus inquit Deus,Seruietis diis alienis, *quietem*
qui non dabũt vobis requiem die,ac nocte? Aſcendit Deus *nocturnã*
in monte,inquit ſanctus Ioannes,& ibi ſedebat non vtique *famulorũ.*
ſolus,ſed cum diſcipulis,vt doceat concedendam requiem *Ierem. 16*
famulis.

¶*Et ego quaſi nutritius* Ephraim,*portabãt eos in brachiis meis.* Ni-
hil aptius poteſt depingere,quales ſe debeant prælati exhi-
bere ſuis ſubditis,quàm hic locus.Primò non ſe exiſtiment
prȩlati dominos eſſe ſubditorũ,ſed nutritios,qua voce mul-
ta implicauit.Quorum primum eſt,debere æquo animo fer-
re ſubditorũ imperfectiones,neque quia ſemel , aut iterum
cadant propterea eſſe perdendos,trucidandos,aut conteren- *2. Reg. 4.*
dos.Non enim paruulos ſolent nutritii elidere, cum cecide
rint,ſed clementer,& benigne è terra leuare.Secundum,non
omnino deſerendos,aut derelinquendos eſſe ſubditos à præ
latis.Alioqui ſi deſerantur,vt ſine adminiculo nutritij obam
bulent,quid mirum ſi cadant cum Miphiboſeth,& claudi ef
ficiantur?Diſcãt etiã prælati,dum nutritii funguntur mune-
re:pedetẽtim eſſe cum ſubditis ambulandum non currendũ,
Temperandus enim eſt greſſus,prælati imbecillitate ſubdito *Deut. 32.*
rum,ne medio itinere ſuccumbant ſubditi. Sic ſe Dominus
temperaſſe teſtatur,dũ inquit,Sicut aquila prouocans ad vo-
landum pullos ſuos,& ſuper eos volitans,expãdit alas ſuas,
& aſſumpſit eũ, aque portauit in humeris ſuis.Sic etiã Aſ-
ſertor noſter cum eſſet in monte dicitur ſediſſe cum diſcipu
lis ſuis.Quorſum putas ſedebat?Num quia defeſſus erat?Ne
quaquam,ſed quia nutritius erat eorum,compatitur illorum
infirmitati,ac veluti defeſſus eſſet,ſedere voluit.Sic denique
cum ad montẽ Transfigurationis pergeret , dicitur duxiſſe
diſcipulos ſuos.Quo pacto ducebas eos , Domine in mon-
tem illum excelſum?Num excitabas eos ad curſum?Nequa-

 quam

quam,ſed paulatim ipſe enim inquit.Et ego quaſi nutritius Ephraim. Diſces ſecundò non ſolum verbo aut ore portandos ſubditos,ſed etiam brachiis,hoc eſt bonis opiribus. Ne tu ſis de numero eorum,qui grandia præcipiunt,& ea neque ſummo digito volunt attingere.Si ad terram promiſſionis ſubditos portare cupis apprehende eorum manus manibus tuis.Quando Ioas ſagittas iecit fortiter ? Cū Eliſæus ſuper poſuit manus ſuas manibus Ioas, tunc ſagitta ſalutis fuit contra Syriam. Tunc enim ſubditi impetunt magnanimiter hoſtes inuiſibiles,cum manibus iuuantur prælatorum. Vidit Ioannes Chriſtum ambulātem in medio candelabrorum,de cuius ore procedebat,gladius ex vtraque parte acutus, & in dextera eius ſtellas ſeptem. Ecce non eſt contentus ſolum habere gladium in ore,vt puniat delinquentes,etiam in manu habet ſtellas,quibus illuminet,illuſtres nempe virtutum actiones vt doceat prælatos ſimul cum gladio ſeueræ corectionis exhibenda eſſe ſubditis vitæ candidæ, & cæleſtis exempla. Ad poſtremum,ſubditos docet etiam eſſe ſuis pedibus ambulandum,neque totum pondus iaceant ſuper humeros prælatorum. Hinc ſe vocat nutritium qui pedetentim graditur cum infantulo.Sine lachrymis dici non poteſt, inuenies multos ſubditos,qui neque pedem in via virtutis ponunt & ſi prælatus reprehendat,aut puniat,bone Deus quas excitant tragœdias.Non arabis in boue ſimul & aſino,præcipit Deus. Quid bos adumbrat,niſi prælatum? Is non debet ſecum pati ſubditos : inſtar aſini viuentes,abiiciat à ſe puniat , reprehendat , neque cum eo iugo amicitiæ coniungi velit.

*Quidam Prælati humeris ouiū ingētia onera imponunt,quæ ipſi ferre recuſant.*

*4.Re.13.*

*Apoc.1.*

*Datus eſt Pontificibus gladius ad circuncidenda corda hominum.*

*Deut.22.*

¶ *In funiculis Adam traham eos,in vinculis charitatis.* Multa hic ſunt implicata & certe obſeruatione digniſſima,Primū,ecce qualē Deus tuus ſe exhibeat hominibus,nō ſemel,aut iterū ſed ſemper,benignū videlicet,ac miſericordem,& munificū, conſuetudinem enim inuoluit,verbum,*traham* , vti diſpungentes literam diximus. Quemadmodum enim fons ſemper manans quacunque hora ad illum veneris, aquam porrigit, qua ſitim extinguas.Sic Deus ſemper beneficia confert in homines,Et ſicut aqua fontis ſordes mundat , nedum ſitim ſedet,Ita Deus noſtras maculas abluit peccatorum dulciſſimum præbet mille beneficiorum potum. Me derelinquerunt fontem aquæ viuæ,ait apud Ieremiam. Cur ſe fontem non quemcunque ſed aquæ viuæ vocat,niſi vt ſe ſemper paratū eſſe demonſtret, vt homines multis cumulet beneficiis? Quid

*Simile.*



Quid Deus eſt, niſi paradiſus,de quo fons,aſcendit,vt iriget vniuerſam ſuperficiem terræ omnes videlicet homines? Hic eſt fons ille de quo ait apud Cantica,Fons hortorum,puteus aquarum viuentium,quæ fluunt impetu de Libano. De quo etiā inquit apud Ioannem Aſſertor noſter, Qui biberit ex aqua,quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitā æternam. Fontem aquæ ſalientis vocat quoniā ſemper nos lauat,ſemper nos fœcundat , nunquam benefacere deſiſtit, per nos ſtat,ſi non irrigamur,Si enim dixerimus cum Regio Pſalte, Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum ita anima mea ad te Deus,refrigerium in eo fonte inueniemus. Quemadmodū quandiu vaſa vacua habuit vxor prophetę oleū infudit, neque manare deſiit oleū.Sic in omnes homines oleū infundit diuina miſericordia per vxorē prophetæ adumbrat,neque vas aliquod vacuum eſſe punitur, hominem videlicet expertem diuinæ munificentiæ. Significauit hoc rurſus eleganter Ioannes in Apocalypſi , dum in medio plateę ciuitatis Ieruſalem vidit arborem vitæ plātatā ex vtraque parte fluminis,afferentem per ſigulos mēſes fructum ſuum,ac ſi apertius dicat arborem illam nēpe Deum, eſſe fructu onuſtam,vt ſemper homines paſcat, famem pellat,& ſua protegat vmbra. Quadrat obſeruatio in Euāgeliū Dominicæ Septuageſimæ,in hæc verba , Circa vndecimam horam exiit,& inuenit alios ſtantes,&c. Ecce,Deus tuus nō eſt contentus ſemel,atque iterum exire,vt quærat operarios ſed vſque ad horam vndecimā exiit,quoniam ſemper paratus eſt benefacere,& miſereri. Vides etiam quo pacto non in funiculis flagelli trahat operarios,ſed dilectionis,& charitatis,non enim otioſos tota die ſtantes acerbe reprehendit, ſed benigne inuitat,vt ſuam excolant vineam. Quadrat & in Euangelium feriæ ſextæ poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ, in hæc verba iam citata,Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

*Geneſ.2.*

*Cant.7.*

*Ioan.4.*

*Deus fons eſt ex quo promanāt gratiæ & vitæ copiæ*

*Pſal.41.*

*4.Reg.4.*

*Apoc.22.*

¶ Secundum, *In funiculis Adam*, beneficia vocat funiculos & vincula,atque perelegāter. Nihil enim magis hominem deuincit alteri,quàm collatio officiorum,ne benefactori nocumentū inferat,aut iratū placet,& eius beneuolentiam,& amorem ſibi conſiliet. Exēplo nobis ſunt ſanctus Ioſeph,& Iacob. Nam illectus ab impudica fœmina , vt cum ea coiret,obſerua,quo pacto beneficia à Domino ſuo accepta contempletur, ne in eum peccet , Quomodo poſſum , inquit ſanctus adoleſcens , hoc malum facere , & peccare in domi-

*Beneficiā amicorum mutua vincula quędā ſunt pretioſiſſima quibus voluntates inuicē coniunguntur*

dominum meum? Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua; neq; quicquã eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi præter te. Quid cogitauit Ioſeph eſſe beneficia à domino in ſe collata niſi vincula quædam, quibus manus, & cor obligauerat Dominus, ne quid contra eum committeret? Sic etiam Ionathas iudicabat patris Saul debere cor deuinctum eſſe beneficiis Dauid, ne illi noceret Ne pecces rex, inquit, in ſeruum tuum

*1. Re. 19.* Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi valde, & poſuit animam ſuam in manu tua, & percuſſit Philiſthæum. Vidit etiam Iacob iratum Eſau in ſe, & obſerua, quibus vinculis manus fratris obligare contendit. Separauit

*Gene. 32.* Iacob de his, q̃ habebat munera fratri ſuo Eſau, & miſit ante ſe, dicens, Placabo eum muneribus. Tertium, dices, quo pacto homines ſunt gubernandi, amore videlicet, & clementia ma-

*Ezec. 20.* gis quam minis, & terroribus. Sic & apud Ezechielem inquit Deus, Et ſubiiciam vos ſceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. Ecce, non inquit, in vinculis minarum, & terroris, ſed, in vinculis fœderis, id eſt, clementer, & ſuauiter te trahã ad me, his enim blãdis ligaminibus homines facilius gubernantur. His vinculis animos Theſſalonicenſium ſibi de-

*1. Theſ. 2.* uinciebat Apoſtolus, ait quippe, Cupide volebamus tradere vobis non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animas no-

*1. Cor. 4.* ſtras, quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. Ac rurſum, Non vt confundam vos, hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo. Vides, quo pacto vinculis amoris ſtudeat diuus Paulus obligare animos hominum? In huius rei typum legimus apud librum Iudicum, ligna, cum crearent regem, prius oliuam inuitaſſe, atque illa renuẽte ficum, deinde vitem, ad poſtremum rhamnum. Quæ reſpondit, Si vere me regem vobis conſtituiſtis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite. Si autem

*Iudit. 9.* non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros

*Fermiſſimi & colligati amoris Typus.* libani. Quid hæc ligna adumbrant, niſi homines? Hi cum decernunt ſibi quempiam præficere, pri⁹ adeunt hominẽ miſericordẽ, & qui oleũ miſericordię præbeat gubernandis, aut dulcedinẽ, ſicut ficus, aut lætitiam ſicut vitis, non ſpinas mi-

*Gene. 27.* narum, & terroris proferat, ſicut rhamnus. Quis enim ſub ta-

*Lenis & clementia magis Principis aliis honos.* li vmbra poterit requieſcere, cũ ſolum habeat ſpinas, quibus pũgat, & cruciet? Hinc etiã nõ Eſau, qui horridus, & hirſutus erat, ſed Iacob, qui lenis erat cõſtitutus eſt dominus, & princeps fratrum ſuorum, vt doceat, magis lenitate, quam aſperitate agendum eſſe cum ſubditis, digniores que principatu





qui clementia gubernant, quàm qui acerbitate.

¶ *Non reuertetur in terram Aegypti & Aſſur ipſe rex eius, quoniam noluerunt conuerti, cepit gladius in ciuitatibus eius, & conſumet electos eius, & comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis ſimul, quod non auferetur. Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Iſrael? Quomodo dabo te, ſicut Adama, ponam te, vt Seboim? Conuerſum eſt in me cor meum pariter conturbata eſt pœnitudo mea, Nõ faciam furorem iræ meæ, non conuertar, vt diſperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo: in medio tui ſanctus, & non ingrediar ciuitatem.*

*Iſrael pro Pharaone habiturus eſt Sennacherib.*

¶ *Non reuertetur in terram Aegypti.* Nonnulli æſtimant hunc locum ſic diſpungendũ, quod decem tribus, inſtãte Aſſyriorum aduentũ, optabant in Ægyptum fugere, ac reuerti, ſed id cõſequi nõ potuerunt, quod cõtigiſſe arbitrãtur ſub Manahen rege decem tribuum. Tunc enim fugere voluit populus Iſrael in Ægyptum a facie Sennacherib auxilium flagitans, eiſque nonnihil ſubintelligendum, vt ſẽſus reddatur apertior, ſic, *Non reuertetur in terram Aegypti*, vt ſcilicet habeat regem Pharaonem, ſed *Aſſur ipſe rex eius*, id eſt, Sennacherib. poſthac erit rex eius, quia captus Iſrael ducetur, & eius iure victoris dominabitur. Alij multo ſecus expẽdũt dicẽtes vim futuri temporis apud Hebræos explanandam eſſe per verbum decuit, ſic, Non reuertetur in terram Ægypti, id eſt, non decuit eum reuerti in terram Ægypti. In eundem modum

*Gene. 20.* eſt explananda illa Abimelech ad Abrahã obiurgatio, Quod non fiet, feciſti nobis, id eſt, quod non debebas facere, aut non decuit facere, feciſti nobis. In eundem modum expendunt, quod ſequitur, *Et Aſſur ipſe rex eius*, quod videlicet neque Aſſur adiiſſe oporteret, auxilij cauſa. Nam quãuis Aſſur inimicus antea non eſſet Iſraelis, non tamen vtilem eum ſunt experti Iſraelitæ, ſed inutilem, dum tulit opem, imo nocẽtiſſimum, is enim nihil apud illos profecit, & intolerabile tributum exigens reportauit. priori explanationi fauere videtur Paraphraſis Chaldaica ſic habens, *Non reuertentur in terram Aegypti, ſed Aſſur dominabitur eis.* Fateor hanc mihi explanationem eſſe gratiorem, licet & aliam non omnino reiiciendam.

*Aſſur multiiugis vectigalibus & tributis emulſit vbera Iſraelis.*

*Quoniam noluerunt conuerti.* Cauſam reddit, ob quam talia patiantur Iſraelitæ, nempe quia per pœnitentiam noluerint conuerti, ad Deum videlicet, commune Iſraelitarum perfugium, & ſingulare præſidium. *Cepit gladius in ciuitatibus eius, & conſumet electos eius, & comedet capita eorum.* Pœnam infligendam

*Omnium cladiũ & miſeriarũ refugium pœnitentia eſt qua neglecta temere ſalutis fructus expectamus.*

oſtendit. Verbum autem cepit, non a cœpit, ſed à capio præteritum eſt, poſitumque eſt pro futuro capiet, quæ temporis mutatio frequentiſſima eſt in ſacris, vt ſæpius iam à nobis eſt obſeruatum. Vide autem quantum ſit pondus miſeriarum, vt non agri, vel poſſeſſiones, ac rura vaſtentur, ſed medias ciuitates hoſtis introeat, *electos* autem principes vocat, ac robuſtiores exercitus eius, *capita* vero conſiliarios, vel conſilia eorũ vt obſeruat diuus Hieronymus ſub diſiunctione, dum hunc locum expendit, dicens, Cunque conſumpſerit gladius electos, & principes, ſiue robur exercitus, & deuorauerit vel capita, vel conſilia eorum, vt non poſſint aliquod inuenire preſidium. Hanc explanationem amplecti videtur Chaldaica Paraphraſis, diſpungit enim ſic, Et verſabitur gladius in ciuitatibus eius, & concidet fortes eius, & conſumet fortes eius à conſultationibus conſilij eorum. Hebraice etiam pro, *capita eorum*, eſt, ob conſiliarios eius. Vt autem Hebraicus, & Latinus noſter textus ſibi cohæreant, ſic eſt oratio deſtinguenda vt hemiſtichium vſque ad verbum, comedet, pertineat, & in eo loco apponatur comma: deinde vero ſequatur, *capita eorũ. Et populus meus pendebit ad reditum meum.* Plura verba reperiuntur in Hebraico exemplari, atque vt omnia attexamus, ſic eſt Hebraice, *populus meus pendent animi ad conuerſionem meam. & ad altiſſimum vocauerunt eum, ſed in vniuerſum nullus eſt, qui exaltet, ſiue eleuet.* Eſt autem ſenſus, Populus autem meus ſemper erit ſuſpenſus animo, id eſt ſemper ſibi timebit, nunquamque erit animo ſecuro, quod rebellauerit contra me, & quamuis prophetæ vocauerunt eum, vt ſe ad altiſſimum conuerteret, nullus eſt, qui caput, aut aures eleuet, vt obaudiat prophetis, aut qui exaltet Deum. Qui autem ſolum legunt, *Et populus meus pendebit ad reditum meum*, vt Aeditio noſtra vulgata habet, quæ ſemper ſuſpiciẽda eſt, quamuis Hebraica exemplaria ſecus habeant, ſic expendunt, quod cum tempus venerit captiuitatis, & gladius hoſtium conſumpſerit omnes bellatores illius, neque potuerint aliquod inuenire præſidium, tunc plebs mea miſerabilis ſero pœnitentiam aget, hoſtibus cuncta vaſtantibus, pendebit ad meum reditum, & ſuſpirabit, ac conuerti captabit, ſed non proderit, quoniam quõdam fuit populus meus, nunc autem non. *Iugum autem imponetur ei ſimul, quod non auferetur.* Quod captiuitatis, & ſeruitatis vſque hodie patiuntur. Permanent enim redacti in miſeram ſeruitutem in mõtibus Perſarum, & Medorum. Poteſt etiã & hoc ad tempora Romanorum referri, quia tunc Iudæi vltima, & perpetua



perpetua ſunt captiuitate dãnati. *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Iſrael?* More pij patris Dominus loquitur ad Iſraelem. *Quomodo*, inquit, dabo te? id eſt, quomodo potero te dare in captiuitatem, & in manus hoſtium tuorum ſine maximo meo dolore? quomodo te protegam, & quid tibi faciam? qua arte te corripiam? Deſcribitur autem Dei clementia in Iſraelitas, paternaque miſericordia, qui non lubens punit, ſed inuitus, & non ſine ingenti animi dolore. Repetitio autem eiuſdem vocis *quomodo*, & huius *Ephraim*, & *Iſrael*, plena eſt affectibus. Tanta enim eſt verbi repetiti vis, vt miſerationẽ, dolorémq; vehementer augeat. Vt Abſalon fili mi, fili mi Abſalon, *Quomodo dabo te, ſicut Adama, ponam te, vt Seboim.* Quinque ciuitates euertit Deus ob deteſtandum peccatum, quarum nomina ſunt, Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim, & Segor, vaſtandos inquit Iſraelitas, quemadmodum Adama, & Seboim, ac ſi apertius dicat, Delebo te Iſrael vſque ad cineres, & fauillas, ſicut deleui Adama, & Seboim. Eſt autem obſeruandum ex diuo Hieronymo, Haymone, & aliis, quod vbi contra duas tribus Dominus loquitur per prophetas, non *Adama* ponitur, & *Seboim*, ſed Sodoma, & Gomorrha. Vnde in Iſaia legimus, Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite legem Domini Dei noſtri popul⁹ Gomorrhę. Et Dominus in Euangelio diſcipulis ait, Tolerabilius erit Sodomæ, & Gomorrhæ, quam Ciuitati, quæ non receperit vos. Et Ezechiel ad Ieruſalem, Iuſtificata eſt Sodoma ex te. Quando autem decem loquitur tribubus, non Sodoma, & Gomorrha, ſed cæteræ ponuntur ciuitates illis ſubiectæ. Cauſa autẽ huius diſcriminis eſt, quia licet decem tribus maiores eſſent numero, præminebant tamen duæ dignitate quadã templi, & ſacerdotij. Ideoque grauius peccauerũt, quam decem quę his omnibus carebant: & præterea ab Ieruſalem longe erant remoti. Ad hunc eundem modum Sodoma, & Gomorrha maiores fuerunt in ſcelere, quia nequitiam harum cæteræ vrbes ſectatæ ſunt. *Conuerſum eſt in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea.* Bifariam diſpungi poteſt, vel quod Deus dicat ſe ſimilem homini perturbato animo. Vel, mutaui ſententiam, quaſi dicat Statueram vos perdere, ſed iam me pœnitet: ergo reſipiſcite, paratus enim ſum mutare ſententiam, ſi reſipueritis. *Non faciam furorem iræ meæ, non conuertar, vt diſperdam Ephraim.* Contendunt nonnulli, eſſe hæc verba cum interrogatione legenda; communis ſanctorum Patrum explana-

*Gene. 19.*

*Quinque vrbes ob nephando crimine dirutæ diuino iudicio, de deteſtatione autẽ huius vitij vide Lactantium Firmianũ lib. 6. cap. 23. diuinarum inſtitut. & Barba. in Conſ. 63. in 1. vol. Itẽ diſputatione Anaſtaſij Pluti. An Sodomita teſtari poſſit. Et 3. lib. conſ. regni Siciliæ.*

*Matt. 10.*

*Ezec. 16.*

explanatio ſine interrogatione & legit,& diſpungit. Si cum
interrogatione legas,ſenſus erit,quaſi Deus deliberet,nũ ob
ſuã miſericordiam parcendũ ſit Ephraim , & interrogatione
implicet,nequaquã eſt cedendum hominib. iſtis,neq; tem-
perandus furor iræ diuinæ,ſed exequendũ conſilium , quòd
de perdendo Ephraim cęperat. Si autẽ ſine interrogatione le
gas dicta verba cum ſequentibus attexenda ſunt,nẽpe, *Quo-
niam Deus ego,& non homo*. Eſt autem,ac ſi dicat, *Non faciam fu-
rorem iræ meæ, vt diſperdam Ephraim*, nõ enim percutio,vt diſper
dã in perpetuum,ſed vt emendẽ, Crudelitas quippe mea pœ
nitentiæ,& pietatis occaſio eſt Subiungit autem cauſam,ob
quã nõ omnino Ephraim perdere decernat,ſed miſericordia
iuſtitiã tẽperet, dicens, *Quoniam Deus ego, & non homo*. Ad hoc
homo percutit,vt perdat,ad hoc iraſcitur, vt vindicet, eius
iudiciũ ſupplicium eſt. Deus autẽ ad hoc corripit,vt emẽdet
ad hoc flagellat,vt corripiat. Hinc homines ſuã irã cõtinere
non poſſunt, Deus tamen ſecus, cum longanimis,& clemens
ſit in peccatores. Quod autẽ ad loquẽdi modũ attinet,obſer
uanda eſt vox hic poſita, *Deus*, pro qua eſt vox Hebraica *El*,
ſignificátq; fortem,& maxima virtute præditũ. Nam apud
Hebræos varia,ac multa nomina ſunt Dei, pro quibus om-
nibus latinè vel Deus, vel Dominus redditur, quorũ nomi-
nũ non eadem ratio,& ſignificationis nota eſt. Cùm itaq; di
citur. *Quoniam Deus,& non homo* , fortitudo Dei detegitur ad
ferendas iniurias, & cõtumelias ſibi illatas. *In medio tui ſanctus*
Deum ſanctum vocat,qui in medio Ephraim ſe futurum, &
habitaturũ pollicetur,vt defendat,ſi pœnitentiã ageret. *Et nõ
ingrediar ciuitatem*. Variè explanatur,quidam ſic, *Non ingrediar
ciuitatem*, aliam videlicet ab Ieruſalẽ. Fauet his Chaldaica Pa
raphraſis,quæ ſic habet, Certè nõ permutabo amplius Ieru-
ſalem pro alia ciuitate. Alij ſic, *Non ingrediar ciuitatem* , id eſt,
nõ in vna tantum ciuitate Ieruſalem ponã cultum meũ, ſed
illum per totum orbem diffundam,quòd completum eſt tẽ-
pore gratiæ. Alij etiam ſic, *Non ingrediar ciuitatem*, ad hoc ſcili-
cet, vt puniam, ſicut iudices, quia non ſum vnus de his , qui
in vrbibus habitant,& humanis legibus viuunt.

*Diu Deus iniquos tolerat, quia in perpetuũ dãnat doctos cõteri vt ad præmia æterna erudiat. Greg. lib. 26. mora. c.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem.*

*NON reuertetur in terram Ægypti.*

¶ Docet Deus peccatores indignos eſſe, vt im-
petrent,quæ impetrare contendunt ; incaſſúmque
laboraturos,& non obtenturos , quæ deſiderant.

*Indignum ſcelus meritis.*



Optabat enim,& obnixè quærebat Iſrael opem Ægypti, eã
tamen non eſt conſecutus. Sic & apud Iſaiam Dominus in-
quit, Conſilium eius, nẽpe Ægypti præcipitabo, id eſt,ad ni- *Iſa. 19.*
hilum redigam, & non ſortietur effectum,quem volunt. Ac
rurſum irridens Syriam, & Samariam inquit, Congregamini *Iſa. 8.*
populi,& vincimini,& audite vniuerſæ procul terræ:confor-
tamini,& vincimini,accingite vos,& vincimini,inite conſi- *Iob 5.*
lium,& diſſipabitur, Et ſanctus Iob, Conſilia prauorum diſſi- *Iob 30.*
pat, Et iterum de ſe loquens,ait, Abſtuliſti,quaſi ventus,con
ſilium meum , Fluxum ergo , & facilè ſolutũ eſt conſilium, *Iſa. 59.*
hominis,quando Deus,veluti ventus rem motu facilem , il-
lud ſubuertere poteſt. Hinc cum telis aranearum componit
humana conſilia. Telas,inquit,araneę texuerunt,telæ eorum
non erunt in veſtimentum,neque operientur operibus ſuis.
Nihil aptius poteſt depingere humani conſilij infirmitatem,
quàm hæc collatio telæ aranearum , nam poſt quam miſera
aranea ſe euiſcerauit,maximóque labore confecit;texens te-
lam ſuam, vel minimo ſibilo auræ diſſoluitur. Videbis in pa
pyro defixa in pariete pictas turres,& alta mœnia , maria,
terras , & vniuerſum denique orbem terrarum deſcriptum,
cadit aquæ gutta,& papyrum cum tota mundi deſcriptione
corrumpit,& penitus abſumit,& perdit. Videbatur quidem
mundus,& erat papyrus,& attramentum:papyrus rumpitur
& attramentum deletur. Quid eſt vani hominis cor , niſi
quædam mappa mundi,quædam orbis deſcriptio in papyro
deſcripta? Fingit námque vanus homo multa,inquirit media
ad illa conſequenda,& dum ſe certo ſperat illa adepturum,
gutta aquæ diuinæ potentiæ ea omnia deſtruit, & abſumit.
Quemadmodum crebrò,poſtquam homo non paruum labo- *Simile.*
ris conſumpſit, vt per fiſtulas inducat aquam ad bibendum
ſiue irrigandum,contingere ſolet,capram,aut ouem,vel iu-
mentum frangere aliquam fiſtulam,alioque diuertitur aqua
iſque ſitim ſuam ſedat,vel arbores rigat,qui neque minimũ
laborem aquæ ducendæ eo impenderat, Ita poſtquam miſer
homo multa excogitauit,& adhibuit mille modos non ſine
ingenti diuitiarum ſumptu,vt quòd vehementer optat,adi-
piſcatur iumentum,ſiue alia quæuis fera,peccatum videlicet
aliquod, quo eſt implicatus , diuino nutu omnem operam
impenſam perdit , & rumpens cuniculum , per quam aqua
tendebat,alio tranſire facit,& ille potu delectatur, qui nihil
de eo cogitauerat. Significauit hoc pereleganter Diuus Ioan
nes dicens Babyloni, Poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerunt
à te,&

*Telis aranearũ probè compãrantur conſilia hominũ cõſilia. Simile.*

*In medio curſu humana voluptates aſſectã deſerunt. Apoc. 18.*

à te,& amplius illa iam non inuenies. Quid poma appellat niſi fructum voluptatum,& deſideriorum humanorum, quę non ſine magno labore homines colligere contendunt? Certum enim eſt obnixè laborandum eſſe, vt conſcendas in arborem proceram ad percipienda illius poma. Sed poſtquam miſer homo defatigatus eſt, audit, Poma deſiderij animę tuę diſceſſerunt à te,& amplius illa iam non inuenies. Quadrat obſeruatio in Euangelium Sabbathi poſt Dominicam ſecundam Quadrageſimæ, in hæc verba, Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant,& nemo illi dabat. Quid eſt, cupiebat,& nemo illi dabat, niſi contendebat reuertere ad voluptates Ægypti, cæterum non valuit obtinere? Quid, niſi poma deſiderij tui diſceſſerunt à te? Bene autem hic filius prodigus,& adoleſcens eſſe dicitur,& poma quærere Babylonis, quia is ſimilis erat puero inſipienti, qui poma facilè putrentia plus facit, quàm res pretioſas, velut gemmas, aut aliquid tale, non enim ad opes illas cœleſtes conquirendas oculos mentis leuabat, ſed ad poma terræ dimittebat, quibus hauſtis, nihil præter vermem conſcientiæ inueniret in corde.

*Peccatorũ neceſsitudine ſemel contracta ab ea vix diuerti licet.*

¶ *Et Aſſur ipſe rex eius, quoniam noluerunt conuerti.* Ecce, in pœnam, eamque maximam Iſraelitæ à rege extero, puta Aſſur, gubernantur, cauſam autem ſubiungit, quoniam noluerint conuerti ad Dominum. Diſces ergo regna crebro priuari regibus patriis ob regni peccata, quod non parum nocumenti ſubditis affert. Singulare enim beneficium eſſe Deus cenſet non gubernari ab alienis regibus, quamobrem pollicetur Iudæis, Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam,& non dominabuntur ei amplius alieni, ſed ſeruiẽt Domino Deo ſuo,& Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. Sed obiicies, Ego reddã regi tribuat, & vectigalia, quid intereſt, vel à regie patrio, vel ab alieno gubernari? Certè ſi id nõ eſſet ſupplicium maximum, non comminaretur Deus peccantibus Iudeis regendos eſſe ab exteris. Quemadmodum mẽbrum corporis alieni non ſentit dolorem, ſed proprij, Sic rex exterus non commouetur ad miſerationem calamitatibus ſubditorum. Et ſicut planta aliunde tranſlata ampliore eget irrigatione ne areſcat, & ſua vmbra valeat protegere ad ſe confugientes, Sic rex cùm ab aliis regionibus venit, rerum potiturus, maiora, exigit tributa,& vectigalia, vt eius vmbram ſibi populi cõcilient, quæ ſi negent, vel inſtar rhamni miſeros ſubditos laniat, vel ſe areſcentẽ illis exhibet arborem.

*Infælicia regna quorũ gubernacula per alienos & exteros moderantur.*

Iere. 30.

*Simile.*



rem. Et ne exiſtimes, hanc arboris ad regem ſimilitudinem eſſe temere confictam, audi apud Danielem, regem arborem vocari in medio terræ ſitam, magnam,& fortem, ſubter quã habitabant animalia,& beſtiæ,& in cuius ramis veſcebantur omnes volucres cœli, & ex qua veſcebatur omnis caro. Ecce rex Nabuchodonoſor arbor appellatur, ſubditi vero, quia variæ ſunt eorum conditiones, appellãtur animalia, beſtiæ,& volucres. Cum enim regnum conſtet, viris nobilitatis ſplendore conſpicuis, hos volucres vocat, qui quoniam culmen honoris ſunt adepti apud regem, merito nomen volucrum ſedentium in ramis arboris ſortiuntur, alij vero puta ciues & agricolæ,& fabri, cæterique id genus, quod inferioris ſunt claſſis, animalia,& beſtiæ ſub vmbra arboris exiſtentes dicuntur. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicę 4. Aduentus, in hæc verba, Procurante Pontio Pilato Iudæã. Ecce, neque procuratorem, aut proregem habet patrium, ſed exterum miſer Iudæorum populus. Sed quam ob cauſam? Opinor ob eorum peccata. Quorum vnum, idq́; maximum refert Euangelium, ſacerdotium nempe eſſe venale, hinc enim dicitur, Sub principibus ſacerdotum Anna,& Caipha.

Danie. 4.

*Nobiles & proceres regni volucres, plebei vero homines animalia & beſtiæ vocantur*

¶ *Cepit gladius in ciuitatibus eius, & conſumet electos eius, & comedet capita eorum.* Capita vocat conſiliarios, neque ab re, nam cum ſedes conſilij caput ſit, conſiliarij merito capita Iſraelitarum dicuntur. Vides ergo puniri capita, id eſt, conſiliarios ꝙ iniqua conſilia dederint? Fugiamus igitur iniquũ cuipiam præbere conſilium, ne de nobis vindictam Deus ſumat. Diſce etiã iniquos fugere conſiliarios, A conſiliario, inquit Sapiens, ſerua animã tuam. Ac rurſum, Cum fatuis conſiliũ nõ habeas. Audis enim quantum nocumenti attulerint Iſraelitis iniqui cõſiliarij, propter eos enim gladius conſumpſit electos eius. Ad hæc diſces honorandos eſſe conſiliarios, non paruipendendos. Nõ enim eos vocat pedes, ſed capita. Sic à Deo honoratos eſſe inuenies. Nã in Apocalypſi in circuitu ſedis viginti quatuor ſedilia ſunt, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes circũ amicti veſtimentis albis, & in capitibus eorũ coronæ aureæ. Quid namque illa ſeniorũ ſeſſio ſignificat, niſi ingenti honore Deum fuiſſe eos proſecutum? Obſerua etiam, quos delegerit conſiliarios, eos videlicet, qui ſunt amicti ſtolis albis, non alios, vt tu etiam diſcas eos homines, qui cãdore morũ ſunt exornati eligere in conſiliarios, non tetris moribus corruptos. Quadrat obſeruatio in Euangelium de Transfiguratione Dñi, in hæc verba, Domine,

Eccl. 37.

Eccleſ. 8.

*Cum imprudentibus conſilia nõ ſunt capienda eo quod ꝓ ſua affectione non poſſunt diligere & approbare niſi quæ eis placent hoc eſt ſtulta & noxia.*

Apoc. 4.

Domine bonum eſt,nos hic eſſe.Eſt autem per interrogationem aptãda ſic obſeruatio,Decet ne,bone Petre,illud Chriſto præbere conſilium,vt ibi oblitus redemptionis generis humani in monte permaneat?Nũ ignoras pœna dignos eſſe qui aliis iniqua ſuggerunt conſilia?Nonne legis apud Hoſſeam,Gladius comedet,capita eorum , hoc eſt , conſiliarios, Credo,non impunitus abibis,nam & gloria priuatus es Trãſfigurationis,& ingenti terrore affectus,in faciem tuam cecidiſti quã primũ hoc Chriſto dediſti conſilium.Quadrat& in Euang.Dñcæ quartæ Quadrag.in hæc verba,Philippe,vnde ememus panes,vt mãducent hi.Videte,precor,quẽ audit cõſiliariũ qui tardior,& rudior erat,vt inquit D.Tho.Cur,Dñe nõ,audis Petrũ,aut aut Ioãnẽ,qui Philippo ꝑfectiores ſunt? Decet ne ab infirmioribus petere conſilia? Sed dum ab infirmo conſilium petis,& illi non obtemperas,opinor, nos docere voluiſti,non eſſe aſſentiendum prauis conſiliariis. Vtroſq́ue enim punitos legimus apud Hoſſeam,& qui conſilium dederunt prauum,& qui acceperunt illud.

*Non eſt aſſentiẽdum prauis cõſiliariis.*

¶ *Quomodo dabo te Ephraim,protegam te Iſrael.* Deus tuus non lubens,& lætus punit Ephraim,ſed triſtis, & velut inuitus, ne tu ſis vindictæ cupidus,& ne punitione gaudeas,ſed clementiam diſcas.Sic apud Ieremiam euerſurus Ieruſalem,gemebundus inquit Deus,Dolor meus ſuper dolorem , in me cor meum mœrens.Ac deinde paucis interiectis,Super contritione filiæ populi mei contritus ſum,& contriſtatus,ſtupor obtinuit me.Quemadmodum condimentum ex granis ſinapis confectum tãtam habet acrimoniam, vt cieat lachrymas comedentis,In eundem modum ſupplicium inferendũ peccatori debet iudicem ad dolorem,& fletum commouere. Nam de his,qui ſecus faciunt,inquit,Sapiens,Viſcera impiorum crudelia.Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ decimæ poſt pentecoſten,in hæc verba,Videns ciuitatem fleuit ſuper illam,dicens,Quia ſi cognouiſſes & tu,&c. Ecce recogitans pœnam infligendam Ieruſalem ob illius peccata in lachrymas ſoluitur Chriſtus.

*Ierem.8.*

*Simile.*

*Iuſtitia ſine miſericordia non eſt Iuſtitia ſed crudelitas ſicut & miſericordia ſine Iuſtitia nõ eſt miſericordia ſed fatuitas.*

¶ *Quomodo dabo te ſicut Adama,ponam te,vt Seboim.* Demum noſtris oculis ſubiicit pœnam inflictam his duabus ciuitatibus,duo docet,alterum eſt,aliorum ſupplicia non eſſe obliuioni tradenda,ſed ſemper ante oculos habenda , ne ſimilia peccata patremus,cum diuina iuſtitia eaſdem etiam pœnas à paribus peccatoribus expoſcat , Neſcio ſanè vnde tanta væſania hominibus ſit,vt in ſacco diuinæ iuſtitiæ pondera diuerſa



diuerſa eſſe exiſtiment ad ſua,aliorumq́ue peccata examinãda,ſibiq́ue perſuadeant,ſecum mitius agendum, quàm cum aliis,cum ſint iiſdem peccatis irretiti.Pręcepit Dominus.Nõ habebis in ſacculo diuerſa pondera,maius,& minus, nec erit in domo tua modius maior & minor.Pondus habebis iuſtum,& verum,& modius æqualis,& verus erit tibi,& in domo iuſtiſſimi iudicis Dei pollicentur ſibi homines eſſe varia pondera varioſq́ue modios,& inęquales ad ſua metienda,& æſtimanda peccata? O amentiã deplorandã,ô ingentẽ cæcitatẽ.Quantũ ſe glorificauit,& in delitiis fuit , date tantum ei tormentum & luctum,inquit Deus de Babylone & qui eadẽ cũ illa cõmiſit crimina minus ſe accepturũ ſperat tormenti & luctꝰ vidit Balthaſar rex in ſuperficie parietis digitos quaſi manus hominis ſcribentis *Thecer*,id eſt,appenſus es in ſtatera,& inuentus esminus habens,& in manu Dei aliam fallacem ſtateram eſſe credes,frater mi,qua tua peccata reddantur:leuiora & non digna factis recipias quemadmodum ille recepit?Ne hac vana ſpe decipiaris,& tibi promittas miſericordiã,cum in aliis cernis vindicis cœleſtis iudicis vindictã exerceri,audi,quid apud Iſaiã dicat,Ponã in pondere iudiciũ & iuſtitiã in menſura.Non inquit,Ponam in ponderibus , & in menſuris,ne tu fingas alia lance tua examinanda peccata quam proximi tui.Si paria patraſti pecccata,& par tibi pœna manet.Vt hoc intelligas crebrò Scriptura ſupplicia aliorum proponit contemplanda. Sic capite nono huius vatis Tyrum in pulchritudine fundamenta eſſe inquit , ac poſtea vaſtatam.Sic & in Euangelio Tyrum,Sydonem,& Sodomã in noſtrã memoriã reuocat Aſſertor noſter,dicens, Tyro,& Sidoni remiſſius erit in die iudicij,quã vobis. Et cõtra Capharnaũ loquens.Verumtamen dico vobis,quia terrę Sodomorum remiſſius erit in die iudicij,quàm tibi.Sic& hic Samaria delenda,vt Adama,& Seboim præcinitur.Quemadmodum fulmen in partem aliquã regionis cadens , vnum , aut alterum ſolũ hominẽ percutit,& vrit,ſed omnes illius regionis incolas perterret.Sic vnius hominis ſupplicium aliis terrorem incutit,eoſq́ue exuſcitat,vt à vitiis auocentur.Alterum hic implicatum eſt,crimina cuiuſque ita eſſe examinanda vt non maiora illi imponantur ſupplicia,quam culpæ ratio popoſcerit.Hinc non inquit,Ponam te , vt Sodomam & Gomorrham,quarum crimen erat grauius,ſed ſicut Adama, & Seboim,quæ minus peccarant.

*Deu.25.*

*Multũ aberrãt veſani illi qui putant Iuſtitiæ diuinæ ſtaterã leuius trutinaturã crimina vniusquam alterius.*

*Apo.18.*

*Dan.5.*

*Iſa.28.*

*Hoſſeæ.9.*

*Matt.11.*

*Simile.*

*Culpæ natura examinanda eſt ne plus æquo pœna paretur*

¶ *Conuerſum eſt in me cor meum & pariter conturbata eſt pœnitudo mea.*

*mea.* Docet conſtantiam animi habendam, neque ita iudicibus eſſe ad miſerationem flectendum, vt omnino iuſtitiã deſerant, & à punitione ceſſent delictorum. Sicut enim eſt pietatis commoueri ad miſerationem pœnis delinquenti inferendis, ita eſt iuſti iudicis, non relinquere ſine ſupplicio peccatorẽ. Hinc quãuis in Deo pœnitudo eſt ob ſuppliciũ inferendum peccatoribus, vna cum ea eſt diuinæ iuſtitiæ executio. Quemadmodum ignis, quem Hiſpani vocant alquitran aqua non extinguitur, ſed in ea ardet, & ſicut virga non mergitur ſub aquis, licet in eas illam proiicias, ſed ſupernatat, Sic iuſtitiæ executio non debet vinci à lachrymis, & virga iuſtitiæ à miſericordia in profundum mitti.

*Simile.*

*Iuſtitia non debet vinci lachrymis.*

*Non conuertam, vt diſperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo.* Sic homines iraſcũtur in inimicos ſuos, vt nullũ iræ imponant modum, ſed deſæuiunt, donec funditus euertant, & omnino perdant eos, qui ſibi irrogarunt iniuriã, aut affecerunt contumelia. Nõ ſic Deus meus iratur, nã ſi punit, non diſperdere quærit, ſed iuſtitiã miſericordia tẽperat. Obſerua autẽ quam cauſam reddat, ne diſperdat, Quoniam inquit, Ego Deus, & non homo. Nullum ergo inuenire finem vindictæ, nõ fortitudinis eſt, ſed puſillanimitatis, temperare iram, fortiſſimi pectoris. Vir impius fodit malum, inquit Sapiens, & in labiis eius ignis ardeſcit, ignis inquã iræ, & vindictæ, quo miſere torquet alios, & perdit, nocumẽta illis ſemper inferendo, Eſt namque in pectore eius ira, inſtar ſanguiſugæ, dicens, affer, affer. Et quemadmodum qui ad occidens ſolis nauigant, ſequentes ipſum ſolem, nunquam portum inueniunt, Sic huiuſmodi homines iræ ſuæ furorem inſequentes, nunquã inueniunt, vbi quieſcãt. Quòd certè nõ eſt fortis viri, ſed moderari iram, quamobrem ſubdit Sapiens, Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium. Et Seneca inquit, Magnarũ virium eſt contemnere lædentem. Quadrat obſeruatio in Euangelium feriæ 6. in capite ieiunij, in hæc verba, Diliges amicum tuũ, & odio habebis inimicum tuum. Quo pacto, bone Deus ſolent homines odire inimicos ſuos? Id ſine lachrymis dici nõ poteſt, donec omnino eos diſperdant, quod infirmitatis eſt, non magnanimitatis. Deus enim inquit, Non diſperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo.

*Prou. 16.*

*Simile.*

*Magna virtus eſt ſi non lædas à quo læſus, magna eſt gloria ſi cui nocere potuiſſe parcas, nobile vindictæ genus eſt ignoſcere victo. Hugo. lib. 7. de anima.*

*Poſt Dominum ambulabunt, quaſi leo rugiet quia ipſe rugiet, & formidabunt filij maris. Et auolabunt, quaſi auis ex Aegypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum, & collocabo eos in domibus ſuis, dicit Dominus. Circundedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Iſrael: Iudas autem teſtis deſcendit cum Deo, & cum ſanctis fidelis.*



*Poſt Dominum ambulabunt.* Conuerſionem Iſraelitarum Euangelij tempore futuram præcinit, & quo ſtudio, quaque mente redituri ſunt ad Chriſtum, eum enim hic Dominum vocat. Quòd autẽ ad loquendi modum ſpectat, *ambulare poſt dominum*, dicunt nonnulli eſſe imitari Dominum, quod Iſraelitę conuerſi ad fidem Euangelij. Chriſtum ſint imitaturi, Alij idiotiſmum eſſe Hebraicum hunc loquendi tropum tradunt, eoq; ſignificari, ſeſe diuinæ voluntati obtemperare, ad nutumq; eius agere. Quadrat in hunc locum aptius prior explanatio, iuxta illud, Qui mihi miniſtrat, me ſequatur, ideſt, me imitetur, quoniam de Euangelij tempore hic ſermo eſt, licet Paraphraſis Chaldaica poſteriori explanationi fauere videtur, ait quippe, pro, *poſt Dominum ambulabunt*, poſt cultum Domini ambulabunt.

*Ioan. 12.*

*Quaſi Leo rugiet, quia ipſe rugiet*, Chriſtum aſſertorem noſtrum confert elegantiſſime cum leone, eiuſq; Apoſtolos, de quibus, vt nõnullis placet, hic ſermo eſt, quoniam Chriſtus ſua prædicatione, & Apoſtolorũ ſuorum, terruit peccatores, idemq; eſt, *quaſi leo rugiet*, quod vociferabitur. Vnde non inepte Chaldaica Paraphraſis pro his verbis, *quaſi leo rugiet, quia ipſe rugiet*, habet, *Et verbum eius, ſicut leo erit, quia rugit.* Vocatur autem Chriſtus in Sacris leo, vt in Apocalypſi, Vicit leo de tribu Iuda, quoniam natura leonũ eſſe dicitur, vt cum infremuerit, & rugierit, omnia animantia contremiſcant, & fixo gradu ſe mouere non poſſint, tantus pauor eſt, & tanta formido, tunc autem leonibus rugientibus, eorum filij ad eſcas procurrunt, ſiquidem leoni rugienti certa præda eſt, ſicut ſcriptũ eſt, Nunquid rugiet leo in ſylua, niſi habuerit prędã? nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili ſuo niſi aliquid apprehenderit? Sic etiã Euangelica vox Chriſti cũ audita eſt, magna omniũ audientiũ eã cõmotio facta eſt. Illa enim vox ſpẽ, lætitiã, & fœlicitatẽ filiis, feris autẽ alieniſq; & incredulis hominibus metũ, horrorẽ, & exitium affert, iuxta illud, Deo autẽ gratias qui odorẽ notitiæ ſuæ manifeſtat per nos. Nã Chriſti bonus odor ſumus in his, qui pereunt, & in his, qui ſalui fiunt, aliis quidem odor mortis in mortẽ, aliis odor vitæ in vitã. Sunt qui hunc leonis rugiũ dicant eſſe cõminationem captiuitatis Iſraelitici populi. Rugit autem Deus, quando ait, *Sicut Adama ponam te, & ſicut Seboim.* Non

*Apoc. 5.*

*Leoni rugienti certa præda eſt.*

*Amos 3.*

*2. Cor. 2.*

deſunt etiam,qui dicãt hunc leonis rugitum eſſe terrorem à Deo gẽtibus incuſſum,vt Iudæorum ſolueretur captiuitas. Et *formidabunt filij maris.* Vt vno verbo explicuit Chaldaica Paraphaſis,atque optimè , filios maris appellat filios Iſrael,quod exultet,& ab occidente redeant in patriam. Hebraicum autem exemplar nonnihil addit adiumenti , vt hic locus reddatur apertior,pro his namque. *Et formidabunt filij maris*, legit, Et properabunt filij à mari. Verbum autem *Harad* Hebraicũ quod apud Latinos trepidare eſt agendæ rei ſolicitudinem inuoluit,cum turba,& tumultu, Vnde cum dicitur, *Et formidabunt filij maris*, ſenſus eſt,properabunt à mari,hoc eſt,ab occidente. Filios verò nominat Iſraelitas,vel quia filiorum adoptionem ſunt adepti, vel filios maris vocat, quaſi dicat maritimos,ſiue occidẽtales,ſicut filios Ieruſalem vocat Scriptura homines Ieroſolymitanos. Quod ad Chriſtum referamus hunc locum,qui ſenſus,vt placet Diuo Hieronymo,germanior eſt,de ægypto,& de Aſſyriis,hoc eſt,ab oriente,&ab occidente,& ab aquilone,& à meridie venerunt , & quotidie veniunt ad Chriſtum,qui diſcumbant cum Abraham,Iſaac,& Iacob. Filios autem maris eos poſſumus appellare, vel aquarum,qui ſagena Domini comprehenſi ſunt,& abſtracti de mari huius ſeculi. *Et auolabunt quaſi auis ex Aegypto,& quaſi colũba de terra Aſſiriorum.* Iſraelitarum in patriam reſtitutionem celerrimam fore inquit componens eos cum auibus ac maximè cum columbis,quæ maxima, atque conſtanti volandi pernicitate valent,quamobrem eam præcæteris auibus elegit in nuntium Noe. Dauid etiam inquit,Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ & volabo? Ecce elongaui fugiẽs *Et collocabo eos in domibus ſuis dicit Dominus.* Stabilem firmã eorum fœlicitatem fore confirmat,vt pote quod diuina manu in domibus ſuis ſint collocandi. Melius tamen hæc referemus ad Chriſtum tunc enim homines abſtracti de mari huius ſæculi iuxta illud Iſaiæ,Impij quaſi mare feruens , quod quieſcere non poteſt,vel de regionibus occidentis, hoc eſt, peccatis,in quibus occidit ſol iuſtitiæ, *collocabuntur in domibus ſuis*,quę horrea vocat vt Euangeliũ. Vel mãſiones domus cœleſtis patris intelligit per domos,vel peculiares fidelium Eccleſias,in quibus Chriſtus eos habitare faciet & congregabit, *Circundedit me in negatione ſua Ephraim,& in dolo domus Iſrael.* Patientiam ſuam Deus detegit erga Iſraelem, eiuſque reges,quos per Ephraim intelligit. Idem autem eſt Deum eſſe circundatum ab Ephraim,& Iſrael quod inter eos habitare.

*Quidã putãt mugitum Domini fuiſſe prius cũ Balthaſar victus & occiſus à Cyro eſt ac ita Babilon illa deſolata eſt & hoſtis Iudæorum deſolatus vel quando Iudith. Holophernem occidit.*

*Mat. 13.*
Gene 8.
*Pſal. 54.*
*Iſai. 47 ſ.*
*Mat. 13.*
*Ioan. 4.*

Quod



Quòd verò addit, *in negatione & dolo*, Ephraim,& Iſraelis arguit ingratitudinem,& impudentiam qui coram tanto Domino,& Deo ſuo idola colere multiſque aliis peccatis ſe implicare nõ erubuerint. Ac ſi apertius dicat Deus,Ego hactenus habitabam inter Iſraelem,& Ephraim , & tamen pleni ſunt ſceleribus. *Iudas autem teſtis deſcendit cum Deo,& cum ſanctis fidelis.* Conſtantiam populi Iuda,& fidem erga Deũ detegit,vt ex cõparatione vtriuſque populi,ſcelus Iſraelis reddatur grauius qui non adhæſerit Domino,& fideliter religionem retinuerit,vt Iudas. Per *ſanctos* quidam ſacerdotes intelligunt,ſacrificia, cæremonias cæteraque ſacra ad pietatem ſpectantia , Fauet huic expoſitioni Chaldaica Paraphraſis. Alij ſub ea voce, *cum ſanctis*, myſteriũ Trinitatis latere exiſtimant quaſi dicat, Iuda fidelis eſt cum ſanctis hoc eſt cum Deo,& cum in numero multitudinis dixerit , *cum ſanctis*, perſonarum diuinarum diſtinctionem ibi implicatam philoſophantur.

*Magna Impudentia Iſraelis qui in conſpectu altiſſimi auſus eſt digredi ad Deos alienos.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum compoſitionem.*

Q*Vaſi leo rugiet.* Quid Chriſto cum leone? Nonne Chriſtus agnus eſt? Ecce agnus Dei,ait Baptiſta. Cur ergo vocatur leo ? Docet neceſſariam eſſe cum mititate ſeueritatem pręlatis ne ſuo muneri deſint. Leo namque rigidus eſt , & inflexibilis,agnus vero manſuetus. Sic vtrumque habuit ſanctus Moſes. Erat inquit Scriptura , Moſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines,qui morabuntur in terra. Ecce agnus erat Moſes ſed cum munus ſibi iniunctum moderatoris poſcebant leonem ſe etiam eſſe demonſtrauit. Nõ enim benignitas eius obſtitit,quin malefactores puniret,& rugiret,vt leo. Occidat vnuſquiſque proximos ſuos,qui initiati ſunt Beelphegor,inquit, Ac rurſum vidẽs vitulũ aureum, & choros adorantiũ eum, iratus valde proiecit de manu tabulas tantaque indignatione ſuccẽſus eſt reprehendens Aaronem,vt dicat Aarõ,Ne indignetur Dñs meus. Apoſtolus etiã,audi,quid vultis in virga veniã ad vos,an in charitate,& in ſpiritu mãſuetudinis? In huius rei typum in arca teſtamenti vrna aurea erat habens manna, & virga, Aaron , & tabulæ teſtamenti. Prius manna dicitur eſſe in arca,neque ſolum hoc in ea repoſitum eſt,etiam virgã inuenies. Quid arca adumbrat, niſi Prælatum? Et in hac arca quid primum reponendum eſt?

*Iob. 1.*
Exod.
*Moyſes Vir natura mitiſſimus ſeueriſſimus autem in malefactorũ punitione.*
*Num. 21.*
*1. Corint. 4.*
*Hebr. 9.*


Certè

Certè manna dulce, hoc eſt, ſe debet benignum ſuis ouibus
exhibere, cæterum virga ſeueræ correctionis deſpicienda nõ
eſt. Si manſuetudo à peccato ouẽ non reuocat, virga percu-
tienda eſt, vt quæ lenitatem neglexit paſtoris, experiatur ſe-
*Apoc. 1.* ueritatem correctionis. Sic filius hominis podere veſtitus, ca
put habet candidũ, tanquã lanã albam, ſed oculi eius ſunt
tanquam ignis, & de ore eius gladius ex vtraque parte acu-
*Clementia* tus exibat. Cur habet caput, velut lanam quæ ouis, & agni
*cũ zelo iu* eſt, oculos vero ignitos & ex ore anceps exit gladius? Vt do-
*ſtitiæ opti-* ceat vtrũque gubernatoribus neceſſariũ, & mititatem, & i-
*mum præſi* gnẽ zeli cũ gladio iuſtitię. Gladius enim iuſtitię ſymbolũ eſt
*dium Iu-* dicẽte Apoſtolo, de miniſtro iuſtitiæ, Non ſine cauſa gladiũ
*dicis.* portat. Deſcendi, inquit Sponſa, in hortum nucum, vt viderẽ
*Rom. 13.* poma cõuallium. Quid Eccleſia, eſt niſi hortus variis reple-
*Cant. 6.* tus hominibus, velut arboribus? In ea nuces inuenies, & ma
los, vt diſcas tecum virgã ferre, ad nuces colligendas, omni-
bus enim compertũ eſt, nucem excutiendam virga, vt fructũ
eius habeas, Sed manſuetudo deſerẽda nõ eſt ad legenda po-
ma, ea enim virgæ percuſſione non egent, ſed leni manu car
penda ſunt.

¶ *Et auolabunt quaſi auis ex Aegypto, & quaſi columba de terra
Aſſyriorum.* Ecce cum egrediuntur ex Ægypto, non cuiuis a-
*Matt. 10.* ui cõparantur, ſed columbę. Noli ergo tu, vt coruus exire de
ægypto, qui vulneribus, & cadaueribus paſcitur beſtiarũ, ſed
eſto colũba. Eſtote ſimplices ſicut columbæ, inquit Aſſertor
noſter. Et in Canticis, Oculi tui columbarum. Non ait, Eſto-
*Cant. 2.* te corui, aut vultures, qui fœtida mãdunt, ſi vulnus in pro-
ximo vident roſtro, & vnguibus laniãt, & impetunt, peccatis
*Aegyptum* ventrem replentes alienis, quod detractorũ eſt. Eſto colum
*habitant* ba, quæ ſelectiora in pabulum eligit grana hoc eſt, poſt cõuer
*qui impio* ſionẽ tuam, cum Ægyptum relinquis, noli cũ iniquis habe-
*rum fami* re neceſſitudinem quære viros pios, & iuſtos, & meliores ho
*liaritate* mines qui non te rurſum ad Ægyptum redire ſuis prauis
*gaudent.* moribus faciant.

¶ *Et collocabo eos in domibus ſuis.* Non inquit, Collocabo eos
in domo vna, ſed in domibus, Optimi igitur diſtributoris tã
git munus, qui pro cuiuſq; meritis reddit iis, qui auolant ex
*Iſai 48.* Ægypto. Hinc aput Iſaiã Dominus dicit, Dextera mea men
ſa eſt cœlos. Quid dextera Dei eſt, niſi beatorum, & iuſtorũ
*Matt. 25.* locus Matthęus nãque inquit Statuet agnos à dextris. Quor
ſum à dextris? vt eos, qui cœlum extiterunt, & domus Dei
in ipſis enim inhabitauit Deus, nõ ſecus atque in cœlo mul
tis



tis ornato virtutum ſtellis, metiatur, & cuique paria meritis
repẽdat. Quod & Ezechiel ſub indicauit, dicens ſe vidiſſe vi
rum, cuius ſpecies erat, vt ęris, & funiculus eius in manu *Exod. 4.*
eius, & calamus menſuræ in manu eius, Quis hic vir eſt, niſi *Chriſtus*
Chriſtus Dicitur autẽ ſpecies eius tanquã æris, quia quemad *partietur*
modum ęs funditur igne, eiuſque calore liqueſcit, quãdo ex *hæredita-*
aliqua conflatur ſtatua, Sic Chriſtus Deus noſter igne diuini *tem pater*
amoris inflammatus, ſe enim amantiſſimum iuſtis exhibe- *nã iuſtis*
bit, manſiones illas cœleſtes diſtribuet, & in variis cœleſtis *& electis.*
arcis cubilibus collocabit, iuxta illud, Exultabunt ſancti in
gloria lætabuntur cubilibus ſuis. Quadrat obſeruatio in E-
uãgelium pro feſto S. Philippi, & Iacobi, in hęc verba. In do-
mo patris mei manſiones multæ ſunt. Ecce, nõ inquit, Vna
manſio, ſed, manſiones. Vado etiam inquit, parare vobiſcum
locum. Quomodo nobis, Domine, locum paras? Habens ſpe-
ciem ſicut ęs, id eſt, ingenti charitate ſuccenſus.

¶ *Et formidabũt filij maris, & auolabunt quaſi auis ex Aegypto.*
Obſeruate, fratres mei quando formidauerũt filij maris, ita
vt auolent ex Ægypto, audito nempe rugitu leonis. Bona
res ergo timor Dñi, quando auolare facit ex ægypto. Dixit *Exod. 9.*
Moſes Pharaoni, Mitte nũc, & cõgrega iumenta tua, & om-
nia, quę habes in agro, homines enim, & iumenta, & vniuer-
ſa, quę inuenta fuerint foris, & neque cõgregata de agris, ce
ciderit q; ſuper ea grãdo, morientur. Intuere autẽ animo, qui *Qui facit*
fuerũt exẽpti à morte tam acerba, Qui timuit, inquit Scriptu *peccatum*
ra Dñi verbum de ſeruis Pharaonis, fecit confugere ſeruos, *mancipiũ*
ſuos, & iumenta in domos qui autẽ neglexit ſermonẽ Domi- *ſit peccati.*
ni, dimiſit ſeruos ſuos, & iumẽta in agris, quæ poſtea grãdine *Ioan. 8.*
perierunt. Tu ergo, qui factus es ob peccata ſeruus Pharao-
nis. Qui enim facit peccatum ſeruus eſt pecccati, collige iu-
mẽta tua, hoc eſt, corpus, & animam tuam, quæ libera demi-
ſiſti, vt quoquo liberet, paſcerentur, nullũq; fuit pratũ deli-
tiarũ, cuiꝰ flores nõ guſtarẽt, & demeterẽt, iuxta illud impio- *Sapien. 5.*
rũ Nullum ſit pratũ, quod nõ pertraſeat luxuria noſtra. Col
lige inquam ea, & intra domum cohibe, timens grandinem
iuſtitiæ Dei. Cur enim ſeruis Pharaonis infidelibus ignoran
tibus Deum & legem eius proderit timere Dominum, tu au
tem Deum non timebis, qui fidem Chriſti ſuſcepiſti? Infide-
lis congregat iumenta ſua, & tu libera dimittes iumenta tua
vt in paſcua vetita irruant, diuini timoris oblitus, & gran-
dine diuinę iuſtitiæ pereas? Congrega, inquit Dominus Moſi
ad me populum, vt audiant ſermones meos, & diſcant
Hh 4 timere

*Deut.* 4. timete me omni tempore. Ingens ergo & optima hominis
*Optima* cuſtodia timor Domini,quando non vna,aut altera hora,nō
*mentis cu* hoc,aut illo anno præcipit Dominus timere ſe,ſed omni tē-
*ſtodia ti-* pore.Agnouit Regius Pſaltes quantum emolumenti adferat
*mor do-* homini timor Dñi,quamobrem dixerat, Cōfige timore tuo
*mini.* carnes meas.Et ſanctus Iob ait,Semper quaſi tumentes flu-
*Iob* 31. ctus ſuper me timui Deum. Ac rurſum hunc ſanctiſſimum
*Iob* 1. virum commendans Scriptura inquit,Fuit Iob timens Deū,
*Nō intrat* ac recedens à malo. Obſerua autem quid poſt timorem Dei
*charitas* fuerit appoſitum,nempe recedens à malo.Igitur vt homo à
*incomita-* malorecedat hunc ſecum comitem portare debet,timorem
*ta habet* videlicet Dei.Hinc Sapiens inquit,Timor Domini odit ma-
*ſecum ſo-* lum.Ac rurſum,Timor Domini fons vitæ,vt declinet à rui-
*cium timo* na mortis.Et Iſaias,Timor Domini,ipſe eſt theſaurus. eius.
*rem quem* O pretioſiſſimum animæ margaritum,ô egregium hominis
*introducit* ornamentum timor Domini.Quando Simeon meruit in vl
*ipſa ſed il-* nas ſuas accipere Chriſtum? Cùm prius dixerat Scriptura,
*lum caſtū* Homo iſte iuſtus, & timoratus. Quando auolarunt filij
*permanen-* maris ex Ægypto? quum formidarunt ad vocem leonis ru-
*tem in ſæ-* gientis,Chriſti videlicet.Quadrat etiā in Euāgeliū Transfi-
*culū ſæculi* gurationis,in hæc verba.Audiētes diſcipuli ceciderūt in fa-
*Aug. de* ciem ſuā,& timuerunt valde.Quinam timent ad vocem Dei
*verb. Apo.* Diſcipuli Chriſti. Tu ergo tunc agnoſce te diſcipulum futu
*Iſai.* 33. rum Chriſti,cum Deum timueris.Quando etiam hos diſci-
pulos tetigit Ieſus,& dixit,Surgite,& nolite timere? Quum
timerēt valde.Si vis ergo Chriſtū ad te allicere,vt tui miſe-
reatur,dexterāq; porrigat,vt è terra leuet,prius time Deum.

¶ *Quaſi leo rugiet,quia ipſe rugiet,& formidabunt filij maris.* Ter
ribilem,& tremendam eſſe vocem Dei tui,hic locus oſtendit
*Iere.* 31. ſimilemq; rugitui leonis,iniquis,& peccatoribus. Namquid
non verba mea,ſunt quaſi ignis,dicit Dñs, & quaſi malleus
*Cant.* 5. conterens petram? Et Sponſa ait,Anima mea,liquefacta eſt,
*Apoc.* 2. vt dilectus locutus eſt.Et in Apocalypſi dicitur, Gladiꝰ pro-
cedebat de ore Chriſti,vt eius verbū efficax oſtenderet.Vbi
ergo ſunt,qui hanc Dei vocem negligūt? Vbi qui,ea audi-
ta,non trement? Vbi qui non à peccati morte & ſomno ſur-
gunt,ſed in peccatis iacēt reſupini? Suſcitat catulos ſuos ſuo
rugitu,& miſeri homines, clamāte Deo per os cōcionatoris,
non reſurgent? Audiāt hic formidare filios maris,& ipſi eam
vocem contemnent,atq; ſi iuſti eſſent? O cæcitatem deplorā
dam. Diſces etiam, quid ſunt calamitates, & tribulationes,
nempe rugitus Dei tui quibus contēdit te de ſomno peccati
ſuſcitare



ſuſcitare. Comminationes namque captiuitatis, & exilij
vocat Deus rugitum leonis. Non ergo omnino malę ſunt
tribulationes,quādo illis homo excitatur de ſōno peccato-
rum. Quemadmodū ſi quis porrectis pedibus dormiēs im- *Simile.*
petatur à ſerpēte,& cū iā proximus inſtat,vt ſuo veneno in-
terficiat,ab aliquo vocibꝰ,& clamoribꝰ excitetur,poſtea gra
tias agere debet excitāti ſe,In eundem modum calamitates *Tribula-*
ſunt diligendæ quia ne percutiamur ab antiquo ſepente, *tiones nos*
clamant,vt reſurgamus.Ad hæc locus hic aptiſſimus eſt con *à ſomno vi*
cionibus Dominicæ 1.Aduentus,in hæc verba, His autem *tiorū exci*
fieri incipiētibus,leuate capita veſtra,quoniā appropīquat re *tant ne nos*
demptio veſtra.Ecce,aliis areſcētibus hominibus,ad lætiti- *incautos,*
am excitat diſcipulos ſuos,quid hoc eſt,aut quā ob cauſam; *hoſtis anti*
Quoniā tunc quaſi leo rugiet Chriſtus,vt prędam glorię det *quus emā-*
in pabulum filiis ſuis,qui velut catuli extitere,& pugnaue- *cipet.*
runt.Tanta enim eſt cœleſtis gloriæ amplitudo,vt ipſe ſati-
etur,& diſcipulis,quo reficiantur,relinquat, cæterum alia a-
nimantia,puta homines peccatores deterreat.Lege,quæ nu-
per diximus expendentes literam.Conferunt enim ad hanc
extendendam obſeruationem.

¶ *Auolabūt quaſi auis ex Aegypto,& quaſi columba de terra Aſſi-
riorum.* Docet non ſegniter, & oſcitanter relinquenda eſſe
peccata.Id enim eſt auolare ex Ægypto, quæ terra eſt pec-
catorum,& vbi filij Dei affliguntur, ſed celeriter, Audis e-
nim peculiare Dei eſſe beneficium, celerē fugam, & exitum
de Ægypto. Quemadmodum ſeruus Abraham non ſegnis, *Gene.* 24.
ſed feſtinus,Rebeccā ducēs in vxorem Iſaac,reuertebatur ad
dñm ſuum, Sic quiſq; Chriſtianus cū animam ſuam educit
de regione peccati,vt eam nūcupet ſponſam Chriſto, debet
cum feſtinatione exire de regione vitiorum.Quadrat obſer-
uatio in Euangelium infra octau. Corporis Chriſti, in hæc
verba,Exi cito in plateas,& vicos ciuitatis, & pauperes ac
debiles,& cæcos introduc huc.Qui ſunt verè pauperes, ac
debiles,& cæci,niſi peccatores? Hi enim ſpiritualibus bonis *Fœlix ſer-*
ſunt ſpoliati,hi debiles,cum nihil boni valeant facere,hi cę- *ui conditio*
ci denique ſunt,cum lumen cœli non videant,& in tenebris *cuius ſum-*
iaceant peccatorum.Hi citò debent ire ad conuiuium Chri- *ma volu-*
ſti,vbi dapes cœleſtium donorum propinantur, non lente. *ptas eſt in*

¶ *Poſt Dominum ambulabunt.* Fœlices ſerui qui tantum Do- *ſequendo*
minū ſunt adepti vt illum ſequi poſſint,hoc eſt imitari,eiuſ- *veſtigia*
que dictis,& præceptis obaudire,& obtemperare. Sūt enim *Domini*
multi domini,poſt quos ambulare impium eſt.Hi ſunt qui *ſui.*

 iniqua

*Gene. 39.* iniqua præcipiunt. Sic precipit impudica Domina famulo, vt
ſecum dormiat, ſed bonus & pudicus famulus reſpondet.
*Dan. 3.* Quomodo poſſum hoc malum facere? Sic etiam Nabucho-
donoſor præcipienti adoleſcentibus ſanctis, vt adorarent ſta
tuam auream, nõ obtemperatur, ſed dicunt, Non oportet nos
de hoc reſpondere tibi. Vides etiam, quæ ſit boni domini cõ
*Ioan. 13.* ditio; prius arripere virtutis viam quam famulos, vt non ſe-
qui Dominum, ſerui, & famuli erubeant. Sic Aſſertor noſter
cœpit facere, & docere, dicens Exemplum meum do vo-
bis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, filij etiam
Iſrael petunt à Domino Deo ſuo ſibi dari ducem, non qui
tantum præcipiat, ſed qui prius iter arripiat virtutis. Quis
aſcendet, dicunt, ante nos, & erit dux belli. Ecce, non ſunt
cõtenti dicere, Quis præcipiet nobis, aſcendite Contra Cha-
*Ber. Epiſt. 72.* nanæũ, ſed, quis aſcẽdat ante nos. Hinc egregie D. Bernar-
dus inquit, Pulcherrimus ordo eſt, & ſaluberrimus, vt onus,
quod portãdum imponis, tu portes prior, & ex te diſcas, qua
liter oporteat alios moderari. Et Apoſtolus, Imitatores mei
*1. Cor. 11.* eſtote, ſicut & ego Chriſti. Non igitur ſolum verbo docebat
*Magnicõ-* Apoſtolus, neque inquit, Ite, imitamini Chriſtum, ſed, imita-
*fert vita* mini me, ſicut ego Chriſtum. Agnouit quippe, quãtũ excitet
*laudata* animos ſubditorum exemplum bonum prælatorum. Timo-
*prælati ad* theo etiam inquit, Exemplum eſto fidelium, in verbo, in con
*exemplar* uerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate, vt ꝑfectus tuus
*ſubditorũ.* manifeſtus ſit omnibus. Et Tito, In omnibus præbe teip-
*1. Tim. 4.* ſum exemplum bonorum operum, in doctrina, in inte-
*Tit. 2.* gritate, ingrauitate. Non ſolum dicit, Ore, & verbis doce
bona opera, nam licet id prælato incumbat docere, vlterius
illi progrediendum eſt, & etiam factis docere debet. Imple
*Exec. 10.* manus tuas, dicitur apud Ezechielem, prunis, quæ ſunt inter
Cherubim, & effunde ſuper ciuitatẽ. Nõ ait, Solum ore ſume
prunas quod multi faciunt, magnifice de charitate, & virtu-
tibus differentes, verbo multa docentes, & præcipientes, ſed
Imple manus, hoc eſt, operibus charitatem doce, Sic etiam
*Apoc. 2.* apud Apocalypſim filius hominis ambulans in medio ſep-
tem candelabrorum aureorum, tenet ſeptẽ ſtellas in dextera
ſua. Quiq; ſunt cãdelabra aurea, niſi prælati, & Epiſcopi? Hi
*Matth. 5.* enim ſunt, quibus dicitur, Sic luceat lux veſtra coram homi-
nibus, vt videant opera veſtra bona. Vt autem Chriſtus hæc
cãdelabra accendat, accedit ne ſolum verbis? Nequaquã, ſed
ſtellas portat in dextera, id eſt, exercet opera virtutis, id e-
nim per ſtellas intelligit in manu.

¶ Secundò,



¶ Secundò, *Poſt Dominum ambulabunt.* Ecce veram famuli
conditionem, ambulare poſt dominum ſuum, non ante eum
præire, neque ad latus eius ambulare, atque ſi eius comes eſ
ſet. Debet enim quiſque ſuam agnoſcere ſortem, & conditi- *Simile.*
onem, vltra quam tẽdere dedecet. Videbis nonnullos domi-
nos ambulantes poſt famulos ſuos, & quẽadmodum vmbra
corpus ſequitur, neque alio diuertit, quam quo corpus defle-
xerit, ſic citra voluntatem famulorum nihil decernunt, & fa *In Reges*
ciunt, neque obſeruant, iuſtum ne ſit, vel iniuſtũ, quod poſtu *qui tantũ*
lant. Hoc, vellem, attendant magnates, & principes, qui ita *deferunt*
deuincti ſunt ſuis familiaribus, vt ipſi quamuis domini ſint, *authorita-*
magis famuli cenſeantur, quando poſt ipſos famulos ambu- *ti ſuis fa-*
lant. Neq; mihi quis obiiciat, vt hoc aſſeueret æquum eſſe, *miliarib. et*
multa officia à famulis accepta eam beneuolentiam, & gra- *principib⁹*
tiam meruiſſe ingratitudinis ſignum. Nam licet impium ſit, *à delitiis*
dominum eſſe ingratum in bonum, & fidelem famulum, *vt nihil*
illique repnedere pro meritis ratio depoſcat, non tamen *audiãt niſi*
vltra merita, tunc autem vltra merita reddit, cum ſeruum *eorum au-*
ſibi æqualem, vel maiorem facit. Non eſt, inquit Chriſtus, ſer *ribus nihil*
uus maior domino ſuo. Exemplo nobis eſt Pharao, qui cum *videant*
tot à Ioſeph beneficia accepiſſet, vt ſaluatorem mundi eum *niſi eorum*
iuſſerit appellari, audi quid dicat ille Ægypti rex Ioſeph, Tu *oculis cæ-*
eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus *ci & ſurdi.*
populus obediet, vno tantum regni ſolio te præcedam. Ecce *Ioan. 13.*
non ſibi parem, neque maiorem, ſed minorem ſe conſtituit *Gene. 41.*
Ioſeph, ait. n. Vno regni ſolio te præcedam Quadrat obſerua
tio in Euãgeliũ feſti Sancti Laurẽtij in hæc verba, Qui mihi
miniſtrat, me ſequatur. Vides quo pacto miniſtri officium ſit
non præire, ſed ſequi dominum ſuum;

# CAPVT DVODECIMVM

*EPHRAIM paſcit ventũ & ſequitur æſtũ tota die mẽdacium, & vaſtitatẽ multiplicat: & fœdus cũ Aſſyrijs inijt. & oleũ in Aegyptũ ferebat. Iudicium ergo Dñi cũ Iuda, & viſitatio ſuper Iacob iuxta vias eius & iuxta adinuentiones eius reddet ei. In vtero ſupplantauit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum angelo* Et *inualuit ad angelum, & confortatus eſt, fleuit, & rogauit eũ: in Bethel inuenit eum, & ibi locutus eſt nobiſcũ. Et Dominus Deus exercituũ, Dominus memoriale eius. Et tu ad Dominum tuum cõuertens miſericordiam, & iudicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper.*

¶ Ephraim

¶ *Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum.* Bifariam diſpungitur hic locus. Antiqui Patres ſecuti D. Hieronymum opinantur, hoc eſſe ad eam hiſtoriam referendum, quæ tradit Mahanem regẽ Iſrael, pace facta cum Aſſur, ab Ægyptiis auxiliũ poſtulaſſe, & hoc eſt, quod nunc dicitur, *Ephraim paſcere ventos* id eſt, ſpe vana ſe decipere, *ſequique æſtum*, hoc eſt, ire ad meridiem, nihilque aliud agere tota die, niſi ſibi illudere, & dum huc, illucque diſcurrat, vaſtitatem, & euerſionem ſuis vrbibus præparare. In eundem modum expendunt, quod ſequitur, *Tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicate. & fœdus cum Aſſyriis init.* Quis enim non videat, vaſtitatem ſuarum vrbiũ eſſe, atque mendacium, pepigiſſe fœdus cum Aſſyriis? Alij pertinaciam Iſraelitarum in ſcelere hic implicari dicunt, vt criminis grauitas hoc argumento augeatur. *Paſcere enim ventum*, eſt, inania, atque inutilia ſtudia ſequi, operamq; perdere. Cum enim venti neque regi ab hominibus poſſint, neq; certis contineri locis, nam ſpiritus, hoc eſt, ventus vbi vult ſpirat, & vocẽ eius audis, & neſcis, vnde veniat, aut quo vadat. qui ventũ, certum eſt, fruſtra laborare, eiuſq; ſtudiũ eſſe ſuperuacaneũ, & inutile, huiuſmodi erat cultus ille idolorum Iſraelitis, cum idola nullam ſibi valeant ferre opem. Quod autem additur, *Et ſequitur æſtum*, nõ ſic explanant, vt æſtus ſignificet Ægyptũ, quod ea regio in meridiana parte mundi ſita eſt, ſed eam vocem ſignificare dicunt ventum ſubſolanũ, ſiue Eurũ, qui vehementiſſimus eſt, & homines lædens. Certum enim eſt, quoſdam ventos quibuſdam terræ partibus eſſe infeſtos, ſic Italis, Auſtrum, qui & Mytilenenſibus ægritudines affert, Corus tuſſim. Subſolanus vero Aſiæ regionibus nocentiſſimus eſt, ſicut ſcriptum eſt, Sicut ventus Subſolanus diſperdã eos. Et iterum, Ecce, plantata eſt, ergo ne proſperabitur? Nónne cum tetigerit eã Subſolanus, ſiccabitur, & in areis, germinis ſuis areſcet? In eundem modum Iſraelitas quos per Ephraim intelligit, nõ modo ſibi, verum etiam aliis fore nocumento in vitulorum cultu, hic prædicitur. Prior explanatio antiquorum Patrum eſt, hæc poſterior recentiorũ.

*4. Re. 15.*

*Paſcere vẽtũ Adagium de inani & ſuperuacaneá opera.*

*Ioan. 3.*

*Quidam vẽti noxij ſunt certis climatibus aliis ſalubres.*

*Iere. 17.*

*Ezec. 17.*

*Et oleum in Aegyptum ferebat.* Significat Iſraelem munera detuliſſe Ægyptiis, partem enim muneris pro omnibus muneribus miſſis poſuit. Elegit autem inter cætera pretioſius, quale oleum terræ ſanctæ eſt, quod omnium optimum eſſe perhibetur. *Iudicium ergo Domini cum Iuda, & viſitatio ſuper Iacob.* Vtrunque regnum peccaſſe contra Dominum inquit, Iſrael videlicet, & Iuda, quamobrem & vtrunque plectendum: etiam



etiam. Quodam modo autem prædicitur tranſmigratio duarum tribuum & decem. *In vtero ſupplantauit fratrem ſuum.* Veteris hic recordatur hiſtoriæ, vt Dei miſericordia erga Iacob, & illius duritia contra Dominum cognoſcatur. Quoniam cum adhuc eſſet in vtero Rebeceæ ſupplantauit fratrem ſuũ Eſau, non vtique fortitudine propria, ſed Dei diſpoſitione, qui eum fidelem ſibi putabat futurum patriarcham. *Et in fortitudine ſua directus eſt cum angelo.* Quãdo miſſus eſt à patre ſuo Meſopotamiam, vel quando iuxta torrentem cum Iacob tota nocte angelus luctatus eſt, à quo benedictionẽ accipiens, audiuit, Si contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra hominem præualebis? *Et inualuit ad angelum*, precibus impetrans, vt ſibi benedictionem daret. *Et confortatus eſt*, ipſius benedictione, quem vicerat, quando dictum eſt illi, Non vocaberis Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. *Fleuit, & rogauit eum.* Quando dixit, Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Iſta enim eſt luctatio, quam geſſit cum angelo precibus tenẽs illũ, vt ſibi benediceret, non viribus corporis. *In Bethel inuenit eum.* Ordo propoſterus eſt. Prius enim patris matriſq; acquieſcens conſilio, dum fugeret à facie fratris ſui, angelum inuenit in Bethel, quando ſubmittẽs lapides capiti, obdormiuit, ibiq; angelos vidit aſcendẽtes, & deſcendentes, & vidit Dominũ ſubnixũ ſcalæ, & dicentẽ ſibi, Iacob, noli timere, ego ſum Dñs Deus patrũ tuorum. Deſcende, eroq; tecum, & reducam te. Quam ob cauſam vocauit nomen loci illius Bethel, id eſt, domus Dei. *Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius.* Variè explanatur, quia obſcurus eſt hic locus. Referunt vocẽ memoriale ad omnẽ ab angelo impoſitorum Iacob in dicta lucta. Ac ſi apertius dicat, Hoc memoriale nominis ſui dedit illi, vt diceretur Iſrael, hoc eſt, vir videns Deũ. Quod nomen vſq; hodie retinẽt filij eius. Ipſe enim ſuo nomine, quod ab angelo impotſium eſt, ſemper nominis Dei recordatur, à quo & ita vocatur. Alij dicunt Dominum eſſe *memoriale* Iacob, quoniam Iacob ſemper habuit Deum in memoria Alij *memoriale* referunt ad nomen Dei, quod eſt illud ineffabile tetragrãmaton *Iehoua*, quod propriũ nomen veri Dei eſt, pro quo Hebræi ob tanti nominis maieſtatem illud ore proferre non audentes, pronuntiant *Adonai*, vel *Elohim*, pro quibus interpres Latinus vertit, Dominus, vel Deus. Eſt autem ſenſus, Ille nimirum Deus Iacob ſemper colendus eſt, atque omni officio retinendus, cuius virtutem, curam, atque prouidentiam ipſe Iacob, patreſque ſui vbique fuerant exper-

*Gene. 25.*

*Gene. 28.*

*Gene. 23.*

*Gene. 23.*

*Hiſteron proteron.*

*Gene. 28.*

*Iſrael, vir videns Deum.*

experti, nullum autem alium illis fuiſſe conſtabat præter *A-
donai* fortiſſimum Deum exercituum, cuius nutu omnia gu-
bernantur, cuius maximus exercitus, & fortiſſimus in cœlo,
& terra, quinimo vbiq; cauſa Iacob probauit ipſe Deus, hoc
ſibi eſſe nomen, quamobrem hoc illis nomen ſanctiſſimum
perpetuò eſſe debuit, vt Deũ omni officio, & inculpata fide,
atq; perpetua virtutis obſeruatione proſequerentur. Quod
apertius ſequens verſus declarat. *Et tu ad Dominum conuerteris.*
Vt ſæpius iam à nobis eſt obſeruatum, crebrò futurum tem-
pus verborum non tam temporis rationem inuoluit, quàm
quid homini facere incũbat, & debeat. In hunc modũ eſt hic
verbum, *conuerteris*, explanandum, id eſt, tu debuiſſes ad Do-
minum conuerti, illiq; omni pietate inſeruire, atque eum co
lere. *Miſericordiam & iudicium cuſtodi.* Miſericordia pro omni
erga proximum pietatis genere poſita eſt, iudicium vero æ-
quitatem, & officij rationem ſignificat.

*Sanctiſſimi nominis Iſrael impoſitione ad beneficiorum memoriã recolendã obligatur populus.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum inſtitutionem.*

T*ota die mendacium & vaſtitatem multiplicat.*
¶Non parum Deum commouet pecccato-
ris pertinacia, vt de eo ſumat vindictam. Ag-
nouit enim Dei noſtri benignitas, & clemen-
tia, quantum ſint homines vitrei, & proni ad
peccandum, ac propterea multus eſt ad ignoſcendũ, ſi ma-
leactorum pœniteat eos. Cæterum ſi in impietate perſiſtant,
ſemper peccatis peccata addentes, ſeuere puniet. Hinc E-
phraim tota die multiplicaſſe peccatum, refert Deus. Regius
etiam Pſaltes obiurgat impium ob hanc ad peccandum fir-
mitudinẽ, dicens, Quid gloriaris in malitia, qui potens es in
iniquitate? tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua. Sed ex
hac pertinacia, bone rex, quid eſt ſubſecutum? Audi quid ſub
iungat, paucis interpoſitis, Propterea Deus deſtruet te in fi-
nem, euellet te, & emigrabit de tabernaculo tuo. Audi etiam
quid per prophetas ſuos dicat, Dimittam reliquis hæredita-
tis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eius, eruntque
in vaſtitatem, & in rapinam cunctis aduerſariis ſuis. Cur
pientiſſime Deus tam acerbè punis hæreditatem tuam? Ob-
ſerua, quam reddat cauſam, Eo quod fecerunt malum coram
me, & perſeuerauerint irritantes me, ex die qua egreſſi ſunt
patres eorum ex Ægypto, vſque ad hanc diem. Obſerua e-
tiam quos Deus milites contra Madianitas iuſſerit eligen-
dos, non vtiq; qui curuatis gentibus biberun, ſed qui manu
& lin-

*Nihil eſt quod magis excitet diuinam vindictã in delinquentes quam pertinacia.*

*Pſal.* 51.

4. Re. 21.

*Iudic.* 7.



& lingua aquas lambuerunt, ſicut canes ſolent lãbere. Quid
eſt curuatis genibus milites aquas bibere, niſi peccatis ſe in-
gurgitare, totoſq; ſe voluptatibus tradere? Aqua namq; vo-
luptates adumbrat. Qui ex his aquis ita bibunt, vt diu in il-
lis ſe delectantes, perſeuerent, hos reſpuit Deus, velut indi-
gnos, & ineptos ad bellum ſpirituale. Conſuetudo enim pec
candi hominem velut vinctum tradit hoſtibus. Vnde D.
Aug inquit, Vocabas me Domine, & ſuſpirabam ligatus nõ
ferro alieno, ſed mea propria voluntate. Velle enim meum
tenebat inimicus, & inde catenam fecerat, & conſtrinxerat
me, quippe ex voluntate peruerſa, facta eſt libido, & dũ ſer-
uitur libidini facta eſt conſuetudo, & dum conſuetudini nõ
reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Hactenus D. Aug. Et Sapiens
ait, Inualeſcente iniqua conſuetudine, error, tanquam lex
cuſtoditus eſt. Et apud Ieremiam, Si poteſt æthiops mutare
pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteſtis be-
ne agere cum didiceritis malum. Quemadmodum ędificium
nuper compactum facile, tempore autem conſolidatum dif-
ficilè diruitur. Sic mala, cum in nobis diutius immorantur,
vehementiora fiunt. Et quod multo deterius eſt, hominique
iniqua peccandi conſuetudine irretito nocentius, quod is
vehementioris mali acerbitatem non ſentit. Sicut enim Mi-
thridati quotidie ſumenti venenum, conſuetudine factum
eſt innoxium, Ita mala, quibus miſer peccator aſſueſcit, non
offendunt. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feſto Di
uæ Mariæ Magdalenæ, in hæc verba, Et ecce, mulier, quæ e-
rat in ciuitate peccatrix. Verbum, ecce attentionem captat
atq; ſi rem nouam, & admirandam noſtris oculis ſubiiciat,
contemplandam. Et quænã hæc res eſt, Quod mulier nõ vno
aut altero peccato contaminata, ſed longa peccandi conſue-
tudine implicata, ſe ad meliora conuertere ſtudet. Id enim
inuoluit Spiritus ille cœleſtis, Magdalenam vocans pecca-
tricẽ. Sed cur, vt cognouit hæc peccatrix, vbi Chriſtus erat,
ad illum accurrit, & moras non trahit, expectans, quod exiret
de conuiuio Chriſtus? Quia quãto in periculo diuinæ vindi-
ctæ eſſet conſtituta, cernens, iã extremum ſibi exitium immi
nere cogitabat, manuſq; vindicis iudicis effugere ſtudens,
non eſſe differendam veteribus peccatoribus ad Deum con-
uerſionem ſuo facto demonſtrat. Idẽ igitur eſt dicere, Ecce,
mulier peccatrix, ac ſi dicat, Ecce miles ad bellũ ignauus, qui
totũ ſe in aquas peccatorũ deiecerit, veluti, è fluctibus emer
git vt conſtanti animo, & ingenti fortitudine contra vitia
decertet

*Conſuetudo peccandi Tyranno potentior hominẽ ſuis tradit hoſtibus.*

*Sap.* 14.

*Iere.* 13.

*Simile.*

*Vincere conſuetudinẽ peccati dura eſt pugna illa enim quaſi ſecunda & quaſi affabricata natura dicitur.*

decertet. Ecce fœmina antiqua conſuetudine ſuorum pecca-
torum, veluti fortiſſimis funibus deuincta, non ſecus atque
alter Sanſon è gremio Dalilæ ſurgit vt interficiat mandibu-
*Iud.15.* la aſini Philiſtæos mille, hoc eſt, confeſſione, peccatorũ mul-
torũ capita conterat ſe confitens, inſtar aſini, vixiſſe, eaq; cõ-
feſſione multas lachrimas hauriat, quibus & Chriſto lauet pe-
des, & peccatis ſuum refocillans ſpiritum vires recipiat ad
*Mithridates Rex Pōti atq; Armeniæ puer antidotis adeo aſſuefactus ne volens quidem ſenex veneno mori potuerit Helmandus dicitq; hic Rex ti mens ne à fratre ſuo venenaretur rutæ folia viginti cum duab. nucibus & totidem cariis admiſto ſale quotidie ieiunus edebat.*
deſtruendum antiquum iniquitatis domicilium. Ecce, quæ
prius non ſentiebat venenum peccatorum, velut alter Mi-
thridates, eorum dulcedine illecta, præ amaritudine ingen-
tem copiam fundit lachrymarum, & quod antea dulce illi vi-
debatur, nunc amariſſimum eſſe ſentit.

*Et fœdus cum Aſſyriis iniit.* Probro Deus vertit Iſrael, quòd
cum iniquis hominibus, & peccatoribus contraxerit amici-
tias. Fugiamus ergo, fratres mei, prauis hominibus fœdere, &
amicitia copulari. Eſt enim hoc pergratum Deo ſacrificium.
Vnde in Apoca. legimus, Hæc dicit, qui tenet in dextera ſua
ſeptem ſtellas, & ambulat in medio ſeptem candelabrorum
aureorum, Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam,
& quia non potes ſuſtinere malos. Quid cãdelabra iſta ſunt,
niſi homines, quibus Chriſtus inquit, Sint lucernæ arden-
tes in manibus veſtris. Ac rurſum. Vos eſtis lux mundi ſic lu-
ceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra
bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Chri-
ſtus autẽ inter candelabra aurea ambulans, & oſtendens de-
xterã plenã ſtellis, quid ſignificat, niſi dexterã iis ſolum por-
rigendam in amicitiæ fœdus, quorum opera cœleſtia ſunt?
Dextera namq; aliis data, amicitiæ ſymbolum eſt. Vnde Scri-
ptura inquit, Demus dexteras hominibus iſtis, & faciamus
mus cum illis pacem, ſtellæ vero virtutum ſplendorem ſigni-
ficant. Sic enim inquit Apoſtolus, Omnia autem facite ſine
murmurationibus, & hæſitationibus, vt ſitis ſine reprehen-
ſione in medio nationis prauæ, & peruerſæ, inter quos lu-
*Apoc.1.* cetis, ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes.
*Matth.5.* Igitur ac ſi Deus dicat huic epiſcopo, Accipe dexteram
*1.Mac.6.* meam in fœderis vinculum quòd iniquos ferre non potes,
*Phil.2.* ne dum illis copula amicitiæ coniungi, per gratũ enim mihi
facis, iniquorum hominum conſuetudinem, & familiarita-
tem odio proſequens. Quadrat obſeruatio in Euangelium
Epiphaniæ, in hæc verba, Et reſponſo accepto in ſomnis,
ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in re-
gionem ſuam. Cur Deus admonet ſanctos reges, ne redeant
ad



ad Herodem? Num ſolum, vt impium regem lateat ortus
Chriſti non ſane ob eam tantum cauſam, quamuis ea præci-
pua ſit verumetiam, vt oſtendat Deus cum iniquis homini-
bus non eſſe familiaritatem, & neceſſitudinem attexandam.

¶ *Oleam in Ægyptum ferebat.* Cum oleũ in Scris adulationem
ſignificet, iuxta illud Regij Pſaltis, Corripiet me iuſtus in *Pſal.140.*
miſericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non
impinguet caput meũ. Certum eſt oleum appellari à Pſalte a-
dulationem, & blandiloquentiam, quibus adulatores ita ſo-
lent peccantium animos oblectare, vt in peccatis eos foueãt
& enutriant. Nihil autem aptius dici potuit ad explicandam
adulationis conditionem, quam eam cum oleo componere.
Adulatio enim peccati nutrix eſt, quæ ſicut oleum flammis, *Adulatio*
in culpa ardentibus ſolet adminiſtrare fomentum. Repre- *vitiorũ fo-*
hendit ergo Deus Iſraelem, & meritò, quòd oleum deferret *mentum et*
in Ægyptum, hoc eſt, idola, & peccata Ægypti laudaret, vt *nutrix.*
eius auram ſibi aucuparet. Nam quamuis ſemper mala ſit
adulatio, ſiue bona cuiuſpiam commendes, & laudes, ſiue ea
peccantem foueas, eſt certe multo nocentior adulatio cum
hominem de peccato laudat, quam cum ob virtutem com- *Pſal.10.*
mendat. Quoniam laudatur peccator, ait Dauid, in deſideriis
animæ ſuæ, & iniquis benedicitur, exacerbauit Dñm pecca-
tor. Ingens ergo malum eſt adulatio, ſi quidem Deus ea ad
irã prouocatur. Quemadmodũ venator leni ſibilo ferã alli- *Simile.*
cit, vt gradum figat, quo certius ſagittã in eã dirigat, quãpri-
mum enim ceruus venatoris audit ſibilum, ſiſtit gradum, at-
que tunc ſagitta transfigit. In eundem modum adulatores
non ſunt aliud, quam diaboli ſibilus, vt peccatorum ſagittis
venenatis corda noſtra propius attingat. Quadrat obſerua-
tio in Euangelium pro Epiphania, in hæc verba, Turbatus
eſt Herodes, & omnis Ieroſolyma cũ illo. Ecce, adulatores
ſunt Ieroſolymitani, imitantur enim turbationẽ impij regis
vt verbis & factis oleo adulationis iungant impij regis ca-
put. Ecce oleum in Ægyptum deferunt cõmendantes pecca-
toris turbationem, vt deterior fiat.

¶ *In vtero ſupplantauit fratrem ſuum, & fortitudine ſua dirEtus eſt* *Erubeſcãt*
*cum Angelo, & inualuit ad Angelum, &c.* Primum illum ſtipi- *qui degene-*
tem, à quo genus trahebant Iſraelitæ, patriarcham nempe Ia- *res excedunt*
cob, eis proponit cõtẽplandum, vt quantũ à maiorum ſuorũ *dunt aba-*
virtute degenerauerint, animaduertant, & erubeant Nihil e- *uita patrũ*
nim ignominioſius, & turpius homini, quã ſuis factis iniquis *gloria.*
& prauis actionibus maiorum ſplendorem obſcurare ce-

rumq; puritatem non imitari. Quemadmodū ſelectum triti-
*Simile.* cū iactū in terrā malā non dignum tāto ſemine fructū ſed ty
pham. Sic maiorum gloria ſuum amittit nitorem, in filiis ob
eorum illleberales mores, Solemus nōnunquam arbores in
ſerere, vt fiant nobiliores, gratioréque reddant fructum, vt
oleaſtrum amarum in oliua pingui, ſi quis autem ſecus face
ret, oliuam nempe insereret in oleaſtro quantum eſſet, pre-
cor, is reprehendendus? In eundem modum inuenies nōnul-
los viros tanta animi præſtantia inſignes, vt cum habuerint
vilem generis ſui ſtipitem, virtutibus prælucea̅nt maioribus
ſuis, veluti oleaſtrum mutantes in oliuam. Sunt etiam,
qui contra faciant ex oliua nempe oleaſtrum. Obſurant e-
nim egregia maiorum geſta ſuis criminibus. Bone deus, quá
tum ſunt iſti obiurgandi, quantoque ſupplicio digni cenſen
di? Quis non ex arbore cognoſcet fructum, quem ſit pro-
ductura? Cum ergo egregiam, & pulcherrimam arborem,
heus bone vir, nactus ſit, cur rubore non ſuffunderis, quod
non parem, & dignum fructum arbore originis tuę proferas?
Quis non virtutibus ſuorum progenitorum excitatur, ad eo
rū inſequenda veſtigia? Sic S. Apoſt. fatetur ſe eſſe excitatum.
Gratias ago Deo meo, inquit, cui ſeruio à progenitoribus
meis in conſcientia pura. Ecce, illos eximios patriarchas, tot
virtutum ornamentis præclaros ſe eſſe imitatum ait, agno-
uit enim dedecori homini vertendum, patrios non referre
mores.

*Nobilior eſt à quo genus incepit bonum, que nobilitatis hoc eſt quod nos à maiorum nobilitate degenerare nō ſinit.*

*2. Tim.*

¶ *Miſericordiam, & iudicium cuſtodi.* Egregie vtrumque con-
iūgit, miſericordiam videlicet cum iudicio, ne ita ſimus mi-
ſericordes, q̄ iuſtitiæ obliuiſcamur, aut ita æquitatis amato
res, vt miſericordiæ non recordemur. Quemadmodum enim
*Simile.* ad exactā humani corporis perfectionem duæ ſunt homini
manus, duoque oculi neceſſarij, & ſi alterā manū abſcindas,
vel alterū oculum eruas imperfectus is homo iudicatur. In
eundem modum qui iuſtus eſt ſine miſericordia, aut miſe-
ricors ſine iuſtitia non perfecti Chriſtiani metam attingit.
Exemplo nobis Deus noſter eſt, vt vtraque virtute, iuſtitiæ,
& miſericordię ornati conemur, vtramque enim ſe cuſtodiſ-
ſe teſtatur, dicens. Si dereliquerint filij eius legem meam, &
in iudiciis meis non ambulauerint. Si iuſtitias meas pro-
phanauerint, & mādata mea non cuſtodierint, Viſitabo in vir
ga iniquitates eorū: Ecce, Deus tuus iuſtitiā ante oculos ha
bens, peccatorū vindicē ſe eſſe demōſtrat. Verū nequis inde
occationē ſumat deſpiciēdi miſericordiam, totum ſolum ſe
tra



tradens æquitati, obſerua, quid ſubiungat. Miſericordiam au
tem, inquit, non diſpergam ab eo. Sint igitur indiuidui in no
bis comites, iuſtitia & miſericordia. Significauit elegāter v-
tramq; connectandā virtutē Apocalypſis, dicens, Ecce, ſedēs, *Apo. 10.*
& iris erat in circuitu ſedis. Quid enim ſedens in ſede eſt, ni
ſi Chriſtus iudiciariam habens poteſtatē? Sed dū ſedet iudi-
caturus, quo totus circundatus eſt? Obſerua, quid dicat. Et i-
ris in circuitu ſedis. Quid iris adumbrat niſi diuinā miſeri-
cordiā? Sic enim ſcriptū eſt. Nequaquā vltra interficietur om *Gene. 9.*
nis caro aquis diluuij: arcū meū ponā in nubibus cœli, & erit
ſignū inter me, & inter terrā. Dū ergo Deus homines iudicat
iris in circuitu eſſe perhibetur, quoniā ita in peccatores ſen-
tentiā iuſtitiæ fert, q̄ miſericordē ſe eſſe demonſtrat. Sic rur-
ſus idē D. Ioan. cernit angelū fortē deſcendentē de cœlo, ami *Apoc. 10.*
ctum nube, & iris in capite eius, & habebat in manu ſua li-
bellū apertū. Hic angelus Chriſtus eſt, fortis ſane iudex in
diſcutiendis hominū delictis, quamobrē fortis appellatur,
non enim decet iudicē eſſe puſillanimē. Vnde Sapiēs ait, No- *Eccle. 7.*
li quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquita-
tes, ne forte extimeſcas faciem potentis. Cęterum dum libel-
lum habet hic angelus in manu, ad diſcernenda cuiuſq; pec
cata, iris eſt in capite eius, hoc eſt, miſericordiæ recordatur.
Cum enim in capite memoria ſedē habeat, eſſe in capite iri-
dē non eſt aliud, quā miſericordiæ recordari. Sic namque le
gimus apud Geneſim. Videbo arcum meum in nubibus cœ-
li, & recordabor fœderis ſempiterni. Iuſtos etiam imitari
Deum ſuum, dum aliorum peccata diſcutiunt, & puniunt, o-
ſtendit Dauid, dicens, Corripiet me iuſtus in miſericordia, &
increpabit me. Correctio namque & increpatio æquitatē re-
ſpicit, verum eam correctionē miſericordia temperant iuſti.
Quadrat obſeruatio in Euang. Dominicę vndecimę poſt Pen *Gene. 9.*
tecoſten, in hæc verba. Non ſum, ſicut hic publicanus. Ecce, *Pſal. 40.*
æquitatem habebat Phariſæus iſte, ſed miſer homo miſeri-
cordiæ oblitus, indignum eſſe cenſebat Publicanum, quód
audiretur à Deo. Quadrat & in Euangelium pro feſto Diuæ
Marię Magdalenę in hęc verba Phariſęi. Hic ſi eſſet ꝓpheta,
ſciret vtiq; quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eū, quia pec
catrix eſt. Videte, precor, vt ſe rectiſſimū iudicem exhibeat
peccatrici, & miſericordiæ oblitus hic Phariſæus con-
temnat peccatricem, & repellendam à Chriſto iudicet.
Heus Phariſæe cæce, nonne legiſti apud vatem Hoſſeam,

*Summū vero ſe homini vinculū eſt miſericordia & humanitas q̄ qui irrumpere nephariꝰ & parricida existimandus eſt.*

Miſericordiã, & iudicium cuſtodi, ne miſericordiam à iudicio ſecernas.

*Depoſita graui peccatorum ſarcina iuſtè miſericordiã Dei conſequi poſſe ſperamus.*

*2.2.q.21. ar.1.c.*

*Qui præſumit de ſuis viribus antequam pugnet ille proſternitur.*

*Simile.*

¶ Præterea, *Miſericordiam, & iudicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper.* Obſerua, quãdo dicat Deus Iſrael Spera in Deo tuo. Cum videlicet cuſtodierit miſericordiam, & iudicium. Vbi ergo ſunt, qui virtutibus deſtituti, multiſque oppleti criminibus ſperant miſericordiam ſe à Deo conſecuturos? Deponant ſarcinam prius ſuorum peccatorum, ac deinde virtutũ actionibus nauent operam, ſi miſericordiam Dei adipiſci cupiunt. Cũ enim hoc fecerit Iſrael ait illi Deus, Spera in Deo tuo. Nam qui ſecus faciunt, vt optime definit D. Thomas potius dicuntur præſumere, quàm ſperare Sancti autem doctoris verba citare non grauabor, vt quantum iſti abſcopo ſalutis aberrrent, quantumque contra Deum delinquant, intelligãt. Circa ſpem, inquit, qua aliquis inhęret diuinę potentiæ poteſt per immoderãtiã eſſe præſumptio in hoc, ꝙ aliquis tẽdit in aliquod bonum, vt poſſibile per virtutem, & miſericordiam diuinam quod poſſibile non eſt. Sicut cum aliquis ſperat, ſe veniam obtinere ſine pœnitẽtia, vel gloriam ſine meritis. Hæc autem præſumptio eſt propriè ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum quia ſcilicet per huiuſmodi pręſumptionem tollitur, vel cõtemnitur adiutorium Spiritus ſancti, per quod homo reuocatur à peccato. Hactenus ille. Quemadmodum qui aquam è fonte iugiter manante haurire vult, & domi reportare, neceſſum eſt, vas ferat, quo hauriat, & portet, ſi enim manus vacuas habeat operam perdit, & irriſione dignus eſt, Sic qui in diuina miſericordia ſperat neceſſum eſt ſecum ferat virtutes, vt aquam illam dulciſſimam diuinę miſericordiæ guſtare poſſit.

*Chanaan in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit. Et dixit Ephraim, Veruntamen diues effectus ſum, inueni idolum mihi omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui. Et ego Dominus Deus tuus ex terra Ægypti adhuc ſedere te faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtiuitatis. Et locutus ſum ſuper prophetas & ego viſionem multiplicaui: & in manu prophetarum aſſimilatus ſum. Si Galaad idolum ergo fruſtra erant in Galaad bobus immolantes, nam & altera eorum quaſi acerui ſuper ſulcos agri. Fugit Iacob in regionem Siriæ, & in vxorem ſeruauit in propheta autem eduxit Dominus Iſrael de Aegypto, & in propheta ſeruatus eſt. Ad iracundiã me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis eius ſuper eum veniet & opprobrium eius reſtituet ei Dominus Deus tuus.*

*Chanaan in manu eius ſtatera doloſa.* Per *chanaan* non intelligit gentem Chananæam, quę inde fuerat expulſa, ita vt Chanaan nomen ſit proprium, ſed nomen appellatiuum eſt, ſignificans mercatorem, ſicut etiam apud Prouerbia, Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo, id eſt, mercatori. Obſeruarunt hoc nonnulli expoſitores, cum antiqui, tum recẽtiores, quibus Chaldaica Paraphraſis fauet, ſic hunc locũ diſpunges, Ne ſitis ſicut mercatores, in quorũ manibus ſunt bilances doloſæ, rapinæ ſtudentes D. tamen Hieronymus, quem multi ſequuntur, vt Theodoretus, Haymo, Rupertus, Chartuſianus, multo ſecus expẽdit, dicẽs Chanaan appellari Ephraim, hoc eſt, decem tribus, nõ per naturã, ſed per imitationem, quod Chananæorum vitia, idololatriãque Iſraelitæ ſecuti ſint, iuxta illud, quod ait Daniel iniquo iudici qui vtique de ſemine Iudæ erat, Semen Chanaam, & non Iudæ ſpecies decepit te. Et in Ezechiel Ieruſalẽ dicitur, Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea. Atque in Iſaia audite verbum Domini principes Sodomarum, auribus percipite legem Dei veſtri populus Gomorrhæ. Si in hunc modũ expendat optimè inquit, Rupertus ſignificari Iſraelitas indignos eſſe tãto nomine, quantum eſt Iſrael cum à patria virtute degenerauerint, potiuſque appellandos Chananæos, quorum peccata ſunt imitati non eſt omnino reiiciẽda hæc poſterior explanatio. Nam cum geſta præclara ſancti Patriarchæ, Iacob ſupra attexuerit, ob quæ nomen Iſraelis eſt adeptus, cum filij neque vmbrã paternorum morum attingerint ſed ſe multis peccatis contaminauerint, eorum ignauiam, & torpentem probro vertens, inquit, magis vocandos Chananæos, quam Iſraelitas.

*Calumniam dilexit.* Ita fraudis eſſe ſtudioſum demonſtrat, vt nõ ſolum quemuis fraudare pro nihilo ducat verum & gaudeat, vim facere. *Verumtamen* affirmationem inuoluit, vt, Veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt. *Diues effectus ſum,* mea ſcilicet induſtria, non Dei auxilio, & beneficio. *Inueni idolum mihi,* Ipſas diuitias, quibus erat refectus idolum vocat. Sicut enim guloſis Deus vẽter eſt, ita & auaris aurum idolũ eſt. Vnde Hebraicè eſt pro, *inueni idolum mihi,* inueni vim mihi, vocat autẽ vim, eius facultates, & diuitias, iuxta illud, Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius. *Omnes labores mei inuenient iniquitatem mihi, quam peccaui,* Crimen maximum eſt, opes fraudibus, & peccatis fuiſſe conſecutos, & tamen ſine crimine adeptos illas, confiteri. *Et ego Dominus Deus tuus de terra Aegypti adhuc ſedere te faciam in taber-*

*Prou. 31. c.*

*Sindon linteum auro pretioſo ac ſubtili lino contextum quo ad capitis ornatum vtuntur mulieres putatũ que à Sidone ciuitate Phœnicia nomen accepiſſe vbi primũ inuenta ſit*

*Explicat hunc locũ Gregorius. lib. 3. Moral. ca. 22.*

*Iſai. 1.*

*Pſal.*

*Prou. 10.*

*Maximo periculo verſantur animæ qui publico malo diteſcunt.*

*tabernaculis,ſicut in diebus feſtiuitatis. ſedere* poſuit pro habitare,
Particula, autem *adhuc* videtur pertinere ad tempus
Chriſti quaſi dicat, Beneficia in te iam pridem contuli,
cum te eduxi de terra Ægypti,dies namque feſtiuitatis vo-
cat tẽpus liberationis ex Ægypto,& etiam adhuc conferam
alia beneficia ſimilia in te. *Et locutus ſum ſuper prophetas, & ego*
*viſionem &c.* Præpoſitio *ſupe* poſita eſt pro præpoſitione *ad*.
Sunt etiam,qui dicant tempus præteritum,nempe *locutus ſum*
*& multiplicaui* poſitum eſſe pro futuro,*loquar, & multiplicabo*,ac
ſi dicat,Loquar cum prophetis ipſis,viſioneſque multiplica-
bo,& per manꝰ prophetarũ proponã ſimilitudines tibi inui-
tãdo te ad pœnitẽtiã,& multa bona tibi promittendo. *Si Ga-*
*laad idolum ergo fruſtra erant in Galgal bobus immolantes.* Coniun-
ctio, *ſi* pro *quia* poſita eſt,& coniunctio *ergo* pro *vtique* bobus
autem non dandi caſus eſt,ſed effectiui. Hebraice namque
eſt in accuſatiuo,ſic,boue immolarũt. Eſt autẽ ſenſus. Quia
in vrbe trãs Iordanẽ nomine Galaad, idololatriæ peccatum
committunt,fruſtra quidem aliæ duę tribus eo ſe peccatis cõ
taminant,cum habeant templum,& ſacerdotes Dei, in quo,
& per quos verum Deum colere poſſunt.

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum venuſtatem,*

*Iræ pharmacũ eſt fuga conſpectus iræ, Sapiens autem nũquam potẽtioris irã prouocabit imò declinabit non aliter quam in nauigãdo procellam.*

FVGIT *Iacob in regionem Syriæ.* Inter cætera
beneficia à Deo præſtita. Iacob, recẽſet Deus
quod fugerit in regionẽ Syriæ,atque veluti ſi
hæc fuga res eſſet maxima,& pręclara ob eam
commendatur Iacob. quid hoc eſt? Nõne ter-
ga vertere,& fugere,puſillanimitatis eſt. Quomodo ergo ac
que ſi geſtum eſſet eximium,inquit Deus fugit Iacob in re-
gionem Syriæ? Docet Deꝰ frater mi,quid facere debeas,cũ
aliquem ad iram excitaſti,nempe nõ te obiicere oculis,eius
conſpiciẽdum,ſed fugere donec trãſeat irę furor. Audi, quid
Rebecca filij amãtiſſima cõſulat,& admoneat Iacob,qui occa
ſionẽ iræ dederat fratri Eſau,ob benedictionẽ paternam clã
ablatã, Ecce Eſau frater tuus minatur, vt occidat te. Nunc
ergo,fili mi audi vocem meam,& conſurgẽs fuge ad Laban
fratrem meũ in Haram,habitabiſque cum eo dies paucos,do
nec requieſcat furor fratris tui, & ceſſet indignatio eius,o-
bliuiſcaturque eorum,quę feciſti in eum, poſtea mittam,&
adducam te inde huc,cur vtroque orbabor filio vno die?
O pru-



O prudẽs & vere pium,ac maternarũ viſcerũ conſilium. Nõ
inquit prudens mater,Contende,decerta,reſiſte fratri tuo,ſi
cut ille tibi minatur,tu etiam illi minare,ſed, conſurgens fu
ge. Bona fœmina,non ſatis eſſet dicere,Abi ad Laban, aut ſi
maximũ emolumentum eſt illi allatura abſentia,dic, Curre
fili mi, ad Laban. Cur præcipis,vt fugiat? Quid inuoluit hæc
fuga? Paucis dicam,fratres me. Docet non lente recedendum,
ſed cum maxima celèritate ab homine,qui tecum rixari vult.
Maiorem enim velocitatem adhibet homo,cum fugit,quam
cum currit. Vnde ortum eſt prouerbiũ,Aliud eſt fugere, quã
currere. Ait ergo pia mater filio,quod etiam Eccleſia ſuis fi-
liis præcipit,ſi orta rixa eſt,aut contentionis occaſio, Fuge,
& noli verba reſpondere verbis. Quis enim oleum lucernæ
comburenti totam domum adiungit? Quid ira eſt, niſi lucer-
na? Parum dixi,quid eſt,niſi rogus cuncta cito abſumpturus
Si verba minantia,& acerba addas verbis contendentis tecũ
quid aliud facis,quam oleum, aut ligna in ignem iniicere,
quibus ignis irę reddatur ardentior? Ait igitur Rebecca,Fu-
ge,fili mi,Nam qui ad vitandas lites fugiunt, & ne cum pro
ximo cõtendant,terga vertunt,hi digni ſunt,quod ab Eccle-
ſia,eiuſq; ſponſo,Chriſto filij nominentur. Hi dum fugiunt,
nõ puſillanimes,& meticuloſi ſunt Iudicandi,ſed viri fortiſ-
ſimi. Melior eſt patiẽs,inquit Sapiẽs,viro forti,& qui * domi
natur animo ſuo expugnatore vrbium. Quemamodum Scy
thæ dum fugiunt,fortiores ſe exhibẽt milites,tunc enim ſæ
uius ſagittis hoſtẽ impetunt,& trãſigunt,quàm cũ fixo pede
pugnant eundem modum homo cum fugit à certatoribus,
certius cor diaboli hoſtis noſtri iaculo patientiæ attingit,
quàm ſi cum opugnante ſe decertet. Quid enim aliud conſe
quetur ad litem,& contentionem,quam vtriuſque decertan-
tis mors? Quod ſi ex lite mors corporis non ſequatur, quod
ſæpe contingere experimento diſcimus, ſaltem inde mors
animæ oritur,ita vt illud impleatur,Fortis impegit in fortẽ,
& ambo pariter conciderunt. Hinc Rebecca inquit geme-
bunda, Cur vtroque orbabor filio? agnouit enim quantum
periculi in rixa ſit,vt vterque decertans pereat. Vnde enim
prodeunt odia,inimicitiæ,cõtumeliæ, mors denique corpo-
ris,& animæ,niſi ex lite,& concertatione? Quod agnoſcens
Apoſtolus,inquit,Non voſmetipſos defendentes,chariſſimi
ſed date locum iræ. Quid eſt,non vos defendentes, niſi fu-
gite? Quid niſi ſimiles eſtote Scythis,qui tergadãtes,fortius
hoſtem proſternunt, & vincunt? In huius rei typum rex

** Fortior eſt qui ſe, quam qui fortiſſima vincit oppida, nec virtus altius ire poteſt.*

*Prou. 16.*

*Simile.*

*Ierem. 46*

*Rom. 12.*

 Salomon

*Para. 6.* Salomon in armentario fecit ducentas haſtas aureas,& tre-
centa ſcuta aurea. Cur non totidem haſtas fecit,& ſcuta nu
mero vincunt?Quot ſunt haſtæ,debent eſſe ſcuta,aut ſi plu-
ra facit ſcuta,reddat & ſingulis ſcutis haſtã, quis vnquã vi.
dit milites ſolũ ſcutis decertare?Non docet id certe mundus
Deus tamen tuus id docet , habet enim viros qui patientiæ
clypeo ſe muniunt,quam primum orta lis eſt, dantes locum
iræ. Fuerat Iacob miles ſtrenuus Dei , qui ſolum ſcutum
arripit in fraterna rixa patientiæ,fugit enim à fratre,ac pro-
pterea commendatur à Deo. Quadrat obſeruatio in Euan-
gelium Dñicæ quartę Quadrageſimæ,in hæc verba, Abiit Ie
ſ' trãs mare Galileę. Cur abiit Deus tuus,& exit de Ieruſalẽ?
Reſpõdeat Diu' Chryſoſtomus, Vt Chriſtus cederet furori,
& turbationi Iudæorum,quam conceperant contra Chriſtũ,
*Simile.* propterea quæ de ſe ſuprà dixerat. Nam ſicut iacula , cum
*Frangitur* in durius aliquod incidunt grauius feriunt,quæ autem non
*furoris im-* habuerit aliquod obuians,diſſoluũtur cito immiſſa,& quieſ-
*petus &* cunt,Ita ſi cum audacibus hominibus impetuoſe,& reſiſten
*ira placa-* do inceſſerimus,ſæuiunt magis,ſi autem, eis ceſſerimus,fa-
*tur demiſ-* cile mollimus eorum inſaniam.
*ſo homine* ¶*Et locutus ſum per prophetas, & ego viſionem multiplicaui.* Pati-
*& cedẽti.* entiã ſuã erga peccatores detegit , quibus non vnum ſolum
aut alterum propheram Dominus miſit,vt maleactorum eos
pœniteret,& ad Deum ſuum conuerterentur,ſed plures , vt
tu nõ cito te vindices,& ne facile iraſcaris,ſed expectare diſ
cas peccatores , mittáſque , qui admoneant, multipliceſque
*Simile.* admonitores. Quẽadmodũ enim aurifex multa habet inſtru
menta,eaq; varia ad fabricandã imaginẽ, & nõ vno,aut alte
ro ictu mallei,aut limæ tunſione materiam præparat,vt eam
exornet margatriis,aliiſq; gemmis,ſed pluribus vtitur , In
*Perdius &* eũdẽ modũ tu pluribus vti debes modis,variiſque excogi-
*pernox* tatis cõſiliis , vt à peccati voragine hominem extrahas,ima-
*danda eſt* gineſque virtutum in eius pectore cœles, Mitte nonnunquã
*opera ad* viros,qui obſecrationibus,& amore ad virtutem amplectẽ-
*reuocãdũ* dam alliciant,& à peccato reuocent. Quod ſi neque hoc ſa-
*callẽ prope* tis eſt,mitte alios,qui deterreant minis,anteaquam ſupplicia
*rantis ad* & pœnas adhibeas. Sic namque Deus tuus facere conſueuit.
*inextrica-* Locutus eſt,inquit Ieremias,ad vos de nocte conſurgens,&
*biles pecca* loquẽs,& nõ audiſtis. Et miſit Dominus ad vos omnes pro-
*ti Labe-* phetas,ſeruos ſuos,conſurgens diluculo,mittenſque,& non
*rinthos.* audiſtis , neque inclinaſtis aures veſtras , vt audiretis, cum
*Iere. 25.* diceret, Reuertimini vnuſquiſque à via ſua mala , & à peſſi-
mis



mis cogitationibus veſtris,& habitabitis in terra, quam de-
dit dominus vobis. Multa inculcat hic vates Ieremias obſer
uatione digniſſima. Primum, obſerua,quos Dominus miſerit
ad obiurgãdũ peccatores,eoſque monendos. Omnes,inquit,
ſeruos ſuos,non vnum, aut alterum. Plures ergo artes exco
gitauit,vt à malo peccatores reuocaret. Secundum,obſerua,
quos miſerit,non vtique ſeruos diaboli,ſed ſeruos ſuos , tu
etiam noli ad corripiendũ,homines iniquos mittere,ſed quę
re ſeruos Dei , quorum ſancta vita , & verba lenia, charita
teque plena non parum excitent peccatorem,vt ſe , ſuaque
delicta cognoſcat. Tertiũ,de nocte cõſurgit De',vt cõuertat
peccatores,neque hoc Deo tuo ſatis fuit,ſed etiam diluculo
conſurgit,vt oſtendat, tum minis,& terroribus , tum amo-
re auocandos homines à malo. Nox enim quid ſignificat,ni-
ſi calamitates? Et quid dies niſi rerum proſperitas eſt,quib'
etiã Deus homines ad ſe allicere ſolet ? Iacebat puer mor- *4. Re. 4.*
tu',& mittit Eliſæus famulũ ſuũ cũ baculo,vt eo ſuper faciẽ
mortui poſito,ad vitam reduceret,non tamen ſic ſurgit puer
Deſtitit ne ab opere ſemel cœpto Eliſæus? Nequaquam,ſed
accedit relicto baculo,orat Dominum,calefacit puerum , &
ſic reuixit. Tu etiã ſi ſuper mortuum peccatorem poſueris
baculum,minas videlicet,& non reſurrexerit,relinque bacu
lum,charitate,& amore foue peccatorem, & fortaſſis ad vi-
tam gratiæ illum reduces.

¶ *Seruiuit Iſrael in vxorem, & vxorem ſeruauit.* Tria hic ha-
bes implicata. Primum eſt , ante obſequium debere hominẽ
de mercede paciſci ad vitandas lites, Non.n. Iacob ſeruit La *Gene. 29.*
ban,quin prius certa mercede cõducatur. Sic etiam in Euã-
gelio prudens pater familias prius conuentionem facit ex
denario diurno,quã mittat operarios in vineã ſuã Si.n.prius *Pacta mer*
merces certa nõ eſſet opera iis cõſtituta,quãto poſtea impu *cede opera*
dentius obmurmuraſſent aduerſus patrẽ famil. operarij,qui *rij pro labo*
iactabant ſe pondus diei,& æſtus ſuſtinuiſſe? Quo etiam cly- *re cõducto*
peo ſe protegit paterfamilias alio, quam obiiciens famulis, *ceſſat liti-*
Non facio tibi iniuriam , nonne ex denario conuenisti me- *gij actio.*
cum? Secundum , diſces non decere,quempiam tibi gratis, *Gene. 29.*
inſeruire ſed mercedẽ famulis pro ſuis operis eſſe reddẽdã.
Nõ.n. gratis ſeruit Iacob , ſed poſtquã impleti ſunt dies mẽ-
ſis vnius,ait Laban Iacob , Num quia frater meus es, gratis
ſeruies mihi? Hoc aduertant,velim, qui non ſolum fratres,
& conſanguineos ſibi gratis ſeruire volunt , ſed extraneos.
Quærit ſanctus Tobias comitem filij ſui ducentem ad ciui- *Tobiæ 5.*
Ii 5 tatem

tatem Medorum Rages, ſed mercedem pollicetur. Nunquid
poteris, ait ſanctus vir ducere filium meum ad Gabelum in
Rages? & cum redieris, reſtituam tibi mercedem tuam. Qui-
nimo ipſe Deus etiam malis, & impiis ſeruis mercedem red-
dit, & ſoluere curat, quãuis ipſi nõ petant, cum illi inſerui-
*Ezec. 29.* erint. Sic namque inquit Deus Ezechieli. Fili hominis, Na-
buchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitũ ſuum
ſeruitute magna aduerſus Tyrum, omne caput decalua-
tum, & omnis humerus depilatus eſt, & merces non eſt red-
dita ei, neque exercitui eius de Tiro pro ſeruitute, qua ſer-
uiuit mihi aduerſus eam. Propterea hæc dicit Dominus De⁹,
Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regem Babylonis in terra
Ægypti, & accipiet multitudinem eius, & depredabitur ma-
nubias eius, & diripiet ſpolia eius, & erit merces exercitui
illius & operi pro quo ſeruiuit aduerſus eam, dedi ei terram
Ægypti, pro eo quod laborauerint mihi. Hactenus Deus ad
Ezechielẽ. S. etiam Iob ſe ſemper paratum eſſe, vt iudicium
ſubeat cũ ſeruis, inquit, ne ob mercedẽ cõquerantur. Si cõ-
tẽpſi iudicium ſubire cum ſeruo meo, & ancilla mea, cum di
*Iob 31.* ſceptarẽt aduerſum me. Vbi ergo ſunt homines negantes fa
*Multa cõ-* mulis mercedẽ laborum ſuorũ? Sine lacrymis dici nõ poteſt,
*ſumunt a-* inuenies multos, quibus nunquam opes deſunt ad ſuas ex-
*lea ſcorta* plẽdas voluptates, ad ludum, ad ingluuiem, & ad alia multa,
*ſerotinæ cõ* quæ fari pudet, cum tamen famulis nunquam laboris mer-
*potationes* cedem ſoluant, & quod peius eſt, ſibi perſuadẽt, nõ propter-
*quæ in fa-* ea aliquo irretiri mortali peccato. O cæcitatem ingentem, ô
*mulorum* amentiam deplorandam. Quadrat obſeruatio in multa E-
*mercedem* uangelia. Primò in Septuageſimam, in hæc verba, Voca o-
*impendi* perarios, & redde illis mercedem ſuam. Non ergo tibi gratis
*deberent.* inſeruire famulos permittis, bone pater familias. Secũdò, in
Euangelium pro omnibus Sanctis, in hæc verba, Gaudete,
& exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Ec-
ce, non ſine premio, & laboris ſtipendio ſibi quempiã ſerui-
re vult Chriſtus, vt diſcant domini huius ſæculi inſeruienti-
bus ſibi non negare mercedem. Tertiò, quadrat in Euange-
lium pro Cõfeſſoribus; in hæc verba, Ecce, nos reliquimus
omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Bene de
mercede interrogãt, nõ. n. De⁹ ſibi inſeruire gratis permittit.

¶ Secundò, *Seruiuit Iſrael in vxorem*. Obſerua, frater mi, quid
in homine faciat amor, quando in miſeram ſeruitutem rede-
git Iacob. Seruiuit enim pro Rachel quatuordecim annis, &
videbantur pauci dies præ amoris magnitudine. Sed quan-
tus



tus fuit hic ſeruitutis labor? Audi, quid dicat Iacob Laban-
domino, & ſocero ſuo. Ego damnum omne reddebam, quic- *Gene. 31.*
quid furto peribat, à me exigebas, die, noctuque æſtu vrge- *Cant. 8.*
bat, & gelu, fugiebatq́; ſomnus ab oculis meis. Fortis ergo, *Solent ho-*
vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio. Obſerua etiã *mines fre-*
non ingentem dotem petiiſſe à Laban, Rachel contentus eſt *quẽter er-*
pro mercede Iacob. Erat quippe fœmina hæc interna animi *rare electio*
pulchritudine exornata, q̃ maximè fœminæ ad matrimo- *ne vxoris*
nium quærendæ ſunt. Qui inuenit mulierem bonam, inue- *vel opes*
nit bonum, & hauriet iocunditatem à Domino, ait Sapiens. *vel formã*
Ac rurſum, Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim anno- *vel aliud*
rum illorum duplex. Mulier fortis oblectat virum ſuum, & *quippiam*
annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona mulier bona, in *ſectantes*
parte bona timentium Deum, dabitur viro pro factis bonis. *potius quã*

¶ *In propheta eduxit Dominus Iſrael de Aegypto, & in propheta ſer-* *piis praci-*
*uatus eſt.* Inter cætera beneficia in populũ Iſrael collata, hoc *bus contẽ-*
veluti nõ extremũ locũ abtinẽs Deus cõmemorat, Dediſſe *dentes à*
ei virum tanta ſanctitate conſpicuũ, vt de Ægypto eũ educe *Domino*
ret, & ſeruaret nõ ſolũ ab hoſtibus, verũ & ab ipſo Deo, ne *probã ob-*
de illo ob eius peccata vindictã ſumeret. Duo ergo hic ſunt *tinere quæ*
Implicata maximé obſeruanda. Alterum eſt, ingens eſſe Dei *inuenta*
tui beneficium hominem habere, qui te de peccati re- *merito fæ-*
gione educat, id enim Ægyptus eſt peccatorum regio, ac te- *lix cenſen-*
nebrarum locus. Quòd ſi referas ad labores, & contume- *dus eſt ho-*
lias, ex quibus eos Dominus per vatem Moſem eduxit, diſ- *mo.*
ce etiam Dei tui eſſe beneficium, hominem tibi dari, qui te- *Immanẽtis*
de periculo & afflictionibus eripiat, decereque vt pro his be *& ſummi*
neficiis te gratum Deo tuo exhibeas. Audis enim, vt hunc *periculi*
populum ingratitudinis Deus arguat, in eorum memoriam *prognoſticõ*
reuocare, è quãtis periculis eripuerit degentes in Ægypto. *quando vi-*
Hinc apud Iſaiã cõqueritur, Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & *ris Iuſtis*
aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit. *deficiunt*
Alterum vero eſt, viros ſanctos à Deo hominibus concedi, *vrbes.*
vt propter eos etiã peccatoribus parcat, & conſeruet. Obſer- *Iſai. 1.*
ua, quid dicat Iſaias rurſum, Iuſtus perit, & non eſt, qui reco *Iſai.*
gitet in corde ſuo, & viri miſericordiæ colliguntur, quia nõ
eſt, qui intelligat, à facie enim malitiæ collect⁹ eſt iuſtus. Vi-
des, quã ob cauſam dicat Iſaias morituros viros pios? Nem-
pe ne videãt futurã Dñi vltionẽ. Volens nãque Deus euer- *Simile.*
tere aliquod regnũ, & ciuitatem, prius tollit è medio iuſtos.
quorum precibus, & virtutibus terra illa ſuſtentatur, non
ſecus atque firmiſſimis columnis ingens ædificij moles.
Ex

Ex Sodoma ſegregauit Lot, vt Sodomitas incendio conſumeret, Noë ex hominum familiaritate, vt mundũ aquarũ diluuio obrueret, Hebræos ex Ægypto, vt Ægyptios in mari ſubuerteret. Colliges ergo Deum eſſe iratũ regno, à quo aufert viros morũ pulchritudine adornatos, & vitæ integritate excultos. Voluit Deus euertere Ieroſolymã ob Iudæorũ ſce-

4. Re. 22.

lera, ſed prius Ioſias rex iuſtus ex hac vita migrauit, enumeratiſq; pij regis virtutibus, ait illi Deus, Idcircò colligam te ad patres tuos, & colligeris ad ſepulchrum tuum in pace; vt non videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus ſum ſuper locum iſtum. Fuit certè mors Ioſiæ ſignũ vltionis, quã Deus de Iuda voluit ſumere. Hinc Apoſtolus viros dotibus cumulatos virtutum tanto pretio inquit æſtimandos, vt illis mundus indignus ſit. Quibus dignus non erat mundus, ait.

*Heb. 11.*

Quod ſi Naaman Syrus aſportauit ſecum ex Samaria terrã, in qua ſanctus Eliſæus habitabat, quoniam eã ſibi vtilẽ exi-

4. *Re.* 22.

ſtimabat, in qua vir ſanctus pedes figebat, quantũ, quæſo, pij hominis conſortiũ eſt emolumenti peccatoribus allaturum? Si in montibus Melanis feræ canibus inſectantibus in cacumine cuiuſdã rupis inueniunt perfugium, ad quod cũ canes perueniunt, feras perſequi deſiſtunt, & ad dominos mœſti redeunt, cur viri ſancti nos non protegent ab ira Dei? Capræ ſylueſtres in Creta, vbi ſe vulneratas à venatoribus ſentiũt, ad dictamnũ herbam recurrentes eoq; paſtæ, infixam ſagittã ſtatim profundunt, & à cæde facilè liberantur, & peccatores degentes inter viros, de quibus inquit Apoſtolus, Chriſti bonus odor ſumus, odor inquam vitæ in vitam, ſunt enim areolæ conſitæ à pigmentariis, non vmbra piorum virorum protegentur, ne à Deo ſagittis vindictæ diuinæ impetãtur, aut ſi iis fuerint vulnerati non conſequentur priſtinam ſanitatem? Agnouit rex Ioas quantum ſibi, ſuoque regno vmbrę conferebat Eliſæus, quamobrem flens coram eo, dicebat, Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & auriga eius.

*Ariſt. de Admirandis audit. 5. & 12.*

*Sagittas corporibus infixas Damæ Dictamni auxilio euellunt.*

1. *Cor.* 2.

4. Re. 13.

# CAPVT XIII.

L*oquente Ephraim horror inuaſit Iſrael, & deliquit in Baal, & mortuus eſt. Et nunc addiderunt ad peccandũ, feceruntq; ſibi conflatile de argento ſuo, quaſi ſimilitudinem idolorum, factura artificum totum eſt. His ipſi dicunt, Immolate homines vitulos adorantes. Idcircò erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus præteriens, ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario. Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Aegypti, & Deum abſque me neſcies, & ſaluator non eſt præter me.* Ego cognoui te *in deſerto, in terra ſolitudinis.*



¶ *Loquente Ephraim horror inuaſit Iſrael.* Omnes expoſitores antiqui, ac nonnulli recentiores ſecuti Diuum Hieronymum, ad initium idololatriæ Iſraelitarum hunc locum referunt, quòd Ieroboam, eum enim per Ephraim intelligit, primus decem tribuum rex, quamprimum præceperit adorari vitulos aureos, *horror* vel admirationis, vel timoris inuaſerit Iſraelem, decem nempe tribus. Non enim, cum hoc primum idololatriæ monſtrum prodiit, omnes impio regi conſenſerunt, quia tamen ei verebantur reſiſtere, veluti timore cõpulſi vitulos aureos coluerunt. Eſt igitur hic ſermo conſciſus, & nonnihil ſubintelligendum, vt ſenſus percipi poſſit, ſic, *Loquente Ephraim*, hoc eſt, rege Ieroboam, Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti, *horror*, id eſt, timor nimius *inuaſit Iſraelem* adeo, vt Deum derelinqueret, & vitulos aureos Ieroboam adorauerit. Quod vero ſequitur, *Et deliquit in Baal*, ad regem dictum Ieroboam, & ad Iſraelem, referri poteſt, quod ipſi non ſolum vitulos dictos adorauerint verum etiam Baal, idolum ſcilicet Sidoniorum. Dum vero dicitur, *& mortuus eſt*, de morte opinantur animæ eſſe ſermonem, quam per mortale peccatum homo incurrit, iuxta illud, Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Et illud, Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos. Mortuus namque eſt infidelitatis peccato. Hæc eſt omnium fere expoſitorum circa huius loci explanationem ſententia, quapropter non eſt contemnenda. Nonnulli tamen recentiores multo ſecus expendunt, quorum etiam explanatio reiicienda non eſt. Eorum autem ſententia eſt, quod per Ephraim intelligatur domus Ioſeph, in qua tributis exigendis præerat Ieroboam, is primum omnem tribum ſuam oratione contra regem excitauit quod rex Iuda Roboam in ædificia ſuperuacanea, nimium operæ, atque impenſæ collocauerit, quamobrem publicæ, priuatæque facultates populorum vehementer vexarentur, ſicut ſcriptum eſt, Ieroboam quoque filius Nabat Ephratæus de Sareda ſeruus Salomonis, cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua, leuauit manum contra regem, & hæc eſt cauſa rebellionis aduerſus eum, quia Salomon ædificauit Mello, & impleuit voraginem ciuitatis patris ſui Dauid. 3. *Reg.* 11.

*Ezech.* 8.

*O miſerum Regẽ Ieroboã tantorũ ſcelerũ authorẽ quorũ tamen eum minime pœnituit ſed in peccato Idolatriæ mori maluit quam pœnitere.*

Cum

Cum itaque Ieroboam vectigal apud ſuos colligeret,& tributorum,& ſumptuum grauitatem in regis inuidiam accuſaus,ambitionem ſuam ſimulato bono occultaret,ita populi animos ſibi deuinxit,vt defectionem à rege molientes, ex Ægypto,vbi profugus erat,reuocarent, regémque ſibi conſtituerent. Sic namque ait Scriptura, Miſerunt,& vocauerunt eum,id eſt, Ieroboam,venit ergo Ieroboam,& omnis multitudo Iſrael,& locuti ſunt ad Roboam,dicentes, Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis,&c. Et poſt pauca,Factū eſt autem cum audiſſet omnis Iſrael,quòd reuerſus eſſet Ieroboam,miſerunt,& vocauerunt eum,congregato cœtu,& conſtituerunt eum regē ſuper omne Iſrael. Igitur ſic hic locus eſt diſpungendus, *Loquente Ephraim*,horror,& tremor,animorumq; turbatio,& tumultus excitata ſunt. Tributi namque magnitudine per Ieroboam exaggerata,populus concitatus eſt,veluti tantam vectigalis molem ferre non potens. *Inuaſit Iſrael* ſubintellige,Ieroboam. Is namq; inuaſiſſe Iſraelem dicitur,quia princeps factus eſt in Iſraele. *Et nunc addiderunt ad peccandum,fecerunt ſibi conflatile de argento ſuo.* Satis clarus eſt ſenſus huius loci,loquitur enim de vitulis aureis, quos in numero ſingulari vocat *conflatile*, more Scripturæ Sacræ ſingulare ponens pro pluribus,vt locuſta pro locuſtis,iuxta

*Pſa. 104.* illud, Venit locuſta,& bruchus,cuius non erat numerus,vbi ſatis liquet numerum ſingularem poſitum eſſe pro pluribus locuſtis. Quod autem inquit, *de argento ſuo*,non eſt ſic intelligendum,quaſi ſolū conſumpſerint argentū ad fabricandos vitulos aureos,ſed argenti nomine Hebræi omnē pecuniam totumq; diuitiarum genus ſignificant,quemadmodū & Hiſpanè de homine locuplete dicimus, *tiene fulano muchos reales*, quãuis nūmos aureos habeat. Hebraicè autem non ſolum eſt, *fecerunt ſibi conflatile de argento ſuo*,ſed additum eſt, *iuxta intelligentiam ſuam*, vt non ſine ingenti conſilio fuiſſe excogitatos vitulos aureos intelligamus. *His ipſi dicunt immolate homines vitulos adorantes.* Bifariam diſpungi poteſt, Vel ſic, O homines,id eſt,populi decē tribuum,aut ſacrificuli vitulorum, immolate hoſtias vitulis aureis, eoſdem vitulos adorantes. Fauet ſic explanãtibus Chaldaica Paraphraſis. Vel,iuxta D. Hieronymi ſententiã,quem multi ſequuntur, dæmones loquuntur,Immolate homines,aut ſi mauis,id dicunt ſacerdotes iuxta illud,Immolauerūt filios ſuos,& filias ſuas dæmonibus. Sic legimus regē Manaſſes,ac multos alios ſacrificaſſe homines idolis. *Idcirco erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matu-*

*Hebræis argenti nomine omnem pecuniam opes & nūmos ſignificãt.*

*Pſal. 105.*



*matutinus præteriens,ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario.* Quatuor his ſimilitudinibus, nubis matutinæ,roris prætereuntis,pulueris rapti turbine ex area, id eſt, ramentorū,aut glumarū,quæ facile eiiciuntur à vento ex area,fumi deniq;,ſignificat Deus cito puniēdos Iſraelitas,perituros,atque è propria patria eiiciendos. *Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Aegypti.* Beneficia in Iſraelē collata antiquitus,ne dū recentia in eius memoriã reuocat,vt oſtendat, ob beneficiorū ſaltē antiquitatē nō debuiſſe derelinquere cultū Dei ſui. Vnde ſubiungit, *Et Deum abſque me neſcies.* Coniunctionē & poſuit ꝓ coniunctione *vt*,qua explicat,quid tot,ac tãta iãpridē beneficia Dei exhibita Iſraeli exigant ab eo,nēpe non debere cognoſcere alium Deum, præter ipſum Deū verum. Futurum enim poſuit pro eo quod debet homo facere,ſic, vt *alium Deum præter me neſcires,aut neſcire debuiſſes.* Quod vero ſequitur,apertius hoc oſtendit, *Et ſaluator non eſt præter me.* Rationē enim reddit,cur non alium Deum debuiſſet Iſrael cognoſcere,nempe,quia non eſt alius,qui ſaluare poſſit præter ipſum. Coniunctionē enim, & poſuit pro coniunctione cauſali *quia*. *Ego cognoui te in deſerto,in terra ſolitudinis.* Beneficia in deſerto collata in Iſraelem refert,quo pacto eos pauerit,& aquam ad ſedandam ſitim dederit,à ſerpentibus,& hoſtibus protexerit,eorumq; ingratitudinem,qui contra Dominum,& Moſem tot beneficiorū immemores murmurabant.

*Beneficiorum antiqua conſuetudine eo minus in ingratitudinē prolabi debemus.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad ornandos mores.*

LOquente Ephraim horror.

¶Ecce quantum habeat roboris,& virium oratio,ſiquidem ea valuit Ephraim concitare animos Iſraelitarū,vt à rege ſuo deficerent,& ne tributa,& vectigalia illi redderēt. Agnouit Demetrius ille Phalerus ingentē eſſe orationis vim, quamobrē dicebat, Quantū in bello valet ferrum,tãtū in Republica valet oratio. Illic enim res geritur viribus,hic perſuaſioné. Polienus etiã refert,Philippū Regem Macedonū non minores res ratione,quàm prælio confeciſſe. Atq; vt de ſacris literis hauriamus teſtimonia,quis nō miretur,quantū ſua oratione valuit propheta Obed,qui cum Phaceas rex Iſrael regē Iudæ Achaz bello viciſſet,ac fœminarum,atq; puerorum,alteriuſque turbæ Iudæorum circiter ducenta millia captiua ducerer

*Eloquētia fortitudine præſtantior cedãt armatogæ*

*Lege Val. max. lib. 8. cap. 8.*

duceret,tantum oratione profecit,vt ex immani ſuperboque
(quales victoria homines facere ſolet,)ad ſummam clemen
tiam victorem traduceret.Impetrauit enim , vt non ſolum
captiui liberarentur : verum etiam vt qui amiſſis omnibus
nudi erant relicti,veſtirentur.Quo etiam inſtrumento impu
*Gene. 34.* dicus ille princeps Sichem animum Dinæ ſibi conciliauit,
poſt grauiſſimam ſtupri irrogatam iniuriam niſi verborum
lenociniis?Triſtem,inquit Scriptura,deliniuit blanditiis.Da
uid etiam maxime conqueritur Sauli,quòd verbis hominum
*1.Re.24.* fuiſſet excitatus,vt ſe perſequeretur. Quare audis, inquit,
verba hominum loquentium ? Dauid quærit malum aduer-
*Simile.* ſum te?Cur hæc de eloquentiæ viribus attexim us?vt diſca-
mus frænare linguam,quando hic audimus ex locutione E-
*Gene.18.* phraim horrorem prodiiſſe. Diſces etiam non facile loquen-
*Non eſt te* tibus fidem adhibendam,Solent enim verba hominem cre-
*merè aſſen* brò decipere. Quemadmodum nummum non ſolum ex tin-
*tiendũ ru-* nitu cognoſcis,ſed ipſum inſpicere vis, ne fallaris. Sic cum
*morib. vul* verba audis contra quempiam , non facile fidem adhibeas,
*gi.* ſed oculis prius intueri ſtude. Deſcendam,inquit Deus,&vi
*Simile.* debo,vtrum clamorem compleuerint. Quid hoc eſt, optime
*Magno re* Deus?Nonne tu preſens es,cum Sodomitæ peccata patrant?
*gni & rei-* Quid ergo opus eſt,vt deſcendas?Certè deſcendere ſe velle
*publicæ ma* ſimulat,ne nos clamoribus, & rumoribus dicentium facile
*lo princeps* credamus,priuſque propriis oculis rem videamus, quam fi-
*auarus naſ* dem.Multi ſunt,proh, rdolor leuiores foliis quę vel leuiſſi-
*citur,cui ni* ma aura mouentur,vix enim quippiam audiunt proximi ho
*mirum cen* norem obſcurans,& illud,atque ſi veriſſimum eſſet , omni-
*ſus publici* bus referuntur. Quadrat obleruatioin Euan.Dñicę ſecundæ
*& vectiga* Aduentus in hæc verba,Ite , & renunciate Ioanni quæ audi-
*lia plus æ-* ſtis,& vidiſtis. Ecce,non ſolum inquit , Renunciate , quæ au
*quo pla-* diſtis , ſed ſimul appoſuit , & vidiſtis, ne ſolum hominem
*ceant, quo* iudicandum ex audire exiſtimarent , vt nonnulli iudicant.
*fit vt miſer* ¶Deinde , *Loquente Ephraim horror.* Vide , quid pariat regi-
*rima plebe* bus ,& ſubditis tributorum onus,horrorem videlicet non
*cula nõ pel* amorem , qui magis neceſſarius eſt ad regni diuturnitatem.
*lem modo* Non aliud inuenit efficacis remedium ad alliciendosl ſub-
*ſed & car* ditorum animos impius ille Demetrius,quam polliceri Iu-
*nem ipſam* dæis,ſe grauitatem tributorum ablatum. Remittimus vo-
*detractam* bis , inquit præſtationes multas,& nunc abſoluo vos,&om
*velint.* nes Iudæos à tributis,& pretio ſalis indulgeo , & coronas
*1. Mac. 10.* remitto,& tertias ſeminis,&c. Iſaias etiam quando ait ingen
*Iſa. 9.* i lætitia perfundendos homines ? quemadmodum agrico-
læ læ-



læ lætantur in meſſe,& victores capta præda ? Cum iugum
oneris,virgam humeri,& ſceptrum exactoris eius Dominus
ſuperauerit, eximens Ieruſalem ab onere tributorum,quod
eleganter virgam vocat magis enim timorem gignit in ſub-
ditis erga reges , quàm amorem nimia vectigalis exactio.
Verum ne ſubditi faciles ſint, vt in reges conſpirantes defi-
ciant,audiant,quod ſanctus patriarcha Iacob dicat Iſachari,
Vidit requiem,quod eſſet bona,& terrã,quod optima,& ſup-
poſuit humerum ſuum ad portandum,factuſque eſt tributis
ſeruiens. Quid aliud docet Iſachar,quàm quæcunque dura,
& moleſta eſſe ferenda ob quietem & tranquillitatem, pacẽ-
que magni æſtimandam,quandoquidẽ duplici ſe ſarcina ma
gis onerare permiſit,quam ſuam quietem amittere?

*Et nunc addiderunt ad peccandum.* Sæpius monuimus, ingens
malum eſſe,non deſiſtere à peccatis,& nouis hominem irre-
tiri culpis. Obiicit namq; Deus Iſraelitis,q addiderint pec-
cata peccatis. Hinc Sapiens ait, Qui peccat in animam ſuam
pœnitebit,& qui iocundatur in malitia,de notabitur. Ne ite- *Eccl. 19.*
res verbum nequam & durum,& non minoraberis, Agnoue *Deo & ho*
runt,quantum periculum immineat his,qui rurſum peccant *minibus cõ*
principes filiorum Ephraim,quamobrem dicunt. Non intro *demnabi-*
ducetis huc captiuos , ne peccemus Domino , quare vultis *tur qui per*
adiicere ſuper peccata noſtra,& vetera cumulare delicta?grã *ſeuerat in*
de quippe peccatum eſt,& ira furoris Domini imminet ſu- *peccatis,et*
per Iſrael. Vides,quãtũ exaggerent iſti non imponere finem *cui volupe*
peccatis?Apoſtolus etiam his,qui iam ſe ad Deũ cõuerterãt, *eſt iucunda*
cum rurſum relaberẽtur,inquit. Quomodo conuertimini ite- *ri iniqui*
rum ad infirma,& egena elementa,quibus denuo ſeruire vul *tate.*
tis?Et in Euangelio noſtris oculis ſubiicitur Petri recidiua- *2. Par. 28.*
tio,quantumque nocumenti illi attulerit,vt recidere fugia- *Galat. 4.*
mus. Iterum,dicitur,negauit cum iuramento,quia non noui *Timendæ*
hominem. Ecce,qui prius ſolum negauerat ſe eſſe diſcipu- *peccatorũ*
lum Ieſu,cum rurſus negat grauius peccat,adiicit enim iu *recidiuæ*
ramentum negationi priori. Sed cum tertio negat adhuc, *quæ letha-*
grauiori ſe implicat crimine. Tunc enim non ſolum negat cũ *lis eſt &*
iuramento,verum & cœpit deteſtari,& anathematizare,& iu *hominẽpe-*
rare,quia non nouiſſet hominem. O periculoſam,& formidã *iorare fa-*
dam recidiuationem,quæ in tantum baratrum peccatorum *cit.*
principem deiecit apoſtolorum , vt non ſolum negauerit *Eccel. 37.*
Chriſtum,verũ & ad peierationem, & anathematizationem
illum impulerit. Quis igitur mentis compos non dabit o-
peram pro viirili , ne in peccata relabatur ? Qui abſtinens

 eſt,

eſt,ait Sapiens,adiicit vitam. Tu ergo ſtude abſtinere à peccatis,ſi vitam gratiæ impetrare, & mortem animæ effugere cupis. Quemadmodum ſi mulier pānoſis induta, & veneno refecta,ac multum ſqualida,cum ingenti labore peruenerit ad regiam dignitatē,vt purpura,& corona exornetur,ac fiat regis ſponſa,meminerit ipſa priſtinarum ſordium,volueritque ad priorem ſtatum regredi,atque nequaquam optauerit priſtino pudore ſuffundi,hoc ſtolidum eſſet,ita qui guſtauerunt gratiam diuinam,& facti ſunt participes ſpiritus,niſi ſibi caueant,dilabuntur,& fiunt deteriores,quàm erant, cum eſſent mundo dediti.

*Simil.*

¶ *Ego autem* Dominus *Deus tuus ex terra Aegypti.* Duo hic ſunt implicata,alterum eſt,obſeruandam eſſe vetuſtatem amicitiæ,& beneficiorum in te collatorū,ne amicum offendas,Obiicit namq; Deus Iſraeli temporis diuturnitatem,qua cum ſibi multis beneficiis deuinxerat, puta *ex terra Aegypti.* Ac ſi dicat. Non heri,aut nudius tertius, ſed iam pridem te multis officiis cumulaui,neque hucuſque deſtiti me tibi munificum exhibere. Vtinam peccatores ſecum hoc reuoluerent, vt grauitatem ſuorum peccatorum penitius inſpicerent, & fræno antiquæ beneficentiæ animum à peccatis reuocarent. Quis enim non videat,grauius eſſe antiquum amicum,quam nouum derelinquere,eſſeq; fortius vinculū veterē beneuolentiā ad obligandū hominē ſi in ea amicus perſiſtat,quàm nouam? Quemadmodum quo antiquior eſt arbor altiores mittit radices,Sic amor,quo vetuſtior debet ardentius& firmius infigi in agro cordis,ne facile euellatur. Fortaſſis hoc ſignificat Apoſt dicens,in charitate radicati,& fundati,vt poſſitis cōprehendere cum omnibus ſanctis,&c. Regius Pſaltes hāc diuinæ beneficentiæ in ſe vetuſtatē conſiderat,vt impenſius Deo ſeruiat,& ad ferendam ſibi variis calamitatibus iactato opem excitet. Quoniam tu es,inquit,qui extraxiſti me de vētre,ſpes mea ab vberibus matris meæ: in te proiectus ſum ex vtero. De ventre matris meæ Deus meus es tu,ne diſceſſeris à me. Quoniā tribulatio proxima eſt, Ac rurſum, Deus meus eripe me de manu peccatoris,& de manu contra legē agentis, & iniqui. Quoniam tu es patientia mea Domine, ſpes mea à iuuentute mea. In te confirmatus ſum ex vtero, de ventre matris meæ,tu es protector meus. Sed bone rex,poſt tot in te collata ab vberibus matris tuæ beneficia diuina,tanti largitoris obliuiſceris? Nequaquā,quinimo illis Deo meo me maximè deuinctū agnoſco. Hinc pius rex ſubdit,

*Simile.*
*Amor quo vetuſtior eo conſtātior permanet.*
*Simile.*
*Ephe. 3.*
*Pſal. 21.*
*Pſal. 70.*



dit. In te cantatio mea ſemper repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam. Sapiēs etiam inquit, Ne derelinquas amicum antiquū,nouus enim non erit ſimilis illi, Vinum nouum amicus nouus, veteraſcat,& cum ſuauitate bibes illud. Nulla aptior excogitari potuit collatio,quàm vini,ad explicandum amicitiæ diſcrimen,quis enim non videat vinum quo antiquius,eſſe melius & purius? Cum ergo inquit Deus, *Ego Dominus Deus tuus ex terra Aegypti*,idem eſt,ac ſi dicat, Amicitia mea in te non eſt vinū nouū,ſed antiquū,cur ergo,cum iam vetuſtate ſit defæcatum,& puriſſimum,atque illud biberis non charitate inflaris in me? Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Mandato,in hæc verba Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finē dilexit eos. Ecce,nō amor nouus eſt,ſed antiquus. Ob id enim Euangeliſta dicturus,dilexit in finem,prius dixit cū dilexiſſet ſuos. Et qui ſunt,quos diligit? Qui erāt in mundo, id eſt,in regione & terra Ægypti, Dicere ergo poteſt Chriſtus, *Ego autem Dominus Deus ex terra Aegypti*, Nam cum homines,non ſecus atque filij Iſrael in Æypto variis,atque acerbiſſimis afflictionibus afficerentur, eos dilexit, neque vnquā deſtitit amare,idque refert ſacer Euangeliſta,vt erubeamus tanto lectori non parē amorē rependere, illūq; ſemper diligere ſtudeamus. Alterū hic implicatū eſt,debere hominē obſeruare, vt ſtrictius diligat amicū,periculi conditionē, ex quo amicus eripuit. Quid enim eſt *ex terra Aegypti ego Dominus Deus tuus*,niſi cum tu immēſe eſſes oppreſſus in Ægypto, & miſere deperibas,factus ſum auxiliator,& protector tuus; Hoc autē non decebat te tradere obliuioni,ſed eſſe alta mēte repoſitū. Sic princeps ille Ionathas in patris Saulis memoriā reuocat beneficiū à Dauide ſuſceptū, vt ad illius dilectionē paternū animū alliceret, Ne pecces,inquit,rex in ſeruum tuum Dauid,quia non peccauit tibi,& opera eius bona ſunt valde,& poſuit animā ſuā in manu tua,& percuſſit Philiſtęū, & fecit Dn̄s ſalutē magnā vniuerſo Iſraeli,vidiſti, & lętatus es,quare ergo peccas in ſanguine innoxio,interficiēs Dauid, qui eſt abſq; culpa? Quod cum audiſſet Saul placatus voce Ionathæ,iurauit, Viuit Dominus, quia non occidetur. Teneamus etiam & nos memoria,quo pacto Chriſtus non ſolum vt alter Dauid ſe periculo mortis ſubiecit,verum& mori voluit,faciens ſaltē magnā vniuerſæ Eccleſię,eripienſque nos de poteſtate diaboli ne contra eum peccemus. Sed & mi[illegible]randam ſortem hominū,qui peiores ſumus perfido Saule.

*Eccle. 9.*
*Multos agit verſatiles quā vel leuib. quidē erratis in vetera amico offenſi veteribus amicis derelictis nouas ambiunt amicitias.*
*Amicus qui nos ab aliquo periculo liberauit nobis maiore cum affectu [illegible] [illegible] eſt.*
*1. Re. 19.*

Is enim placatus eſt,& iurauit,nequaquam occidẽdum Dauidem,quod ſe regnum Iſrael eruerit è periculo, & ignominia gigantis Goliath,nos autem tot à Deo accipientes beneficia,contra eũ quotidie,& crebro peccata patramus. Aptari poteſt non ineleganter hæc obſeruatio Mandato,in hunc modum,In finem dilexit eos. Quid eſt,in finem dilexit eos, niſi ſe expoſuit mortis agoni, vt Dauid decertans cum gigante,vt ſaltem tanto beneficio obligati Chriſtum diligeremus?ſed nos hac in re neque impium Saulem imitamur,non enim peccare deſiſtimus in Chriſtum, qui ſeruus noſter eſt effectus,pedes abluit,ſanguine redemit,&c.

*Nos ingrati & immemores beneficiorum Dei quotidie illum offẽdimus.*

¶ *Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt,& ſaturati ſunt,& eleuauerunt cor ſuum,& obliti ſunt mei. Et ego ero eis quaſi leæna,ſicut pardus in via Aſſyriorum. Occurram eis,quaſi vrſa raptis catulis,& dirumpam interiora iecoris eorum:& conſumam eos ibi quaſi leo, beſtia agri ſcindet eos. Perditio tua Iſrael , tantummodo in me auxilium tuum. Vbi eſt rex tuus maxime nunc ſaluet te in omnibus vrbibus tuis & iudices tui , de quibus dixiſti, Da mihi reges , & principes. Dabo tibi regem in furore meo,& auferam in indignatione mea.*

¶ *Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt.* Hic locus Dei commendat bonitatem erga filios Iſraelis,qui eos in deſerto pauerat,vbi ſumma erat omnium bonorũ indigentia, ſimulque eorundẽ condẽnat ingratitudinẽ,qui tanti beneficij immemores multis peccatis immiſerunt habenas,neque tantũ beneficium,quantum eſt,dediſſe illis manna de cœlo,produxiſſe fontes aquarum de petra duriſſima , contuliſſe terrã promiſſionis,aliaque multa id genus beneficia, illos à peccatis retraxerunt. Vnde Pſaltes ait, & manducauerunt,& ſaturati ſunt,nimis,& deſideriũ eorum attulit eis , non ſunt fraudati à deſideriis ſuis. Et poſt pauca, In omnibus his peccauerunt adhuc,& nõ conuertentur inimici mei retroſum. *Et ego ero eis ſicut pardus in via Aſſyriorum,&c.* Leæna raptis catulis ferocior eſt omnibus beſtiis,pardus quoque varius non minoris eſt ſæuitiæ,ingẽtique pernicitate,& ſignificat, dum ſe cum pardo cõponit,nequaquam fugam Iſraelis profuturam,vt effugiat manus hoſtium,qui velociſſimi erunt,vt cõprehendant,& interficiant *Occurram eis,quaſi vrſa raptis catulis.* Aiunt,qui de rerum ſcripſere naturis nihil eſſe vrſa ſæuius, cũ perdiderit catulos,vel indiguerit cibis,quod & Scriptura teſtatur præter hoc vatis teſtimoniũ. Nam in illa prudentis Chuſai conſultatione ſic legimus dixiſſe Abſaloni?Tu noſti patrem tuum,& eos,qui cum illo ſunt,viros eſſe fortiſſimos

*De Leænæ ferocia & Pardi truculẽtiſſimi amiſſis catulis ſcribit Ælianus lib. 2. cap. 22.*

*2. Reg. 17*

&



& amaro animo,veluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſæuiat, huiuſmodi naturam ſe imitaturum Deus prædicit , vt quo magis iniuriis exacerbatus , atque grauioribus offenſionibus ad nocendum fuerit irritatus, eo magis horribilẽ & diuturniorẽ edat ſtragem. Vnde vt maximum nocumentum ſe illaturum,atque ſæuiſſimũ mortis genus,oſtendat,ſubiungit *Et dirumpam interiora iecoris eorum.* Solent eim ſæuiſſimæ feræ pectus rapti animantis vſque ad præcordia diffindere,& cor ipſum primum deuorare. Meritò autẽ interiora iecoris,id eſt cor,pinguedinemque ipſum cor claudẽtem ſe laceraturum ait,Hebraice namque pro,*dirumpam interiora iecoris eorum*, eſt, abſcindam clauſurã cordis eorum. Æquũ enim eſt Deum ſumere vindictam de his etiam partibus, & mẽbris,in quibus turpiſſima,& impiiſſima conſilia fuerant excogitata,& celata. *Et conſumam eos ibi quaſi leo.* Incremẽtum habet hæc oratio, nam non ſatis eſſe,dirumpere interiora iecoris eorum demonſtrat,ſed conſumendos inquit, quod ſæuioris ſupplicij eſt. Poteſt enim contingere,vt quis laceretur,varia accipiens vulnera,ac poſtea ſanitatẽ obtineat,cęterũ cũ ad cõſumptionẽ venerit,actum de illo eſt. *Beſtia agri ſcindet eos.* Ac ſi parũ dixiſſet Deus,ſe cõponẽs cum leæna,pardo,vrſa & leone,ad extremum ſupplicij genus ſignificandũ addit,*Beſtia agri ſcindet eos.* Quænam beſtia agri ſcindet eos,Domine?Subticet,vt tu per vaſtum miſeriarũ pelagus nauigans, & vela pandens ingenij intelligas,Iſraelem ad extremam perniciem deuenturum. Hinc nõ explicat,quæ qualiſq; ſit hæc beſtia. Si enim tigris,pãthera,aut quæuis alia ferociſſima exprimatur, parũ ſe dixiſſe exiſtimaſſet. Contendunt nõnulli per quatuor beſtias hic poſitas intelligi quatuor regna,Babylonicum, Perſicum,Macedonicum,atq; Romanũ,à quibus vaſtati ſunt Iudæi,iuxtà illud Danielis, Videbam in viſione mea nocte , & ecce quatuor venti cæli pugnabãt in mari magno,& quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari,diuerſæ inter ſe. Prima quaſi leæna,& alas habebat quaſi aquilæ. Alia ſimilis vrſo, Alia quaſi pardus. Quarta terribilis,atque mirabilis,& fortis nimis. Cui explanationi libẽter aſſentirem, niſi quinque,& nõ quatuor hic appoſita inuenirem,nempe leænam,pardum vrſam,leonẽ,ac denique beſtiam agri,quamobrem nõ aliud hic latere cõſpicio,quàm varias calamitates ab hoſtibus inferendas Iſraelitis. *Perditio tua Iſrael tantummodo in me auxilium tuum.* Hic locus ſatis tritus eſt inter Theologos Scholaſticos quoties de reprobatione,& prędeſtinatione incidit ſermo,at-

*Omnium calamitatum & miſeriarum cahos præparatur Iſraeli.*

*Daniel. 7.*

*De reprobatione & prædeſtinatione.*

que ita cum expendit D Thomas. 1.p.q 23.ar 3. ad.2.& c.9.
2.p.q.23. ar.3.ad.2 Epiſtolę ad Romanos lect. 2. prope finẽ vbi probat præſcien
tiã meritorũ non poſſe aliquã rationẽ eſſe prædeſtinationis
quia merita præſcita cadunt ſub prædeſtinatione, eſto præ-
ſcientia peccatorum poſſit eſſe aliqua ratio reprobationis ex
parte pœnę quę preparatur reprobatis, inquãtũ ſcilicet Deus
proponit ſe puniturũ malos propter peccata, quæ à ſeipſis ha
bẽt, nõ à Deo, iuſtos autem proponit ſe permiaturum pro-
pter merita, quæ à ſeipſis non habent. Confirmat D. Thomas
hanc ſententiam præſenti vaticinio. *Perditio tua Iſrael, &c.* Eſt
autem idem, *perditio tua Iſrael*, quod, tu ipſe es cauſa perditio
nis tuæ. Quod ſi latiorem deſideras explanationem, nullus
aptius expendit, quã Paraphraſis Chaldaica, in hunc modum
*Fruſtrà populi confidunt in Regum præſidiis & caſtris ſi Deum habent offenſum.* dicens, Cũ vos deprauatis opera veſtra, ô domus Iſrael, do-
minãtur in vos populi, ſed quoties cõuerſi eſtis ad legẽ meã
verbum meum, fuit vobis præſidio. *Vbi eſt rex tuus? Maxime*
*nunc ſaluet te in omnibus vrbibus tuis.* Ironice ad eos diuinus ſer-
mo profertur, quod contra Dei voluntatem elegerunt ſibi-
regẽ, de cuius fortitudine pręſumentes, victores ſe fore iacta
bant. *Vbi eſt*, inquit, *rex tuus*: Ieroboam ſcilicet, vel etiam Saul,
de quo dicebas Samueli, Conſtitue nobis regem, vt iudicet
nos. Cumque ille contradiceret, reſpõdebas, Nequaquã, ſed
erit rex nobis, & egredietur ante nos. & pugnabit pro nobis.
1.Reg.8. De quo ergo promiſeras, quòd tua bella bellaret, maxime
nũc ſaluet te *in omnibus vrbibus tuis*, cum iam imminent Aſſy-
rij, etiam ab imminente neceſſitate ſubueniat. Sed non ha-
bes regem hominem, qui te defendat, quia me quem proie-
ieciſti non habes Deum. *Et iudices tui*, de quibus dixiſti, Da
mihi regem, *& principes*, ſubauditur, vbi ſunt? *Dabo tibi regem*
*in furore meo, & auferam indignatione mea.* Dediſſe regem Saul in
furore ſuo Deum, ſatis liquet, ſiquidem ob eam cauſam tunc
in diebus meſſis contra naturam terræ promiſſionis pluuiã
dedit. Abſtulit autem regem Sedechiam, qui erutis oculis, in
Babylonem captiuus ductus eſt. Item, *Dabo tibi regem*, id eſt,
Ieroboam in furore meo *& a fe... min inaignatione mea.* Oſee
vltimum regem decem tribuum abſtulit quidem Deus in in
dignatione ſua, nullumque poſtea regem habuerunt filij Iſ-
rael, ſed alieni dominati ſunt eorum.

Obſer-



## *Obſeruationes ſpectantes ad morum venuſtatem.*

*IVXTA paſcua adimpleti ſunt, & ſaturati, & eleua-*
*uerunt cor ſuum.* Satis aperte oſtẽdit locus hic, di August. Serm.29.
uitiarum morbum eſſe ſuperbiam. Audis enim
ſaturatos Iſraelitas eleuaſſe cor ſuum. Et D. Ezec.16.
Augu. ait morbus diuitiarum eſt ſuperbia, nã Iacobi.1.
grandis animus eſt, qui inter diuitias iſto morbo nõ tẽtatur
Difficile eſt, vt non ſit ſuperbus, qui diues eſt, Et va-
tes Ezechiel, Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuę
ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia. Ecce vtrumque con-
coniungit ſuperbiam, & panis ſaturitatem. Agnouit quippe
ſacer vates domum ſuperbię eſſe diuitias. Et diuus Iacobus,
Glorietur diues in humilitate ſua. O præclarum apoſtoli cõ-
ſilium, nullum enim pretioſius ornamentum poſſunt diui-
tes ſibi comparare, quam humilitatem. Nam & apud Canti
ca quaſnã imagines, & figuras cælauit cæleſtis Spõſus in mu
renulis aureis, niſi vermiculatas? Murenulas aureas, inquit, Cant.1.
faciemus tibi vermiculatas argẽto. Tu ergo ſi aurum poſſi- 2.He.25.
des, hoc eſt abundantiam diuitiarum da operam, vt in his di
uitiis ſint effigies vermiculorum, id eſt, agnoſce te eſſe vermi
culum, te ipſum deiiciens. Sic ſe vermiculum vilem agnoſce- Gene.13.
bat rex Dauid, de quo inquit Scriptura, Dauid ſedens in ca- Gene.18.
thedra ſapientiſſimus, ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermi- 1.Tim.9
culus. Sanctus etiam patriarcha Abrahamus cũ eſſet diuitiis
plenus, de eo enim dicitur apud Geneſim, Erat diues valde
in poſſeſſione auri & argenti, ideo ſe demittebat, vt vocaret
ſe puluerem. Loquar, inquit ad Dominum meum cum ſim
puluis, & cinis? Apoſtolus etiã propterea inquit Timotheo,
Præcipe diuitibus huius ſæculi non ſublime ſapere. Ecce,
quid primum dicat præcipiendum diuitibus eſſe nempe hu-
miles. Nã quemadmodum Bucephalus Alexandri Magni e-
quus, quoties nudus erat, equiſonem in tergum admittebat
ornatus tamẽ regiis phaleris neminem ferebat, niſi regem i-
pſum, in reliquos omnes ferociebat, Ita homines tenues, & Marc.10.
pauperes quęuis ferunt, diuites tamen facti ſuperbiunt, ac
cęteros deſpiciunt: Significauit & hoc elegãter Aſſertor no-
ſter, dũ diuitẽ componit cum camelo, dicens, Facilius eſt in
trare camelũ per foramẽ acus, quã diuitem in regnũ cœlorũ.
Cur de camelo loquitur præ ceteris animantibus? Num quia
cætera antecedat corporis magnitudine, aut ferocitate? Ne-
quaquã. Omnibus enim cõpertum eſt, Elephantem vtraque

*Ex Apoſtoli conſilio nihil diuitiis pretioſius addi poteſt quam humilitas & animi modeſtia.*

*In homines tenues fortunæ quiditaté inſolentia criſtas tollunt.*

 mole

mole nempe corporis, & ſæuitia vincere camelum. Sed quoniam camelus inter omnia animalia dorſum habet inflatum, & gibbo turgidum, vt diuitum adumbraret inflationẽ, illos contulit cum camelo. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feria quinta poſt Dominicam ſecundam Quadrag. in hæc verba, Cupiebat Lazarus ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat. Cur diues iſte adeò eſt impius, vt deſpexerit pauperem vlceribus plenum, & neque micas de menſa cadentes iuſſerit illi erogari? Certe quia elatus erat, & diuitiæ eius eleuauerant cor.

¶ *Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.* Docet hic locus, multa ſæpe eſſe data hominibus à Deo, nõ quia homines donis illis digni ſint, ſed quia improbè petunt, quamobrẽ & poſtea Dominus illa aufert cũ indignatione. Quoties homo filiũ à Deo petit, atque cũ impetrauerit multis fuſis precibus, in flore iuuentutis rapitur, quoniam quod petebat, ignorabat, animi ſaluti nocumentum allaturum. Vnde bene inquit diuus Auguſtinus, Propitius Deus, cum male amamus, negat quod amamus, iratus autem dat amãti quod male amat. Exemplo nobis ſunt illi, de quibus inquit Apoſtolus, Tradidit illos Deus in cõcupiſcentias cordis eorum in immunditias, vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Dedit ergo quod amabant ſed dãnando. Habes rurſum negatum petitũ, Propter quod ter Dominũ rogaui, inquit, vt auferret eum à me, ſtimulum videlicet carnis, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Non ergo largitio petiti doni argumentum eſt, quod à Deo diligaris, neque negatio doni poſtulati ſignũ iræ diuinæ eſt. Cõceſſit Dominus filiis Iſrael volucres cæli ad mãducãdum ſed cũ indignatione abſtulit. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos, & occidit pingues eorum. Vide ergo, quæ petas à Deo tuo, ne vel tibi deneget vel cum dederit, indignatus auferat, vel quia indigna petis, puniaris ab illo. Petitis, & non accipitis, eo quod male petitis, ait ſanctus Iacobus.

*Homines qui neſciũt quid petãt Deo, ſtatim fruſtrãtur petitionibus adeptis.*

*Auguſt.*
*Pſal 26.*
*Rom. 1.*
*2. Cor. 12.*
*Pſal. 77.*

¶ *Colligata eſt iniquitas Ephraim, abſconditũ cor eius. Dolores parturientis venient ei: ipſe filius non ſapiens. Nunc enim non ſtabit in contritione filiorũ. De manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos: ero mors tua, o mors, morſus tuus ero inferne, conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis. Quia ipſe inter fratres diuidet, adducet vrentem ventũ Dominus de deſerto aſcendentẽ: & ſiccabit venas eius, & deſolabit fontem eius, & ipſe diripiet theſaurum omnis vaſis deſiderabilis.*

¶ *Colligata eſt iniquitas Ephraim, abſconditum peccatũ eius,* Bifariã hic



hic locus diſpungitur. Communis expoſitorum ſententia eſt, his verbis ſignificari, Deũ diu futurũ memorẽ peccati Ephraim, ac ſi Deus illud aſſeruaſſet in loculis, & crumena. Inter recentiores tamen nonnulli ſecus, ſecuti Rupertum, qui in explanatione huius loci ſingularis eſt. Dicunt autem, argui Ephraim, quod tantorum flagitiorum culpã occultare, & diſſimulare, imò & negare ſtudeat, iuxta id quod iam ſupra dixerat, Cuncti labores mei non inuenient mihi iniquitatẽ, quã peccaui. Vnde & quod ſubiungitur, *Dolores* nempe *parturientis euenient ei*, implicare dicunt, tandẽ futurũ eſſe, vt Ephraim malis, & ærumnis preſſus iniquitatem ſuam vel inuitus cõfiteatur. Eſt autem appoſitiſſima ſimilitudo adducta de muliere parturiẽte. Nam quemadmodum ſtultis puellis accidere ſolet nonnunquam, quæ cum in paterna domo vitiatæ vterum gerant, reprehenſæ à patre, aut ab his, quibus curæ ſunt, id tamen pernegant, & iuramento addito, & diris, atque imprecationibus etiã in ſe, imo cõuitiis in eos, qui admonẽt, vtũtur, cæterũ dies facinus prodit, & alienis etiã detegit, atque dum famæ inepte tacendo proſpiciũt, eidem maiori pudicitiæ diſpendio officiunt. In eundem modum Ephraim dũ peccata ſua occultare ſtudet, tum cum fateri conſultius eſſet, imo cum minus fuiſſet ignominioſum illi indicare, qui ignoſcere, & reſtaurare poſſet, aduẽtante calamitate inimicis profitebũtur, ob propria facinora illos in has coniectos eſſe ærũnas, tãta enim perferẽt calamitatũ incommoda, vt non valeant diſſimulare dolorem, atque hoc eſt, quod ſubditur, *Ipſe filius non ſapiens.* Inſipientia enim eſt patri negare crimen patratum, quod tempus ipſum aperiet, cũ maiori ignominia. *Nũc enim non ſtabit in contritione filiorũ.* Tanta enim partus erit & doloris acerbitas, vt eam perferre nequeat. Gratior mihi eſt, fateor explanatio, quãuis prior, cõmunior ſit, & non contemnenda, quam ſi amplecti velis, nõ aliud ſignificat his verbis, *dolores parturiẽtis euenĩet ei*, quã Deũ de Ephraim ſumpturũ grauiſſimas pœnas. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos, ero mors tua, ô mors, morſus tuus ero inferne.* Licet vt optime obſeruant Lyranus, Dionyſius Carthuſianus, & alij, explanãt Hebræi ac nõnulli expoſitores Chriſtiani hæc verba de liberatione captiuitatis Babylonicæ, iuxta diui Hieronymi ſententiam eã melius explanabimus de reſurrectione generali futura per Chriſtũ, atque ita cũ locũ expẽdit Apoſtolus, citãs hoc vaticiniũ, *ero mors tua, ô mors*, aliis tamẽ verbis, nẽpe, abſorta eſt mors in victoria, vbi eſt mors

*Sup. c. 12.*

*Simile.*

*In eos qui celare cupiũt quod tempore celari nequit dies enim omnia reuelat.*

*Chriſtus eſt mors mortis de qua triũphauit in ſublimi reſurrectionis tropheo ſic moritur lex vetus vt lex gratiæ ſuccedat.*

victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? in quem modum habet tranſlatio Septuaginta. Tunc enim Chriſtus morſus erit inferni, iuſtos ab æterno ſupplicio eripiens; peccatores vero illi addicens. *Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis.* Verba ſunt prophetæ condolentis ob tantam hominum dãnandorum ſtragẽ, vel ipſius Dei, vt illud, Dolore cordis tactus intrinſecus, delebo hominem, &c. *Quia iſ ſe inter fratres diuidet,* ſeparando oues ab hædis, id eſt, iuſtos à reprobis, vt diuus Matthęus refert. Et quia illud iudiciũ pręcedet ignis omnia cõflagrans, ſubditur, *Adducet vrentem ventũ.* Ignem conflagrationis ad modum venti diſcurrentem, vocat ventum vrentem. Et quoniam omnia vaſtabit, addit ſequentia, *Et ſiccabit venas eius, & deſolabit fontem, &c.* Et cum vaſis nomine omne inſtrumentum, omniſque ſupellex Hebraice ſignificetur, ea voce cuncta abſumenda ſignificat.

*Gene. 6.*
*Matt. 15.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad ornandos mores.*

COLLIGATA *eſt iniquitas Ephraim, abſconditum peccatũ eius.* Exiſtimãt peccatores pluribus ſe irretientes peccatis, cum cernũt differri ſupplicium, Deum eorum eſſe oblitum, ſecus tamen contingere docet locus iſte, colligat enim Deus omnia peccantis crimina, & veluti in marſupio reponit, vt ſuo tempore rependat. Mea, inquit, eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorũ: iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora. Et ſanctus Iob ait, Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea. Quid eſt quaſi in ſacculo ſignare delicta? Reſpõdeat diuus Gregorius, Signantur, inquit, quaſi in ſacculo delicta noſtra, quia hoc, quod nos exterius agimus, niſi pœnitẽtia interueniẽte diluamus, in ſecreto iudiciorum Dei ſub quadam occultatione ſeruatur, vt quandoque etiam de ſecreti ſigillo exeat ad publicum iudicij. Et Sapiens inquit, Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui, & ne dixeris, Quomodo potui, aut quis me ſubiiciet propter facta mea? Deus enim vindicãs vindicabit me. Ne dixeris, peccaui, & quid mihi accidit triſte? altiſſimus enim eſt patiens redditor. Lentis paſſibus, etiam ait diuus Gregorius, incedit iuſtitia Dei, ſed tarditatem eius grauitas recompenſat. Adumbrat hoc egregie viſio Ezechielis, dum pedes animalium currus Dei ſimiles eſſe inquit plantæ pedis vituli, & ex illis prodire ſcintillas, quaſi aſpectus æris

*Deut. 32.*
*Iob. 14.*
*Eccle. 5.*
*Monet ſapiens ne quis propriis virib. fretus obſecundet [illegible] cordis ſui deſideriis [illegible] libet [illegible] ſibi [illegible].*



æris candentis. Cũ enim præ cæteris animantibus lentiſſime incedat bos, exiſtimo patientiam Dei implicari ſub planta pedis vituli, qui non celeriter tendit ad peccatores, vt puniat, ſed lente. Horrendum tamẽ eſt, quod ſubiungitur, nempe ex his grauiſſimis pedibus ortas eſſe ſcintillas æris candentis, nam ad quos cunctanter videtur puniturus accedere, ſupplicij pondere acerbius premit, hinc pedes dicuntur non ſolum æri candenti ſimiles, verum & ex ſe ſcintillas emittentes, quo ardentius peccatores eſſe excruciandos ſignificat. Quadrat obſeruatio in Euangelium Dominicæ quartæ poſt Epiphaniam, in hæc verba, Vis, imus, & colligimus zizania? Non, ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem. Ecce, non quamprimũ orta ſunt zizania, colliguntur, cæterũ tempus veniet, qando comburentur. Colligatur enim iniquitas peccatorũ à Deo, vt tã ẽ ſuo tẽpore digna factis recipiant.

¶ *Abſconditum eſt peccatum eius, dolores parturientis venient ei.* Si hunc locum expendas iuxta recentiorum explanationem, nempe quod Ephraim ſtudeat ſua occultare peccata, negetque ſe contra Deum deliquiſſe, nullus aptior locus inueniri poteſt ad exhortãdos homines, vt ſua ſacerdotibus detegẽtes delicta, adimpleant auricularis cõfeſſionis præceptũ. Nã his, qui abſcondunt peccata, quid accidit? Obſerua, quid dicit noſter Hoſſeas, Dolores nempe parturientes euenient ei, hoc eſt, maximum incurrent nocumẽtum, & doloris acerbitatem ſimilẽ parturiẽtis doloribus. Queadmodũ vipere, iuxta Iſidori, & Auicẽnę ſentẽtiã, filij materna viſcera rumpũt, ipſamque matrem enecant, dũ naſcũtur, Sic peccata ſi in pectore peccatoris lateant, & non prodantur ſacerdoti, ipſam animã interficiunt, & foras egrediuntur in maius dedecus, & ignominiã peccatoris, Et queadmodũ qui habent intus in ſtomacho incluſã eſcã indigeſtã, aut humoris, vt phlegmatis vẽtriculo grauiter & moleſte imminẽtia, ſi euomuerint, releuantur, Ita enim hi, qui peccauerunt, ſi quidem occultant, & retinent intra ſe peccatum, intrinſecus urgentur, & propemodũ ſuffocantur phlegmate, vel humore peccati. Si autẽ ipſi ſui accuſatores fiant, dũ accuſant ſemetipſos, & confitentur, ſimul euomunt & delictum, atque omnem morbi digerunt cauſam. Hinc Sapiẽs ait, Qui abſcõdit ſcelera ſua, nõ dirigetur, qui autẽ confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam cõſequetur. Quando adeptus eſt Dauid miſericordiam à Dño, angelo populum cædẽte? Vtique cum dixit ſuũ pandens peccatum, Ego ſum, qui peccaui, & ego inique egi. Adeo

*Vipera à vipariẽdo dicta in cõcubitu mas in os fœminæ caput inſerit at illa poſt rem peractam illud abſcidit nam paritura diſrũpitur nec niſi effractis lateribus erumpunt nati. Ferũt autem ita caſſe naturam ne tã noxij animalis ſpecies ſupra modũ augeſceret.*

Adeo grata fuit Deo Dauid confeſſio, vt propheta Gad diuino afflatus numine, dixerit, Conſtitue altare Domino, propitiatus enim eſt terræ. D. Ioannes etiam inquit, Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus Deus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. In Actis etiã dicitur, Multi credentium veniebant confitentes, & annunriantes actus ſuos. Nõ eſt igitur aliud confeſſionis ſacramentum, quam ſinus pacatiſſimus, in quo hominũ conſcientiæ religantur, ne à procellis abſorbeantur delictorum, deiecta eriguntur, amiſſa reparantur, & quicquid immunditiæ inundantibus tentationũ procellis, aut operante malitia in nauim conſcientiæ perfuſum eſt, reiicitur, & purgatur. Quadrat obſeruatio in Euangelium ſabbathi poſt Dom. 2. Quadrageſimæ, in hæc verba, Ibo ad patrem meum, & dicã ei, Pater peccaui in cœlum, & coram te. Ecce quid facit ille filius prodigus, confiteri peccata ſua, non illa abſcondit, Ianua enim ad impetrandam veniam, confeſſionem eſſe cognouit.

*1. Ioan. 1.*

*Acto. 19.*

*Apud aures Dei vox valida confeſſio, nã per amarum poculum confeſſionis peruenitur ad gaudium ſalutis.*

¶ *Ero mors tua, ô mors, ero morſus tuus inferne.* Eleganter implicat, non omnes qui fidem Chriſti ſuſceperunt, adepturos cæleſtem beatitudinem, ſed aliquos duntaxat. Nam ex eo quod mordemus, partem obſcindimus, partem vero relinquimus, In eundem modum Chriſtus Aſſertor noſter partem, ſuos videlicet electos, liberat, partem vero, reprobos nempe in inferno dimittit. Quemadmodum enim ſerpens multos generat filios, qui iuxta Plinium, & Solini ſententiã viginti filios parere ſolet, ouis autem vnum ſolum agnum. Sic Serpẽs inferni diabolus plures habet filios, id eſt, homines illi parentes, quàm Chriſtus. Hinc illæ voces quærulę Dei, Heu mihi quia factus ſum ſicut qui colligit in autũno racemos vindemiæ, & nõ eſt botrus ad comedendũ, præcoces ficus deſiderauit anima mea. Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus nõ eſt, omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrem ſuũ ad mortem venatur. Hinc & illæ parabolæ Aſſertoris noſtri. Simile eſt regnũ cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, quam cum impleta eſſet, educentes, & iuxta littus ſedentes, bonos elegerunt in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. Et illud, Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, &c. Atq; ex filiis Iſrael, cum plurimi educti eſſent ex Ægypto, quam paucisſimi ingreſſi ſunt terram promiſſionis. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro Septuageſima, in hæc verba, Multi ſunt vocati, pauci vero electi. Quid enim eſt, pauci vero electi,

*Simile.*

*Hæc de viper a dicta eſſe puta quæ non oua vt pleriq; ſerpentes ſed catulos fermè viginti parere dicitur.*

*Mich. 7.*

*Mat. 13.*



niſi morſus tuus ero inferne?

¶ *Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidit.* Docet Deus, quod crebrò à nobis eſt obſeruatum, nos non oblectandos eſſe malis proximorum, imo ad hominem pium pertinere, dolere ob calamitates alienas, ac maximè ſi in detrimentum vitæ ſpiritualis vergunt, quales Iudæorum erant, ex D. Hieronymi ſententia, dolet enim Hoſſeas, quod infernus diuidat Iſraelem, & Iudam. Sic Apoſtolus Paulus plorãs ob incredulitatis peccatum filios Iſrael, inquit, Veritatem dico in Chriſto, non mẽtior, quoniã triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo, &c. Ac rurſum, Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeã multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt. Sic etiam ſanctus Samuel ita lugebant Saul, vt Deus illi dicat. Vſquequo luges Saul? Et apud Ezechielem inquit Deus, Signa thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Et Ieremias perfuſus lachrymis, & totus deditus lamentis aiebat, Quis, dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. Et in Canticis, Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Quemadmodum nubes hiberno tempore pluuiam effundunt, ob algoris, & frigoris intemperiem, quod contingere non videmus verno tempore ob Solis ardorem, In eundem modum viri pij, quos Iſaias nubes appellat, Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant? ait, cum cernunt frigeſcere charitatem multorum, in lachrymas ſoluuntur. Et ſicut tota areæ terra rore maduit, vbi non erat vellus, Ita eos apud quos non eſt agnus qui tollit peccata mundi, ingenti perfundũt viri iuſti lachrymarum profluuio. Quadrat obſeruatio in Euangel. Dominicæ 9. poſt Pentecoſten, in hæc verba, Videns ciuitatem, fleuit ſuper illam. Cur flet Dominus Deus noſter ſuper ciuitatem Ieruſalem? Certe cernens omnia crimina, quæ in ea ciuitate committebantur dolens lachrymis circunfunditur, vt nobis exemplum relinquat, & doceat, quantum nos aliena peccata debeant afficere triſtitia. Quis non doleat videns egregium ædificiũ damnari ad deſtructionem? Et anima hominis, quod eſt niſi domus & templum Dei? Cum ergo ob peccatum damnetur in ignem æternum, nónne æquum eſt, vt omnes nos doleamus?

*Rom. 9.*

*2. Cor. 12.*

*1. Re. 16.*

*Ezech. 9.*

*Ierem. 9.*

*Cant. 7.*

*Simile.*

*condolent viri pij perpendentes corruptiones huius ſæculi.*

*Iudic. 9.*

*Simile.*

CAPVT

# CAPVT XIIII.

*PEreat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum, in gladio pereant, paruuli eorum elidantur, & fœta eius diſcindantur. Conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei, Omnem aufer iniquitatem, & redde us vitulos labiorum noſtrorum.*

*Samaria nomen regionis & ciuitatis eiusdē metropolis aliquando Sebaſte dicta, nimis diei itinere diſtās à Hieroſolymis.*

¶ *Pereat Samaria.* Cum Samaria crebrò in ſacris literis ſignificet decem tribus, vel earum regionem, & nonnunquam ciuitatem eiuſdem prouinciæ, puta regiam, quæ poſtea, vt optime obſeruat D. Hieronymus ex nomine Auguſti vocata eſt Auguſta, id eſt, Sebaſte, in dubiū vertitur, an de regione, vel ciuitate loquatur noſter vates. Quidam exiſtimāt de regione Samariæ loqui, alij de ciuitate ſolū regia, & hæc poſterior ſententia mihi verior videtur. In eā enim inuehitur Hoſſeas, vel quia cum ei Deus tanta bona præparaſſet, illa contra Deū faciat, & magis dæmonū ſimulachra ſectetur, vel quoniam totius impietatis, & idololatriæ fons, & caput extiterit. Quod autem ad loquendi modum attinet, dum dicitur, *Pereat Samaria*, dubium eſt, an propheta imperet, vel optatiuo modo loquatur. Et quamuis D. Hierony. vtranq; explanationem amplectatur, & verius iudicat optantis eſſe orationem, non citra rē philoſophabimur, ſi dicamus à vate noſtro grauiſſimā ferri ſententiam in regiam ciuitatem Samariæ, quæ auctor fuerit iniquitatis totius regni. Trifariam igitur poſſumus locum expendere, primo per modum propheticæ pronuntiationis, vt ſit ſenſus, *Pereat, in gladio pereant, paruuli eius elidantur, & fœtæ eius diſcindantur*, id eſt, peribunt, elidentur, diſcindentur. Secundò, per modum imprecationis, veluti ſe attēperet vates diuinæ voluntati, & iuſtitiæ Dei, quia frequenter expedit, peccatores in hoc mundo Dei ſupplicio ſubiici. Tertiò, quod vates explicet, quid illi meruerint, & quaſi cōminando perterreat prauos. Hæc autē omnia Samariæ acciddiſſe credendum eſt tempore captiuitatis, & anguſtiæ, quando ſuam patriam perdiderunt, & qui euaſere gladium, in ſeruitutem perpetuam ſunt abducti. *Conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua.* Mira eſt omnium vatum eloquentia, & dicendi artificium, licet nōnullis ſecus videatur, quoniam loquendi modum non callent. Contendit Hoſſeas interdum minis, & terroribus reuocare Iſraelem à peccato,

*Imprecatur vates mala Iſraelitis ad eorū emēdationem aut cohibitionem. An licitè & ſanctè mala proximo optemus conſule D. Thomam 2.2.q.108.art.1.*



peccato, cauſam ruinæ eius iniquitati eorū adſcribens, interdum vero placidiſſima oratione ad conuerſionem excitans. Atq; vt omnem lapidem moueat, elegantem rhetorem agēs, in genere ſuaſorio verſatur, vt ad conuerſionem Iſraelem alliciat. Inter alios autem tres ſunt præcipui loci, è quibus in genere ſuaſorio ſumitur argumentum, neceſſitas, honeſtas, & facilitas. Neceſſum eſſe Iſraelitis, idque etiam honeſtiſſimum, conuertere ſe ad Deū, dicta vatis verba declarant, tum quia alias non potuerunt ſe eximere à diriſſimo ſupplicio, quod vocat ruinam, tū quia impium eſt, & inhoneſtum, derelinquere Deum ſuum honeſtiſſimum autem ad eum redire. Nunc vero quoniam nullus modus in hoc genere poteſt eſſe magis ad perſuadendum idoneus, quàm vt quæ honeſta, atq; vtiliſſima probaueris, eadem actu, paratuq; facillima eſſe oſtendas, non eſſe difficile conuerti ad Dominū demonſtrat. Quoniam igitur difficultas ad conuertendū ſe ad Dominū poterat deterrere Iſraelitas, quod è propriis locis eiecti, exules, patria, templo, ſacrificiorum copia, & ceremoniarum commoditate carentes, conuerſionis ſuæ ſibi argumēta & ſigna oſtendi non poſſe putabant, hoc metu à vate liberantur, oſtendit enim ſine hoc apparatu ſacrificiorū, & etiam in terra aliena degentes poſſe ſe ad Dominū Deum ſuū cōuertere, quippe qui, non ab illis eo gradu conſtitutis holocauſta, aut victimas quærat, ſed ſynceros animi cogitatus, corrigendæ vitæ conatus, & apertam ſuarum culparum confeſſionem exigat. His enim ſacrificiis, & donis, & diuinæ placantur iræ, & maxima beneficia contingunt, ſicut ſcriptum eſt, Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu, ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta.

*Loci qui apud Rhetores orationem ſuaſoriam conficiunt.*

*Ioel. 2.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum honeſtatem.*

*PEREAT Samaria, paruuli eorum elidantur & fœta eius diſcidantur.* Sæpius obſeruauimus, grande malum eſſe peccatum, quando non ſolum peccati patratores puniuntur, verum & eorum filij, qui illud non commiſerunt. Peccat Dauid contra Deum, & ob eius peccatum moritur filius eius. Sic namque dixit Nathan Dauidi, Quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini, propter verbum hoc filius qui natus eſt tibi, morietur. Peccat etiam Ieroboam, & audi, quid dicat propheta Anias vxori illius, Ecce

ego

ego inducam mala ſuper domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſſimum in Iſrael. Quemadmodum ſtipite arboris impetito ictibus ſecuris, fructus etiam & folia eius concutiuntur, ita vt decidant in terram, & puluere & luto conſpurcentur. Sic Deus plectẽs parẽtes ob eorũ peccata, eorũ pœnã etiã extẽdit ad filios, & familiã. Sed de hac re plura iã ſuperius diſſeruimus. Quadrat autem obſeruatio in Euangelium Dominicæ vltimæ poſt Pentecoſten, in hæc verba, Væ autem prægnãtibus, & nutrientibus in illis diebus. Quid hoc eſt Domine? Non peccarũt paruuli non dum egreſſi de matris vulua, non pueri ſugentes hubera, quare ergo plectuntur? Vt diſcant homines, quantum malum ſit peccatum.

*3. Re. 14.* *Simile.* *Locus ſæpius repetitus de pœna parentũ migrante in ſobolem.*

¶ *Conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua.* Cum te videris frater mi calamitatibus iactatũ, & ruinã pati vitã tuã, & mores diſcute, vt cauſam tuæ ruinæ inquiras, fortaſſis inuenies eſſe peccata tua, quę te in hoc miſeriarum pelagus detrudunt. Audis enim Iſrael corruiſſe in iniquitate ſua. Quemadmodum nauis tempeſtatem patitur, quod venti hinc inde reflent, & tandem eam fluctibus ſubmergunt. Sic peccata noſtra excitant nobis calamitatum turbines. Hãc ob cauſam opinor, nos cõferri apud Iob cũ nauibus. Dies, inquit S. Iob, mei pertranſierunt, quaſi naues poma portantes. Sed apertius hoc explicuit Sapiens, dicens, Timẽti Dominum non occurrent mala, ſed in tentatione Deus illum conſeruabit, & liberabit à malis. Sapiens non odit mandata & iuſtitias, & non illudetur quaſi in procella nauis. Significauit hoc Elias, cũ non in ſpiritu grandi, & forti ſubuertente montes, & conterente petras, neque in commotione inuenit Dominum, ſed in ſibilo auræ tenuis. Crebrò nãq; tempeſtate tribulationũ cõcutitur homo, quia in eo nõ eſt Deus ſed diabolus per peccatũ habitans. Cum autem Dei tẽplum eſt homo non vtiq; experitur ventum fontẽ omnia ſubuertentem, ſed ſibilum auræ tenuis, qui nimia lenitate ad portũ ducat. Hinc & apud Iob dicitur. Si mundus, & rectus inceſſeris, ſtatim Deus vigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ.

*Simile.* *Iob. 9.* *Eccle. 33.* *3. Re. 19.* *Etſi aduerſitatũ & tentationum procellæ inſurgant aduerſus hominẽ timẽtem Deum ille nõ inſtar nauis quæ fluctuat concutietur, ſed cõſtans in obſeruatione mandatorum permanebit.*

¶ *Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad* Dominũ. Benedictus Dominus Deus meus, qui à debitoribus ſuis non argentum non multitudinem hircorum, & taurorum expoſcit, ſed ſolum verba, ſi aliud non poteſt homo reddere pro immunderatis peccatis ſuis, non contemnit verba. Nullus ergo diffidat,



diffidat, nullus animum deſpondeat, conſiderans multitudinem peccatorum ſuorum, offerat verba confeſſionis, & precum & miſericordiã conſequetur omnes ſitientes, ait Iſaias. venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite, venite, emite abſque argento & abſq; vlla cõmutatione vinum & lac. Vides, cœleſtem gratiam dari ſine pretio? Eam enim vocat aquas, q; ſitim extinguat, peccata abluat & animam reddat, fœcundã ad proferendos virtutũ fructus, vinum etiam eſt ob nutritionẽ, & fortitudinẽ, lac autẽ ob ſuauitatem, & candorẽ. Abſq; vlla commutatione hæc dantur homini, ſi Deo ſuo offerat verba, dolẽs ob malefacta. Hinc Apoſt. inquit, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum. Et in Apocalypſi ait, Deus. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Demum in Canticis, quid aliud poſtulat ab Spõſa, quam verba, cum ait, Quæ habitas in hortis, amici auſcultant te, fac me audire vocem tuam. Qui ſunt iſti amici, niſi ſpiritus angelici? Hi, loquente ſponſa ingenti perfunduntur alacritate, quamobrem auſcultare dicuntur. Gaudium eſt enim Angelis Dei, ait Chriſtus, ſuper vno peccatore pœnitẽtiam agente. Inuitat ergo imo rogat Sponſam Chriſtus, vt vocem proferat, qua peccata confiteatur, preces ad Deum fundat, verba denique ſecum tollat, quæ illi gratiſſima ſunt. Verum ne nimis fidas in oblatione verborũ, quid cũ illis etiã ferendũ ſit, eleganter appoſuit, dicens, *Et conuertimini ad Dominum*. Parũ enim prodeſt, verba offerre, ſi in iniquitate perſiſtas. Conuerte ad Dominum, & pergrata erunt illi verba cõfeſſionis tuę. Sanctus nãq; Samuel in hunc modum loquitur ad omnem domũ Iſrael, Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio veſtri. Tu etiã, ſi conuerteris ad Dominum, aufer de medio cordis tui idola peccatorum tuorum. Et Iſaias. Derelinquat impius viam ſuã & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominũ. & miſerebitur eius. Obſerua quando dicat Vates ſacer, Deum miſerturũ impij, quando reuerſus fuerit ad Dominũ. Et Ieremias. Conuertimini à via veſtra peſſima, & bona facite ſtudia veſtra. Et Ezechiel, Proiicite à vobis omnes, iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouũ. & quare moriemini domus Iſrael? qa nolo mortẽ morientis, dicit Dñs. Quẽadmodum calor ignis ex puluere,

*Iſa. 55.* *Cœleſtis gratiæ theſauri prætioſiſſimi ſine pretio largiũtur.* *Rom. 3.* *Apo. 21.* *Cant. 8.* *Luc. 15.* *Verba non ſufficiunt ubi emendatione & cõuerſione opus eſt.* *1. Reg. 7.* *Iſa. 55.* *Iere. 25.* *Ez. c. 18.* *Simile.*

puluere, & cinere fiunt pulcherrima vaſa vitrea, & lapis ardore Solis conuetitur in pretioſiſſimum metallum, puta in aurum. Sic ex peccatore, qui tanquam puluis erat ante faciem terræ, æquum eſt, fiat vas puriſſimum vitæ nouæ conuerſione, & charitatis feruore, vt in eo reponat Deus pretioſiſſimum ſuæ gratiæ balſamum, cæreraque cœleſtia dona.

*Pſal. 1.*

*Vas electionis & pulchra dilectionis anima in gratia exiſtes.*

¶ *Dicite ei, Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum.* Non ait, hanc, aut illam aufer iniquitatem, ſed omnem aufer iniquitatem. Diſce ergo ex hoc loco, ad veram conuerſionem neceſſum eſſe omnia reliquere peccata, & confiteri. Quid enim prodeſt vnum, aut alterum vulnus curare, ſi alia remaneant in copore, ipſum transfigẽtia, quę mori cogãt. Peccata mortifera ſtimuli mortis ſunt, ait Apoſt. Da igitur operã, vt omnibus medearis, ſi veram ſalutem conſequi deſideras.

*Simi. e.*

*1. Cor. 15.*

¶ *Aſſur non ſaluabit nos, ſuper equum non aſcendemus: nec dicemus vltra, Dij noſtri opera manuum noſtrarum: quia eius, qui in te eſt, miſereberis populi. Sanabo contritiones eorum, diligam eos ſpontanee, quia auerſus eſt furor meus ab eis. Ero quaſi ros Iſrael, germinabit ſicut liliũ, & erumpet radix eius, vt Libani. Ibunt rami eius, & erit, quaſi oliua, gloria eius, & odor eius, vt Libani. Conuertentur ſedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt, quaſi vinea, memoriale eius, ſicut vinum Libani.*

¶ *Aſſur non ſaluabit nos, & ſuper equum non aſcendemus.* Bifariã peccauerãt Iſrael, tum quod neglecto auxilio diuino, humanũ implorauerant, & aſſyrios ob militum virtututem, Ægyptios vero ob equorũ ferociam in ſocietatem vocauerãt, tum quod idololatriæ impietate corrupti, ſimulachra pro diis coluerant. Oſtendit nunc Vates Iſraelitas non amplius petituros auxilium ab Aſſyriis, & Ægyptiis, à quibus multum damni & incommodi acceperant, tantum abeſt, quod illis in tãto periculo conſtitutis ſubueniſſent. Cæterum dum inquit, *Super equũ nõ aſcẽdemus*, ſynecdochicos partem poſuit ꝓ toto, nẽpe pro equo, & equite, vel ſimauis metonymia eſt, ſub cõtento continentẽ, puta equitem intelligens. Erant autem inter cæteros equi Ægyptij optimi, ac propterea equorum illius regionis meminit. Vnde ſcriptum eſt quod ad Salomonem equi de Ægypto, tanquam pulcherrimi, & fortiſſimi adducerentur. Et Iſaias ait, Væ deſcendentibus in Ægyptum, in auxilium, & in equis ſperauerunt, quia præualidi ſunt. Equũ etiã dixit in numero, ſingulari ponẽs illũ ꝓ numero multitudinis, puta ꝓ equis, quod, vt ſępius obſeruauimus frequentiſſimum eſt in Sacris. *Dij noſtri opera manuum noſtrarũ*

*Aegypti generoſiſſimus & fortiſſimus equus nobilis.*

*3. Par. 1.*

*Iſa. 31.*

Stultitiam



Stultitiam ſuam fatentur, qui eos iudicauerint deos, quos ſuis manibus fabricauerant. Et ſignificant, ab idolis ſe nunquam auxilium poſtulatores. *Quia eius, qui in te eſt, miſereberis populi.* Pro *populi* nonnulli codices habent *pupilli*, & ita legendũ eſt proculdubio, pupilli, & non populi. Hebraice enim eſt pro his verbis, quia eius, qui in te eſt, miſereberis populi, *eo quod in te ſit miſeratio pupillo.* Ita etiam legunt Septuaginta, Lyranus, & alij plures codices. Eſt autẽ ſenſus, quod Deus tantę ſit miſericordię, vt per eum ſeruentur etiã infirmiſſimi. Ac ſi apertius dicat, in vno Deo omnium præſidium, & ſalutem ſitam eſſe. Ducitur autem argumentum à minori, enthymemate conuerſo, hoc modo, Cum ij, qui in extrema miſeria, & conſilij, atque auxilij inopia ſunt, te vnũ rerũ ſuarum præſidium, & ſalutis perugiũ paratũ habeant, quales pupilli ſunt, manifeſtũ eſt, te omnibus afflictis ſalutarẽ fore, ſicut ſcriptũ eſt. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor, quod & nos experimento cognouimus, te vnicum eſſe omnibus miſeriis perfugium, quamobrẽ, & te vnum cognoſcimus, vnumq; appellamus ſeruatorẽ. *Sanabo contritiones eorum.* Verbũ *contritio* referri poteſt & ad peccata, & ad pœnas ob peccata patrata inflictas. Certum enim eſt, vtrunq; eſſe contritionem hominis, pœnam, & culpam, eſt tamen multo acerbior contritio peccati, quã pœnæ, & de hac pręcipuè ſermo eſt, quod Hebraica exemplaria probant, habent enim pro *ſanabo contritiones eorum*, ſanabo auerſionem eorum, quæ quidem auerſio peccati magis implicat rationem, quam pœnæ. Explanat autem elegantius cæteris hæc verba Chaldaica Paraphraſis, in hunc modum diſpungens. Acceptabo eos in conuerſione ſua ignoſcam peccatis eorum. Alij neque inepte ſic expendunt, *Sanabo auerſionem eorum*, rebellionem, ſiue defectionem condonabo eis. Noſter tamen Latinus interpres effectum peccati conſiderans magis quam cauſam, ꝓ auerſionẽ eorũ poſuit *contritiones eorum*, vt omnia vulnera propter peccatum orta ſananda demonſtraret. *Diligam eos ſpontanee*, Cauſam huius eximij beneficij non aliam reddit Deus, quam amorem ſuũ, quo Iſraelem dilexerat *ſpontanee*, hoc eſt, non coacte, non vllo legis iure, non id exigentibus meritis, ſed vltro, & quadã inſigni liberalitate animi, ſicut ſcriptum eſt, Parcis omnibus Domine, quoniam tua ſunt, qui amas animas. Et iterum, Diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos. Amor enim Dei pręuenit nos, & cauſa eſt omniũ bonorũ, quę Deus in nos effundit abũdè. Deniq; licet Deus alia à ſe de neceſſitate, vt

*Defiducia veniæ impetrandæ lege Con. Trid. ſ. ſ. 6. c. 6.*

*Pſa. 10.*

*Multo acerbior eſt contritio peccati quã culpæ.*

ita loquar, cognoſcat, nõ tamẽ de neceſſitate, ſed libere vult, & diligit ea, vt diuus Thomas docet. *Quia auerſus eſt furor meus ab eis.* Crebro inculcat Scriptura, irã ſiue furorẽ Dei, qui nõ eſt aliud quam diuinæ iuſtitiæ executio, non eſſe perpetuã, ſed mutabilem. Sic apud Iſaiam ait, In indignatione mea percuſſi te, & in reconciliatione mea miſertus ſum tui Et iterũ, Cũ iratus fuerit miſericordiæ recordabitᷣ Et, Ira Dñi in miſericordiam conuerſa eſt. In eundem modum hic auertendũ furorem, imo conuertendum in maximam clementiam inquit Deus. *Ero quaſi ros Iſrael, germinabit ſicut lilium.* Antitheſis eſt eorum, quæ dicta fuerant, venas ſcilicet Iſrael fore exiccandas. Nunc enim diuina gratia, multiſque beneficiis cumulandos Iſraelitas inquit. Rorem namque vocat gratiam Dei, & beneficia, quibus erant afficiendi Iudæi. Quomodo enim Dominus fit credentibus lumen, via, veritas, panis, vinea, ignis, paſtor, agnus, ianua, vermis, &c. ſic qui indigemus illis miſericordia, & peccatorũ febribus æſtuamus, in rorem nobis vertitur, Quo rore Dominus ſi nos reſperſerit, & ſiccitatẽ pectoris noſtri ſuis pluuiis irrigauerit innumeratis nos ditabit bonis. Is enim cæleſtis ros fornacem Babylonicã, & caminum æſtuantis incendij reſtinguet, ne libidinis ardore ſucccenſi peccamus. Is ros appellatur ab Iſaia ros lucis, quia homines peccati veneno mortuos ad vitam gratiæ reducat, quemadmodum herbæ langueſcentes rore matutino pullulant, & excitantur. Iſte ros eſt, quem ſuper habitaculum Iacob deſcendere cupiebat Iſaac, dicens, Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terrę abũdãtiã frumẽti, & vini, & olei. Iſte ros eſt de quo ait Moſes, Concreſcat in pluuiã doctrina mea, & fluat, vt ros eloquium meum. Vnde optime nonnulli, vt Lyranus, & Rupertus per rorem intelligunt filium Dei, qui quẽadmodum ros inuiſibiliter deſcendens fœcũdat terram, ſic inuiſibiliter de cœlo deſcens fœcumdauit virginem. Fauet huic explanationi Chaldaica Parapraſis ſic expẽdens, *Ero quaſi ros Iſraeli,* hoc eſt, erit verbum meum ſicut ros Iſraeli. *Germinabit ſicut lilium.* Solet Scriptura ſacra ſignificare felicitatem variis ſimilitudinibus ex agricultura deſumptis, quibus & nunc venuſtiſſimè vtitur noſter vates. Exorditur autem à lilio, quod omne herbarum genus vincit, tum propagationis copia, tũ odoris fragrãtia nimioque candore. Nã ex ſingulis eius bulbi ſectionibus ſingula etiam interdum bina, aut terna capita naſcuntur, eius autem floris odor omnium eſt fragrantiſſimus, ac longe lateque diffunditur, tantuſque eſt illi arboris

*Furor in ſcriptura ponitur pro Iuſtitiæ diuinæ executione.*

*Iſai 60.*

*Habac. 3.*

*2. Mac. 8.*

*Daniel.*

*Iſai. 26.*

*Gene. 27.*

*Deut. 22.*

*Liliũ flos omnium gratiſſimus in ſacris ſcripturis obuiuscum candorem multũ commendatur*

*Plinius ſcribit li. 31. cap. 5. auli li flori maiorem eſſe celſitudinẽ*





ſplendor, vt ipſum niuis candorem ſuperet. Dum igitur Iſraelẽ germinaturũ, inſtar lilij inquit, certum eſt ſignificari, quod omnia proſpere cedent Iſraeli, ita vt omnium animos in admirationem rapiat tantus proſperitatis cumulus. Et quoniam parum eſt fœlicẽ eſſe ſi cito aufugiat fœlicitas, & non ſit conſtãs, & permanẽs, oſtendit hanc proſperitatẽ diu duraturã ſequentibus verbis *Et erumpet radix eius, vt Lanum.* Mons Libanus arbores fert tanta proceritate, & firmitudine inſignes, vt reliquas omnes antecellant atque hinc effectum eſt, vt nulla tempeſtate quatiantur, ſed ſtabili mole conſiſtant. Idem itaque eſt dicere, *Et erumpe radix eius, vt Libani,* ac ſi dicat, Firmus erit, & ſtabilis, nulloque aduerſæ fortunæ vento moueri poterit Iſrael. *Ibunt rami eius.* Proſperitatem ad filios etiã propagãdam ſignificat. Ramos enim filios appellat. Chaldaica Paraphraſis diſpungit, quòd Iſraelitæ accreſcent filiis, ac filiabus. Poſſumus etiam dicere non ſolum hic implicari filiorũ propagationem, verum etiam eãdem, quam patres habuerunt fœlicitatem, filios quoque fore adepturos *Et quaſi oliua erit, gloria eius.* parum ſe dixiſſe exiſtimans, componens cũ arbore montis Libani Iſraelem, quòd in eo monte multæ ſunt arbores infructiferæ, nunc cum oliua, quæ maxime fructifera eſt. Iſraelẽ confert. Sic namque ſcriptum eſt, Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei. Quid autem vocet gloriam oliuæ ſimilem, incertum eſt, opinantur nõnulli eſſe poſteritatẽ, quod filios quàm plurimos habiturus ſit Iſrael, eaſque fortunatiſſimos, ſicut ſcriptum eſt, Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ Chaldaica Paraphraſis hãc gloriam oliuæ indicat eſſe ſplendorem nõ quemuis, ſed candelabri ſanctitatis, & exiſtimo voluiſſe nobis ſignificare, in gentẽ futurã huius populi ſanctitatẽ. D. tamen Hieronymus venuſtiſſime hũc locũ prę cæteris videtur diſpungere, ſic dicens, Oliuæ frugiferæ ſe comparat, quæ dicit in alio loco, Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei. Cuius fructũ quinque ſibi ſapientes virgines parauerunt, ex quo vulnerũ mitigatur tumor: languentis membra requieſcunt, in tenebris lumen accenditur: vnguntur in agone certantes, *Et odor eius, vt Libani.* Quia Libanus apud Græcos, & Hebræos, vt optimè obſeruant D. Hieronymus, & Haymo, mons dicitur, & thus de vtroque & de monte & de thure explanatur hic locus. Quocũque verũtamẽ modo expẽdamus, ſiue de mõte ſiue de thure, eodẽ recidit ſenſus. Significat. n. famã Iſraelis futuram eſſe gratiſſimi odoris, iuxta illud Apoſtoli, Chriſti

*Libanus mons Phœniciæ & Arabiæ celeberrimus cuius vertex perpetuis niuibus albeſcit.*

*Pſal. 51.*

*Pſal. 127.*

*Matt. 25.*

*Libanus Hebraicè & Grecè Thus eſt.*

*2. Cor. 1.*

*Plinius. libri duodecimi cap. 3 Virgilium ſequutus negat Malum medicam alibi quam in Media & Perſide naſci voluiſſe quamuis gentes ad ſe transferre tentauerint.*

bonus odor ſumus. Nam ſi de monte Libano explanes, is mons Medica mala, limonum & citronum genera varia, & herbarũ atque florũ eximiam copiã gignit, ex quibus gratiſſimus odor miſcetur, & loci cõmendatur amœnitas vt ex pluribus Scripturæ locis colligere poſſumus, Vt, Odor veſtimẽtorũ tuorũ, ſicut odor Libani. Et, Nardus, crocus, fiſtula, cinamomũ cum vniuerſis lignis Libani, quã ob cauſam hic mons bonus à Moſe appellatur, Tranſibo, inquit, & videbo montẽ iſtum egregium Libanũ. Si autem ad thuris fragrantiam referas, quis nõ videat hunc odorẽ eſſe ſuauem, & honore plenum? *Conuertentur ſedentes in vmbratus*, hãc vmbrã eſſe Chriſti inquit Chaldaica Paraphraſis, cui D. Hieronymus, Lyranus, Haymo, Rupertus, & alij conſentiunt. Vocat autem vmbrã protectionẽ, & implicat, quod Iſraelitæ ſint habitaturi ſub Chriſti protectione, ita vt poſſint dicere, Sub vmbra illius quem deſiderabam ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Alij dicũt hic ſignificari, Iſraelitas ſummo & ſtabili otio fruituros. Sedere enim quietem diuturnam implicat. *Viuent tritico* Hebraica exemplaria ſic habent. *Reuiuiſcent vt frumenta*, & quãuis verba ſint diuerſa, ad eundẽ ſenſum poſſumus vtraque verba referre in hunc modũ, *Viuent tritico*, id eſt, ad normã tritici, quod frigore & hiemis intemperie redditur pulchrius & copioſius, ſic & Iſraelitæ fortiſſimè perferent afflictiones, eaſque æquo animo ferentes, cumulabũtur multis virtutum dotibus, patientiæ, charitatis, &c. Alij *viuent tritico* referunt ad eucharistiæ ſacramentũ. Eſtque hæc cõmunior explanatio, quia in obſeruationibus ſpectantibus ad ornandos mores expendemus. *Et memoriale eius, ſicut vinũ Libani*. Mons Libanus vt aliis plantis, etiam vitibus generoſiſſimis abundat, quod montes, & iuga vineis ſint magis idonea, Significat vero tantam fore in reſtitutis Iſraelitis operum, & ſtudiorum, omniumque actionum gratiã, vt nunquam de eis mentio, niſi honoris, ac laudis plena fiat quemadmodum vinum Libani odoris & ſaporis elegantia eſt inter cætera ſingulare.

*Collibus delectantur vites.*

## *Obſeruationes ſpectantes ad componendos mores.*

D*Iligam eos ſpontanee, quia auerſus eſt furor meus ab eis* Benedictus Dominus Deus meus, qui auertere ſcit furorem ab hominibus, eſto aliquando iraſcatur non ſic nõnulli homines irantur, ſed nunquam iræ ſuæ modum imponunt, odientes tanquam



tanquam nunquam ama. .ri, cum contra doceat Ariſtoteles nempe Odi, tanquam amaturus, Quemadmodum ex mari nunquam hauries aquam dulcem, ſed ſemper amarã, Sic ex quorundam pectoribus non aliud hauries, quam amaritudinem iræ, & odij, nihilque in eis inuenies, quod dulcedinem charitatis ſapiat. Huiuſmodi fuit furor Eſau contra fratrem ſuum Iacob, dicebat enim iratus, Veniẽt dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meũ. Additque Scriptura, Oderat ſemper Eſau Iacob pro benedictione, qua benedixit ei pater. Sic nõnulli ſemper ante oculos habẽt iniurias, irrogatas neque inuenies modũ, & artẽ, quibus extrahas de corde. Quemadmodum homo percuſſus ferreo, aut plumbeo globulo catapultæ, licet interdũ externæ vulnus curetur, intus manet in corpore globulus, ita quidam quamuis externè nõ prodat ira, intus in pectore recondunt, neque vnquam parcunt his, qui iniuriam intulerunt. Hos admonet Apoſtolus, Sol non occidat ſuper iracundiam, veſtram, nolite locum dare diabolo. O egregium Apoſtoli conſilium, imo Domini præceptũ, eiicere è domicilio cordis iram, qui enim illam non eiicit, locũ parat diabolo in corde ſuo. Quadrat obſeruatio in Euãgelium ſabbathi poſt Dominicã ſecundã Quadrageſimæ in hæc verba, Accurrens pater miſericordia motus, cecidit ſuper collum filii, & oſculatus eſt eum. Quid hoc eſt bone pater? tam cito obliuiſceris iniuriæ irrogatæ tibi à filio? Obliuiſcor certe, dedecet enim iram eſſe perpetuam.

*Simile.*

*Epheſ. 4.*

*Prou. 23. Beda his duobus Salomonis verſibus intelligit prohiberi immodicũ ſcientiæ deſideriũ quo hodie plærique tenẽtur in perſcrutãdis vltra animi capacitatem myſteriis reconditis.*

¶ *Ero quaſi ros Iſraeli*. Egregie incarnationẽ filii Dei ſimilẽ eſſe inquit rori, ne tu tantum myſterium penetrare contendas. Quemadmodum enim ros de cœlo deſcendens, nõ videtur donec terram contingit, Sic inquirere quo pacto Chriſtus factus eſt homo, & clauſis in vtero matris, cum æterni patris nunquã reliquerit ſinum, ſuperuacaneũ eſt, neque in oculi intellectus humani perſpicere poſſunt. Ne erigas oculos tuos, ait Sapiens, ad opes, quas non potes habere quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cœlum. Theſaurus eſt incõprehenſibilis myſteriũ incarnationis, atque recõdendũ anguſta domus eſt intellectus hominis ampliorẽ exigit domũ, hinc auolant in cœlũ. Hinc & in Canticis dicitur, Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt. Quanta enim Deus magis cogitatur, tanto incomprehenſibilior inuenitur. Quadrat obſeruatio in Euangelium Annunciationis diuæ virginis, in hæc verba, Quomodo fiet

iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondit Angelus Spiritusſanctus ſuperueniet in te. Ecce Angelus ac ſi modum incarnationis ignoret, ad Spiritum ſanctũ virginem de modo incarnationis inquirentem remittit. Vbi ergo ſunt, qui hunc modum callere contendunt.

¶ *Erumpet radix eius vt Libani: ibunt rami eius.* Ex bonis parẽtibus, quos radicem vocat rami optimi naſcuntur, puta filij. Dedecus enim eſt, maximáque ignominia, cum homo natus fuerit ſtipitẽ maiorũ multis virtutibus inſignẽ, eius nõ referre mores. Si radix ſãcta, inquit Apoſtolus, & rami. Quẽadmodum ouis nunquam parit regulũ aut viperam, ſed agnum, qui vellus ſimile fert & manſuetudinem ouinam imitatur, quod ſi vngues haberet ad laniandum, monſtrum eſſe iudicares, In eandẽ modũ quoties filius degenerat à maiorũ ſplendore, potius monſtrum eſt appellandum, quàm filius. Docuit hoc Deus vocans filios Iſrael radicem, & generationem de terra Chanaan patremque eorum Amorrhæum, & matrem Cethæam. Radix tua, inquit, & generatio tua de terra Chanaã, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Ecce, nõ eos vocat radicẽ Abrahæ, nõ Iſaac, aut Iacobi, a quibus originẽ trahebant, quia eorũ præclara geſta non ſunt inſecuti. Chriſtus etiam Phariſæos vocat ob eandẽ cauſam genimina viperarum. Similes etiam his fuerunt filij Samuelis, de quibus inquit Scriptura, Non ambulauerunt filij Samuelis in viis eius, ſed declinauerunt poſt auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. O iniquorum filiorũ perfidiam. Num vidiſtis vnquam patrẽ veſtrũ Samuelem auaritia obcæcatum, aut alicuius munus accipere? Obſeruate, quid ſanctus pater dicat, Ecce præſto ſum, loquimini de me coram Domino & corã Chriſto eius, vtrũ bouẽ cuiuſquã tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſdam munus accepi. Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicuius quippiam. Vnde ergo didiciſtis, aut quis vos docuit accipere munera? Nonne decuerat ramos etiam eſſe ſanctos, quẽadmodũ & radix ſancta extitit? Decuerat ſane, verũ tamen degenerarunt. Et quẽmadmodũ nonnullæ plãtæ cũ habeant radicem albam, & pulchram, atque palato ſuauem, foliã proferunt, & ramos ſpinoſos, quos ſi attigeris, manum lacerabis, In eundẽ modũ ex parẽtibus virtute præſtantioribus prodeũt filij impij, & ſceleribus inquinati. Quadrat obſeruatio in Euangelium natiuitatis Chriſti, in hæc verba. Eò quod

Roma. 11. Simile.

*Nõ abſimo ſita dicuntur filij optimorum parentũ degeneres qui naturam beneuolam turpiſſimè deprauant & effingunt.*

*Matth. 3.* 1. Reg. 8.

1. Re. 12. Simile. *Ex pulchra arbore amarus flos oritur & ingratus fruct⁹.*



quod eſſet Ioſeph de domo & familia Dauid. Ecce, ex bona radice, puta Dauid oritur optimus filius, nempe Ioſeph, qui tantam ſanctitatẽ eſt adeptus, vt ad ſeruiendum Chriſto, & matri eius eligeretur. Quadrat etiam in Euãgelium Dominicæ quartæ Aduentus, in hæc verba, Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem filium Zachariæ. Quid pulchrius, inueniri poteſt, quam ex patre optimo Zacharia naſci filium, qui ſanctitatis fuit exemplar?

¶ *Erit quaſi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani.* Gloriam oliuæ vocat, quod ipſa præbeat oleum ad fouendam lucem ardentem in ſanctuario, alióſque illuminantem. Ecce ergo, quam oporteat eſſe gloriam noſtram, aliis præbere lumen virtutum, vt iacentes in tenebris peccatorum, inde ſurgant. Sic Apoſtolus hanc fatetur eſſe gloriam ſuam. Quæ eſt enim inquit, noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudiũ. Rurſus etiam Philippẽſibus ait. Itaque fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea, ſic ſtate in Domino chariſſimi. Quẽadmodũ dux, qui induxit milites ad pugnã, poſt victoriam militum coronatur, quod ipſe cauſa extiterit victoriæ, Sic qui ſplendidũ cãdidarũ actionũ exemplũ aliis ſubminiſtrant, ingenti laude, & gloria digni ſunt. Qui docet filiũ, laudabitur in illo, & in medio domeſticorũ, in illo gloriabitur, inquit Sapiens. Igitur qui alios verbo, & exemplo docet, laudis, & gloriæ coronam à Domino accipiet. Elegãter etiam ſubiungit, *Et odor eius vt Libani*, id eſt, vt thuris, vt intelligas, qui oliuæ frugiferæ munere fungũtur in Eccleſia, gratiſſimũ Deo offerre ſacrificiũ. Certum enim eſt, thus Deo ſolum offerri. Meritò igitur cum eſſe oliuam dixerat, odorẽ Libani ſimul appoſuit, vt tu hinc colligas, quantum ſint honoribus proſequendi, quãtũque Deo grati ſint, qui alios verbo & exẽplo illuminãt, quãdo cũ odore thuris Deo gratiſſimo illos cõponit. Atque ne ſola verba diffundas, obſerua, cui arbori cõparauerit eos, qui cæteros ſunt illuminaturi, nõ vtique infructuoſæ, ſed fructiferæ. Qui enim alios tantũ verbis illuminant, nõ oliuæ ſunt, cum oleo careãt bonorum operũ, & ſimiles ſunt his, qui lucernã accendunt, oleum tamen non infundunt. Quadrat obſeruatio in Euãgeliũ pro Doctoribus, in hæc verba, Vos eſtis lux mundi. De qua luce loquitur? De ea, quæ fouetur oleo candidæ vitæ, non quæ ſolam aerem habet verborum, hic enim dicitur. Erit quaſi oliua gloria ei⁹,

*Bona exẽpla prælatorum dicũtur oleum quo fouentur lãpades in conſpectu Domini*

1. Theſ. 2. Philip. 4. Simile.

Eccle. 30.

*Qui verbo & exẽplo alios erudiunt eos fore fulgẽtes ſicut ſydera pollicetur Dan. 13.* Simile.

*3. Reg. 6.* In huius rei typum Salomon in ingreſſu oraculi fecit duo oſtiola de lignis oliuarum, & ſculpſit in eis picturam cherubim. Quid enim oſtiola ſunt, per quæ ad locum, vbi Deus erat, patebat ingreſſus, niſi prælati? Per eos enim ſubditi ingrẽdi debent ad Deum, cæterum vt ad ingrediendũ excitentur ſubditi, non ſint ſolum prælati cherubim, hoc eſt, pleni ſciẽtia, ſint etiam ſicut oliuæ fructiferæ in domo Dei, id eſt, verbis addant oleum liberalium actionum.

¶ *Conuertentur ſedentes in vmbra eius.* Non ait conuertendos, qui cito tranſierint, ſed qui ſederint. Tu ergo non cito deſeras viros pietate excultos, ſed ſede cum eis, hoc eſt, habe cũ illis familiaritatem, adiungere illis, non cito diſcedas, ſi conuerti ad Deum cupis Nõ enim ſubito in ferro cudes imaginem, nõ nihil temporis in ea re conſumendũ eſt, peccatores ferrei ſunt, vt ſculpas imaginem Dei in eorum corde, tempus neceſſarium eſt *Viuent tritico.* Si ad ineffabile Euchariſtiæ ſacramentum referas triticũ, vt multi volunt, ecce quid boni cõferat hoc cæleſte munus hominibus, vitã nẽpe ſpiritualem. Vnde egregiè definit diuus Thomas, quod licet per baptiſmũ detur prim⁹ actus vitę ſpiritualis, per euchariſtiã tamẽ datur complementum vitæ ſpiritualis. Elegãter autẽ euchariſtiam cõponit cũ tritico, vt hinc percipias, quid maximè in hoc ſacramẽto referatur, aut repræſentetur, videlicet immolatio Chriſti. Idẽ enim eſt, viuẽt tritico, ac ſi dicat, Quẽadmodum triticum frigora perfert hiemis, & ardorem ſolis, Sic ego multa, & acerbiſſima pertuli pro hominibus, dum agonem crucis ſuſtinui, eaque omnia repræſentantur in hoc ſacramẽto conferente vitã hominibus. Hinc & Apoſtolus ait.

*Simile.*

*Euchariſtiæ ſacramento vita ſpiritualis confertur.*

*1. Cor. 11.* Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. Hinc etiam Aſſertor noſter panem viuum ſe vocat, Ego ſum inquit, panis viuus, qui de cœlo deſcẽdi. *Ioan. 6.* Quid eſt, panis viuus ſum, niſi vitam hominibus hic cibus largitur? Implicat etiam dum ſacroſanctam euchariſtiam triticum vocat Chriſtum interra virginei vteris fuiſſe ſeminatum. Quis enim vnquam vidit triticũ niſi interra ſatum, indeq; ortum, Non igitur æternum patris verbum, quatenus Deus ſolũ eſt, latet in hoc admirando ſacramẽto, verum etiam quatenus homo eſt Ea enim ratione ſatũ in agro ſancto vẽtris materni, deinde ortũ prodiit, & ad arcã aſportatũ, cruce fuit atritũ, vt homines paſceret. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feſto Corporis Chriſti, in hæc verba, caro mea verè eſt cib⁹ Quinã cibus; Triticeus. Sic



Sic nanque dictum eſt per Hoſſeam, loquentem de hoc ſacramento. Viuent tritico. Et cur triticum ſe vocat Chriſtus? Vt eius agonem in mentem reuoces, quoties hunc cæleſtem panem ſumis. Ad hæc, vt credas Chriſtum, quatenus Deus, & homo eſt, in hoc ſacramento contineri.

*Chriſtus Deus & homo in ſacramento altaris.*

¶ *Memoriale eius, ſicut vinum Libani* Famã, & opinionẽ huius populi componit cum vino optimo, & ſuauiſſimo, atque odoratiſſimo. Duo ergo hic diſces, alterũ eſt, ingẽs bonũ eſſe, multique æſtimandum cãdorẽ bonę opinionis, quãdo Deus inter cætera dona huic populo collata *memoriale*, id eſt, famã eius ſimilem futuram, inquit vino montis Libani, eamque obtinere, diuinæ largitatis eſſe dicit. Sic opinionis commendabilis ſplendorem donum Dei eſſe oſtendit Deus ipſe, dicens Dauidi, Feci tibi nomen grande iuxta nomen, magnorum, qui ſunt in terra. *2. Re. 7.* Magni quoque faciendam famam oſtẽdit Sapiens, Melius eſt, inquit, bonum nomen, quam diuitiæ multæ. *Prou. 22.* Quod ſi tanti eſt fama bona faciẽda, & donũ Dei eſt, quomodo potero hanc ſententiam veluti veram, in animum inducere, vt credam, eam eſſe venalem, poſſeque hominem quamuis infimæ ſortis ſit, ſuã vendere famam? Alterum hic implicatum eſt, decere, qui ſæpius accedunt ad ineffabile ſacramentum Euchariſtię, bonæ famæ odorem retinere. Poſt quam enim dixit, viuent tritico, appoſuit, Memoriale eius, vt vinum Libani. Quis enim non videat, turpe eſſe, cum quis pretioſiſſimum balſamum in pectore crebro recondat, exhalare fœtorem? Corpus Chriſti accipiſti? Da ergo operam vt odorem ſpires virtutum, non peccatorum graueolentiam quamobrem, & bonum nomen retineas.

*Nomen bonum magis affectandum quã honores Liuius. 3. Dec. li. 6.*

*Simile.*

*Nota animum piũ in priora ſcelera difficile relabi.*

¶ *Ephraim quid mihi vltra idola? ego exaudiam, & dirigam eum: ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus eſt. Quis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet hæc? quia rectæ viæ Domini & iuſti ambulabunt in eis: præuaricatores vero corruẽt in eis.*

¶ *Ephraim quid mihi vltra idola?* Cum Ephraim omnia beneficia relata acceperit, & dictas promiſſiones audierit, dicet, Quid mihi vltra cũ idolis? Fauet huic explanationi Chaldaica Paraphraſis, ſic diſpũgẽs hũc locũ, Dicẽt prognati domus Iſrael, Quid ad nos attinet vltra ſeruire idolis? Voluntque nõnulli hoc dictũ eſſe, quia multi decem tribuum reuerſi à regno Aſſyriorum crediderunt Euangelio ad prædicationem Apoſtolorum, aliorumq; diſcipulorũ Dñi, idololatria &, ſuperſtitione deiecta. Vnde bene ſubiungitur. *Ego exaudiam* orationes videlicet eius, cum ex animo pœnituerit eos

peccatorum

peccatorum. *Et dirigam eum*, id eſt, per rectam viam incedere faciam. Via autē Chriſtus eſt, per quem fit acceſſus ad patrē, Aſſertor namque noſter ait, Ego ſum via, veritas & vita. *Ego vt abietem virentem.* Bifariam explanare poſſumus, vel quod Deus faciat Ephraim, veluti abietē frondoſam, & ita diſpūgit Chaldaica Paraphraſis, Lyranus, Haymo, Rupertus, & alij: Vel quod ipſe Deus ſe exhibeat Ephraim abietē, ſiue buxū vmbriferam, vt ſub vmbra Dei requieſcat ſemper. Eſt enim abies perpetuò virens, ac propterea ſignificat Deus ſe nunquā Iſraeli defuturū, omniaque neceſſaria illi ſuppeditaturū. Vtramq; explanationē cōplectitur D. Hieron. cæterum hæc poſterior germanior literæ mihi videtur, quā & Septuaginta amplexi ſunt, habentes pro, *Ego vt abietem virentem*, ego ſicut iuniperus condenſa. *Ex me fructus tuus inuentus eſt.* Quoniam abies ſemper viret, nullum tamen fert fructum, ne quis exiſtimaret, inanem futuram hanc Dei vmbrā, vna cū ea fructū ſe redditurū etiā ait, per fructum vero omnia neceſſaria intelligit. Quod ſi ad ipſum Ephraim hæc verba referamus, qui non ſolum ſit abies virens, verumetiā fructum producēs per fructum iſtum candidas virtutum actiones, quibus proferendis daturi ſint opera Iſraelitæ, intelligit. Quæ omnia, quoniam dono Dei, & non ſuis meritis ſunt habituri, inquit *Ex me fructus tuus.* Ac ſi dicat, Non ex te. *Quis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet hæc?* Vt optimè obſeruat D. Hieron. in his verbis obſcuritatem voluminis huius, & difficultatē explanationis oſtendit. Eſt autem ſapiens in ſacris libris, qui cuiuſque rei naturam cognoſcere, & diſtinguere poteſt, neq; vlla in parte fallitur, qui vero ea, quæ intellexerit, & cognouerit, ad aliarum rerum rationes, & occaſiones accommodare, atque ex alio exemplo aliud explicare nouit, proprio vocabulo intelligens, ſeu potius prudens appellatur. Hebraicè enim nomen HHACHAM ſapientem, NABON vero prudentem ſignificat. Sapientem enim ſic ſacra philoſophia definit, Cor ſapiens quæret doctrinam, & lingua ſapientis componet ſcientiam. Prudentis autem hæc eſt deſcriptio, Qui ſapiens eſt corde, vocabitur prudens. Cum itaque viris ſapientiæ, & prudentiæ dotibus ornatis hæc, quæ à vate Hoſſea in hoc volumine dicta ſunt, obſcura merito videatur, quid nos facere poſſumus, qui lippientibus oculis, & peccatorū ſordibus obſcuratis clariſſimū iubar ſolis non poſſumus intueri, niſi dicere illud, quod ſcriptū eſt, O profundū diuitiarū ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quā inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & in-

Ioan.

*Ceu mari a fugere montibus altis ſemper viret abies arbor infrugifera, ſuis materies apta ſit trabibus & plurimis vitæ operibus.*

*Hominis ſapientis deſcriptio.*

*Prou. 15.*



inueſtigabiles viæ eius. Quis enim poteſt abſq; Chriſto cognoſcere, quid ſignificet Iſrael, quid ſoror eius. Non miſericordiam conſecuta, quid tertius frater, Non populus meus, quæ ſit adultera, quæ ſine lege Dei multo ſeſſura ſit tempore quod ſit pactum cum beſtiis terræ, & cum volatilibus cœli, qui ſit Dauid, ad quē populus reuerſurus ſit, quid deniq; cætera arcana huius vaticinij reſerare, & exacte cognoſcere? Hinc merito ſubiungit, *Quia rectæ viæ Domini, & iuſti ambulabunt in eis.* Exiſtimat D. Hieronymus, vias Domini eſſe lectionem veteris, & noui teſtamenti, & ſanctarum intelligentiam ſcripturarū, in his viis qui ambulāt, niſi conuertatur ad Dominū, & ablatum ab eo fuerit velamen, quod erat ante oculos Moyſi, rectū iter inuenire nō poteſt. Sin autē dixerit cū Dauid, Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua, ambulaturum in eis, & inuenturū Chriſtū, & Iudæos, & hæreticos, quos vel præuaricatores, vel impios Scriptura nunc nominat, offendere in eis, vel infirmitati, atq; corruere ſentiat, iuxta illud, quod ſcriptum eſt, Ecce, iſte poſitus eſt in ruinā, & in reſurrectionē multorum in Iſrael. Alij vero, vt Lyranus, Haymo, Carthuſianus, & Interlinearis, quibus aſſentire videtur Theodoretus, per vias intelligunt præcepta, & cōſilia Chriſti, in quibus iuſti ambulant, dum eas opere complent, dicentes ad Deum cum Pſalte, Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur, veſtigia mea, præuaricatores vero, qui mandata Domini tranſgrediuntur, ruituros in eis, quoniam qui in lege peccauerunt, per legē iudicabuntur. Et ſeruus, qui ſcit voluntatem Domini, & non facit, plagis vapulabit multis. Demum alij, cum via in Sacris ſignificet quicquid agimus, conuerſamur, & viuimus, omnia denique, quibus ſtudemus, ſiue bona ſiue mala, per vias Domini Dei actiones intelligunt, idemque eſſe dicūt *rectæ viæ Domini ſunt*, quòd iuſtum eſt, quicquid à Deo fit. *Et iuſti ambulabunt in eis*, qui per Chriſtum videlicet iuſtificantur.

Rom. 11.

*Tutum non eſt cū veſte nouare nec cū paſſionibus aut cordis affectibus vela dare ſacris ſcripturis.*

Pſa. 118.

Luc. 2.

Pſal. 16.

Rom. 2.

## *Obſeruationes ſpectantes ad morum inſtitutionem.*

E*Phraim quid mihi vltra ad idola, ego exaudiam, & dirigam eum.* Obſerua, quando Deus dicat, ſe exauditurum Ephraim, cum videlicet abiecerit idola non antea. Tu ergo, ſi exaudiri cupis à Deo tuo, prius relinque peccata. Scimus, quia peccatores Deus nō audit, dicebat, qui natus fuerat cæcus, ſed ſi quis

Dei

Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Et apud Iſaiam Dominus ait, Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Quare deſpicis prolixam orationem Domine? Cauſam reddit, Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt, Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum. Prius ergo peccata ſunt abiicienda, ſi exaudiri cupis. Sapiens etiam ait, Qui declinat aurem ſuam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et Ieremias, Poſuiſti, inquit Domine, nubem, ne tranſeat oratio. Eleganter peccatum noſtrum cum nube componit. Quemadmodum enim nubes fumus eſt eleuatus è terra, Sic peccatum fumus eſt à nobis qui terra ſumus, conſurgens. Et vt nubes impedimento eſt, ne quis ſolis ſplendorem accipiat, Sic peccatum ob ſuam caliginem obſtat, ne diuinæ gratiæ ſplendida luce colluſtremur. Contra vero viros iuſtos audiri à Deo, inuenies. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, ait Regius Pſaltes. Ac rurſum, clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos. Quemadmodum Moſes orabat habens in manu virgam Domini, & poſitus ſuper lapidem, preces fudit ad Dominum, atque victoriam tunc obtinuit, Sic nos, ſi audiri cupimus à Deo, habeamus in manibus virgam Dei, id eſt, iuſtitiam rectè vitam noſtram inſtituentem, & lapidem angularem Chriſtum nobiſcũ habeamus, & procul dubio exaudiemur. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feſto Apoſtoli ſancti Iacobi in hæc verba, Neſcitis, quid petatis. Cur cum eum mater, & filij orauerint petentes, non audiuntur à Chriſto? Quia non abiecerant peccatum ambitionis, ſed hoc peccato petunt dextram, & ſiniſtram.

*Ioan. 9.*
*Abiectis peccatis noſtras preces non audiet Deus.*
*Iſa. 1.*
*Prou. 28.*
*Thren. 3.*
*Simile.*
*Ariſtoteles lib. 2. me. c. 3.*
*Pſa. 144.*
*Pſal. 33.*
*Exo. 27.*

¶ *Ego vt abietem virentem.* Quando Domine te maximè abietem oſtendiſti populo tuo? Vtique cum Cruci es affixus. Nã quemadmodum abies folia profert ſpinoſa, idque tradunt Iſidorus, & Ariſtoteles, ſemperque viret, neque hiemis bruma ſiue algor folia, & virorem perdere poteſt, gummi etiam vel reſinam exhalat medendis vulneribus vtiliſſimam, Sic in arbore Crucis quid inuenies, niſi coronatum Dominum Deum tuum ſpinis? quid niſi inter tot tormenta agonis patientiam inauditam, cuius virorem gelidiſſima pectora Iudæorum non valuerunt perdere, quin oraret æternum patrẽ, Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt? quid, niſi balſamum ſanguinis, quo noſtris vulneribus mederetur? Hæc arbor eſt illa, de qua inquit Sponſa, Sub vmbra illius quem deſiderabam, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Hæc arbor reſinam ſpirat pretioſiſſimam, de qua ait Ieremias, Aſcende in Galaad, & tolle reſinam virgo filia Ægypti. Hæc eſt arbor, ad cuius ſtipitem inuenit Agar puteum aquæ, qua ſuam & filij Iſmaelis ſitim extinguit, atque poſteaquam ea aqua eſt refocillatus, Dominus cum eo. Vbi enim animæ noſtræ ob peccata & tenebrarum regionem, quam incolunt, dictæ filiæ Ægypti, & qui in ſolitudine erramus huius mundi, refrigerium & vmbram nos protegentem inueniemus, niſi in ſalutifera arbore crucis? Vnde bene ſubiunctum eſt, *Ex me fructus tuus inuentus eſt.* Et quiſnam fructus? Vtique omnium eſca. Si enim arbor, quam vidit Daniel in medio terræ plantatam, omnibus propinabat eſcas, folia habebat pulcherrima, & magna erat, atque fortis, cuius proceritas cœlum tãgebat, fructus nimius, & ſubter eam habitabant animalia, & beſtiæ, & in ramis eius conuerſabantur volucres cœli, & ex ea veſcebatur omnis caro, quanto exhuberantius hæc omnia hominibus & angelis conferet Crux Chriſti? Ibi quid comedant iuſti, inuenies, quid peccatores, quid etiam ipſi angeli. Quadrat obſeruatio in Euangelium pro feſto inuentionis ſanctæ crucis, in hæc verba exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipſo, non pereat. Quo pacto eſt Chriſtus exaltandus? Non ſolum vt ſerpens, verum vt abies frondoſa, & virens, &c. Hactenus mihi Deus propitius fuit, vt hunc vatem non pro eius dignitate, ſed pro ingenij mei tenuitate explanarem, cui vota noſtra probentur, quem obnixe ſupplicamus, qui ſacro Euangelio ſecũdum Lucam iam manum admolimur, vt etiam in lucem prodeat.

*Simile.*
*De reſina abietis vtiliſſima vide Plinium c. 10. lib. 16.*
*Cant. 2.*



*Iere. 46.*
*Gene. 21.*
*Dan. 4.*
*Crucis fructus cœleſtes preparauit eſcas nec eſt aditus ad æternam gloriã niſi per crucẽ.*

# LAVS DEO.

F I N I S.

# CLASSIS AVTHORVM HAEBREORVM, GRAECORVM, ET LATINORVM QVORVM OPIBVS ET SENTENTIIS LOCVPLETATVR HOC OPVS.

A.

*Ambroſius.*
*Auguſtinus.*
*Anſelmus.*
*Abulenſis.*
*Albertus magnus.*
*Adelmus.*
*Anthoninus.*
*Athanaſius.*
*Ariſtoteles.*
*Auerrois.*
*Alexander ab Alexandro.*
*Alanus.*
*Athenæus.*
*Ariſtophanes.*
*Apuleius.*
*Auicenna.*
*Aulus Gellius.*
*Auſonius.*
*Amphides.*

B.

*Biblia Sacra.*
*Baſilius.*
*Bernardus.*
*Beda.*
*Burgenſis.*
*Brito.*

C.

*Chryſoſtomus.*
*Cyrillus.*
*Clemens Alexandrinus.*
*Cyprianus.*
*Clemens Papa.*
*Chaldæus Paraphraſtes.*
*Chryſermius.*
*Card. Caietanus.*
*Caſsiodorus.*
*Chriſtianus Druthmerus.*
*Concilium Conſtantinopolitanum.*
*Concilium Cabilonenſe.*
*Concilium Aurelianum.*
*Concilium Aquiſgranenſe.*
*Concilia Nicena.*

Concilium Pariſienſe.
Concilium Tridentinum.
Chriſologus.
Cicero.
Columella.
Cœlius Rhodiginus.

D.

Damaſcenus.
Dyonyſius Areopagita.
Dyoniſius Corinthius.
Dyoniſius Carthuſianus.
Doſithæus.
Dominicus de Soto.
Diogenes Laertius.
Diodorus Siculus.

E.

Epiphanius.
Egeſippus.
Euthymius.
Elinardus.
Euſebius Cæſarienſis.
Euripides.

F.

Firmianus.
Feſtus Pompeius.
Franciſcus a Victoria.
Florus.

G.

Gloſſa ordinaria.
Gregorius Maximus.
Gelaſius.
Galatinus.
Giraldus.
Galenus.
Gaza.

H.

Hieronymus.
Haymo.
Hugo.
Hærodianus.
Hilarius.
Hippocrates.
Hæſiodus.
Homerus.

I.

Iuris canonici & ciuilis doctores.
Ioſephus.
Iſidorus.
Innocentius.
Ioradinus.
Ignatius.
Irenæus.
Iuſtinus Martyr.
Iſocrates.

Iuuenalis

Iuuenalis.
Io. Rauclinus.
Interlinearis.

L.

Leo Papa.
Liranus.
Liuius.
Lucanus.

M.

Miſnaioth.
Manethon Egiptius.
Marullus.
Maximinus.
Martialis.
Menander.
Macrobius.

N.

Nazianzenus.
Nauclerus.

O.

Origenes.
Oroſius.
Onoſander.
Orphæus.

P.

Proſper.
Polibanus.
Philippus Præſbiter.
Plato.
Plutarchus.
Plinius.
Plinius ſecundus.
Pauſanias.
Plotinus.
Paulinus.
Plautus.
Propertius.

Q.

Q. Curtius.
Quintilianus.

R.

Remigius.
Ruffinus.
Rabi Salomon.
Rabi Dauid Canchi.
Rupertus Tutienſis.

S.

Symmachus.
Sozomenius.
Seneca.
Suetonius Tranquillus.

Mm 2 Sabellic

*Sabellicus.*
*Solinus.*
*Socrates.*
*Suidas.*
*Salluſtius.*

T.

*Thomas.*
*Tertullianus.*
*Theophilactus.*
*Theodoretus.*
*Theocritus.*
*Theophraſtus.*
*Thucidides.*
*Terentius.*
*Tibullus.*
*Thales.*

V.

*Vatablus.*
*Vegetius.*
*Varro.*
*Virgilius.*
*Valerius Maximus.*
*Vopiſcus.*
*Vitruuius.*
*Valla.*
*Valerius Flaccus.*
*Vollaterranus.*

X.

*Xenophon.*


*Probatos libros ſemper lege, & ſi quando ad alios diuerti libuerit ad priores redi. Seneca Epiſt. 2.*

# INDEX AVTHORITATVM SACRÆ SCRIPTVRÆ QVÆ AB AVTHORE IN HOC OPEre declaratæ ſunt, præter alias quæ ſparſim citantur ad explicandos obſcuriores locos huius Prophetiæ.

## GENESIS.


1 Factus eſt veſpere, & mane dies vnus. 31. a.
1 Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. 123.
1 In principio creauit Deus cœlum terram, 172.
1 Ecce, dedi vobis omnem herbam afferentē ſemen ſuper terram.
1 Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. 508.
2 Produxitque Dominus omne lignum de humo. 163.
2 Erat autem, vterque nudus. 220.
2 In Phiſon naſcitur aurum optimum. 292.
2 In quacunque die comedero 300.
2 De ligno ſcientiæ boni, & mali ne. 777.
2 Deus paradiſus eſt, de quo fons aſcendit, vt irriget vniuerſam terram. 840.
2 Die ſeptimo quieuit ab vniuerſo opere. 837.
3 Cumque videret lignum, quòd eſſet pulchrum. 196.
3 Maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi. 210.
3 Dominus eiecit de paradiſo. 132.
3 Multiplicabo ærumnas tuas. 66.
3 Terram comedes cunctis diebus. 79.
3 Et collocauit ante paradiſum voluptatis. 19.
3 Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus. 234.
3 Poſt peccatum fecit tunicas pelliceas. 358.

3 Venit ad auram. 398.
3 Adam vbi es. 534.
3 Super pectus tuum gradieris. 539.
3 Peccauerat Eua ſerpentis. 626.
3 Præcepit nobis Deus,ne comederemus,& ne. 24.
4 Et ait Dominus,ad Cain,&c. 13.
4 Ecce eiicis me à facie tua. 233.
4 Sanguis Abel fratris tui. 387.
4 Ædificauit Enoch. 449.
4 Cognouit Adam vxorem. 556.
4 Dictum eſt Cayno,ſepties. 598.
4 Cum Lamech venereæ. 612.
4 Ecce eiicis me hodie à facie. 779.
4 Si male egeris,ſtatim in foribus. 641.
4 Eua concepit,& peperit Cain. 96.
4 Egrediamur foras. 93.
4 Poſuit mihi Deus aliud ſemen pro Abel. 101.
4 Poſuit mihi Deus. 104.
4 Quare iratus es & cur concidit 132.
4 Iabel qui fuit pater habitantium. 216.
4 Lamech ab vxoribus obiurgatur. 67.
4 Poſſedi hominem per Deum. 81.
4 Iſte cœpit inuocare nomen Domini, 55.
5 Fac tibi arcam. 370.
6 Fac tibi arcam de lignis leuigatis.
6 Videns Deus,quod multa malitia hominum. 75.
6 Delebo hominem quem formaui. 76.
6 Cumque videret Deus terram eſſe corruptam. 74.
6 Factum eſt diluuium. 132.
6 Ecce Ego adducam aquas diluuij. 218.
6 Delebo hominem quem creaui à facie terræ. 260.
6 Cum cœpiſſent homines multiplicari. 436.
6 Videntes filij Dei filias hominum. 786.
6 Delebo hominem quem formaui. 796.
6 Dolore cordis tactus intrinſecus. 690.
7 Erat Noë ſexcentorum annorum,quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram. 52.
7 Nequaquam vltra maledicam terræ. 524.
8 Dimiſit columbam ex arca. At illa venit ad veſperã portans ramum oliuæ. 831.
8 Elegit columbam,præ cæteris auibus. 850.

9. Nequa



9 Nequaquam vltra interficietur omnis. 865.
9 Et filius Chan nuntiauit duobus fratribus. 253.
9 Non permanebit ſpiritus meus in homine. 321.
9 Arcum meum,ponam.
9 Noë bibens vinum inebriatus eſt. 335.
9 Chanaan maledictus fuit pro peccato Chan.
9 Noe inebriatus diſcooperiens ſe,detegit verenda. 722.
9 Videbo arcum meum in nubibus cœli. 866.
10 Nembrod erat robuſtus venator coram Domino. 26.
11 Cœperunt,hoc facere,ne deſiſtent. 67.
11 Venite,faciamus ciuitatem,& turrim. 61.
12 Egredere de terra tua,& cognatione. 27.
12 Abrahamus deſcenſurus in Ægytum. 546.
12 Abrahamus quod fames facta. 575.
13 Faciam ſemen tuum,ſicut puluerem terræ. 558.
13 Ecce ſicut paradiſus Domini. 707.
13 Eſt egreſſa Dina. 566.
14 Leuo manum meam, 461.
14 Da mihi animas,& cætera tolle tibi. 462.
14 Elegit Loth habitare. 572.
14 An non clypeus erat? 590.
15 Factus eſt ſermo Domini, ad Abraham, non erit hic hæres tuus. 12.
15 Suſpice cœlum,& numera ſtellas. 155.156.
15 Domine Deus,quòd dabis mihi. 263.
15 Non completæ ſunt iniquitates. 267.
15 Scias,quòd peregrinum erit. 308.
15 Abrahamus non deſtitit.
16 Abraham reprehenditur à Sara. 67.
16 Agar vnde venis,& quò vadis? 740.
17 Circundedit carnem præputij eorum. 77.
17 Appellaberis Abraham,quia patrem multarum gentium conſtitui te. 104.
17 Statuam pactum meum inter me. 321.
17 Dabo tibi & ſemini tuo omnem terram. 322.
17 En ſupplantauit me. 345.
17 Numera ſtellas ſi potes. 435.
17 Bifariam Dominus conſueuit mutare nomina. 571.
17 Abrahamus prius ſe circuncidit. 608.
18 Nunquid perdes. 712.
18 Abrahamus inuitauit angelos. 27[illegible].

 18 Ponam

18 Ponam buccellam panis. 777.
18 Deſcendam, & videbo vtrum clamore. 115.
18 Ponam buccellam panis. 224.
18 Loquar ad Dominum, cum ſim puluis. 337.
18 Dimiſit coruum. 326.
19 Cum ſubuerteret Dominus vrbes. 306.
19 Nolite malum hoc facere. 418.
19 Dederunt patri ſuo bibere. 503.
19 Deſcendam & videbo vtrum. 515.
19 An non clypeus erat. 562.
19 Quia cognouerat Deum ſuum. 578.
19 Deus euertit quinque ciuitates. 844.
19 Nolite quæſo fratres mei. 727.
20 Non reuertetur in terram Ægypti. 842.
20 Orabit pro te & viues. 230.
20 Iuſſit Dominus Abimelech relinquere. 270.
20 Peccauerat Abimelech concupiſcens & ferens Saram. 653.
20 Propter Abraham ſanauit Dominus. 738.
21 Sara eiicit de domo ſua Iſmaelem. 67.
21 Viſitauit Dominus Saram vt ei. 100.
21 Sara lactauit Iſaac. 144.
21 Viſitauit Dominus Saram. 268.
21 Fecit grande conuiuium. 420.
21 Agar proiecit filium Iſmaelem. 531.
21 Cum vidiſſet Sara filium Agar. 27.
22 Tolle filium tuum vnigenitum. 27.
22 Multiplicabo ſemen tuum. 158.
22 Quia feciſti rem hanc & non. 160.
22 Dominus vidit. 625.
22 Carebat Abram numeroſa prole cum vnicum haberet. 805.
23 Iacob ſupplantauit fratrem ſuum Eſau in vtero Rebeccæ. 859.
24 Iſaac ſic Rebeccam dilexit. 305.
24 Cognati Rebeccæ ſoror noſtra. 806.
24 Seruus Abraham non ſegnis. 855.
25 Filiis concubinarum largitus eſt munera. 295.
25 Dedit Abraham cuncta quæ. 104.
26 Quare impoſuiſti nobis. 559.
26 Ne deſcendas in Ægyptum. 100.
26 Fuit iurgium inter paſtores. 180.

26 Ne

26 Ne deſcendas in Ægyptum. 298.
27 Ecce, Eſau frater tuus minatur, vt. 309.
27 Sume arma tua, pharetram. 38.
27 Vox quidem Iacob, tactus autem. 197.
27 Venient dies luctus patris mei. 327.
27 Accede vt tangam te. 390.
27 Deludit Iacob patrem Iſaac. 541.
27 Iacob abſente Eſau paternam benedic. 546.
27 Non Eſau qui horridus, ſed Iacob qui lenis conſtitutus eſt Dominus. 839.
28 Sibi habeat certe mendacij arguere nos. 18.
28 Tulit lapides, &c. & erexit. &c. 166.
28 Vidit Iacob ſcalam. 415.
28 Si fuerint Dominus mecum. 576.
28 Iacob acquieſcens conſilio matris ſuæ Angelum inuenit in Bethel. 859.
29 Num quia frater meus es gratis ſeruies mihi? 871.
29 Seruiuit pro Rachel ſeptem annis, & videbantur pauci dies præ amo. 23.
29 Rurſum ſeruiuit. 116.
29 Num gratis ſeruies mihi. 357.
29 Non Iacob ſeruit Laban quin prius certa. 871.
29 Seruiuit enim Iacob pro Rachel. 873.
30 Tollens Iacob virgas populeas virides & amygdalinas. 37.
30 Benedixitque tibi Deus ad introitum. 97.
30 Iacob virgas decorticauit. 410.
30 Rurſum Iacob. 563.
30 Reſpondebit mihi iuſtitia mea. 360.
31 Ego damnum omne reddebam. 873.
31 Viginti annis fui tecum. 106.
31 Deus abſtulit ſubſtantiam patris. 100.
31 Rachel furata eſt idola. 344.
31 Veni, & ineamus fœdus. 425.
31 Subſtantia creuit quia illi inſeruierat Iacob. 810.
31 Rachel furata eſt omnia idola Laban. 512.
31 Si Sanctus Iacob animaduertens faciem. 583.
31 Laban ſuſpicatus eſt quòd Iacob furatus. 219.
32 Vocaberis Iſrael, quoniam ſi contra Deum. 114.
32 Luctabatur angelus cum Iacob. 356.
32 Placabo eum muneribus. 840.
32 Placabo eum muneribus. 646.



32 Si

32 Si contra Deum fortis fuiſti. 259.
32 Non dimittam tibi niſi benedixeris. 858.
34 Conglutinata eſt Sichem anima. 803.
34 Non eſt egreſſa Dina. 568.
34 Turbaſtis me, &c. 584.
34 Solemor, & Sichem, necauerunt. 822.
34 Inueniam gratiam, coram vobis. 93.
34 Sichem locutus eſt ad cor Dinæ. 275.
34 Sichem dilexit Dinam. 350.
35 Pater vocauit eum Benoni. 823.
37 Deſcendam ad infernum lugens. 494.
37 Ioſeph accuſauit fratres ſuos. 253.
37 Puer non comparet. 361.
37 Ruben nititur ſeuocare alios fratres. 453.
39 Moleſta erat adoleſcenti. 94.
39 Benedixitque Dominus Ægypti. 97.
39 Beneditque Dominus domui Ægyptij. 260.
39 Quomodo poſſum hoc malum facere. 347.
39 Domus Ægyptij ad ingreſſum Ioſeph multis aucta diuitiis. 810.
39 Quomodo hoc poſſum malum facere. 840.
39 Rurſum. Quomodo. 855.
39 Ioſeph cum eum tetigit fœmina fugit. 783.
39 Quomodo poſſum hoc malum facere. 545.
39 Ecce Dominus meus omnibus. 597.
40 Pharao in carcerem miſit pincernam. 486.
40 Præpoſitis pincernarum, ſuccedẽtibus proſperis oblitus eſt interpretis ſui. 576.
40 Innocens in lacum miſſus ſum. 576.
40 Magiſter piſtorum Pharaonis, ſublato capite in cruce ſuſpenſus. 10.
40 Boues fœdæ deuorarunt boues craſſas. 754.
41 Somniauit Pharao. 41.
41 Vidit Pharao ſeptem ſpicas in cul. 766.
41 Tu eris ſuper domum meam. 858.
41 Boues fœdę douorarunt boues. 476.
41 In ſomnio Pharaonis. 575.
41 Pharao vidit oues pulchras. 616.
42 Merito hæc patimur, quia peccauimus. 149.
42 Ioſeph ad fratres ſuos durius loquitur. 284.
42 Et ſerui tui venerunt. 341.
42 Filij Iacob non in Ioſeph. 681.





42 Meritò hæc patimur, quia peccauimus. 742.
43 Maior pars venit Beniamin, vt quinque. 26.
43 Fecit vnumquemque ſedere iuxta primogenita ſua. 171.
43 Interrogauit progeniem noſtram. 172.
47 Dies peregrinationis vitæ meæ. 119.
48 Manaſſes ad ſiniſtram. 441.
49 Maledictus furor eorum. 167.
49 Non deficiet princeps. 368.
49 Dies peregrinationis vitæ meæ. 383.
49 Tu principium doloris mei. 707.
49 Maledictus furor eorum. 480.
50 Deus viſitabit vos, & aſcendetis de terra iſta. 102.
50 Nolite timere. 276.

## *Exodus.*

1 Et factum eſt in triceſimo anno. 60.
1 Et quia timuerunt obſtetrices Deum. 613.
1 Venite, ſapienter oprimamus. 614.
1 Ingemiſcentes filij Iſrael propter opera. 858.
2 Num occidere me tu vis? ſicut. 251.
2 Moſes dixit, Vadam. 255.
2 Filij tui Iſrael conſurrexerunt. 678.
2 Clamor filiorum Iſrael venit. 690.
3 Vidi afflictionem populi mei. 66.
3 Vidi afflictionem populi mei. 148.
3 Apparuit Moſi Dominus. 565.
3 Quandiu Moſes eſt adoptatus. 573.
3 Vidi afflictionem populi mei. 625.
3 Cum egrediemini ex Ægypto. 646.
4 Obſecro Domine, mitte qem miſurus es. 85.
4 Dixit Dominus ad Moſen in Madiam. 163.
4 Verſa eſt in colubrum. 426.
4 Ex Ægypto vocaui filium meum. 805.
4 Sume tibi laterem. 51.
4 Ego indurabo cor Pharaonis. 236.
5 Primum genitum meum dimittite. 833.
5 Cur, ita agis contra ſeruos tuos. 240.
5 Non habebitis deos alienos. 605.
5 Populus Iſrael degens ſub Pharao. 806.

5 Dimittite populum, 307.
6 Ecce,non audiunt me. 381.
7 Induratum eſt cor Pharaonis. 338.
8 Virga Aaronis deuorauit. 453.
8 Venit muſca grauiſſima. 256.
8 Extinxit Moſes ranas. 643.
9 Mitte nunc,& congrega iumenta tua. 853.
10 Ego inducam locuſtam in fines veſtros. 256.
11 Adhuc vna plaga tangam Pharao. 341.
12 Decima die menſis huius. 133.
12 Eadem die egreſſus eſt. 733.
12 Et cuſtodiatis diem feſtum. 181.
13 In die eram nubes & in nocte colum. 834.
13 Mementote Diei huius. 360.
15 Abyſſi operient eos. 162.
15 Fiant immobiles,quaſi lapis donec pertranſeat. 146.
15 Tunc caner Moſes. 162.
15 Deſcenderunt in profundum. 338.
16 Large Deus ſe inclinat. 836.
18 Leuius ſit tibi partito in alios. 662.
18 Iudices debent eſſe fortes. 664.
19 Iam nunc veniam ad te in caligine. 21.
19 Homo,ſiue iumentum tangens montem. 22.
20 Ego ſum Dominus Deus tuus fortis,zelotes. 114.
20 Rurſum. 213.
20 Rurſum. 601.
21 Et metite vobis in ore miſericordiæ. 808.
22 Principi non maledices. 374.
22 Applica illum ad deos. 374.
22 Tintinnabula aurea. 431.
22 Diis non detrahes. 454.
22 Cum quis furatur bouem. 723.
23 Ego autem in die vltionis. 67.
23 Si audieris filium Dei. 806.
23 Prohibuit Deus ne iurarent. 561.
24 Omnia quæ præcepit Dominus. 756.
28 Electis viris ſtrænuis de Iſrael. 764.
28 Vade,dſcende,peccauit populus. 48.
28 Hæc erunt veſtimenta quæ faciet ſuper 85.
28 Iuxta ordinem natiuitatis. 333.
30 Moſes accepit legem. 711.
31 In lapideis tabulis ſcripſit legm. 778.

32 Conſe-



32 Conſecraſtis manus veſtras Domono. 19.
32 Quid tibi fecit populus iſte,vt induceres ſuper eum peccatum grande. 48.
32 Cur Domine iraſcitur furor tuus contra. 74.
32 Iſti ſunt dij tui Iſrael,qui te eduxerunt. 223.
32 Petit Aaron inaures ſuas. 244.
32 Placatus eſt Dominus,ne faceret malum. 317.
32 Vitulum areum combuſſit. 110.
32 Recordare Abram. 372.
32 Quid tibi fecit populus iſte. 453.
32 Viſitabo & hoc peccatum. 456.
32 Sedit populus meus manducare. 335.
32 An non etiam ſanctus Moſes. 562.
32 Vade.& deſcende cito. 587.
32 Dimitte me,vt iraſcatur. 592.
32 Deſcende,cito quia peccauit populus. 5 0.
32 Iſti ſunt Dij tui Iſrael qui. 717.
33 Loquebatur Dominus ad Moſem. 21.
33 Iam nunc depone ornatum tuum. 250.
33 Reſpice populum tuum. 366.
33 Quando feſta mihi celebraueritis. 674.
34 Prohibuit Deus filiis Iſrael. 584.
34 Nec vxorem de filiabus eorum accipies. 669.
34 Non apparebis in conſpectu meo vacuus. 791.
35 Arca Dei erat interius,& exterius deaurata. 197.
36 Poſuit Deus in propitiatorio duos Cherubinos. 18.
36 Deus præcepit in vnctione. 598.

## *Leuiticus.*

1 Caput,& inteſtina hoſtiæ adolebis ſuper altare. 135.
1 Plumas præcepit Deus euellere. 309.
1 Detracta pelle. 447.
1 Deus præcipit ſibi offerri iecur. 614.
1 Si ſacerdos peccauerit. 407.
4 Si ſacerdos qui vnctus eſt. 596.
4 Offerri iubet iuuencum. 411.
5 Portabit iniquitatem. 149.
5 Portabit iniquitatem. 767.
8 Ad hoſtium tabernaculi. 366.
10 Tollite ſacrificium. 729.
10 Quomodo potui comedere eum 257.
10 Deus prohibuit ſacerdotibus, ne biberent vinum quoties

ties erant miniſtraturi. 500.
10 Cur non comediſtis hoſtiam. 448.
11 Hæc ſunt, quæ de auibus non comedetis. 135.
11 Carnes cygni non comedes. 249.
11 Non quicquam mellis adolebitur. 390.
12 Ampliorem hoſtiam exactam à diuitibus. 292.
14 In mundatione leproſi radi omnes capillos capitis eius. 631.
14 Si inuenerit, creuiſſe lepram. 169.
19 Suſcipiet Iſrael duos hircos pro peccato. 20.
16 Affligetis animas veſtras. 43.
16 Erit vobis hoc legitimum ſempit. 73.
17 Metire in ore miſericordiæ. 821.
18 Omnis homo ad proprium ſanguinem non accedat. 394.
19 Ne proſtituas filiam tuam. 707.
19 Ne conſideres perſonam pauperis. 454.
10 Nolite facere iniquum. 461.
19 Non facies quod iniuſtum eſt. 134.
19 Honora perſonam ſenis. 744.
20 Qui dormierit cum maſculo. 545.
20 Cuſtodite leges meas. 547.
20 Qui ſupra vxorem. 606.
22 Si immolaueris hoſtiam pro gratiarum actione. 296.
23 Septem diebus azima comedetis. 326.
25 Sex annis putabis vineam tuam. 278.
26 Comedetis, & non ſaturabimini. 476.
26 Panem noſtrum in ſaturitate. 556.
27 Terrebit eos ſonitus folij volantis. 90.
27 Dabo vobis cœlum deſuper ſicut. 248.
26 Addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra. 263.
26 Dabo pauorem in cordibus eorum. 412.
26 Si ambulaueritis ex aduerſo. 461.

## *Numerorum.*

1 Anno altero egreſſionis filiorum Iſrael. 33.
1 Moſes commendatur quia mitiſſimus. 76.
3 Quinque ſiclos pro primogenitis. 69.
4 Sicut Aaron ex diuino præcepto. 436.
4 Si declinaſti à viro tuo. 703.

4 Fœmi-



4 Fœmina ſuſpecta de adulterio. 359.
9 Si vero biduo, aut vno menſe. 391.
9 In omnibus deprecare altiſſimum. 484.
11 Deuorauit extremam caſtrorum partem ignis Domini. 86.
11 Non poſſum ſolus ferre. 436.
11 Non ego concepi vniuerſum populum iſtum. 788.
11 Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum. 232.
11 Ioſue filius Num ſeruus Moyſi electus. 809.
11 Nunquid ego. 619.
12 Nunquid in Moſe, aut per Moſem ſolum locutus eſt Dominus. 52.
12 Ne indignetur Dominus meus. 851.
12 Et apparuit candens lepra, quaſi nix. 251.
4 Filij veſtri portabunt fornicationem veſtram. 66.
16 Recedite à tabernaculis impiorum hominum. 652.
16 Tollat Eleazar ſacerdos thuribula, quæ iacent in incendio. 110.
19 Vas quod caret operculo, & ligatura deſuper immundũ eſt, & omnia effutiens. 17.
16 Vas quod non habuerit. 505.
20 Pergat Aaron. 402.
21 Tunc canet Iſrael. 162.
21 Occidat vnuſquiſque proximos ſuos. 851.
21 Cur impoſuiſti pondus vniuerſi. 663.
22 Miſit nuntios vt vocarent te, cur non ſtatim veniſti. 85.
23 Dominus autem poſuit verbum in ore Balam. 713.
24 Quam pulchra taberna. 687.
25 Ecce, do ei pacem fœderis mei. 19.
25 Fornicatus eſt Iſrael cum filiis Madianitarum. 192.
26 Locutus eſt Dominus ad Balam. 21.
16 Cur ſubuertitis mentes. 234.

## *Deuteronomium.*

1 Sicut ſtellæ cœli. 435.
1 Pauit te Dominus Deus tuus. 834.
1 Paruuli veſtri, & ipſis qui hodie ignorant boni, ac mali, ipſis dabo. 837.
4 In medio ignis ardentis. 404.
4 Si fueritis patrãtes malum. 578.
4 Audi Iſrael, Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt. 262.

5 Non

5 Non reſpondebis contra proximum tuum. 637.
5 Dominum Deum tuum adorabis. 470.
5 Ego fui medius inter Deum & vos. 375.
6 Cum dederit tibi Dominus Deus tuus. 576.
6 Dominus Deus tuus in medio tui eſt. 631.
5 Erunt verba hæc, quæ ego præcipio. 780.
6 Erunt verba hæc quæ ego præcipio. 36.
6 Audi Iſrael Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. 239.
6 Erunt verba hæc in corde tuo. 427.
7 Non inibis cum eis fœdus, nec miſereberis earum. 88.
7 Te elegit Dominus vt ſis eius populus peculiaris. 146.
7 Quia populus ſanctus es Domino Deo tuo. 147.
7 Iraſcetur enim Deus, & delebit te cito. 252.
7 Aras idolorum ſubuertere præcipit. 316.
7 Nec ſociabis cum eis coniugia. 640.
7 Dominus præcipit aras gentium ſubuertere, & confringere. 777.
7 Dominus Deus tuus introducet te in terram. 836.
8 Dominus ductor tuus fuit in ſolitudine. 207.
8 Dominus Deus tuus introducet te in terram. 259.
8 Mandauit nubibus deſuper, & ianuas cœli. 835.
9 Surge deſcende cito, quia populus tuus. 68.
9 Audi Iſrael, tu transgredieris hodie Iordanem. 497.
9 Propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſunt.
10 En Domini Dei tui cœlum eſt. 454.
11 Dabit Deus terræ veſtræ. 855.
11 Maledictus qui transfert terminos proximi ſui. 652.
11 Vt ipſi comedatis, ac ſaturemini. 477.
11 En propono vobis maledictionem. 84.
12 Caue ne offeras holocauſta tua. 368.
13 Quære ſollicite & diligenter. 329.
14 Vulturem, & miluum. 395.
16 Iuſte, quod iuſtum eſt, exequeris. 112.
16 Non accipias perſonam, neque munera. 328.
16 Non ſit iuxta altare Domini lucus. 526.
17 Non poteris alterius gentis hominem facere regẽ. 285.
17 Poſtquam ſederit in regni ſolio. 373.
17 Poſtquam ſederit rex in ſolio. 753.
18 Quod ſi tacita cogitatione reſponderis. 155.
20 Qui percuſſit proximum. 458.
20 Quando obſederis ciuitatem, vt expugnes eam. 31.
21 Si genuerit homo filium contumacem. 856.



21 Si dormierit vir cum vxore. 517
22 Non arabis in boue, ſimul & aſino. 253.
22 Non arabis in boue. 585.
24 Vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum. 114.
25 Ne fœdè laceratus abeat frater tuus ante oculos. 109.
25 Pro menſura delicti erit & plagarum modus. 134.
25 Rurſum pro. 220.
25 Pro menſura delicti. 414.
25 Satis ſit obſecro iuxta legem. 468.
25 Pro menſura peccati. 652.
25 Non habebis in ſacculo diuerſa pondera. 847.
26 In terra promiſſionis conſueuerunt terræ vitulæ. 821.
27 Nonaginta octo calamitatum acerbum complent. 359.
28 Sementem multam iacies in terra. 790.
28 Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. 741.
28 Niſi cuſtodieris & fèceris omnia.
28 Sicut antea lætatus eſt Dominus ſuper vos. 796.
28 Si autem audieris vocem Domini Dei tui. 262.
28 Aduena qui tecum verſatur in terra. 284.
28 Benedictus fructus terræ tuæ. 334.
30 Ipſi me prouocauerunt in eo. 784.
31 Sicut ſcripſit Moſes legem hanc. 427.
32 Leuabo ad cœlum manum meam. 204.
32 Si acuero vt fulgur gladium meum, reddam vltionem.
32 Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. 268.
32 Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore. 270.
32 Conſtituit eum ſuper excelſam. 572.
32 Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans. 838.
32 Conſtituit eum ſuper excelſam terram. 816.
32 Vua eorum vua fellis & botri amariſſimi. 553.
32 Pars Domini populus eius, Iſrael funiculus hæreditatis eius. 146.
33 Incraſſatus eſt dilectus. 707.
33 Benedictus in filiis Aſſer. 806.

## *Ioſue.*

1 Vos tranſite armati ante fratres. 55.
1 Qui contradixerit ori tuo. 84.
4 Duodecim lapides repoſuit. 560.

5 In Galgal populus Iſrael ſecundo fuit circunciſus. 516.
5 Saul vnctus eſt. 559.
7 Filij Iſrael præmuntur fame. 811.
7 Victi fuerunt filij Iſrael ob peccatum Acham. 292.
8 Vlulate in Bethauen. 648.
8 Vt poneret inſidias habitatoribus. 709.
15 Iezrahel nomen ciuitatis. 99.
18 Quæ olim primum dicta eſt Luza. 560.
24 Transfluuium habitauerunt patres. 203.


## *Iudicum.*


1 Quis aſcendet ante nos. 512.
2 Aſcendere faciam vos de terra Ægypti. 162.
2 Angelus reducit ad memoriam beneficia. 307.
2 Seruierant filij Iſrael Domino. 722.
5 Non eſt alius adulator. 401.
7 Quis aſcendet ante nos. 763.
5 Vt Debora cecinit de cœlo. 594
5 Diuiſo cõtra ſe Ruben magnanimorum reperta eſt. 819.
6 Angelus ſedit ſub quercu. 366.
7 Deus iuſſit illos milites qui lamberũt aquas, eligi. 860.
7 Gedeon trecentis, ſolum viris vicit Amalech. 139.
7 Gedeon filius Ioas. 302.
7 Peccauit Iſrael & tranſgreſſi ſunt. 308.
8 Date mihi inaures ex præda veſtra. 84.
9 Si verè me regem vobis conſtituiſtis. 755.
10 Doluit Dominus ſuper miſeriis eorum. 400.
10 Qui primus ex vobis contra filios Amon cœperit dimicare erit dux populi Galaad. 55.
10 Filij autem Iſrael peccatis veteribus addentes. 54.
13 Concipies & paries filium. 99.
14 In ore leonis inuenitur fauus mellis. 701.
14 De comedente exiuit cibus. 148.
14 Interfecit leonem Sanſon. 297.
14 In ore leonis inuenit Sanſon fauum mellis. 18.
15 Sanſon ſurgit è gremio Dalilæ. 875.
26 Perfida fœmina Dalila totondit. 490.
16 Sanſon in ſinu Dalilæ fortitudine ſpoliatur. 95.
16 Philiſtim ſuper te Sanſon. 66.
18 In domo Micheæ fabricata, Theraphim. 370.
28 Salmana princeps Madianitarum interfectus eſt. 827.







18 Filij Iſrael necauerunt concubitu vxorem Leuitæ. 794.


## *1. Regum.*


1 Anna lactauit Samuelem. 137.
1 Æſtimauit eam temulentam. 219.
2 Quicunque honorificabit me, glorificabo eum. 129.
2 Videbis æmulum tuum in templo. 133.
2 Anna Canticum Domino edidit. 295.
4 Nurus autem eius vxor Phinees prægnans. 96.
5 Azotij diluculo ſurgentes. 689.
6 Vaccæ illæ feræ. 576.
8 Hoc erit ius regis. 372.
8 Filij Samuelis obiurgatione digniſſimi, eo quod non ambulauerint in viis patris. 723.
10 Quidam filij Belial. 666.
10 In Galgal Saul vnctus eſt. 810.
10 Cum Samuel fudiſſet oleum ſuper caput Saul, Ecce ait vnxit te Dominus. 756.
12 Si perſeuerauentis in malitia, & vos. 67.
12 Ego vnxi te, vt eſſes rex ſuper Iſrael. 263.
14 Hæc faciat mihi deus, & hæc addat. 760.
14 Peccauit Ionathas fauum mellis guſt. 721.
15 Viſitaui quæcunque fecit Amalech. 548.
15 Honora me coram ſenioribus, & coram Iſrael. 205.
15 Cum digeſſiſſet vinum Nabal. 410.
17 Paſcebam greges patris mei. 429.
17 Fratres tuos viſitabis, ſi recte agant. 98.
17 Curre in caſtra ad fratres. 608.
17 Goliath occiſus eſt à Dauide, tu venis ad me cum gladio. 783.
17 De qua progenie es ô adoleſcens. 29.
18 Acceptus erat Dauid. 234.
18 Quid me interrogas cum Dominus diſceſſerit à te. 232.
18 Et prophetabat Saul. 97.
18 Quærebat Saul tradere. 542.
18 Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid. 151.
18 Dauid diligebat quaſi animam ſuam. 351.
19 Ne pecces rex in ſeruum tuum Dauid, qui eſt abſque culpa. 190.
19 Sedebat Saul in domo ſua. 367.
19 Fili mi Abſalon. 436.

20 Fili mulieris vltro virum ſapientis. 215.
21 Hœdum caprarum vnum. 214.
21 Non fuit alter talis ſicut Achab. 276.
23 Benedicti vos à Domino qui doluiſtis vicem meam. 93.
23 Et dixit Dominus tradent. 253.
23 Vade,& percuties. 518.
24 Percuſſit cor ſuum Dauid. 92.
24 Propitius ſit mihi Dominus. 67.
24 Saul perſequitur Dauid. 327.
24 Iuſtior es quam ego. 425.
24 Propitius ſit mihi Dominus. 633.
24 Cum Dauid pauper erat. 572.
24 Quare audis verba loquentium. 455.
26 Quis es tu qui clamas,& inquietas regem? 433.
26 Nunquid non vir tu es?Et quis alius ſimilis tui? 483.
26 Quouſque luges Saul?Cum ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael. 330.


## *2.Regum.*


1 Abiectus eſt clypeus. 597.
2 Non perſequar vltra. 162.
3 Non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. 17.
4 Miphiboſeth cum cecidiſſet,claudus factus eſt. 838.
6 Dauid deſpicitur à Michol. 73.
6 Percuſſus eſt Oza à Domino & mortuus eſt. 248.
6 Rex Dauid,mortuo Oza quòd arcam. 654.
7 Dauid cernens Ozam. 704.
7 Tu Domine reuelaſti aurem ſerui tui. 103.
7 Inuenit ſeruus tuus cor ſuum. 472.
10 Hamon raſit dimidiam partem barbæ. 774.
11 Proprio honore deſpecto. 572.
11 Berſabe pellexit Dauid. 545.
12 Abſalon ingreſſus eſt ad vxores. 545.
12 Ecce ego ſuſcitabo ſuper. 533.
12 Duo viri erant in ciuitate vna,vnus diues. 276.
12 Peccaui Domino. 276.
12 Hæc dicit Dominus Deus Iſrael. 293.
12 Vriam percuſſiſti gladio. 403.
12 Tu feciſti abſconditè. 418.
12 Conuenerunt ad Dauid omnes. 678.
13 Cuba ſuper lectum tuum,& dolere te ſimula. 94.


13 Abſalon




13 Abſalon præcepit Ammon eſſe gladiis confodiendum. 738.
14 Reuertatur in domum ſuam. 167.
14 Ego illi indulgeo,cæterum faciem. 67.
14 Omnes quaſi aqua dilabimur. 574.
16 Dimitte eum. 338.
16 Quare maledicit canis hic moriturus. 78.
16 Egredere vir ſanguinum. 509.
18 Non eris nuntius. 621.
19 Fili mi Abſalon. 436.
19 Fili mi Abſalon,Abſalon fili mi.
19 Berzelai Galaaditis,noluit tranſire Iordanem. 674.
20 Tu quæris ſubuertere matrem ciuitatum. 184.
21 Iam non egredieris. 585.
21 Flagellati Iudæi à Deo, deſiderabant agere pœnitentiam. 780.
23 Dauid ſedens in cathedra ſapientiſſimus. 751.
24 Percuſſit Dominus populum,ob Dauidis peccatũ. 113.
24 Ego iniquè egi. 373.
24 Deliquit Dauid numerando populum. 720.
24 Ego ſum,qui peccaui. 590.


## *3.Regum.*


3 Si ambulaueris in viis meis. 371.
3 Si ambulaueris in viis meis. 761.
3 Et ſeruus tuus in medio eſt populi. 628.
3 Quia poſtulaſti verbum hoc. 753.
3 Mulier,cuius filius erat viuus,reſpondit. 760.
4 Salomon erat in ditione ſua habens omnia regna. 90.
4 Iuda,& Iſrael,innumerabiles 435.
5 Nunc non eſt Satan,quamobrem cogito ædificare templum. 174.
5 Præcepit Salomon,vt tollerent lapides. 697.
5 Salomon exquiſiuit à rege. 617.
6 Salomon fecit poſtes oraculi. 830.
7 Rex Salomõ omnia vaſa templi iuſſit fundi in terra. 782.
7 Candelabra aurea quinque. 8.
9 Si colueritis deos alienos,& adoraueritis eos. 447.
9 Salomon dedit regi Hiram terram. 288.
9 Si ambulaueris coram me. 371.
9 Rex Hiram contempſit oppida, quæ ei tradiderat


Nn 3 Salomon.

Salomon. 816.
10 Salomon fecit ducenta ſcuta. 590.
10 Ebur & leones adumbrant fortitudinem. 337.
11 Non totum regnum à te auferam. 372.
11 Tolle tibi decem ſciſſuras. 43.
11 Cumque iam ſenex. 497.
11 Propterea Salomon. 493.
11 Cum Roboam vellet gerere bellum. 557.
11 Non bellabitis contra filios Iſrael. 557.
11 Cum iam eſſet ſenex rex Salomon. 585.
12 Fecit Ieroboam duos vitulos. 241.
12 Ecce dij tui Iſrael qui te eduxerunt. 223.
12 Ieroboam fabricauit idola. 614.
12 Nolite aſcendere vltra. 604.
12 Fecit Ieroboam phana. 436.
13 Qui cum abiiſſet, inuenit eum leo. 84.
Scripta ſunt in libro verborum.
14 Vereor ne hac, &c. 381.
15 Ipſi idolis hęc beneficia retulerunt. 591.
17 Hydria farinæ non defecit, &c.
17 Rex Oſee, Salmanaſar ſeruus, &c. 308.
18 Vnde & ſacerdotes. 593.
28 Clamabant ergo voce magna. 194.
18 Quouſque claudicatis. 577.
18 Ab Achab vſque ad Oziam. 102. fluxerunt anni. 54.
19 Boues, quibus arabat, mactauit. 316.
19 Domine, altaria tua deſtruxerunt. 220.
19 Ecce ſpiritus grandis, & fortis ſubuertens montes. 109.
19 Timuit ergo Helias. 79.
19 Prophetas tuos occiderunt gladio. 612.
21 Nónne vidiſti humiliatum Achab. 751.
21 Sanguis Naboth effuſus ab impia Iezabele. 100.

*4. Regum.*

2 Quo abſtulit amaritudinem aquarum Eliſæus. 297.
3 Hi ſunt dij tui Iſrael. 749.
4 Creditor venit. 701.
4 Noli mentiri ancillæ tuæ. 393.
4 Mors in olla vir Dei. 448.
5 Quis non mirabitur. 572.
5 Naaman lepra Giezi adhæſit. 601.
5 Viceſimo ſeptimo anno regni regis Ieroboam. 43.
5 Peccauit Giezi & lepra illius. 723.

6 Pone

6 Pone panem & aquam coram eis. 224.
8 Noluit diſperdere Iudam. 373.
9 In Ramoth principes Galaad locuti ſunt ad Iehu. 593.
9 Ionadab & Rechab appellati. 793.
10 Quia ſtudiosè egiſti, quod rectum erat. 100.
10 Quales vtique fuerunt. 692.
13 Ieroboam filius Nabath. 36.
13 Eliſæus ſuperpoſuit manus ſuas manibus Ioas tunc ſagitta. 840.
15 Zacharias ſucceſſor Ieroboam. 102.
15 Mahanem rex Iſrael poſtulauit auxilium ab Ægyptiis. 857.
15 Opprimitur Ephraim ab Aſſyriis. 658.
15 A rege Aſſyriorum quærit auxilium. 657.
15 Ephraim ab Aſſyriis. 657.
15 Sennacherib omnes ciuitates munitas ſubuertit. 844.
15 Fecit Zacharias quod malum eſt coram Domino. 714.
15 Ozias regnauit ſuper Iudam annis. v. 34.
16 Ioathan regnauit annis xvi. 54.
16 Obiurgatur Achaz. 371.
17 Et confundetur. 584.
17 Rex Iſrael velociter tranſiet. 832.
17 Tranſlatus eſt Iſrael de terra. 340.
17 Salmanaſar tranſtulit Iſrael in Aſſyrios. 264.
18 Rabſaces alliciebat Iudæos. 816.
19 Populus eſt de exercitu Sennacherib. 129.
20 Colligam te ad patres tuos. 438.
20 Bonus eſt ſermo Domini. 751.
21 Erunt in vaſtitate & rapina cunctis aduerſariis. 77.
21 Populus Iſrael ſeductus eſt à Manaſſe. 722.
22 Colligam te ad patres. 791.
24 Nihil relictum eſt in Ieruſalem. 573.
25 Occidit rex Babylonis filios Sedechiæ coram eo. 783.
25 Babylonij exacerbati quod Ægyptiis confiderent contra ipſos armati. 792.
25 Venit ad deſtruendam eam tempore Sedechiæ. 755.
18 Ezechias filius Achaz regnauit annis ſexdecim. 34.
19 Propter me & propter Dauid ſeruum meum. 134.

*1. Paralipomenon.*

4 Iezrahel filius Ethan. 99.

10 Omnis, qui in primis percuſſerit Iebuſæum, erit princeps & dux. 55.
12 Achaz. 281.
22 Multum ſanguinem fudiſti. 400.
24 Reges in Iſrael coronabantur libro legis in manu poſi-to. 755.
2 Officia non debent ſeruire ſacerdotibus. 487.
29 Lætus obtuli vniuerſa hæc. 298.

## *2. Paralipomenon.*

6 Cum Aſa laboraret morbo vehementiſſimo. 675.
7 Ioſaphat miſit ſacerdotes. 38.
9 Argentis mille diebus, pro nihilo repu. 239.
9 Impio præbes auxilium, & his qui. 253.
16 Corripiet Ozias. 427.
19 Iram Domini merebaris. 397.
19 Impio præbes auxilium. 666.
20 Poſt hæc iniit amicitias rex. 666.
20 Tua eſt Domine potentia, tua victoria. 138.
23 Eduxerunt filium regis, & impoſuerunt. 37.
24 Fecit rex Ioas, quòd bonum eſt. 514.
24 Ambulauit Ioſias, in viis Dauid. 371.
26 Rex Ozias lepra à Domino percuſſus. 651.
26 Orta eſt lepra in fronte Oziæ.
26 Non eſt tui officij, vt adoleas incenſum. 727.
26 Sexdecim annorum erat Ozias, cum regnare cœpiſſet. 35.
27 Ioathan filius Oziæ fecit etiam. 35.
28 Achaz viginti annorum erat cum regnare cœpiſſet. 36.
28 Ad iracundiam prouocauit Dominum Deum patrum ſuorum. 49.
28 Tempore anguſtiæ auxit Achaz. 677.
29 Ezechias quoque fecit, quod erat placitum. 34.
29 Rurſum. 49.
29 Equites, & expediti milites conterent arcum. 121.
29 Tua ſunt Domine vniuerſa, & quæ de manu tua. 363.

## *Eſdras.*

1.1. Hæc inquit rex Perſarum Cyrus. 129.



2.4. Si prohibebant.

## *Tobias.*

1 Cum irent omnes ad vitulos aureos. 564.62.
2 Vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas faciebas. 337.
2 Vade, & adhuc aliquos de tribu noſtra. 98.
2 Cum eſſet dies feſtus Domini, & factum eſſet prandium bonum in domo Tobiæ. 256.
3 Nunquam cum ludentibus miſcui me. 254.
3 Non delectaris in perditionibus. 700.
3 Iuſtus es Domine, & omnia iudicia. 723.
4 De qua domo es tu? 404.
4 Eleemoſyna ab omni peccato. 701.
4 Conſilium ſemper à ſapiente perquire. 512.
4 Omnibus diebus vitæ tuæ. 556.
4 Noli timere, fili mi, pauperem vitam gerimus. 221.
5 Quale gaudium eſt mihi. 785.
5 Quale mihi gaudium eſſe poteſt, qui lumen cœli non video. 211.
7 Benedictio ſit tibi, fili mi, qui boni, & optimi viri filius.
10 Noui quia pater meus. 364.
12 Quid poſſumus dare viro iſti ſancto. 357.

## *Iudith.*

4 Deus miſertus eſt eorum. 670.
9 Capiatur laqueo oculorum ſuorum. 196.
14 Sicut Iudith caput Holofernes. 315.
16 Dabit ignem & vermes in carnes eorum. 466.
16 Impudica Dalila adumbrat. 498.
26 Populus erat iocundus. 787.

## *Heſter.*

1 Nam quemadmodum rex Aſſuerus. 48.
4 Norunt prouinciæ. 434.
9 Nam & Laban. 541.
9 Conſtituerunt eum diem ſolennem. 239.
15 Cernens Aſſueri vultum. 683.
115 Apertius eſt vmbra. 713.
6 Aſſuerus iuſſit Aman ſuſpendi. 600.
16 Quemadmodum rex Aſſuerus. 435.

30 Abſtuliſti, quaſi ventus, conſilium. 843.
41 Foris non manſit peregrinus, oſtium. 843.
31 Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem. 47.
31 Qui erudit nos, ſuper volucres cœli. 179.
31 Si contempſi iudicium ſubire. 310.
31 Si aduerſum me terra clamat. 557.
31 Quis mihi tribuat adiutorem. 387.
31 Ab infantia mea creuit mecum miſeratio. 780.
31 Semper quaſi tumentes fluctus. 830.
41 Si ad hoſtium amici mei inſidiatus ſum. 854.
31 Si deſpexi prætereuntem, eo quod. 709.
31 Semper quaſi tumentes fluctus. 751.
31 Si contempſi iudicium ſubire cum ſeruo meo. 542.
31 Si deceptum eſt cor meum ſuper. 872.
33 Nunquid noſti ordinem cœli. 542.
36 Depone magnitudinem tuam. 597.
38 Vbi eras cum me. 644.
38 Quis dedit gallo intelligentiam? 687.
38 Nunquid mittes fulgura. 803.
39 Induratur ad ſuos, quaſi non ſint ſui. 398.
39 Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur. 144.
39 Nunquid noſti tempus partus. 310.
39 Nunquid ad præceptum tuum. 367.
39 Præbuit ei Deus ſapientiam. 578.
40 Si habes brachium, vt Deus. 737.
40 Diſperge ſuperbos in furore tuo. 96.
40 Behemoh conatur dormire in locis non vtique arenoſis. 642.
40 Si habes brachium, ſicut Deus. 75.
40 Nunquid implebis ſagenas pelle eius & gurguſtium piſcium capite illius. 854.
41 Sternutatio eius. 574.
41 Cor eius indurabitur. 465.
41 Æſtimabit abyſſum. 587.
41 Cor eius, quaſi lapis, indurabitur. 587.
41 In ſtipulas verſi ſunt ei lapides fundæ. 854.
771.

## *Pſalterium.*

1 In via peccatorum non ſtetit.
2 Poſtula à me gentes. 336.
4 In pace in idipſum. 294.
4 Dormiam & requieſcam. 314.
5 Secundum multitudinem iniquitatum expelle eos. 232.
6 Lauabo per ſingulas noctes lectum. 155.
6 Domine ne, in furore tuo. 554.
6 Lauabo per ſingulas noctes. 364.
7 Deus iudex iuſtus fortis, & patiens. 51.
7 Niſi conuerſi fueritis, arcum ſuum. 115.
7 Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam. 81.
7 Ecce parturit iniuſtitiam. 451.
7 Deus iudex iuſtus. 592.
9 Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. 148.
9 Exacerbauit Dominus peccator. 405.
9 Quoniam laudatur peccator. 452.
10 Inſidiatur in abſcondito. 423.
10 Quoniam laudatur peccator. 725.
10 Inquinatæ ſunt viæ eius. 457.
10 Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ. 362.
11 Eloquia Domini eloquia caſta. 356.
13 Quam magnificata ſunt opera tua. 440.
13 Dixit inſipiens in corde ſuo. 359.
15 Bonorum meorum non eges. 218.
15 Dominus pars hæreditatis meæ. 343.
15 Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum. 679.
15 Prouidebam Dominum in conſpectu meo. 482.
15 Prouidebam Dominum in conſpectu meo. 273.
16 Animam meam eripuit. 317.
16 Probaſti cor meum. 416.
16 Perfice greſſus meos in ſemitis tuis. 94.
17 Populus, quem non cognoui. 599.
17 In auditu auris obediuit mihi.
17 Cum Sancto Sanctus eris. 97.
17 Fulgura multiplicauit. 121.
17 Cum peruerſo peruerteris. 566.
17 Filij alieni mentiti ſunt mihi. 394.
17 A facie tua iudicium meum. 409.
18 Oculi mei ad te diluculo. 688.
18 Lex Domini immaculata conuertens. 771.
18 Tanquam ſponſus procedens de. 319.
18 Cœli enarrant gloriam Dei. 357.
18 Eloquia Domini eloquia caſta. 483.

19 Hi

19 Hi in curribus,& hi in equis. 138.
20 Deuorauit eos ignis. 130.
21 Spes mea ab vberibus matris meæ. 143.
22 Dominus regit me,& nihil mihi. 618.
24 Vias tuas Domine demonſtra mihi. 229.
26 Dominus protector vitæ meæ. 308.
26 Legem pone mihi Domine. 776.
26 Qui tribulant me inimici mei. 482.
27 Da illis ſecundum opera eorum. 707.
30 Ad Dominum cum tribularer clamaui. 643.
30 Ego autem in Domino ſperaui. 783.
31 Quoniam die ac nocte grauata eſt. 578.
31 Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. 699.
31 Quoniam tacui,inueterauerunt oſſa mea. 745.
32 Conuerſus ſum in ærumna mea. 236.
34 Indica Domine nocentes me. 18.
35 Noluit intelligere vt bene ageret.
35 Non veniet mihi pes ſuperbiæ. 751.
35 De torrente voluptatis tuæ. 467.
36 Quoniam benedicentes ei,hereditabunt terram. 239.
36 Inimici Domini mox vt honorificati fuerint. 804.
36 Manus peccatoris non moueat me. 663.
37 Non eſt pax oſſibus meis. 192.
37 Non eſt,ſanitas in carne mea. 196.
37 Quoniam ego in flagella paratus ſum. 239.
37 Putuerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. 370.
37 Noli æmulari in malignantibus. 563.
37 Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt. 450.
38 Relinquet alienis diuitias ſuas. 479.
38 Theſaurizat,& ignorat,cui congregauit. 220.
38 Aduena ego ſum apud te. 354.
38 Theſaurizat & ignorat cui congregauit ea. 112.
39 Miſericordia,& veritas tua. 42.
39 Cor meum dereliquit me. 493.
39 In capite libri ſcriptum eſt de me. 493.
39 Cor meum dereliquit me. 472.
41 Vnxit te Deus oleo lætitiæ. 332.
41 Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes. 363.
41 Quemadmodum deſiderat ceruus. 446.
41 Quemadmodum deſiderat ceruus. 840.
43 Propter te mortificamur tota die. 105.
43 Propter te mortificamur tota die. 263.





44 Virga directionis virga regni tui. 136.
44 Audi filia,& inclina aurem. 599.
46 Quoniam dij fortes terræ vehementer. 589.
48 Diues cum interierit non ſumet. 467.
48 Homo cum in honore eſſet. 584.
49 Hæc feciſti,& tacui. 405.
50 Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. 613.
50 Miſerere mei Deus ſecundum magnam. 574.
50 Cor mundum crea in me Deus. 823.
50 Miſerere mei Deus. 323.
50 Libera me de ſanguinibus. 394.
50 Miſerere mei Deus. 442.
51 Quid gloriaris in malitia. 787.
51 Quid gloriaris in malitia. 860.
54 Quis dabis mihi pennas ſicut columbæ. 850.
54 Cuius pennæ deargentatæ ſunt. 747.
54 Die ac nocte circundabit eam. 526.
56 Sub vmbra alarum. 451.
57 Superceciditignis & non viderunt. 495.
59 Dediſti ſignificationem timentibus nomen tuum. 50.
61 Mendaces filij hominum. 397.
62 Deus Deus meus ad te de luce vigilo. 687.
63 Intenderunt arcum,rem amaram. 16.
63 Omnis terra te adoret Deus. 66.
64 Sanctum eſt templum tuum. 326.
64 Valles abundabunt frumento. 337.
65 Tranſiuimus per ignem & aquam. 304.
65 Tranſiuimus per ignem & aquam. 578.
67 Verũtamẽ Deus cõfringet,pẽnæ colũbę deargẽtatę. 407.
67 Pluuiam voluntariam ſegregabis. 214.
68 Saluum me fac Deus,quoniam intrauerunt aquæ. 654.
67 Saluum me fac Deus. 700.
68 A templo ſancto tuo. 769.
68 A templo tuo,quod eſt in Ieruſalem. 786.
68 Veni in altitudinem maris. 26.
68 Saluum me fac Deus,quoniam. 291.
68 Appone iniquitatem. 451.
69 Ad adiuuandum me feſtina. 398.
72 In labore hominum non ſunt. 555.
72 Deieciſti eos dum alleuarentur. 643.
72 Ecce,qui ſe elongant à te,peribunt. 234.
72 Zelaui ſuper iniquos,pacem peccatorum. 375.
72 Velut ſomnium gentium. 757.

73 Ne tradas beſtiis animas confitentium. 266.
73 Dixerunt in corde ſuo. 422.
74 Cum accepero tempus, ego iuſtitias. 76.
74 Calix in manu Domini. 372.
75 Factus in pace locus eius. 313.
75 Montes excelſi ceruis. 603.
77 Et pluit illis manna ad manducandum. 836.
77 Rumpet petras. 160.
77 Adhuc eſcæ eorum erant in ore eorum. 587.232.
79 Ne aper de ſylua exterminet vineam. 486.
79 Qui regis Iſrael, intende. 117.
79 Exterminauit eam aper de ſylua. 117.
79 Vineam de Ægypto tranſtuliſti. 811.
79 Vineam ex Ægypto tranſtuliſti. 362.
80 Dimiſi eos ſecundum deſideria. 556.
80 Buccinate in neomenia tuba. 947.
80 Cum exiret de terra Ægypti, linguam quam non nouerat. 22.
81 Neſcierunt, neque intellexerunt. 686.
81 Venite, diſperdamus eos de terra. 62.
82 Imple facies eorum ignominia.
84 Super ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor. 495.
84 Calix in manu Domini. 319.
84 Veritas de terra orta eſt. 336.
84 Verumtamen prope timentes eum. 407.
84 Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. 51.
85 Tu Domine miſerator. 378.
85 Eruiſti animam meam ex inferno inferiori. 294.
88 In brachio virtutis tuæ diſperſiſti omnes inimicos tuos. 101.
88 Viſitabo in virga iniquitates eorum. 213.
88 In generatione & generationem. 157.
88 Miſericordia, & veritas. 374.
88 Viſitabo in virga. 456.
88 Ne eam diripiant omnes tranſeuntes viam. 485.
88 Viſitabo in virga peccata ipſorum. 547.
88 Viſitabo in virga iniquitates. 545.
88 Si dereliquerint filij eius legem meam. 886.
89 Mille anni ante oculos tuos tanquam. 118.
89 Mille anni ante te ſicut dies heſterna. 181.
89 Lætati ſumus pro diebus. 360.

89 Mille anni ante te. 826.
89 Lætati ſumus pro diebus. 417.
90 Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. 306.
93 Secundum multitudinem dolorum meorum. 297.
93 Redde retributionem ſuperbis. 662.
93 Niſi quia Dominus adiuuit me. 655.
93 Secundum multitudinem dolorum meorum. 682.
93 Secundum multitudinem dolorum meorum. 715.
94 Nolite obdurare corda veſtra. 471.
99 Viſita vineam iſtam. 552.
100 Miſericordiam & iudicium cantabo tibi. 127.
100 Superbo oculo, & inſatiabili corde. 152.
100 Superbo oculo, & inſatiabili corde cum hoc non edebam. 253.
100 Oculi mei ad fideles terræ. 522.
101 Factus ſum ſicut nicticorax. 670.
101 Quia cinerem tanquam panem manducabam. 239.
101 Velociter exaudi me. 333.
102 Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus. 128.
102 Longanimis, & multum miſericors. 144.
102 Quomodo miſeretur pater filiorum. 168.
102 Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. 298.
102 Miſericordiam & iudicium, cantabo.
102 Miſertus eſt Dominus timentibus ſe. 524.
102 Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. 746.
103 Qui facit angelos ſuos ſpiritus. 583.
103 Auertente te faciem turbabuntur. 384.
104 Et dedit illis regiones gentium. 382.
105 Aperietur terra. 162.
105 Initiati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum. 192.
105 Irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis. 260.
105 Et mutauerunt gloriam ſuam. 433.
106 Terram fructiferam poſuit in ſalſuginem à malitia inhabitantium in ea. 260.
106 Poſuit flumina in deſertum. 402.
106 Conſilium altiſſimi irritauerunt. 734.
108 In memoriam redeant iniquitates patrum eius. 29.
104 De torrente in via bibet, propterea. 682.
123 Sicut agni ouium. 214.
123 Oculos habent, & non videbunt. 504.
123 Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus. & 73.

117 Bonum eſt ſperare in Domino, qua ſperare in principibus.
117 Hæc porta Domini iuſti intrabunt in eam. 235.
118 Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. 466.
118 Quomodo dilexi legem tuam Domine. 21.
118 Tunc non confundar, cum perſpexero. 24.
118 Lucerna pedibus meis verbum tuum. 36.
118 Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. 158.
118 Amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum. 219.
118 Priuſquam humiliarer, ego deliqui.
118 Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus. 532.
118 Bonitatem, & diſciplinam & ſcientiam doce me. 394.
118 Funes peccatorum circumplexi ſunt me. 775.417.
118 Tunc nonn confundar, cum perſpexero. 424.
118 Bonum mihi quia humiliaſti. 356.
118 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. 485.
118 Etenim ſederunt prnicipes, & aduerſum me loquebantur. 511.
118 Conſilium meum iuſtificationes tuæ. 512.
118 Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. 592.
118 Redime me à calumniis hominum. 655.
118 Lucerna pedibus meis verbum. 702.
118 Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum. 781.
119 Quid detur tibi aut quid apponatur tibi. 274.
118 Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. 384.
122 Ad te leuaui oculos meos. 344.
123 Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. 755.
125 Qui ſeminãt in lachrymis, in exultatione metent. 711.
126 Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem. 783.
130 Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea. 742.
131 Votum vouit Deo Iacob. 90.
131 Si dedero ſomnum oculis meis. 317.
134 Similes illis fiant qui faciunt ea. 794.
136 Quomodo cantabimus. 425.
138 Mihi nimis honorificati ſunt amici tui Deus. 44.
138 Nimis honorificati ſunt amici tui Deus. 74.
138 Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo. 87.
138 Tu cognouiſti ſeſſionem meam. 367.
138 Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo. 623.
139 Vir linguoſus non dirigetur in terra 18.
140 Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. 454.
140 Pone Domine oſtium circunſtantiæ in labiis meis. 15.
140 Corripiet me iuſtus in miſericordia. 862.
140 Cum hominibus operantibus iniquitatem. 252.
140 Corripiet me iuſtus in miſericordia. 726.
142 Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. 212.
144 Miſericors Dominus & iuſtus. 125.
144 Alleuat Dominus omnes, qui corruunt. 176
144 Patiens, & multum miſericors. 333.
149 Exultabunt ſancti in gloria. 863.

## *Prouerbia.*

1 Si te lactauerint peccatores. 421.
1 Inuocabunt me, & non exaudiam eos. 674.
1 Vocaui, & renuiſtis, extendi. 337.
1 Deſpexiſtis omne conſilium meum. 796.
1 Vocaui renuiſtis, & extendi manum meam. 803.
3 Sermo Dei clypeus ignitus. 324.
3 Miſericordia & veritas te non deſiderant. 389.
3 Noli prohibere bene facere eum. 710.
3 Abominatio Domino eſt omnis illuſor. 737.
3 Deluſores Deus deludet. 540.
3 Ne æmulieris hominem iniuſtum. 578.
3 Via impiorum impiorum tenebroſa.
4 Iuſtorum ſemita, quaſi lux. 546.
5 Fauus diſtillans labia meretricis.
6 Nunquid poteſt homo abſcondere ignem 496.
6 Non concupiſcat cor tuum pulchritudinem eius. 498.
6 Qui ſeminat inter fratres diſcordias, odit Dominus. 819.
6 Vade ad formicam, ô piger, & conſidera vias eius. 60.
7 Veni, inebriemur vberibus. 545.
7 Irretiuit eum multis ſermonibus. 558.
9 Bibite vinum, quod miſcui. 332.
9 Qui erudit illuſorem, iniuriam. 730.
9 Noli arguere diriſorem. 388.

10 In labiis ſapientis inuenitur ſapientia. 748.
18 Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius. 868.
11 Alij rapiunt non ſua,& ſemper in egeſtate ſunt. 477.
11 In inſidiis ſuis capiuntur iniqui. 709.
12 Viſcera impiorum crudelia. 846.
12 Iuxta opera manum ſuarum retribuet ei. 662.
13 Iuſtus enim comedit,& replet animam ſuam. 477.
13 Ne æmuleris hominem iniuſtum. 563.
13 Qui tetigerit picem,inquinabitur ab ea. 566.
13 Qui obturat aurem. 701.
14 Vita carnium ſanitas cordis, putredo officium inuidia. 559.
15 In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. 622.
15 Stultitia gaudium ſtulto. 787.
15 Iter pigrorum,quaſi ſepes ſpinarum. 458.
15 Secura mens,quaſi iuge conuiuium. 256.
16 Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia ſua perficit malum. 93.
16 Miſericordia,& veritate redemitur iniquitas. 389.
16 Miſericordia & veritate redimitur iniquitas. 417.
16 Vir impius fodit malum,& in labiis eius ardeſcit ignis. 849.
17 Omni tempore diligit,qui amicus eſt. 151.
18 Cum venerit in profundum peccator. 405.
28 Torrens redundans fons ſapientiæ. 410.
16 Fœneratur Domino,qui miſeretur pauperis. 160.
1. Turris fortiſſima nomen Domini. 483.
20 Luxurioſa res eſt vinum. 500.
20 Irri..vini,& tumultus ſiceræ. 730.
21 Facere iudicium & iuſtitiā magis placet Deo, quam victimæ. 700.
21 Mulctato peſti...nte ſapientior erit paruus. 653.
21 Qui amat vinum & pinguia non ditabitur. 412.
21 Equus paratus ad bellum. 341.
22 Vidiſti virum velocem in opere ſuo. 68.
22 Adoleſcens iuxtà viam ſuam etiam cum ſenuerit. 745.
22 Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur. 708.
23 Fili præbe mihi cor tuum. 491.
23. Ne intuearis vinum quando flaueſcit. 501.
23 Cui væ,cuius patri væ,cui rixę,&c. 502.
23 Verberauerunt me,ſed non dolui. 654.





23 Ne intuearis vinum cum flaueſcit. 351.
25 Omnis plaga triſtitia cordis. 257.
25 Tinea oſſium cor intelligens. 642.
26 Melior eſt patiens viro forti. 582.
28 Infernus & perditio nunquam implentur. 469.
28 Regnantibus impiis ruinæ hominum. 575.
28 Fugit impius nemine perſequente. 90.
28 Iuſtus,quaſi leo confidens abſque terrore erit. 91.
28 Propter peccata terræ multi principes eius. 91.
28 Regnantibus impiis ruinæ hominum. 765.
29 Cum impij ſumpſerint principum. 135.
29 Virga atque correctio tribuit ſapientiam. 409.
30 Diuitias ne dederis mihi ne forte ſatiatus illiciar. 229.
30 Per tria mouetur terra. 225.
30 Per tria mouetur terra,per ſeruum. 293.
30 Qui vehementer emungit elicit ſanguinem. 830.
30 Duo rogaui te,ne deneges mihi antequam moriar mendicitatem. 582.
30 Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ. 582.
31 Noli regibus dare vinum. 738.
31 Non extinguetur in nocte lucerna eius. 686.
31 Syndonem fecit & vendidit. 867.

## *Eccleſiaſtes.*

1 Et vidi in omnibus afflictionem animi. 527.
4 Si dormierint ſic duo,fouebunt ſe mutuo. 559.
7 Væ tibi terra cuius rex puer eſt. 735.
7 Noli eſſe iuſtus multum. 226.
7 Noli eſſe iuſtus multum. 546.

## *Canticum Canticorum.*

1 Si ignoras te ô pulcherrima mulierum. 62.
1 Meliora ſunt vbera tua vino. 143.
1 Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi. 191.
1 Meliora ſunt vbera tua vino. 277.
1 Oſculetur me oſculo oris ſui. 306.
1 Ecce tu pulchra es. 395.
1 Equitatui meo in curribus Pharaonis. 598.
1 Oculi tui columbarum. 610.

1 Equitatui meo in in curribus Pharaonis. 781.
1 Bothrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engadddi. 720.
1 Oculi tui columbarum. 851.
2 Oſtende mihi faciem tuam. 851.
2 Ordinauit in me charitatem. 46.
2 Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias. 80.
2 Surge, propera, amica mea, columba. 97.
2 Tempus putationis aduenit. 287.
2 Similis eſt dilectus meus capreæ. 399.
2 Vox turturis audita eſt in terra noſtra. 614.
2 Sicut malus inter ligna ſyluarum. 531.
2 Tempus putationis aduenit. 588.
3 Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatem. 41.
3 Ferculum ſibi fecit rex Salomon. 174.
3 In lectulo meo per noctes quæſiui. 317.
3 Egredimini filiæ Sion. 327.
3 Inuenerunt me vigiles. 328.
4 Labia enim tua ſicut vita coccinea. 15.
4 Fauus diſtillans labia tua. 18.
4 Sicut vita coccinea labia tua. 24.
4 Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ, gemelli. 193.
4 Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. 195.
4 Sicut fragmen mali punici & gennæ tuæ. 220.
4 Sicut vita cocinea labia tua. 348.
4 Dentes tui ſicut greges caprarum. 353.
4 Dentes tui ſicut greges caprarum. 378.
4 Vulneraſti cor meum. 460.
4 Capilli tui grex caprarum. 633.
4 Soror mea fons hortorum. 690.
4 Dentes tui ſicut grex. 701.
4 Capilli tui greges caprarum. 707.
4 Fauus diſtillans. 726.
4 Collum tuum ſicut turris. 562.
5 Anima mea liquefacta eſt. 22.
5 Ego dormio & cor meum vigilat. 41.
5 Crura eius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. 52.
5 Aperi mihi ſoror mea. 244.
5 Ego dormio, & cor meum vigilat. 314.
5 Aperi mihi ſoror mea. 636.
5 Aperi mihi ſoror mea. 688.
5 Crura illius columnæ marmoreæ. 805.
5 Fons hortorum, puteus aquarum viuentium. 840.
5 Anima mea liquefacta eſt. 853.
5 Fauus diſtillans labia meretricis. 770.
6 Deſcendam in hortum nucum. 295.
6 Caſtrorum acies ordinata.
6 Sexaginta ſunt reginæ. 427.
6 Deſcende in hortum nucum. 390.
6 Deſcendam in hortum nucum. 443.
6 Deſcendi in hortum nucum. 553.
6 Eccleſia terribilis vt caſtrorum acies ordinata. 595.
6 Quæ eſt iſta quæ progreditur. 624.
6 Reruetere, reuertere. 379.
6 Vna eſt columba mea perfecta mea. 817.
6 Deſcendi in hortum nucum. 852.
7 Egrediamur in agrum. 278.
7 Dilecte mi commoremur in villis. 288.
7 Naſus tuus ſicut turris. 607.
7 Omnia poma noua & vetera. 608.
8 Soror noſtra parua eſt & vbera non habet. 68.
8 Lampades aius, lampades ignis atque flammarum. 105.
8 Fortis eſt, vt mors dilectio. 151.
8 Sub arbore fici ſuſcitaui te. 168.
8 Ducam te in cubiculum. 340.
8 Quæ eſt iſta, quæ deſcendit. 432.
8 Fortis vt mors dilectio. 251.
8 Quæ habitas in hortis. 379.
8 Soror noſtra parua eſt & vbera. 837.
8 Quid faciemus ſorori noſtræ. 483.


## *Sapientiæ.*


1 Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo. 629.
2 Venite ergo, fruamur bonis. 95.
2 Hæc mors inuidia diaboli intrauit.
2 Nemo ſit expers luxuriæ noſtræ. 788.
4 Qualis ager talia & ſemina. 545.
4 Multigena impiorum multitudo. 806.
5 Cogitationes eorum apud altiſſimum. 459.
5 Tranſierunt omnia illa. 472.
5 Sol non ortus eſt nobis. 497.
5 Spes impij tanquam lanugo. 240.

5 Laſſati ſumus in via iniquitatis. 518
5 Quid nobis profuit ſuperbia. 532.
5 Ambulauimus vias difficiles. 568.
5 Nullum ſit pratum, quod non pertranſeat luxuria no-ſtra. 853.
5 Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum. 737.
5 Quid profuit ſuperbia. 819.
6 Rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt. 753.
10 Tranſuexit illos per aquam nimiam. 290.
11 Per quæ, quis peccat. 465.

## *2. Eccleſiaſticus.*

2 Nullus ſperauit in domino & confuſus eſt. 220.
2 Væ duplici corde. 377.
5 Cor durum male habebit. 337.
3 Væ duplici corde. 332.
3 Dedecus filij pater ſine honore. 189.
4 Funiculus triplex difficile rumpitur. 680.
4 Funiculus triplex difficile rumpitur. 461.
5 Ne dicas peccaui & quid mihi accidit. 127.
5 Ne tardes conuerti ad dominum. 253.
5 Altiſſimus patiens eſt redditor. 334.
5 De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu. 546.
7 Noli quærere fieri iudex. 663.
7 Noli quærere ab homine ducatum. 764.
7 Memento iræ. 417.
7 Inueni amariorem morte mulierem. 474.
7 Vindicta carnis impij. 466.
8 Non incendas carbones. 588.
8 Ne ſpernas hominem in ſenectute. 744.
8 Cum fatuis conſilium non habeas. 846.
9 Propter ſpeciem mulieris multi perierunt. 496.
9 Virginem ne conſpicias. 408.
9 Colloquium mulieris. 499.
10 Qualis rector eſt ciuitatis. 628.
10 Secundum iudicem populi. 430.
10 Iudex ſapiens iudicabit populum. 753
10 Rex inſipiens perdet populum. 765.
10 Rex inſipiens perdet populum. 135.
10 Qualis rector ciuitatis, tales inhabitantes in ea. 198.
11 Ab vna ſcintilla augetur ignis. 716.





11 Benedictio dei in mercedem. 389.
12 Non agnoſcetur in bonis amicus. 771.
13 Omnis homo ſimili ſuo ſociabitur. 512.
13 Qui communicauerit ſuperbo, induet. 565.
15 Aqua ſapientiæ ſalutaris. 410.
15 Non enim eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. 591.
17 Conuertere ad dominum. 740.
17 A conſiliario ſerua animam tuam. 846.
18 Poſt concupiſcentias tuas non eas. 94.
18 Languor prolixus grauat medicum. 152.
18 Ante languorem adhibe medicinam. 232.
19 Amictus corporis & riſus dentium. 195.
20 Sapiens in verbis producet ſeipſum. 15.
20 Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato. 823.
21 Qui odit correptionem. 418.
21 Fili peccaſti, ne adiicias iterum. 475.
21 Fili mi peccaſti, ne adiicias iterum. 626.
22 Sicut ornatus arenoſus in pariete limpido. 95.
22 Confuſio eſt de filio indiſciplinato. 584.
23 Homo nequam in ore carnis ſuæ. 92.
24 Ego quaſi Terebynthus ramos meos extendi. 526.
25 Tres ſpecies odiuit anima mea. 742.
25 In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo. 175.
25 In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo. 431.
28 Flagelli plaga liuorem facit. 311.
30 Fili miſerere animæ tuæ. 692.
31 Exultatio eſt cordis & animæ vinum moderatè potatum. 499.
32 Rectorem te poſuerunt. 284.
37 Cum viro ſancto aſſiduus eſto. 97.
37 Vide an direxit in veritate. 512.
38 Vnctionem conficiet ſanitatis. 720.
42 Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam. 542.

## *Iſaias.*

1 Auribus percipe terra. 66.
1 Auribus percipe terra. 79.
1 Quieſcite agere peruerſe. 115.
1 Omne caput languidum, & omne cor mœrens. 135.
1 Cognouit bos poſſeſſorem ſuum. 50.
1 Si fuerint peccata veſtra velut pannus puniceus. 166.

1 Terra veſtra deſerta ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni. 209.
1 Super quo percutiam vos vltra. 236.
1 Vulnus,& liuor & plaga tumens non eſt circumligata. 266.
1 Regionem veſtram alieni coram vobis deuorant. 284.
1 Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis. 329.
1 A planta pedis. 345.
1 Omne cor mœrens,& omne caput languidum. 375.
1 Audite verbum domini. 381.
1 Omne caput languidum,& omne cor. 381.
1 Quieſcite agere peruerſe. 305.
1 A planta pedis. 401.
1 A planta pedis. 405.
1 Cum extenderitis manus veſtras. 456.
1 A planta pedis vſque. 647.
1 A planta pedis vſque ad verticem. 712.
1 Omne cor mœrens & caput languidum. 724.
1 Erubeſcetis ſuper hortos. 490.
1 Væ genti peccatrici. 531.
1 Vulnus,& liuor,& plaga. 552.
1 Audite verbum domini principes Sodomorum. 578.
1 Erubeſcetis ſuper hortos quos elegeratis. 840.
2 Repleta eſt terra argento & auro. 770.
2 Verbum quod vidit Iſaias. 793.
2 Et reſtituam conſiliarios. 381.
2 Ecce dominator dominus exercituum. 514.
3 Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ ſion. 120.
3 Quia lingua eorum,&adinuentiones eorum contra dominum. 193.
3 Quia lingua eorum,& adinuentiones eorum. 213.
3 Auferet dominus omne robur panis, & omne robur aquæ. 212.
3 Erit pro ſuaui odore fœtor. 224.
3 Filiæ ſion nutibus oculorum ibant. 270.
3 Qui vos beatos dicunt. 346.
3 Dominus crinem earum nudabit. 453.
3 Veſtimentum tibi eſt,princeps eſto noſter. 465.
3 Peccata noſtra reſponderunt nobis. 630.
3 Ruit Ieruſalem,& Iuda concidit. 641.
3 Tumultuabitur puer contra ſenem. 651.
3 Peccatum ſuum,quaſi Sodoma. 744.
3 Agnitio vultus eorum reſpondebit eis. 529.
638.

4 Conflabunt

4 Conflabunt gladios ſuos. 314.
4 Apprehendent ſeptem mulieres. 341.
4 Ego ipſe ſum,qui deleo. 528.
5 Expectaui,vt faceret vuas & fecit labruſcas. 106.
5 Vinea domini Sabbaoth. 279.
5 Sepiui eam,& lapides elegi ex illa. 288.
5 Væ,qui dicitis malum bonum. 727.
5 Væ,qui trahitis,iniquitatem infuniculis. 776.
5 Ecce feſtinus velociter veniet. 802.
5 Vinea domini Sabbaoth,domus Iſrael eſt. 810.
6 Quem mittam? Et dixi,ecce ego,mitte me,& dixit,vade. 13.
6 Pollutus labiis ego ſum. 376.
6 Seraphin ſtabant ſupter illud. 440.
7 Ecce virgo concipiet, 32.
7 Ecce virgo concipiet. 96.
7 Et qui derelictus eſt Iaſub filius tuus. 123.
7 Niſi credideritis,non intelligetis. 325.
7 Caput Siriæ Damaſcus & caput Damaſci Raſin. 317.
8 Sume tibi librum grandem. 61.
8 Accelera,ſpolia detrahere. 68.
8 Erit executio alarum eius. 309.
8 Accelera,ſpolia detrahere. 333.
8 Congregamini populi & vincimini. 843.
9 Cor Ægypti tabeſcere faciam. 375.
9 Multiplicaſti gentem. 436.
9 Propheta docens mendacium. 455.
9 Populus non eſt reuerſus. 151.
10 Bos cognouit poſſeſſorem ſuum. 117.
10 Aſſur virga furoris mei. 315.
11 Habitabit lupus cum agno & pardus cum hædo. 173.
11 Percutiet terram virga oris ſui. 290.
11 Habitabit lupus cum agno. 307.
11 Delectabitur in fans ab vbere. 312.
11 Terra repleta eſt ſcientia domini. 427.
11 Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium. 578.
11 Si quæritis,quærite. 647.
11 Leo & ouis ſimul morabuntur. 654.
13 Requieſcent ibi beſtiæ. 209.
13 Vxores eorum violabuntur. 533.
13 Viſitabo per orbem mala. 456.
15 Brachio ſuo congregabit agnos. 278.

51 Nocte

15 Nocte vaſtata eſt Moab.
17 Oculi hominis ad ſanctum Iſrael. 415.
18 Ante meſſem totus effloruit. 344.
19 Conſilium eius præcipitabo. 714.
20 Et fecit ſic vadens nudus, & diſcalceatus. 843.
21 A facie gladiorum fugerunt. 63.
23 Venite & ambulemus in luce domini. 823.
23 Erunt ſicut paradiſus aquam non habens. 62.
23 Multiplicauit Ieruſalem fornicationes ſuas. 207.
26 Miſereamur impio. 776.
26 Abſcondere modicum admomentum. 565.
26 Anima mea deſiderauit. 683.
27 Viſitauit ingladio ſuo duro. 687.
28 Vexatio dabit intellectum. 573.
28 Ponam in pondere iudicium. 741.
28 Pallium breue vtrunque operire non poteſt. 847.
28 Nonne cum adæquabit terræ faciem. 107.
28 Nolite illudere, ne forte cōſtringant vincula veſtra. 171.
28 Nunquid tota die arabit. 202.
28 Ponam iudicium in pondere. 622.
29 Claudet oculos veſtros & prophetas. 437. 361.
29 Væ qui profundi eſtis corde. 211.
30 Væ filij deſertores, qui ambulatis, vt deſcendatis in Ægyptum. 615.
30 Propterea expectat Dominus, vt miſereamur veſtri. 180.
30 Dabitur pluuia ſemini tuo. 190.
30 Onus iumentorum auſtri. 316.
30 Væ filij deſertores. 750.
30 Subito dum non ſperatur, veniet contritio eius. 512.
30 A voce domini pauebit Aſſur. 803.
31 Conuertimini ſicut in pro. 679.
31 Væ qui deſcendunt in Ægyptum. 614.
11 Dominus inclinauit manum ſuam & corruet. 298.
31 Receſſeratis filij Iſrael. 797.
32 Stultus fatua loquetur. 370.
33 Quis habitabit de vobis cum igne deuorante. 15.
33 Recogitabo tibi omnes annos meos. 109.
33 Luxit, & elanguit terra. 634.
33 Qui obturat aures ſuas. 316.
33 Quia aſcendit Sennacherib. 395.
34 Non erit tranſiens per eam, & poſſidebunt eam onocrotalus. 825. 209.





35 Tunc aperientur oculi cæcorum. 162.
36 Hæc dicit Rex Aſſyriorum, Facite mecum benedictionem. 259.
36 Qui petierunt auxilium, baculus. 747.
38 Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine animæ meæ. 385.
38 Sicut pullus hirundinis, ſic clamabo. 143.
40 Conſolamini conſolamini populum meum. 275.
40 Tu qui Euangelizas Sion. 768.
40 Super montem excelſum, 608.
40 Qui ſperant in Domino. 298.
40 Loquimini ad cor Ieruſalem. 422.
40 In brachio ſuo. 920.
42 Lignum fumigans non extinguet. 67.
42 Dominus ſicut fortis egredietur. 76.
42 Tacui, ſemper ſilui. 480.
42 Non eſt qui dicat, redde. 259.
42 Non erit triſtis. 97.
42 Semper ſilui, & patiens fui. 379.
43 Glorificabit me beſtia agri. 166.
44 Sumpſit ex eis. 507.
45 Ego ſuſcitaui eum. 368.
45 Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro. 285.
46 Audite me duro corde. 471.
46 Redite præuaricatores ad cor. 491.
46 Conſilium meum ſtabit. 717.
47 Denuda turpitudinem tuam diſcooperi. 193.
47 Veniet repente miſeria. 417.
50 Poſui faciem meam vt petram. 95.
49 De ventre matris meæ vocauit me dominus. 833.
49 In vacuum laboraui ſine cauſa. 690.
50 Poſui faciem meam vt petram duriſſimam. 96.
50 Attendite ad petram, vnde ſciſi eſtis. 27.
50 In ſceleribus veſtris. 343.
51 Eleuare, Eleuare, conſurge. 690.
51 Attendite ad Abraham patrem. 761.
51 Audite me qui ſequimini. 371.
51 Eleuare, Eleuare, conſurge. 742.
53 Audite me qui ſequimini. 371.
53 Sicut ouis ductus eſt ad occiſionem. 32.
53 Brachium domini cui reuelatum eſt. 33.

54 In momento indignationis abſcondi faciem. 830.
54 Ad punctum in modico dere liquite. 681.
55 Derelinquat impius viam ſuam. 460.
55. Verbum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum. 13.
55 Non ſunt viæ meæ viæ veſtrę. 345.
55 Quomodo deſcendit imber. 689.
56 Canes muti ſpeculatores eius. 410.
57 Impij quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt. 19.
57 Iuſtus perit. 479.
57 In multitudine viæ tuæ laboraſti. 775.
57 In multitudine viæ tuæ laboraſti. 527.
57 Impij quaſi mare feruens. 850.
57 Impij quaſi mare feruens. 528.
57 Non in ſempiternum litigabo. 681.
57 Propter peccatum modicum contriſtaui illum. 257.
57 Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum. 277.
58 Quaſi tuba exalta vocem tuam. 755.
58 Quaſi tuba exalta vocem tuam. 760.
58 Frange eſurienti panem. 701.
59 Telas araneæ texuerunt, telæ eorum. 843.
59. Indutus eſt Dominus veſtimentis. 529.
60 Suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis. 275.
60 Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant. 747.
60 Qui ſunt iſti qui vt nubes. 773.
62 Propter Ieruſalem non quieſcam. 818.
62 Propter Sion non tacebo. 984.
62 Omnia deſiderabilia noſtra reuerſa ſunt in vaſtationem. 793.
65 Puer centum annorum morietur. 743.
66 Et terra ſcabellum pedum eius. 87.
66 Et terra ſcabellum pedum eius. 67.
66 Vermis eorum non morietur. 465.
66 Videbunt cadauera virorum. 470.

*Ieremiæ*

1 Ad omnia quæ mittam te ibis. 13.
1 Ah, Ah domine Deus ecce neſcio loqui. 83.
Virgam vigilantem ego video. 327.
1 Conſtitui te ſuper gentes hodie. 370.
1 A facie Aquilonis exardeſcunt mala. 384.
2 Pater tuus fecit iudicium. 363
2 Ecce dedi verba mea. 422.
2 Et in alis tuis inuētus eſt ſanguis animarum pauperum 221.
2 Omnes qui quærunt eam, non deficient. 245.
2 Audite verbum domini, quod locutus eſt. 246.
2 Ego plantaui te vineam electam. 286.
2 Abſque peccato ſum. 404.
2 Quid niteris bonam oſtendere. 458.
2 Obſtupeſcit cœlum ſuper hoc. 710.
2 Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. 775.
2 Scito, & vide quia malum eſt. 665.
2 Cum corripientur propter iniquitates ſuas. 824.
2 Me derelinquerunt fontem aquæ viuæ. 840.
2 Miſi ad vos ſeruos meos. 674.
3 Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. 66.
3 Saltem amodo voca me, pater meus es tu. 166.
3 Polluiſti terram in fornicationibus tuis. 209.
3 Tu fornicata eſt cum multis. 326.
3 Audite verbum domini. 381.
4 Ecce, auditum eſt in Ieruſalem. 371.
4 Omne volatile receſſit. 402.
4 Vſquequo morabuntur in te. 459.
5 Forſitam pauperes ſunt, & ſtulti, ignorantes verbum domini. 201.
5 Percuſſiſti eos, & non doluerunt. 236.
5 Prophetæ prophetant mendacium. 410.
5 Ecce ego dabo populum iſtum ruinas. 652.
6 Erudite Ieruſalem, ne forte recedat anima mea. 201.
7 Defecit à te ſufflatorium. 644.
7 Nolite confidere in verbis mendacibus dicentes. 209.
7 Noli orare pro populo hoc. 738.
7 Nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo. 80.
8 Nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo. 71.
8 Congregans congregabo eos. 793.
8 Dolor meus ſuper dolorē, in me cor meum mœrēs. 789.
8 Quare auerſus eſt populus iſte. 731.
8 Nunquid non eſt reſina in Galaad. 632.
8 Nullus eſt, qui agat pœnitentiam. 635.
8 Non in ferris triturabitur Gith. 672.
9 Ecce cibabo populum iſtum. 143.

9 Non glorietur fortis in fortitudine eius. 111.
9 Abierunt poſt prauitatem cordis ſui. 275.
9 Quis dabit me in ſolitudine. 311.
9 Non glorietur ſapiens. 427.
9 Vnuſquiſque à proximo ſuo ſe cuſtodiat. 717.
10 Argento & auro decorauit illud. 239.
10 Paſtores multi demolliti ſunt Vineam. 811.
10 Corripe me Domine in iudicio. 427.
10 Quia ſtulte egerunt paſtores. 722.
11 Reuerſi ſunt ad iniquitatem patrum ſuorum. 78.
11 Quare factus eſt dolor meus perpetuus. 254.
13 Si poteſt Ethiops mutare pellem ſuam. 861.
13 Vade, & poſſide tibi lumbare lineum. 96.
13 Quare via impiorum proſperatur. 118.
13 Dorſum & non faciem oſtendam eis. 668.
13 Domine fac propter nomen tuum. 667.
14 Si peccata noſtra reſponderunt nobis. 641.
15 Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. 58.
15 Dabo te populo huic in murum æreum. 482.
15 Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. 699.
16 Regnum Iſrael diis alienis ſeruit, qui non dant illis requiem. 116.
16 Seruietis diis alienis qui non dabunt vobis requiem. 237.
16 Seruietis diis alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. 527.
16 Seruietis diis alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. 873.
17 Seruire te faciam inimicis tuis de terra quam ignoras. 265.
17 Maledictus qui ponit carnem brachium ſuum. 121.
17 Maledictus homo qui confidit in homine. 235.
17 Sicut ventus ſubſolanus diſperdam eos. 858.
17 Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo. 742.
18 Si pœnitentiam egerit gens illa. 71.
18 Sicut ventus vrens diſpergam eum. 809.
18 Deſcendam in domum figuli, & ibi audies verba mea. 671.
19 Ecce ego inducam afflictionem ſuper locum iſtum. 122.
20 Sit homo ille, vt ſunt ciuitates, quas ſubuertit Dominus, & non. 519.
22 Vſquequo lugebit terra, & omnis regionis herba. 260.
22 Pater tuus comedit. 387.
22 Liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris. 837.
23 Quemadmodum non numeratur militia cœleſtis. 155.
23 Nunquid non cœlum & terram ego impleo. 666.
23 Hoc eſt nomen, quod vocabunt eum. 817.
24 Vos non viſitaſtis gregem meum. 162.
24 Locutus eſt ad vos Ieremias de nocte conſurgens. 868.
25 Vlulate paſtores. 437.
26 Si forte audirent & conuertantur. 796.
27 Ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor. 36.
27 Catenam in collo ferebat. 61.
28 Hæc dicit Dominus. 9.
29 Pro eo quod fecerunt ſtultitiam. 198.
30 Conteram iugum eius de collo tuo. 284.
30 Plaga inimici percuſſi te. 553.
30 Seruirent domino ſuo. 378.
30 Plaga inimici percuſſite. 443.
30 Caſtigo te in iudicio. 553.
30 Ego reddam regi tributa. 554.
31 Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum. 220.
31 Non docebit vir fratrem ſuum. 251.
31 Dabo legem meam. 337.
31 Patres noſtri comederunt vuam acerbam. 717.
22 Nunquid verba mea non ſunt quaſi ignis. 854.
32 Domine Deus qui reddis iniquitatem patrum. 113.
32 Si dimicaueritis aduerſus Chaldæos, nihil proſperum habebitis. 233.
44 Sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina. 869.
46 Fortis impegit in fortem. 868.
47 Ecce aquæ deſcendent ab aquilone. 682.
48 Erit Moab in deriſum omnibus. 703.
48 Quaſi aquila volabit. 309.
49 Aquila vna grandis magnarum alarum. 755.
50 Gladius ad equos eius, & ad currus eius. 120.
50 In Sion interrogabunt viam. 206.
50 Grex perditus factus eſt populus eius. 722.
51 Tempus vltionis eſt à Domino, viciſſitudinem ipſe retribuet ei. 271.

## Threni Ieremiæ.

1 Recordata eſt Ieruſalem dierum afflictionis ſuæ. 793.
1 Vocauit aduerſum me tempus. 360.
1 Recordata eſt Ieruſalem. 358.
1 De excelſo miſit ignem tribulationis. 741.
1 Vindemia eos,ſicut vindemiaſti me. 742.
2 Magna eſt velut mare contritio tua. 654.
3 Pars mea Dominus,dicit anima mea. 105.
3 Miſericordiæ domini,quia non ſumus conſumpti. 129.
3 Ego vir agnoſcens paupertatem meam in virga. 119.
3 Oculus meus deprędatus eſt animam meam. 196.
3 Pars mea Dominus,dicit anima mea. 218.
3 Circum ædificauit aduerſum me vt non egrediar. 228.
3 Quia deprædatus eſt animam tuam. 347.
3 Nos inique egimus. 656.
3 Patres noſtri peccauerunt. 710.
4 Lamiæ nudauerunt mammas ſuas. 144.
4 Qui veſcebantur voluptuoſè,interierunt in viis. 206.
4 Facies denigrata ſuper carbones. 313.
4 Cum reſpiceremus ad gentem. 345.
4 Filij Sion inclyti. 374.
4 Quomodo obſcuratum eſt aurum. 441.
4 Facies ſacerdotum non erubuerunt. 744.
4 Paruuli petierunt panem,& non erat. 617.
5 Ceruicibus minabamur,laſſis non dabatur requies. 516.

## Ezechiel.

1 Spiritus vitæ erat in rotis currus Domini. 167.
1 Et in medio ignis intrinſecus quaſi ſpeciem vidi electri. 173.
1 Cum fuerit vox ſuper firmamentum, quod erat. 263.
1 Cum rotis currus Ezechielis. 599.
1 Alæ animalium currus Domini ſextentæ deſuper. 771.
1 Aperi os tuum. 702.
1 Similitudo vultus eorum facies hominis. 690.
1 Cum incéderent,non reuertebantur. 691
3 Vident vana,& diuinant mendacium. 13.





3 Ecce gloria Domini ſtabat. 279.
3 Vt adamantem & vt ſilicem dedi faciem eorum 664.
3 Dominus Iſrael attrita fronte eſt. 696.
3 Ne timeas eos,neque metuas. 699.
3 Speculatorem dedi te domui Iſrael. 79.
3 Speculatorem dedi te domui Iſrael. 603.
3 Veni ad tranſmigrationem. 608.
4 Sume tibi laterem & deſcribes in eo ciuitatem. 27.
4 Ecce ego auferam à te deſiderium oculorum. 63.
4 Ah, Ah, Ah, Dominus Deus, ecce anima mea. 83.
4 Diem pro anno dedi tibi. 360.
4 Sic comedent filij Iſrael. 370.
4 Sic comedent filij Iſrael. 386.
4 Tu fili hominis ſume tibi laterem. 471.
6 Ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerunt. 244.
8 In abſcondito cubilis ſui. 419.
8 Dominus non videt. 211.
8 Eduxit me in atrium exterius. 236.
9 Dereliquit Dominus terram. 211.
9 Vas interfectionis. 458.
9 A ſanctuario meo incipite. 760.
9 A ſanctuario meo incipite. 596.
10 Species rotarum currus Domini. 688.
10 Homo veſtitus lineis. 306.
10 Cherubin habebant ſimilitudinem manus hominis. 356.
10 Imple manum tuam prunis. 392.
10 Imple manum tuam prunis. 855.
11 Dabo eis cor carneum. 337.
13 Dolore repleberis,calice mæroris & triſtitiæ. 257.
13 Complebo indignationem meam.
13 Quaſi vulpes in deſerto. 455.
13 Erumpere faciam ſpiritum tempeſtatum. 797.
13 Ipſe ædificabat parietem. 626.
13 Non oppoſuiſtis vos murum. 511.
13 Linguam tuam adhærere faciam. 211.
16 Ego dedi vias tuas in capite tuo. 67.
16 Indui te biſſino & ſubtilibus. 13.

16 Multiplicaſti fornicationem tuam ad irritãdum me. 263
16 Omnibus meretricibus dantur mercedes. 352.
16 Expandi amictum meum. 419.
16 Inquo mundabo cor tuum. 357.
16 Hæc fuit iniquitas ſodomæ. 707.
16 Iuſtificata eſt ſodoma ex te. 841.
16 Radix tua,& generatio tua. 545.
16 Zelus meus recedet à te. 553.
16 Pater tuus Amorrheus. 866.
17 Aquila grandis magnarum alarum. 309.
17 Rex Babylonis. 373.
17 Aquila grãdis magnarum. 755.
17 In terra bona ſuper aquas multas plantata eſt, vt facile frondes. 858.
18 Conuertimini,& agite pœnitentiam. 71.
18 Dentes filiorum obſtupuerunt. 112.
18 Omnes animæ meæ ſunt. 112.
18 Nolo mortem peccatoris. 283.
20 In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos. 80.
20 Adducam vos de populis, & congregabo vos de terris. 275.
20 Et ſubiiciam vos ſceptro meo. 841.
21 Tu autem profane,impie, Rex Iſrael. 270.
21 Mucro,mucro euagina te. 315.
21 Aufer cidarim. 451.
22 Ecce,ego congregabo vos congregatione argenti. 110.
22 Ciuitas effundens ſanginem in medio tui. 270.
23 Cumque veniſſent ad eam filij Babylonis. 630.
23 Multiplicauit Ieruſalem fornicationes ſuas. 776.
23 Nomina earum Oolla maior. 568.
24 Fili hominis ſcribe tibi. 415.
24 Multo labore ſudatum eſt. 690.
24 Immunditia tua execrabilis. 657.
24 Pone hanc ollam vacuam. 646.
24 Multo labore ſudatum eſt. 575.
26 Beſtiis terræ dedi ad deuorandum. 266.
30 Sciant quia ego dominus. 797.
34 Væ paſtoribus. 462.
34 Percutiam arcum tuum. 117.
34 Suſcitabo ſuper oues meas paſtorem vnum. 171.
34 Vos greges mei,greges paſcuæ meæ. 267.
34 Habitabunt indeſerto ſecure. 314.





34 Diſperſi ſunt greges mei. 331.
34 Ego ero eis in Deum. 350.
34 In paſcuis vberrimis paſcam eas. 617.
40 Ecce vir,cuius erat ſpecies,quaſi ſpecies eris. 853.
46 In porta eſt princeps. 487.
47 Princeps erit in medio eorum, cum ingredientibus ingredietur. 36.
47 Princeps in medio eorum erit. 628.

## *Daniel.*

1 Pueris autem his abſtinentibus dedit ſcientiam. 496.
1 Legumina præpoſuerunt cibus regiis. 564.
2 Abimelech habebat ſeruos moribus corruptos. 810.
3 Tunc Nabuchodonoſor in furore. 602.
3 Non oportet nos de hac re reſpondere tibi. 855.
3 In veritate,& in iudicio induxiſti. 742.
4 Eiiciente te ab hominibus,& cum beſtiis feriſque. 66.
4 Nabuchodonoſor dum ſe ſuperbè eleuat. 805.
4 Rex vocatur arbor in medio terræ ſita. 845.
5 Appenſus es in ſtatera. 395.
5 Vidit Baltaſſar Rex inſuperficie parietis digitos. 847.
7 Hircus caprarum magnificauit. 215.
9 Poſt hebdomadas ſexaginta occidetur Chriſtus. 146.
9 Non in iuſtificationibus noſtris. 670.
9 Auertatur obſecro ira tua. 724.
10 Non remanſit in eo fortitudo. 635.
12 Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos,quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. 158.
13 Suſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris. 232.
13 Erubuerunt ſerui vehementer. 252.
13 Ecce oſtia pomerij clauſa ſunt. 723.
13 Egreſſa eſt iniquitas de Babylone. 743.
13 Inueterate dierum malorum. 498.
13 Species decepit te. 524.
13 Sub ſchino alter vero ſub prino. 527.
13 Quid Suſanna ſanctius. 546.
14 An non vides,quanta comedat & bibat quotidie. 242.
14 Daniel ſerue dei. 423.
14 Exiſtimabant ſacerdotes Bel. 722.

## *Hoſſeas.*


1 Fornicatione fornicati ſunt. 181.
2 Ducam eam inſolitudinem. 436.
4 Non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fuerint fornicatæ. 108.
4 Ego ſcio Ephraim, contaminatus eſt Iſrael. 132.
8 Ipſi regnauerunt & non per me. 287.
9 Quaſi aquila ſuper domum Domini. 309.
9 Interficiam amantiſſima eorum. 213.
10 Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. 184.
11 In vinculis charitatis. 304.
12 Iudicium Domini cum Iuda, & viſitatio ſuper Iacob. 101.


## *Ioel.*


1 Computruerunt vt iumenta in ſtercore ſuo. 479.
1 Computruerunt vt Iumenta. 585.
1 Vocate cætum, congregate ſenes. 681.
2 Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum. 129.
2 Poſui vineam meam deſertam. 187.
2 Inter veſtibulum, & altare. 430.
2 Conuertimini ad me in toto corde veſtro. 631.
3 Erit Ieruſalem ſancta. 373.
3 Filios Iuda & filios Ieruſalem. 658.


## *Amos.*


4 Nunquid rugiet leo in Sylua. 849.
5 Conuertitis Iudicium. 390.
5 Odio habuerunt corripientem. 418.
6 Optimates capita eorum. 194.
8 Mittam famem in terra non famem panis. 207.
8 Conuertam feſtiuitatem in luctum. 271.
9 Ponam oculos meos ſuper eos in malum. 246.


## *Ionas.*


1 Patiar ego famem. 771.
2 Cum anguſtiaretur in me anima mea. 678.


4 Bene




4 Bene iraſcor ego vſque ad mortem. 531.


## *Michaas.*


13 Et tu Bethleem terra iuda nequaquam. 228.
7 Præcoquas ficus deſiderauit anima mea. 255.
7 Ne læteris inimica mea. 315.
7 Væ mihi quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos. 2.


## *Nahum.*


1 Dominus in tempeſtate & in turbine ira eius. 766.
3 Reuelabo pudenda tua in facie tua. 250.


## *Habacuc.*


2 Lapis de pariete clamabit, & lignum. 252.
2 Si moram fecerit, expecta eum. 333.
2 Peccauit anima tua. 641.
2 Super cuſtodiam meam ſtabo. 480.
2 Super cuſtodiam meam ſtabo. 487.
3 Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. 127.
3 Cumulum aquarum, pro mari. 359.
3 Mentietur opus oliuæ. 786.


## *Aggæi.*


1 Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. 57.


## *Zacharias.*


1 Ira magna ego iraſcor. 681.
1 Ira magna ego iraſcor. 556.
2 Accipe calamum menſuræ. 361.
2 Leuaui oculos meos. 438.
5 Ecce talentum plumbi. 517.
6 Ecce vir oriens nomen eius. 236.
7 Aures ſuas aggrauauerunt, ne audirent, & cor ſuum poſuerunt, vt adamantem. 20.




9 Ecce

9 Ecce, Rex tuus veniet tibi iuſtus. 76.
9 Vinum dei germinans virgines. 281.
Exibit vt fulgur. 380.
10 Super paſtores iratus eſt furor eius. 381.
10 Ad terram Galaad, & Libani adducam eos. 733.
11 Sumpſi mihi duas virgas, & alteram vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum. 149.

## *Malachias.*

1 Onus domini ad Iſrael in manu Malachiæ. 12.
1 Si ego pater, vbi eſt honor meus. 218.
1 Si ego Dominus. 301.
2 Magnum eſt nomen meum in gentibus. 187.
2 Labia ſacerdotis. 374.
3 Labia ſacerdotis. 429.

## *1. Machabæorum.*

2 Nos habentes ſolatio ſanctos. 391.
2 Facile eſt, concludi multos in manu paucorum 121.
3 Facile eſt, concludi multos in manu paucorum. 139.
6 Et incidit in languorem præ triſtitia. 257.
6 Demus dextras hominibus iſtis. 263.
6 Refulſit ſol in clypeos. 590.
6 Antiochus certaturus cum Iuda, fecit prius canere tubis. 759.
9 Elegit Bachides viros impios. 764.

## *2. Liber Machabæorum.*

4 Menelaum quidem vniuerſæ malitiæ reum. 136.
6 Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus. 231.
6 Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus 587.
7 Pro peccatis noſtris patimur. 315.
7 Tu qui inuetor omnis malitiæ factus es in Hebræos. 651.
7 Nos propter nosmetipſos hoc patimur. 687.
7 Tu qui inuentor omnis malitiæ. 707.
8 Poſt Sabbathum diuiſerunt ſpolia debilibus, orphanis, & viduis. 838.
9 Qui vniuerſa conſpicit dominus Deus Iſrael, percuſſit eum inſanabili plaga. 679.





13 Antiochus Iudæos eſt deprecatus. 308.

## *Euangelium ſecundum Matthæum.*

2 Defuncti ſunt, qui quærebant animam pueri. 307.
2 Ecce, Magi ab oriente venerunt. 226.
2 Qui quærebant animam pauperi. 316.
2 Ex Ægypto vocaui Flium meum. 833.
5 Beati qui lugent. 297.
5 Ei qui voluerit tecum contendere. 314.
5 Diligite inimicos veſtros. 316.
5 Vos eſtis lux mundi. 430.
5 Beati pauperes ſpiritu. 434.
5 Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. 776.
5 Nonne anima plus eſt, quam eſca. 787.
5 Qui te percuſſerit in vnam maxillam. 822.
5 Sic luceat lux veſtra coram hominibus. 856.
5 Sint lucernæ ardentes. 862.
6 Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundũ lucretur. 204.
6 Primum quærite regnum dei, & iuſtitiam eius. 204.
6 Quærite primum Regnum dei, & hæc omnia. 230.
6 Theſaurizate vobis. 339.
6 In ignem mittetur. 403.
6 Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo. 616.
7 Domine nonne in nomine tuo prophetauimus. 28.
7 Eiice prius trabem de oculo tuo. 187.
7 Hypocrita, eiice primum trabem. 406.
7 Noli ſanctum dare canibus. 588.
7 Non poteſt arbor mala. 544.
8 Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos. 19.
8 Miſericordiam volo, & non ſacrificium. 109.
8 Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos. 778.
6 Diſcite, quid eſt miſericordiam volo & non ſacrificium. 284.
9 Non opus eſt valentibus medicus. 555.
10 Nihil occultum quod non reueletur. 252.
10 Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes. 747.
10 Prædicate ſuper tecta. 785.
10 Tolerabilius erit Sodomæ, & Gomorrhæ. 839.
10 Eſtote ſimplices ſicut columbæ. 852.
10 Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum. 579.

10 Qui perſeuerauerit vſque in finem.
11 Regnum cœlorum vim patitur. 691.
11 Regnum cælorum vim patitur. 149.
11 Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. 636.
11 Veruntamen dico vobis Tyro,& Sidoni. 820.
13 Venit inimicus & ſuperſeminauit zizania. 877.
13 Congregate triticum in horreum. 41.
13 Simile eſt Regnum cœlorum fermento. 172.
14 Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus. 710.
15 Ab eo enim exeunt cogitationes prauæ. 838.
15 Si cæcus cæco ducatū præſtet. 631.
16 Cauete à fermento Phariſæorum. 763.
17 Vade poſt me Satana. 720.
18 Si non lauero te. 829.
18 Vade & corripe eum. 404.
18 Væ mundo ab ſcandalis. 418.
18 Niſi efficiamini ſicut paruuli. 785.
18 Væ mundo ab ſcandalis. 832.
19 Quis putas maior eſt in regno cælorum. 838.
19 Cum facis prandium,aut cœnam. 779.
19 Si vis ad vitam ingredi. 820.
20 Reges gentium dominantur. 472.
20 Simile eſt Regnum cælorum homini patri familias. 232.
21 Mittam filium meum,ipſum forſan reuerebuntur. 683.
21 Auferetur a vobis Regnum dei. 201.
21 Locauit paterfamilias vineam ſuam. 248.
22 Ligatis manibus & pedibus mittite eum. 729.
22 Simile eſt Regnum cælorum homini Regi. 20.
22 Quomodo huc intraſti non habens veſtem. 326.
23 Quoties volui congregare filios tuos. 629.
23 Væ vobis Phariſæi hypocritæ quia mundatis. 144.
23 Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. 197.
23 Sicut oues in medio luporū. 207.
23 Ieruſalem,Ieruſalem,quæ occidis prophetas. 316.
23 Quoties volui congregare filios tuos. 424.
23 Ecce ego mitto ad vos. 619.
23 Væ vobis hypocritæ. 700.
23 Implete menſuram patrum veſtrorum. 770.
24 Væ prægnantibus. 518.
24 Sicut in diebus Noe erit Aduentus filij hominis. 96.
24 Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. 110.
178.
24 Sicut fulgur exit ab Oriente. 598.
24 Infine mundi adſonitum tubæ mortui reſurgent. 759.
25 Mitte hunc ſeruum nequam. 686.
25 Ibunt inſupplicium æternum. 413.
25 Vigilate quia neſcitis diem. 120.
25 Statuet hædos à ſiniſtris 644. 853.
25 Statuet agnos à dextris. 853.
26 Quod non nouiſſet hominem. 404.
27 Duo latrones blaſphemauerunt. 307.
27 Emerunt ex illo agrum figuli. 384.
27 Nihil tibi,& iuſto illi. 737.

## *Marcus.*

3 Et impoſuit eis nomina boanerges. 760.
3 Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum renuntiauerunt ei omnia. 234.
6 Herodes natalis ſui cœnam fecit. 729.
6 Omnis enim igne ſalitur,& omnis victima ſale ſalietur. 231.
9 Quantum temporis eſt ex quo ei hoc accidit. 270.
9 Bonum eſt nos hic eſſe. 413.
9 Quantum temporis eſt ex quo ei accidit? 830.
16 Prædicate Euangelium omni creaturæ. 337.
19 Si mortiferum quid biberint non eis nocebit. 307.

## *Lucas.*

1 Concipiens in vtero & paries filium & vocabitur nomen eius Ieſus. 96.
1 Quomodo fiet iſtud. 344.
1 Gloria in altiſſimis deo. 688.
2 Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius. 234.
2 Orbis deſcribitur. 314.
2 Videamus hoc verbum. 380.
3 Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. 12.
3 Sub principibus ſacerdotum. 374.
2 Cuius ventilabrum. 714.
5 Matthæus ſequutus eſt Chriſtum. 316.
5 Non indigent ſani medico.
6 Eleuatis oculis in diſcipulos. 716.

6 Væ vobis qui ridetis. 343.
6 Exiit in montem orare. 764.
6 Omnis qui ſe exaltat humiliabitur. 711.
7 Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. 225.
7 Mulier peccatrix. 312.
7 Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. 585.
8 Quod cecidit ſuper petram aruit. 337.
10 Homo quidam de Ieruſalem in Ierico. 180.
10 Forſitan filium meum verebuntur. 201.
10 Meſſis multa, operarij autem pauci. 336.
10 Samaritanus quidam iter faciens venit ſecus eum, & videns eum, miſericordia motus. 701.
10 Infundens oleum, & vinum, & imponens. 720.
10 Væ tibi Chorozain, væ tibi Bethſaida. 618.
11 Si oculus tuus, nequam eſt, totum corpus erit tenebroſum. 112.
11 Amice commoda mihi tres panes, quoniam. 245.
11 Quis veſtrum habebit amicum. 248.
12 Ignem veni mittere in terram. 46.
12 Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te. 118.
12 Eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis. 119.
12 Si ſciret pater familias qua hora fur veniret. 181.
12 Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te. 252.
13 Stulte hac nocte animam tuam. 37.
12 Sint lumbi veſtri præcincti. 392.
12 Ne gaudeas, ne læteris. 783.
13 Arborem fici habebant. 106.
13 Sin autem in futurum ſuccides. 190.
13 Gaudium eſt angelis dei. 333.
13 Ecce tres anni ſunt. 365.
13 Domine dimitte ficulneam. 524.
13 Cauete á fermento Phariſeorum. 720.
13 Ecce eiicio dæmonia. 768.
14 Cum intraſſet Ieſus domum cuiuſdam principis. 224.
14 Cum facis prandium aut cœnam. 819.
15 Quanti mercenarij ſunt in domo patris mei. 57.
15 Surgam & ibo ad patrem meum. 204.
15 Congratulamini mihi. 327.
15 Solem ſuum oriri facit. 346.
15 Cupio ſaturari ſiliquis. 370.
15 Quanti mercenarij in domo patris mei. 617.


16 Diues


16 Diues induebatur purpura & epulabatur quotidie ſplendidè. 353.
16 Quid faciam? Dominus meus aufert à me. 790.
16 Et habebat villicum. 585.
16 Filij huius ſæculi prudentiores. 613.
17 Si peccauerit in te frater tuus ſepties dimitte illi. 76.
17 Memores eſtote vxoris Loth. 110.
17 Regnum cœlorum intra nos eſt. 280.
18 Non ſum ſicut cæteri hominum. 524.
18 Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra. 201.
18 Nemo bonus niſi ſolus Deus. 756.
18 Deſcendit hic in domum ſuam iuſtificatus. 820.
19 Negotiamini dum venio. 392.
19 Negotiamini dum venio. 629.
19 Diſcipuli gauiſi ſunt viſo Domino. 787.
20 Qui habet aures. 381.
21 Minuta vetulæ grata. 353.
21 Attendite vobis ait Chriſtus, ne forte grauentur corda veſtra. 502.
22 Ego pro te rogaui Petre. 326.
23 Duo latrones blaſphemabant. 307.


## *Ioannes.*


1 Super quem videris ſpiritum. 34.
1 Erat lux vera, quæ illuminat. 76.
1 Quotquot autem receperunt eum. 161.
1 Vidimus glororiam eius, quaſi vnigeniti à patre. 208.
1 Ecce agnus, Dei, ecce qui tollit peccata mundi. 210.
1 Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. 257.
1 Ego vidi, & teſtimonium perhibui. 268.
1 A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. 288.
1 Erat lux vera, quæ illuminat. 687.
1 Ecce agnus Dei, ecce qui tollit. 851.
1 Nam cum poteſtatem acceperis filium Dei fieri. 471.
3 Spiritus vbi vult ſpirat. 508.
3 Spiritus vbi vult ſpirat. 858.
4 Benedixiſti, quia virum non habeo. 239.
4 Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant. 268.
4 Pacem meam do vobis. 317.


4 Leuate

4 Leuate oculos veſtros.
4 Venit mulier de Samaria haurire aquam. 336.
4 Qui biberit ex aqua, quam ego dabo. 586.
4 Sicut audio, iudico, & iudicium meum verum eſt. 840.
5 Sicut audio, iudico, & iudicium meum verum eſt. 268.
5 Vos amici mei eſtis. 434.
5 Scrutamini ſcripturas. 594.
5 Pater non iudicat quemquam. 780.
6 Nolite iudicare ſecundum faciem. 192.
6 Non habent neceſſe ire. 334.
6 Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta. 360.
6 Stagnum Genezareth. 402.
6 Cum vidiſſent, quod fecerat ſignum. 577.
7 Miſerunt principes & Phariſæi. 374.
8 Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. 761.
8 Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. 853.
8 Ego ſum lux mundi. 585.
9 Quandiu in mundo ſum, lux ſum mundi. 40.
10 Nemo poteſt rapere de manu patris mei. 666.
11 Ieſus moriturus erat pro gente. 161.
11 Herodias inſidiabatur illi. 709.
12 Qui mihi miniſtrat me ſequatur. 849.
13 Sciens Ieſus, quia venit hora eius. 218.
13 Nunc clarificatus eſt filius hominis. 404.
13 Exemplum meum do vobis. 855.
13 Non eſt ſeruus maior domino ſuo. 857.
14 Philippe qui videt me. 360.
14 Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. 778.
15 Ego ſum vitis vera. 280.
15 Ego ſum vitis vera. 152.
16 Alias oues habeo, quæ non ſunt de hoc ouili. 171.
17 Non pro eis tantum rogo, ſed pro eis. 171.
18 Nobis non licet interficere quenquam. 367.
19 Non haberes poteſtatem in me niſi datum eſſet. 681.
20 Accipite ſpiritum ſanctum. 320.
20 Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino. 787.
20 Paſce oues meas 321.

## *Acta Apoſtolorum.*

1 Erant perſeuerantes vnanimiter in oratione. 122.174.
1 Eritis mihi teſtes. 336.
1 Apoſtoli erant perſeuerantes vnanimiter. 680.
1 Tu Domine, qui corda noſtri omnium. 764.
2 Erant autem perſeuerantes in doctrina. 691.
3 Interim autem Dominus augebat, qui ſalui fiebant. 171.
3 Et nunc fratres ſcio quia per ignorantiam feciſtis. 524.
4 Solus Rex Herodes. 302.
4 Das ſeruis tuis tuis cum omni fiducia. 759.
5 Non ſero ſed diluculo. 688.
5 Punitus Ananias. 704.
6 Conſiderate ſeptem viros boni teſtimonij. 764.
8 Quæſo Domine de quo propheta loquitur de ſe? an de alio? 23.
8 Eunuchus nunquam lætus Donec à Phillippo baptizatus. 787.
9 Domine audiui à multis de viro hoc. 83.
9 Tabita prædicatur plena bonis operibus. 838.
10 Surge Petre, occide, & manduca. 12.
10 Et vidit cœlum apertum & deſcendens vas. 377.
10 Vigilante memoria retinentes. 362.
10 Eleemoſinæ tuæ aſcenderunt. 413.
10 Occide, & manduca. 447.
11 Barnabas hortabatur permanere in perſeuerantia in domino. 691.
14 Per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei. 144.
17 Suſceperunt verbum. 703.
27 Honoremus fratres mei viros ſanctitate inſignes. 338.

## *Epiſtola ad Romanos.*

1 Qui prædicas non mœchandum, mœcharis? non furandum furaris? 39.
1 Qui prædicas non furandum, furaris? 187.
1 Inuentores malorum parentibus non obedientes. 216.
1 Obſcuratum eſt cor eorum. 498.
1 Quia commutauerunt veritatem. 534.
1 Ire permiſit paſſiones. 538.
1 Prius ſunt plectendi criminum authores. 650.
2 Honor & pax omni operanti bonum. 44.
2 Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt. 153.
2 Confidis te ipſum lumen eſſe. 415.
2 Secundum duritiam tuam. 470.
2 Teſtimonium reddente illis conſcientia. 641.

1 Tu 2 Non

2 Non auditores legis ſed factores. 778.

3 In Adam omnes peccauerunt & egent gloria dei. 158.

4 Crucifixus eſt pro ter delicta noſtra. 320.

5 Spes autem non confundit. 162.

5 Gloriamur in tribulationibus ſcientes. 290.

6 Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc e-rubeſcitis? 88.

6 Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore. 94.

6 Sicut exhibuiſtis membra veſtra. 496.

6 Quem fructum habuiſti tunc. 710.

6 Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro. 105.

8 Quicunque ſpiritu dei aguntur ij filij dei ſunt. 281.

8 Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. 284.

8 Si filij,& hæredes. 413.

8 Deligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. 413.

9 Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum. 303.

8 Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? 516.

8 Orationi inſtantes. 319.

9 Triſtitia magna mihi eſt,& cōtinuus dolor cordi meo. 46.

9 Quod ſi volens Deus oſtendere iram. 154.

9 Si fuerit numerus filiorū Iſrael tanquam arena maris. 155.

9 Et erit in loco, vbi dictum eſt eis. 164.

9 Populus meus es tu. 273.

9 Non currentis,neque volentis opera. 321.

9 Volens ergo indurat Deus 535.

9 Optabam ego ipſe anathema eſſe pro. 418.

10 Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. 282.

10 In omnem terram exiuit. 481.

11 Nonne decebat omnes ſtellas eſſe & ſicut radix ſancta eſt. 159.

12 Quandiu ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum glorificabo. 134.

12 Debet enim eſſe rationale obſequium. 497.

13 Eſt enim deus verax. 9.

13 Non ſine cauſa gladium portat. 18.

13 Dies appropinquauit,abiiciamus opera tenebrarum. 40.

13 Abiiciamus opera tenebrarum. 257.

13 Non ſine cauſa gladium portat. 257.

13 Nox præceſſit dies autem appropinquauit. 674.

13 Non eſt poteſtas niſi à Deo. 684.

13 Non ſine cauſa gladium portat. 851.


*Epiſtola*



## *Epiſtola ad Corinth. I.*


1 Videte fratres vocationem veſtram. 26.

2 Si ego contriſto vos. 689.

2 Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis,potum dedi 68.

3 Vt ſapiens architectus fundamentum poſui. 887.

3 Dei agricultura eſtis. 336.

3 Vt ſapiens architectus fundamentum poſui. 436.

4 Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. 49.

4 Nos ſtulti propter Chriſtum. 74.

4 Quid habes quod non accepiſti? 263.

4 In Chriſto vos genui. 364.

4 Non in ſermone verbum dei. 391.

4 Tempus eſt,vt incipiat iudicium. 598

4 Id quod in præſenti eſt momentaneum. 682.

4 Non vt confundam vos,hæc ſcribo ſed vt. 841.

4 Quid vultis in virga veniam ad vos,an in charitate. 551.

5 Scripſi,ne commiſceamini fornicariis. 152.

5 Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis. 198.

5 Scripſi vobis in Epiſtola. 568.

5 Expurgate vetus fermentum. 746.

5 In fine mundi ad ſonitum tubæ mortui reſurgent. 759.

5 Gratia dei ſum id,quod ſum. 776.

6 Dolendum eſt ſuper eo qui fornicatus eſt. 787.

6 Glorificate,& portate Deum in corpore veſtro. 166.

6 Fugite fornicationem. 497.

6 Nolite errare. 505.

6 Fugite prauorum hominum conſortium. 585.

6 Empti enim eſtis pretio. 688.

7 Tribulationem carnis habebunt huiuſmodi. 67.

7 Perficientes ſanctificationem in timore dei. 94.

7 Sanctificatus eſt vir infidelis. 97.

7 Itaque dico fratres,tempus breue eſt. 119.

7 Præterit figura huius mundi. 160.

7 Hoc itaque dico fratres,tempus breue eſt. 181.

7 Oculus non vidit. 472.

7 Tempus breue eſt. 769.

7 Qui vtuntur hoc mundo. 528.

8 Si quis diligit deum. 622.

10 Nec murmuraueritis,vt quidam eorum. 110.


Q q    10 Nec.

10 Nos ſumus in quos fines ſæculorum. 773.
10 Petra autem erat Chriſtus. 483.
10 Non poteſtis calicem bibere. 563.
10 Petra autem erat Chriſtus. 596.
10 Nemo quod ſuum eſt. 701.
11 Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. 856.
12 Nemo poteſt dicere dominus Ieſus niſi in ſpiritu ſancto. 539.
12 Æmulamini non iniquitatem. 585.
12 Eccleſia quoddam corpus myſticum. 594.
13 Videmus nunc per ſpeculum. 325.
13 Non ex parte cognoſcemus. 678.
13 Charitas enim non ſolum quærit. 678.
14 Omnia in vobis ſecundum ordinem fiant. 171.333.
15 Corrumpunt bonos mores colloquia praua. 456.

## *2.Corinth.*

1 Benedictus dominus pater miſericordiarum & deus. 127.
1 Benedictus dominus qui conſolatur. 655.
1 Deus de tantis periculis nos eripuit. 687.
1 Benedictus deus qui conſolatur. 715.
2 Statui autem hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos. 257.
2 Chriſti bonus odor ſumus. 849.
6 Quæ ſocietas lucis ad tenebras? aut quæ conuentio Chriſti ad Belial. 152.
6 Quaſi triſtes ſemper autem gaudentes. 208.
6 Templum ſanctum dei viui. 661.
6 Vos eſtis templum Dei viui. 619.
8 Qui multum non abundauit & qui modicum non minorauit. 217.
9 Hilarem datorem diligit dominus. 25.
10 In promptu habentes vlciſci omnem inobedientiã. 84.
11 In plagis ſupra modum. 109.
11 Benedictus pater domini noſtri Ieſu Chriſti. 276.
11 Deſpondi vos vni viro. 326.
12 Non quærimus veſtra, ſed vos. 151.

## *Ad Galathas.*

1 Cum placuit ei qui me ſegregauit. 86.
3 Factus pro nobis delictum. 444.
4 Filiorum dei adoptionem recepimus. 217.
4 Quod ſi filius & hæres. 414.
4 Miſit Deus filium ſuum. 687.
6 Fratres & ſi præoccupatus fuerit homo. 126.
6 Si quis præoccupatus fuerit. 335.
6 Quæcunque ſeminauerit homo. 662.540.
6 Alter alterius onera portate. 703.
6 Quæcunque ſeminauerit homo & hæc. 768.
6 Operemur bonum ad omnes. 47.

## *Ad Epheſ.*

1 Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti. 163.343.
1 Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei. 281.
2 Spiritus qui nunc operatur. 630.
3 In charitate bene radicati. 303.
3 Sacramentum hoc magnum eſt. 354.
4 Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. 15.
4 Donec occurramus omnes in vnitatem fidei. 171.
4 Solliciti eſtote adſeruandam vnitatem. 178.
4 Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. 823.
5 Gratias agentes ſemper. 298.
5 Vnuſquiſque vxorem, ſicut ſeipſum. 305.
5 Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. 317.
5 In Chriſto & Eccleſia. 322.
5 Fornicatio neque nomineur in vobis. 497.
5 Hoc ſcitote intelligentes, quod omnis 498.
5 Nolite inebriari vino. 500.
5 Fornicatio & omnis immunditia. 556.
5 Surge, qui dormis & illuminabit te Chriſtus. 677.
5 Eratis aliquando tenebræ. 686.
5 Nolite inebriari vino. 736.
5 Serui obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore. 810.

## *Ad Philip.*

1 Teſtis eſt mihi Deus. 621.
2 Omnia facite ſine murmurationibus. 79.
2 Mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. 207.
2 Miſertus eſt dominus eius & mei. 256.

Cupio diſſolui. 514.
2 Vobis donatum eſt. 361.
2 Omnes quæ ſua ſunt, quærunt. 518.
3 Signati eſtis ſpiritu promiſſionis. 180.
3 Qui terrena ſapiunt. 311.
3 Quorum Deus venter eſt, 440.
4 Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. 199.
4 Gaudete ſemper in domino. 787.
4 Dominus prope eſt. 803.
4 Scio humiliari. 576.
4 Omnia poſſum, in eo qui me confortat. 592.

## *Ad Colloſſenſes.*

2 Spiritu vobiſcum ſum. 594.
3 Super omnia charitatem habete. 24.
3 Omne quodcunque facitis in verbo. 112.
3 Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum. 771.
3 Induite vos ſicut electi dei ſancti modeſtiam. 195.
3 Exuentes veterem hominem. 298.
3 Induimini viſcera miſericordiæ. 745.830.
4 Deprecationi inſtate vigilantes. 379.

## *Ad Theßalonicenſes.*

2 Sunt inter vos, qui omnibus aduerſantur. 270.
2 Neque gloriam quærentes. 314.
2 Nos perſecuti ſunt. 771.
2 Cupide volebamus tradere vobis non ſolum Euangeliũ dei. 841.
4 Nolo vos ignorare de dormientibus. 314.
5 Qui dormiunt, nocte dormiunt. 41.
3 Si quis non obedit verbo noſtro, ne commiſceamini cum illo vt confundatur. 253.

## *1. Ad Timothæum.*

2 Obſecro fieri obſecrationes. 720.
2 In omnibus præbe te ipſum exemplum bonorum operum. 816.
3 Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. 289.
3 Non ebrioſos. 501.

Exem-



4 Exemplum eſto fidelium in verbo. 856.
5 Peccantes coram omnibus argue. 409.
5 Seniorem ne increpaueris. 743.
5 Vtere modico vino. 499.
6 Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime. 184.
6 Habentes alimenta & quibus tegamur. 572.
1 Comites diuitiarum deſideria. 141.
2 In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea. 232.
3 Erunt homines ſeipſos amantes. 559.
3 Omnes dereliquerunt. 401.
3 Et ex omnibus eripiat me Dominus. 700.
4 Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit. 32.
4 Tu vero vigila. 42.
4 Cum igitur miniſtri ſimus. 487.
5 Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem. 289.

## *Ad Titum.*

1 Vt potens ſis exhortari. 436.
3 Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe dicto obedire. 84.

## *Ad Hebræos.*

1 Locutus eſt patribus per prophetas. 320.
1 Sine fide & miſericordia impoſſibile eſt. 694.
3 Quibus autem iurauit 413.
3 Adhortamini vos metipſos. 679.
4 Omnia nuda ſunt. 623.
4 Viuus eſt ſermo domini. 485.
5 Et ipſe circundatus eſt infirmitate. 449.
5 Neque quiſquam ſibi ſumit honorem. 764.
5 In diebus carnis ſuæ obtulit preces. 818.
6 Iterum crucifigentes Chriſtum. 436.
7 In quem dicuntur hæc de alia tribu. 32.
7 Sacerdotes debent offerre hoſtias. 375.
7 Adhuc modicum aliquantulum. 417.
8 Quod antiquatur & ſeneſcit. 732.
9 Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. 818.
9 In arca teſtamenti erat vrna aurea habens manna. 851.
10 Nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam

Qq 3 habet

habet remunerationem. 163.
10 Horrendum eſt incidere in manus dei viuentis. 168.
10 Irritam quis faciens legem Moyſi. 787.
10 Adhuc modicum aliquantulumq; qui venturus eſt. 825.
11 Multo magis obtemperabimus patri ſpirituum. 231.
11 Fides eſt ſubſtantia. 385.
11 Iuxta fidem defuncti ſunt. 324.
11 Circuierunt in me pellibus in potitis caprinis. 248.
11 Si extra diſciplinam eſtis. 553.
12 Deus flagellat omnem filium, quem recipit. 106.
12 Omnem filium, quem recipit. 301.
12 Flagellat omnem filium, quem. 304.305.
12 Ne ſimus paruuli fluctuantes. 595.
12 Deponentes omne pondus. 740.
13 Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. 43.
13 Mementote præpoſitorum. 714.
13 Beneficentiæ & communionis. 694.

## *Epiſtola beati Iacobi.*

1 Si quisputat ſe religioſum eſſe non refrænans. 18.
1 Deus intentator malorum eſt. 65.
1 Sit omnis homo tardus ad iram. 76.
1 Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortẽ. 88.
1 Iacobus dei & domini noſtri ſeruus. 126.
1 Qui perſpexerit in lege. 427.
1 Sit omnis homo tardus ad iram. 634.
1 Religio munda, & immaculata apud deum. 637.
2 Iudicium ſine miſericordia. 701.
3 Non eſt iſta ſapientia de ſurſum. 800.
3 Nunquid fons de eodem foramine. 348.
5 Helias homo erat ſimilis nobis. 213.
5 Triſtatur quis in vobis? Oret. 257.
5 Ecce Iudex ante ianuam. 417.

## *Petri. 1.*

2 Qui vocauit nos è tenebris in admirabile lumen ſuum. 294.
2 Vos genus electum, & regale ſacerdotium. 171.
3 Non tardat dominus promiſſionem ſuam. 334.

3 Vnum

3 Vnum hoc non lateat vos chariſſimi. 12.
3 Impartimini honorem vxoribus. 366.
4 Charitas operit multitudinem peccatorum. 107.
4 Charitas operit multitudinem peccatorum. 630.
4 Tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo dei. 60.
5 Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens. 88.
5 Forma facti gregis ex animo, & cum apparuerit. 231.
5 Tanquam leo rugiens circuit. 431.
5 Omnes inuicem humilitatem inſinuate. 754.
5 Vigilate, quia aduerſarius. 803.

## *Petri 2.*

1 Habemus firmiorem propheticum ſermonem. 385.
2 Melius eſt veritatis viam non agnoſcere. 790.
3 Patienter agit Chriſtus propter vos. 106.
6 Ciuitates Sodomorum. 420.

## *Ioannis Epiſtola. 1.*

3 Videte qualem charitatem nobis dedit pater.
3 Filioli non diligamus verbo. 307.
3 Qui habuerit ſubſtantiam mundi huius. 96.

## *Tertia Ioannis.*

1 Chariſſime noli imitari malum. 362.

## *Apocalypſis.*

1 Vidi in medio ſeptem candelabrorum. 316.
1 Caput eius velut lana alba. 471.
1 Vidit Ioannes Chriſtum ambulantem in medio candelabrorum. 839.
1 Caput filius hominis velut lana alba. 851.
1 Caput ėius & capilli erant candidi. 633.
1 Gladius procedens de ore Chriſti. 854.
1 Noli timere. 656.
2 Memento vnde excideris. 206.
2 Scio opera tua. 397.
2 Filius hominis ambulans in medio candelabrorum. 856.
2 Eſto fidelis vſque ad mortem. 691.



3 Nomen

3 Nomen habes, quod viuas, & mortuus es. 16.167.494.
3 Tu dicis, quia diues ſum. 471.
3 Ego ſto ad oſtium, & pulſo. 725.
4 Incircuitu ſedis viginti quatuor ſedilia ſunt. 843.
4 Peccata ſunt ſcala per quam homo. 805.
5 Phialas aureas plenas adoramentorum. 132. 80.
5 Ego flebam multum. 421.
5 Vicit leo de tribu Iuda. 591.
5 Si quis dignus eſt aperire. 702.
5 Dignus eſt aperire librum. 687.
6 Et vidi, & ecce equus rufus. 174.
8 Stetit angelus ante altare. 333.
8 Væ, væ, væ. 384.
8 Vicit leo de tribu Iuda. 877.
11 Et datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ. 699.
12 Væ terræ & mari. 417.
13 Vidi de mari beſtiam aſcendentem. 664.
14 Non habent requiem die ac nocte. 528.
14 Miſit angelus falcem ſuam. 473.
14 Mitte falcem tuam, & mete. 431.
15 Vidi tanquam mare vitreum mixtum. 295.
17 Circundata erat purpura & coccino. 817.245.
17 Mulier erat circundata purpura. 631.
17 Qui bibit de vino proſtitutiones magnę meretricis. 632.
18 Poma deſyderij animę tuæ diſceſſerunt à te. 844.
18 Quantum ſe glorificauit in delitiis ſuis. 751.847.
21 Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioſo ornata. 27.
21 Fornicatoribus pars erit in ſtagno. 498.
21 Ipſa ciuitas aurum mundum. 521.
22 Beati qui lauant ſtolas ſuas. 471.
22 Vidi arborem plantatam in medio. 840.
22 Ego ſum ſtella ſplendida. 656.
22 Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt. 803.
22 Et folia ligni ad ſanitatem gentium. 17.


*EXPLICIT INDEX AVTHORITATVM SACRÆ SCRIPTVRÆ.*

# RERVM MEMORABILIVM ET HÆBRAISMORVM, AC SENTENTIARVM OMNIVM IN IIS COMMENTARIIS OBSERVATV DIGNARUM, INDEX ABSOLVTISSIMVS.

## A.


*ADONIS à Venere adamatus.* 519.
*Adulatores in prætio habentur inter aulicos.* 420.
*Adulatio quæ latet periculoſiſſima eſt.* 726.
*Adulteram filiam occidere ius ciuile permittebat.* 141.
*Adulteros ſui thori interficiens, exequitur iuſtum dolorem.* 704.
*Adulterum virum vxor nec arguere nec occidere poteſt licet hoc viro quondam liceret.* 541.
*Adulterium Ethnicis mulieribus deteſtabile, feris ac Barbaris.* 541.
*AEnigma Samſonis.* 148.
*Alexander magnus vino æſtuans Clytum occidit.* 502.
*Alexander magnus deuicti hoſtis vxorem intactam pudicus reliquit.* 345.
*Amor coniugij balſis.* 87.
*Amici falſi comparantur hyrundinibus.* 254.
*Amicitia ſimilitudine morum inchoatur.* 152.
*Apoplexia morbus in ventriculis cerebri.* 677.
*Apes regem habent qui caret aculeo.* 78.
*Aquila Romanorum imperatorum inſigne.* 723.

*Artaxerxes ruſtici exiguo dono delectatur.* 211.
*Arma Chriſtiani militis.* 475.
*Arcturus ſtella in cauda vrſæ maioris.* 581.
*Auris perforatio amiſſæ libertatis ſignum.* 353.
*Ablactare quid ſit variè à doctoribus explicatur.* 140.141.
*Adulterium graue malum.* 345.541.
*Aulterium in fœminis grauius dedecus.* 641.
*Adæ ſupplicium proponitur, vt à peccato deterreamur.* 704.
*Acceptio perſonarum fugienda maximè iudicibus.* 454.
*Adulatio per oleum ſignificatur.* 863.
*Agamemnon Leonem in clypeo depinxit.* 591.
*Alexander magnus dixit ad imperium eligendos digniſſimos.* 761.
*Amicitia vera durat ſemper.* 150.
*Amicitia operibus oſtendenda.* 151.
*Amicitia non eſt contrahenda tum iniquis, ſed cum bonis.* 182.
*Animaduerſionem maximam in peccatores ſignificat extinctio familiæ Achab.* 101.
*Animæ ſalus pluris æſtimanda à Deo qui eam viſitat.* 75.
*Animæ proximi ſalus præponenda eſt proprio honori vt Chriſtus fecit.* 76.
*Amaritudinem maximam parit dulcedo peccati.* 469.400.89. 88.
*Amor leuiora facit onera, & plura facit vnum.* 777.29.23.
*Animæ ornamenta quibus priuamur per peccatum.* 203.
*Author primuſque inuentor alicuius boni maximè commendatur.* 54.
*Author alicuius mali ſeuerius punitur.* 216.651.707.
*Abundantia bonorum plura mala parit.* 225.573.708.564.
*Amatores idola dicuntur.* 233.
*Amicitia non contrahitur cum iniquis, & quamprimum eos tales cognoſcimus fugimus ab eis.* 253.
*Amici ficti in paupertate deficiunt.* 254.771.

Amicitia



*Amicitia cum iniquis durare non poteſt.* 771.
*Achor vtrum ſit nomen proprium vel quid ſignificet explicatur.* 281.
*Aſcendere eſt ad meliora tranſire, deſcēdere è contra.* 298.
*Abundantia timenda.* 243.
*Angeli amant nos maximè.* 333.
*Apoſtoli per cœlum ſignificantur.* 331.
*Amoris vis.* 873.350.
*Amoris Dei ſignum eſt, quod numerat dies quibus homo eſt ſine Deo.* 265.
*Auari non ſunt diligendi.* 351.
*Audire non niſi pro re maxima in Sacra Scriptura vſurpatur.* 381.
*Adulatores quales & eorum pœna.* 421.455.725.
*Amor patriæ magnus eſt.* 426.
*Anima quæ habet Deum fortiſſima eſt pulchrè explicatur.* 482.
*Arbores infructuoſæ ſunt peccata, bonorum opera arbores ſunt frugiferæ.* 531.
*Artes, & media impudici hominis ad ſeducēdam mulierem depinguntur.* 516.
*Adulter homo punitur per huiuſmodi malum in domo ſua.* 539.
*Ante punitionem videre oportet, vtrum verum ſit de quo quis accuſatur, & debet audiri.* 538.
*Ante dominum nullus appareat vacuus, maximè peccator.* 645.
*Aſpicit Deus cor inter omnia munera.* 647.
*Aquilæ renouatio explicatur.* 298.
*Auxilium Dei inſtanter petendum ad perſeuerandum.* 689.
*Aquila dicuntur in ſacris litteris Nabuchodonoſor, & alij reges.* 756.
*Alienæ fœlicitatis odium inuidia.* 133.
*Ambitioſus non eligatur ad prælationem.* 764.

Au...

*Ambitio facit hominem cæcum.* 765.
*Ad regimen meliores eligantur.* 765.
*Auxilium ferentes iniquis deus diſsipat.* 797.
*Auxilium ferendum eſt miſeris & omnino deſtitutis.* 837.
*Amicus antiquus maxime exiſtimandus.* 880.

## B.

*Babylonia ſiue Memphis hodie Cayrum.* 792.
*Bellum, malum maximum & reipublicæ nocentiſsimum.* 140.
*Bellorum mater regnandi inſana libido.* 312.
*Buccephalus equus Alexandri Magni.* 885.
*Baal quid ſit explicatur.* 240.
*Benefacit Deus terræ propter bonos, & propter malos punit.* 316.
*Beneficia funiculi & vincula dicuntur.* 840.841.
*Beneficij locus manditur memoriæ.* 359.
*Beneficij memoria habenda ne benefaciens offendatur.* 880.
*Beneficia Dei præ oculis habenda, ne pecces.* 881.
*Beſtiæ dicuntur homines crudeles.* 359.
*Bona opera celeriter ſunt facienda.* 268.67.68.
*Bona opera occultanda.* 407.278.728.
*Bona opera hilariter agenda.* 298.
*Bona huius mundi non poſſunt hominem ſaturare.* 475.476.
*Bona & mala quæ ex bonis & iniquis ſeruis ſequuntur.* 810.
*Boni dicuntur ſtellæ, mali arena.* 158.
*Boni incipientes aliquod bonum conantur perficere, à malo vero facilè ceſſant.* 91.92.
*Boni in proximis non tantum mala ſed ſi quid boni eſt intuentur, è contra mali.* 346.



*Bonorum paucitas.* 800.890.712.
*Brachium bonum potentiam dei ſignificat.* 834.

## C.

*Cayrum celebrrima Aegypti Ciuitas.*
*Canis antiquus Cathenæ aſſueſieri non poteſt.* 345.
*Cani capilli nuncij ſunt finis.* 746.
*Ciuitates intereunt cum boni non diſcernuntur à malis.* 705.
*Coniugij comites.* 66.
*Conſilium prauum conſultori peſsimum.* 455.
*Carſolitis lapis prætioſus noctu reſplendens.* 688.
*Corpus denudare & verenda, olim graue ſupplicium.* 250.
*Correctio eſt quædam Eleemoſina ſpiritualis.* 46.
*Capræ in Cephalinia hauſtu venti ſitim depellunt.* 212.
*Cynædi Cybeli ſacri.* 550.
*Calamitates excitant ad quærendum Deum.* 643.644. *vide verbo tribulatio.*
*Cauti ſimus aliorum periculis & flagellis.* 654.704.
*Celi aliquando Apoſtolos, aliquando Angelos ſignificant.* 331.
*Cenſores exactiſsimi ſunt homines in aliena peccata.* 124.125.
*Charitas prius exercenda erga proprios, deinde erga alios.* 46.
*Charitatis eſt excitare alios a peccato.* 680.
*Chriſtus in illo loco paſſus eſt in quo primi parentes peccauerunt.* 112.168.
*Chriſtus homo factus eſt, vt nexus ſanguinis trahat nos ad eius amorem.* 359.
*Chriſtus leo dicitur, qui precipuè exorandus eſt à peccatoribus.* 569.
*Chriſtus imber temporaneus & ſerotinus dicitur.* 883.

Chriſtus lux dicitur qui venit tollere tenebras figurarum tribulationum, peccatorũ, & dãnationis æternæ. 686.687.

Chriſtus dicitur ros, & eius incarnatio. 898.

Chriſtus aliquando medicus, paſtor & vir dicitur, quorum omnia media querit, vt reuocet à peccato. 716.717.

Chriſtus affixus Cruci abies dicitur. 610.

Chriſtiani lapides pretioſi. 697.

Chriſtianus peccans grauius punietur, quam infidelis. 789.

Chriſtianus erga proximum ſit columba, non coruus. 851.

Ciuitates ſanguine & reliquiis ſanctorum conſecratæ detinere nos debent à peccatis. 564.

Ceſarauguſta ciuitas laudatur. 564.

Ciuitas ſpoliata diuitiis ſignum eſt ibi eſſe peccata. 741.

Cogitationes malas ſupplicio bonas autem præmio remunerabit deus. 459.

Claritas maiorum excitat inferiores ad opera clara. 590.

Clypei peccatorum dicuntur iuſti. 561.

Clypei dicuntur prælati & reges. 589.

Colyrium eſt tribulatio qua aperiuntur oculi peccatoris vt conuertatur. 741.

Colligi, vel congregari ſignificat mori, vel deſtrui. 792.

Columba aliquando ſapientiam aliquando ſtultitiam ſignificat. 747.

Confiteri mala ſalubrius eſt quam occultare. 887.

Confeſſio ſacramentalis ſuadetur. 889. 890.

Confeſſionem facturus primo oportet recogitet peccata.

Coniunctio & ſepe abundat in ſacra Scriptura. 59.

Cõiunctio & ſepe ponitur in ſacra Scriptura pro vt. 87.226.

Concordia laudabilis & bona eius .275.174.

Concionator fortis ſit vt malleus. 696.

Concionatores os dei dicuntur. 697.

Concionatorum munus grande. 698.

Concionator tuba dicitur propter quinque. 759. 760.

Concionum auditores æque ferant percuti mallei.

Conſiliarij

Conſiliarij praui grande malum. 454.455.

Conſiliarij capita dicuntur. 846.

Conſiliarios prauos fugiamus & bonos ſequamur. 809.

Conſilium dei require in omnibus & ſine eo nihil facias. 808.

Conſilium accipiunt iniqui é diabolo vel ab iniquis. 808.

Conſilia praua dantes grauiſſime punit deus. 600

Conſilia prauorum vana facile diſſipantur. 846

Compati oportet proximorum malis temporalibus & ſpiritualibus. 891.

Conſtantia piorum hominum inter malos cõmendatur. 705. 628.

Conſolatio noſtra pendet à conuerſione noſtra in deum. 276.

Conſortia iniquorum fugienda. 404.566.567.653.

Contraria contrariis curantur. 231.

Cor appetit deus plus quam alia hominis. 492.

Cor amittit peccator. .472.491

Cor peccatoris requirit deus ab eo. 631.632.

Cor cogitationes & opera danda ſunt deo. 634.

Corrigendi ſunt prius meliores quam peſſimi. 46.47.

Corrigens alios labe carere debet. 187.

Corrigere debent qui ſunt chariores, non qui odio habentur. 189.

Correctio benignè facienda eſt. 189.

Corrigere quomodo debeant filij parentes ſuos. 189.

Ad corrigendum eum qui habet radices in peccato plures ſunt adhibendi. 188.

Aliter agendum eſt cum his qui conuertuntur, aliter cum his qui perſeuerant in peccatis. 126.

Correctionis fraternæ finis eſt emendatio fratris. 409.

Corripere quis non tenetur quando non ſperatur emendatio. 588.

Corripere debet ſacerdos libere eos qui peccant. 409.

Corripere peccata & nõ allicias aliquẽ ad peccata. 452.453.

Conuerſatio

Conuerſatio cum meretricibus periculoſiſſima. 558.559.
Conſortium bonorum prodeſt maximè etiam malis.97.98. 566.
Conceptus, & partus ſæpe in Sacra Scriptura iunguntur. 97.
Crudelitas militum. 141.
Crux Chriſti commendatur. 909.
Culpa debet præcedere pœnam. 404.
Conſuetudo vitiorum difficile tollitur. 744.
Conuerſio vera ad Deum quomodo ſit facienda. 324.
Copia diuitiarum mater ſuperbiæ. 564.

## D.

DIuitiarum morbus ſuperbia. 751.885.
Domus appellatione continentur genus & familia. 112.
Domus ſceleris conſcia diruenda. 169.
Duplex genus hominum qui in Charitate deficiunt. 47.
Dat Deus iratus aliquando, quæ petimus ad perditionem noſtram. 886.
Deus largitur munera ignobilibus,& infimis. 15.
Deus familiariter,& dulciter loquitur cum amicis. 21.
Deus punit peccatores citra condignum. 108.
Deus cum fœnore rependit bona,quæ pro eo facimus. 160.
Deus iubet ardua,quia poteſt iuuare ad illa. 67.
Deus longanimus patienter fert malos,vt emendentur.705.
Deus verè pœnitenti perfectè reconciliatur: ſecus eſt de hominibus. 166.
Deus immittit tribulationes,vt emendemur. 51.108.337. 166.
Deus punit aliquos,benefaciendo aliis,vt illi reſipiſcant. 134. 133.
Deus prius minatur,quam puniat. 51.
Deus non punit ſine cauſa. 404.251.
Deus omnem lapidem mouet,vt homo reuocetur à peccato. 346.212.692.
Deus operatur intus in corde prophetarum, vt loquantur, & diſponit,vt audiamus. 51.
Deus viuens maximè timendus. 166.
Deus circunſtantias peccati, & boni operis etiam attendit. 271.
Deo gratias agamus,non tantum in bonis,ſed etiam in laboribus. 579.
Deus diligit,quos punit,& ſæpe comburit flagella. 314.
Deus non dedignatur vocari vir animæ noſtræ. 326.
Deus benefacit terræ propter bonos, & punit propter malos. 316.
Deus præſto eſt ad miſerendum,tardus ad puniendum.332.
Deus numerat tempus,in quo benefacit,vel punit. 360.
Deus propter bonos parentes miſericors eſt in filios iniquos. 372.
Deus puniturus Iſrael filium vocat,vt confundatur. 370.
Deus totus eſt tuus. 380.
Deus murus eſt,& fortitudo animæ noſtræ. 482.483.
Deus peccata diſſimulat,vt conuertamur, quod ſi ſecus fit, ſeueriſſimè punit. 481.
Deus non tantum mala,ſed ſi quid boni eſt in homine, intuetur. 345.
Deus,& ſerui eius extenuant aliorum peccata. 524.
Deus quomodo ſit cauſa peccati. 537.538.539.
Deus quando dicatur excecare,indurare,permittere. 539. 140.
Deus omnia perfectiſſimè cognoſcit. 623.
Deus intuetur certamen iuſtorum,vt fortiores fiant. 624.
Deus non inuenitur,quoniam frigidè quæritur. 646.
Deus percutit,& ſanat. 681.
Deus benignè recipit & egreditur vt quærat. 688.

Deus occidere dicitur concionatores propter præmium magnum eis paratum. 695.
Deum habere inimicum maximum malum. 782.
Deus benignus,& ſemper paratus bene facere nobis. 113.
Deus in ingratos iraſcitur quaſi vrſa. 389.
Deus differt ſupplicium ſed non obliuiſcitur peccati.
Derelinquere dominum initium eſt omniū malorum. 485.
Delectatio carnis & cuiuſque peccati ventus eſt cito tranſiens. 582.
Delectationis Venereæ finis. 588.
Deſperatio remedij maximus cruciatus eſt peccatori. 258.
Deſponſatio filij Dei cum natura humana explicatur. 319.
Deſtructio Ieruſalem per metaphoram vineæ explicatur. 264.
Dies aliquando pro die naturali aliquando pro tempore ſumitur. 33.300.
Dies magnus dicitur dies reſurrectionis. 177.
Dies dicitur tota vita noſtra, quoniam parum durat. 181.
Dies in quo peccator conuertitur, dicitur magnus ob tria. 181.
Diebus, in quibus aliqui peccant, puniuntur. 271.
Dies, in quo Deus dedit beneficium ſit in memoria, vt pro eo Deo ſeruias. 359.
Dies ſolennis eſt malis cum peccant, bonis vero quando ſurgunt à peccato. 734.732.
Dies ſolennis pro die feſto vel pro die vindictæ ſumitur. 791.
Diligentibus Deum nihil deeſt. 334.
Diuites plus fugiant peccata quoniam vehementius affliget eos pœna. 441.
Diuites nullam habent occaſionem peccandi. 573.
Diuitiæ non ſunt quærendæ mediis iniquis. 461.
Diuitiæ licentiores faciunt homines ad vitia. 571.572.
Diuitiæ ſunt matres ſuperbiæ. 564.





Dies & horæ quibus à Deo recepimus computandæ ſunt& gemendæ. 364.
Diſtributor optimus cuique pro meritis reddit. 85.
Diſcordiæ mala. 816.
Domini eiiciant à domo ſua famulos iniquos. 556.
Domini & duces præcedant ſeruos. 300.
Domus in Sacra Scriptura non tantum manſionem, ſed familiam ſignificat. 103.
Dulcedo peccati maximam parit amaritudinem. 88.89.

E.

Ephemeris animal mane oriens veſperi occidens. 772.
Eligi non debet quiſpiam fauore vel pretio. 762.
Enoch primus nomen Dei inuocauit. 216.
Ebrietas in ſacris gentilium colebatur. 735.
Ebenus non vritur. 107.
Ebrietas mala. 500.501.502.503.735.504.
Ebrietas mater omnium flagitiorum eſt maxime in principibus. 735.
Ecce in Sacra Scriptura variis modis ſumitur. 226.
Eccleſia ſignificatur per templum Salomonis. 80.
Eccleſia per vineam ſignificatur pulchre. 279.285.
Effectus peccati erubeſcentia. 220.768.769.
Egreſſus Dei dicitur incarnatio. 683.
Electio ſtatus maxime matrimonij & religionis ſit libera. 87.
Electores in ſuis electionibus Deum conſulant exemplo Chriſti & Apoſtolorum. 763.764.
Eligant meliores& ſapientes non inſipientes. 765.
Electi an fuerint Saul & Ieroboam à Deo in reges. 765.
Eucharyſtia vitam ſpiritualem tribuit. 48.
Eucharyſtiam ſumentes habeant bonam famam. 905.
Extranei non ſunt contemnendi. 48.
Excæcare Deus dicitur in Sacra Scriptura. 337.

*Excita te & alios à peccato.* 680.
*Exempla & veſtigia malorum ne ſequaris.* 584.
*Exempla clara maiorum mouent ſubditos ad opera clara.* 590.
*Exempla parentum imitantur filij.* 543.
*Ex iniquis parentibus filij nequam, ex bonis filij boni communiter oriuntur.* 544.545.
*Exire deum, eſt operari à dextra.* 583.
*Extremum peccatoris malum eſt derelinqui à Deo.* 808. 805.485.

F.

F*Vlminis varij & mirabiles effectus.* 204.
*Fœminæ affectibus impotentiores quam mares.* 570.
*Fides animarum vinculum.* 170.
*Finis Monachiæ Iſraelitarum.* 126.
*Fuco mentiri annos ætatis.* 94.
*Furtum quid.* 394.
*Facies plura ſignificat maxime principes.* 143.
*Faciem negare peccatori poſt veniam vide quando fiat.* 682.
*Facies Eccleſiæ ſunt viri Iuſti.* 713.
*Fama olet.* 899.
*Feſta varia & quid in eis ſit agendum.* 255.
*Feſtum agunt mali quando peccant, boni vero ſurgentes à peccato.* 734.
*Fermentum ſignificat peccatum.* 719.
*Fœlicem fuiſſe maxima miſeria.* 205.
*Fœminas eſſe ſolas, grauia mala parit.* 545.
*Fiducia in deo non in carne imbecilla.* 121.
*Fide deſponſamur Chriſto.* 323.
*Filij ſtudeant imitari bonorum parentum exempla.* 27.
*Fides cum operibus laudatur.* 351.

Filij



*Filij nequam aliquando ex bonis parentibus.* 259.
*Filij boni non deſpiciendi licet ex malis parentibus.* 50.
*Filij quales erga parentes debeant eſſe.* 98.
*Filij quandoque pro parentibus puniuntur.* 112.113.
*Filij iniquorum timeant ſemper Dei flagellum.* 723.
*Filios dei eſſe, magna dignitas eſt & vtilitas.* 218.
*Filij nequam communiter ex malis parentibus, & boni ex bonis oriuntur.* 830.831.
*Filij facile imitantur parentum exempla.* 815.816.830.
*Filiorum peccata aliquando obſcurant gloriam maiorum.* 626.584.
*Filios nequam ex bonis parentibus naſci magna ignominia eſt.* 92.
*Filius illius aliquis dicitur, cuius mores & opera imitatur.* 761.
*Flagellum Dei eſt ſæpe malus & iniquus* 111.
*Flagella flagellis addit Deus, vt emendemur.* 126.587.553.
*Flagellum Dei maximum eſt, priuare populum ſapientibus.* 422.
*Flagella quibus Deus punit, poſtea ſæpe comburit.* 315.
*Flagellis aliorum erudiamur.* 654.
*Fornicatio duplex, corporalis & ſpiritualis.* 190.
*Fornicationis ſigna diſcooperire vbera, &c.* 191.
*Fornicatio ſæpe ſignificat idololatriam.* 66.
*Fornicatio aufert cor, & radix eſt omnium malorum ſpiritualium & corporalium.* 491.492.493.
*Fortitudo piorum inter iniquos ad ſeruiendum Deo.* 583. 625.
*Fulgur dici peccatum explicatur pulchrè.* 204.
*Fructus iam maturi aliquando tolluntur propter peccata.* 790.

G

G*Vadalupenſe Monaſterium Virgini Mariæ ſacrum.* 564.



Generalis

Generalis de moribus diſputatio. 591.
Generis nobilitas eſt non degenerare à maiorum nobilitate. 864
Galli gallinacei cantũ reformidant Leones.
Gallicus morbus à Neapolitanis introductus. 806.
Gaudium de cõuerſione peccatoris explicatur. 327.734.895.
Genitiuis ſubſtantiuis vtuntur Hebræi pro adiectiuo, filius perditionis. 214.
Gentes quomodo & quando populus Dei & filius dicantur. 163.
Gloria & corona eſt docere verbo & exemplo. 903.
Gloria impiorum diu ſtare non poteſt. 803.
Gratia Dei dicitur ros. 898.
Gratia eſt vita animæ. 166.
Gratiarum actio fiat, vbi beneficium accipitur. 578.
Gratias agamus Deo in bonis & etiam in laboribus. 579.
Gubernare alios, magnum opus propter continuam ſolicitudinem. 85.87.
Gubernatores ementes vineam deteſtatur Deus. 86.
Grauitas peccati propter quod homo, terræ, & quæ non peccant puniuntur. 210.517.

H.

Hæreticorum pœna tranſit ad liberos. 691.
Hominis nomen indigne ſibi vendicat qui non ſecundum hominem viuit. 78.
Homo homine inſidiatur. 216.
Hieronymus Guadalupenſis breui pollicetur in lucem daturum commentaria in Cantica Salomonis. 699. Et In Lucam. 909.
Hæretici iuſte expoliantur bonis temporalibus. 203.
Hypocriſis odioſa Deo. 197.
Hæreticorum conditio eſt nunquam ſibi cohærere. 817.





Hypocritæ fructus ventus & palea. 771.
Homo omnia ſibi & ſuis meritis arogat. 262.
Homines crudeles beſtiæ dicuntur. 266.
Hominis conditio eſt non attendere beneficia àdeo accepta, ſed miniſteria quæ exhibet Deo. 263.
Homines naues dicuntur. 518.
Homines iniqui & pleni veneno dicuntur reptilia. 515.
Homines peccata aliena maxime exagerant & propria extenuant. 520.
Homicidij grauitas. 399.
Honoris puncta non reſpicit Deus. 58.
Hoſeas filius Beeti ad differentiam alterius Hoſeæ filij Hela. 13.
Hoſeam probabilius eſt fuiſſe de tribu Ruben quam de tribu Iſachar. 13.
Hoſeas prophetauit tempore Ieroboam, Oziæ & fuit tempore Eſaiæ & Ioel. 34.
Hoſeas non fuit primus omnium prophetarum, ad quos locutus eſt Deus, bene tamen reſpectu eorum qui fuerunt ſui temporis. 54.
Hoſeæ duæ vxores vtrum realiter vel ſecundum allegoriã intelligantur. 82.
Hoſeas ſi meretricem duxit Deo iubente, non peccauit. 65. 64.
Hoſeas vtrum verè duxerit fornicariam, an per viſionem agatur. 63.
Humilitas liberat ab omnibus laqueis mundi.

I.

Impius nunquam eſt apud ſe. 471.
Iuſtitia ſine miſericordia Crudelitas eſt. 841.
Iuſtitia eſt retributio pro meritis in Deo. 216.

*Iudicij extremi memoria nos à peccatis auertit.* 164.
*Iudex iuſtus ab omni munerum corruptela manus excutit.* 454.
*Iudices quidam habent aures in pedibus alij in manibus.* 484.
*Iudices conſanguineorū obtutu minus æquè iudicant.* 760.
*Inuentores optimi rerum commendantur.* 54.216.
*Intemperantia morborum officina.* 96.
*Ingratitudo cauſa eſt exhæredationis hæreditatis paternæ.* 247.
*Inquiſitio fidei laudatur.* 528.
*Inuidia alienæ fœlicitatis odium.* 133.
*In omnium librorum principiis tria quærenda ſunt.* 32.
*Idololatriæ opera per ventum ſignificantur.* 766.
*Idololatriæ fructus eſt maxima punitio.* 767.
*Iehu fuit punitus, quoniam licet obedierit* Deo, *non tamen zelo* Dei *motus.* 100.
*Iehu erat rex, & non dicitur rex, quoniam ingratus priuatur acceptis.* 113.
*Iezrael tribus conuenit & etiam tribuitur filio Hoſſeæ.* 98.
*Ignorantia & neſcientia qui.. ſint.* 240.
*Incorrigibilitas grande peccatum.* 412.
*Inauditus nullus puniatur.* 115.
*Incorrigibilitatis pœna grauis.* 413.
*Inferni pœna qualis ſit explicatur.* 466.467.
*Inferni memoria iuuat, vt peccator in ſe reuertatur.* 471.472.
*Inferni pœna vtrum debeat eſſe æterna explicatur.* 469.
*Infimi non ſunt deſpiciendi.* 26.
*Infimis & ignobilibus* Deus *etiam largitur munera.* 13.
*Ingratitudo maximū malū & priuat acceptis.* 114.247.206.
*Ingratitudo per gradus explicatur.* 242.
*Ingratitud. filiorum Iſrael explicatur.* 882.
*In ingratos iraſcetur Deus.* 883.
*Inimici ſunt d. ligendi.* 79.
*Inimicis benefaciendum eſt.* 359.
*Iniqui ſæpe præualent aduerſus iuſtos,* 331.
*Inſidi.s vti licet in bello iuſto.* 709.
*Intentio ſancta exigitur, vt opera ſancta ſint.* 395.396.
*In terra ſanctorum peccare graue malum.* 790.
*Impedimenta omnia pacis & boni tolluntur.* 316.
*Impudici hominis media & artes ad ſeducendam mulierem.* 516.
*Ira Dei magna eſt non punire peccata,* 405.552.
*Iratum Deum lachrym. s oportet placare.* 668.
*Ira Dei non eſt perpetua, ſed habet admixtam miſericordiam.* 898.
*Iratum hominem fugere oportet.* 869.
*Irriſor corrigentem, omniaque alia contemnit.* 730.
*Iſrael quaſi vas immundum repudiatus eſt.* 766.767.
*Iſrael multitudine calamitatum puniendus.* 768.
*Iteratio peccatorum graue malum.* 773.593.
*Iterantes peccata Deus lætus punit.* 296.809.
*Iudæi nil proſperum ſunt habituri.* 767.
*Iudex aduerſus peccatores verbis cōminatoriis agat.* 18.19.
*Iudex pro meritis ſententiam ferat.* 136.798.797.
*Iudex attendat quanto tempore quis fuit in peccato vt puniat.* 269.
*Iudicis animus cum punit debet eſſe mundare ſordes.* 657.
*Iudices fortes ſint & prudentes.* 737.671.
*Iudex ne ſit velox in plectendis peccatis, ſed lentus vt tinea.* 664.847.663.
*Iudices dolore animi puniant delinquentes.* 846.689.
*Iudex iuſtus nec domui ſuæ, vel filiis parcit.* 760.
*Iuſti reginæ, mali vero concubinæ dicuntur.* 344.
*Iuſti plurimum valent apud Deum.* 427.
*Iuſti ſunt clypei.* 713 738.712.561.
*Iuſtos non punit deus cum impiis.* 562.

Iuſtorum paucitas. 890.712.
Iuſti ſemper vigilantes ſignificantur per gallum. 802.
Iuſtum hominem habere, Dei beneficium eſt. 874.
Iuſtitia temperanda eſt miſericordia. 108.127.
Iuſtitia & miſericordia in Deo. 126.
Iuſtitiæ bonitas explicatur. 328.329.
Iuſtitia & miſericordia ſint ſimul. 830.851.
Iudicia hominum paruifacienda. 420.
Ieroboam vtrum ſit rex electus à domino. 653.654.757.

L.

LAberinthus Cretæ ſiue Candiæ. 635.
Latronis & Furis diſcrimen. 718.
Lapis qui canibus latratum impedit. 410.
Leo in ſibi proſtratos non deſæuit. 769.
Leo terroris, roboris, & vigilantiæ ſymbolum. 592.
Laboribus aliorum erudimur. 704.
Labores euenire propter peccata ſua difficile confitetur peccator. 718.
Lactare quid ſignificet. 275.
Lachrymæ lauant animam à ſordibus. 586.
Libido effrænata citius trahit ad mortem. 93.
Libido cauſa eſt multorum malorum. 94.95.
Lilia & luminaria dicuntur Iuſti. 79.
Liberales ſunt homines in vitia, non vero in pietatem & cultum Dei. 244.
Lex Dei ſemper ante oculos habenda. 33.
Leges amoris. 305.
Lætitia vera & conſolatio in deſerto pœnitentiæ. 295.297.
Lex Dei vna dicitur in ſingulari non plures. 25.663.
Lex Dei frænum & moderatrix eſt actionum noſtrarũ. 779.
Lex Dei ſcripta dicitur propter duo. 777.
Lætitia quædam optima, alia peſſima. 787.

Locus in quo peccatur, relinquendus eſt, quia periculoſus. 808.
Locum, in quo Deo inſeruiſti maculare grãde malum. 809.
Locus beneficij accepti commendetur memoriæ. 836.
Longanimus eſt Deus differt vindictam vt emendemur. 51. 76.398.723.
Loca ſacra & templa detinere nos debent, ne vbi ſunt peccemus. 566.
Loqui per verborum repetitionẽ ſæpe fit in Sacra Scriptura. 63.
Loqui ad cor Hebraiſmus & quid ſignificet. 275.
Luxuria & adulterium in fœminis grauius dedecus. 543.

M.

MAre cadauera ferre non poteſt. 791.
Matrimonia inuitis filiis per parentes contrahuntur. 87.
Matres poculum abortus accipientes mortis reæ ſunt. 96.
Male parta maledi labuntur. 221.
Maledictio in contumeliam dicitur. 393.
Mendacium cum voluntate fallendi. 398.
Mulierum libido multos interemit. 94.
Mulier nec videre nec videri debet. 556.
Mulier rei domeſticæ ſtudioſa mariti labores non prodigit ad luxum. 521.
Mulieres noua ornatus inuentione luxuriantur. 249.
Memphis Aegypti Ciuitas hodie Cayrum. 792.
Mythridates rex Ponti atque Armeniæ. 862.
Mynothaurus monſtrum Paſiphaes. 635.
Morbi hæreditarij vitio ſpermatis. 600.
Mali & iniqui anxij ſunt ad mala opera perficienda, omnẽ lapidem mouent vt illa faciant. 91.
Malis tempus breue eſt ad ſua peccata exequenda. 93.
Mala etiam temporalia ex peccato. 741.

Locus, Malus

*Malus eſt flagellum Dei:* 110.

*Malitia hominum magna abutentium dei pietate.* 52.

*Matres lactare debent filios non tradere aliis.* 143.

*Matrimoniũ opus grauiſſimũ magno conſilio fieri debet.* 67.

*Medetur Deus peccatoribus variis modis vt emendent.* 107. 219.

*Medicina ſtatim peccato adhibenda.* 232.

*Mediis iniquis nullus quærat diuitias, vel honores, &c.* 461. 762.

*Memoria inferni vel gloriæ iuuat maximè vt peccator conuertatur ad Deum.* 471.

*Miſericordia & iuſtitia in Deo.* 127.

*Miſericordia magna eſt inter malos iuſtos ſeruare, vt eorũ exemplis illuſtrentur.* 79.

*Miſericordia noſtra parua, Dei maxima, additamentum dicitur.* 127.351.

*Miſeretur Dominus domui Iuda non vero domui Iſrael, quare?* 128.

*Miſericordia Dei ſplendet in punitione.* 204.128.

*Miſeria maxima eſt, fuiſſe fœlicem.* 205.441.

*Miſericordia Dei magna quæ condonat peccata, & non eſt numerus eius.* 293.

*Miſericordia arra eſt quam promittit Deus animæ.* 339.

*Miſericordia plus Deo placet quam ſacrificium.* 701.693.

*Miſericordiæ in proximum, laudes & præmium.* 700.

*Miſericordia Dei magna eſt in peccatores dare eis viros pios, qui eos corrigant.* 837.873.

*Miſericordia Dei parata eſt ſemper recipere peccatores, ſi deſiſtant, à peccatis.* 739.

*Miſericordia Dei magna nõ occidit, ſed illaqueat peccatores vt reſipiſcant.* 754.

*Miſericordia & iuſtitia ſint ſimul maximè in prælato.* 830. 851.864.855.

*Monachus hic accipit pignus gloriæ.* 289.

*Modicum*



*Modicũ tempus ſignificat quinquaginta annos quia noſter Deus amat nos. ſpectat vt emendemur.* 197.

*Modeſtia maximè commendatur.* 195.196.

*Modeſtia oculorum maximè commendatur.* 347.

*Mulieres non ſunt relinquendæ ſolæ à ſuis viris.* 545.546.

*Munditiam quærit non ſolum in opere, ſed etiam in corde.* 460.461.

*Multa media tentanda ſunt pro conuerſione peccatoris.* 213. 345.349.716.720.

N.

*Natalis Regum dies celebris & ſolennis.* 728.

*Noctua Atheniẽſium inſigne Prudẽtiæ ſymbolũ.* 570.

*Nemo tute ſibi pollicetur craſtinum.* 119.

*Nato Chriſto qui eſt ſol iuſtitiæ Angelos lætari pulchrè explicatur.* 687.

*Nobilitas eſt parcere inimicis.* 79.

*Neceſſitas aliquo modo eſt occaſio peccãdi, eis qui egẽt.* 577.

*Nomina habent aliquod myſterium penes id à quo imponuntur.* 80.

*Nomina propter varios reſpectus imponuntur aliquando Deo inſpirante.* 81.

*Nomina ſanctorum filiis imponantur vt eos ſanctis commendent, non quia auus ſic vocatur.* 104.105.

*Nomina mutat Deus aliquando propter merita, aliquando propter peccata.* 568.

*Nouitij vel incipientes lacte & melle cibandi ſunt.* 68.

*Nullus etiam in vili loco natus debet deſpici.* 287.

O.

*Obſtinati & pertinaces publicè corripiendi.* 126.

*Oratio Voluptatum domitrix.* 217.

*Ordo in omni re ſeruandus.* 333.

*Obedien-*

Obediendum celeriter & prompte Deo. 60.
Obediendum eſt ſtatim Deo & his qui eius vices gerunt prælatis. 83.84.86.
Obediendum eſt non tantum in facilioribus, ſed in omnibus. 84.
Eorum qui non obediunt pœna. 85.84.
Occaſio peccandi fugienda. 278.777.
Oculi hominum ad Deum ſperando in eo. 344.
Oculorum modeſtia commendatur. 345.
Onera & tributa perditionem regnorum pariunt. 878.
Opera noſtra ſemina dicuntur. 769.
Operum malorum finis eſt miſeria, turbatio, mors æterna. 769.766.
Opera bona fiant cum ſpiritu & feruore. 67.516.
Opera bona occultanda. 278.386.438.
Opera bona hilariter agenda. 298.
Opera bona arbores frugiferæ, mala contra. 531.532.
Oratio ſit munda à peccatis, vt exaudiatur. 212.
Orationes Sanctorum odoramenta. 80.
Oratio aſsidua fiat pro regibus. 721.
Ordo maxime ornat Eccleſiam. 594.
Ordo ſeruandus in Eccleſia, vt meliora aliis præferātur. 772.
Ornamenta animæ ſanctæ. 203.
Os Dei dicitur concionator. 699.

P.

PAulus optabat pro fratribus Anathema fieri. 47.
Paupertas integritatis ſignum. 573.
Paupertatem Dei filius ſua æſtimatione pretioſā fecit. 574.
Pœnitentia lætalis vulneris præſentiſsimum remedium. 89.
Peccatoris definitio. 89.
Peccati finiti infinita pœna damnatis. 469.
Pecunia periculoſa ſuppellex. 571.

Palpum



Palpum obtrudere Adagium explicatur. 725.
Poetarum huius temporis impudica ſcripta lenocinia ſunt ad proſtituendas caſtas mentes. 516.
Phidias pictor, artifex nunquam ſatis laudatus. 492.
Pax per totum orbem diffuſa temporibus Auguſti. 312.
Polipus piſcis. 621.
Panis in Sancta Scriptura omnem cibum quandoque ſignificat. 223.
Patres theſaurizent filijs ſpiritualia, quæ permanent. 113.
Parentes nil mali agant coram filiis quoniam eos concitant ad illud. 222.
Parentes filios corripiant. 556.
Parentes non acquirant diuitias filiis cōtra legem Dei. 223.
Parentes propter filios puniuntur à Deo. 555.
Parentes boni & ſtudioſi ſint exemplo filiis. 543.26.25.
Paruulos diligit Deus. 837.
Parentes nequam non ſunt ſequendi. 49.
Parentes inculpate viuant, vt Deus eorum filios ſeruet, & multiplicet. 805.
Parentum gloria præbet ſplendorem filiis. 29.30.
Paſtoris officium vigilare in cuſtodia gregis. 484.
Pater qualis erga filium, nam pater debet nutrire & erudire. 98.
Patientia in laboribus commendatur. 442.
Pax multa promittitur legem Dei ſeruantibus. 312.
Patriæ recordatio dulcis. 425.
Pax interior cōmendatur etiam ſi ſæuiant hoſtes in nos. 303.
Patientia Dei erga peccatores. 870.
Peccator contemnit Deum quia non ſtatim punit, faciet tamen ſuo tempore. 75.
Pauci ſaluantur. 890.
Peccati grauitas terra cum ſimus, Deum irritamus. 78.
Peccatorum iteratio graue malum. 773.750.796.809.
Peccator ſæpe dicitur terra in ſacra Scriptura & quare. 78.

Peccatori

*Peccatori maximè nocet credere longe eſſe ſupplicium.* 803. 889.
*Peccatores ſpinæ & tenebræ dicuntur.* 79.
*Peccatorum occaſiones vitandæ.* 777.
*Peccati dulcedo maximam parit amaritudinem,* 87.89. 400.769.
*Peccatum parit tormentum æternum.* 89.207.
*Peccatorum auctores* Deus *punit & eorum filios.* 906,894.
*Peccator puniatur ſtatim ne inueteraſcat vulnus.* 575.578.
*Peccatum reddit timidum & imbecillum.* 38.
*Peccatis irretitus eſt in maxima inquietudine.* 116.
*Peccatori pœnitenti non eſt neganda venia.* 276.172.
*Faciem quandoque peccatori negare licet.* 682.
*Peccator quamuis maximus non deſperet.* 165.
*Peccator locum in quo peccauit piis actionibus deſtinet.* 168.
*Peccata ſacerdotum maiora quam aliorum, etiam principum.* 198.410,596.
*Peccatum elongat à* Deo. 809.
*Peccata aliorũ conſidera & pœnas, quoniam ſimiliter punieris.* 847.
*Peccatum facit, vt nil pro votis ſuccedat peccatori.* 232.
*Peccati effectus rubor & erubeſcentia,* 231.
*Peccata peccatis addere grauiſſimum malum eſt.* 625.
*Peccatum licet occultiſſimum reuelabitur.* 252.
*Peccandum non eſt etiam coram fratre, quoniam erit contra nos hoſtis.* 253.
*Peccati pœna vt homo relinquatur à* Deo *& non reuertatur niſi ad puniendum.* 244.
*Peccati grauitas per quod non tantum homo, ſed & res nõ peccantes puniuntur.* 260.809.
*Peccatum cum multiplicatur, multiplicat* Deus *flagella.* 262.
*Peccata cauenda, ne impleatur numerus peccatorum.* 437.69.





*Peccata dimittenda, & ſoli deo indiuiſibiliter adhærẽdum.* 227.
*Peccatores dum eunt ad peccandũ recordantur dei, quod eſt maxima miſecordia, alij vero obliuiſcuntur.* 274.
*Peccator ſi conuertatur non debet deſpici.* 274.
*Peccatori conuerſo non eſt detrahendum propter peccata tranſacta.* 327.310.
*Peccatores nuper cõuerſi blande tractãdi & ablactãdi.* 276.
*Peccatori conuerſo verba & opera danda, vt fecit* Chriſtus. 278.
*Peccatori pœnitenti aliquod ſignum dilectionis exhibendum eſt.* 366.
*Peccati ſtatus eſt timendus quoniam vita breuis.* 410. 417.
*Peccata oculta etiam timenda, quoniam deus ſæpe illa manifeſtat*
*Peccata publica publicè punienda ſunt.* 420.
*Peccata maiora ſunt in ciuitate & multitudine.* 437.
*Peccata fratrum in nos etiam iterata patienter feramus, vt deus noſtra.* 437.
*Peccatum hoſtia dicitur, quoniam ſtatim dimittendum eſt.* 458.
*Peccator extra cor ſuum eſt.* 472.
*Peccata nunquam ſaturare poſſunt homines, nec omnia huius mundi.* 476.
*Peccata publica magis cauenda, quia grauius* Deum *offendunt, ratio.* 530.
*Peccatum imago eſt depicta à dæmone.* 528.
*Peccatorum viæ laborioſæ & finis amariſſimus.* 526. 527.
*Peccata filiorum aliquando obſcurant gloriam maiorum* 584. 626.
*Peccata teſtes ſunt contra nos ante tribunal dei.* 641.
*Peccata inueterata pernicioſa ſunt maxime.* 745.125.
*Peccati fructus eſt pœna.* 768.769.
*Peccatum eſt ventus.* 269.

*Pertinacia peccatoris in malum mouet deum ad vindictam.* 860.
*Philippus rex laudatur qui audit vnum pauperculã.* 433.
*Præceptum contritionis quoſnam obliget.* 72.
*Præfationes & tituli prophetarum non ſunt facti ab Eſdra.* 45.
*Prædicator longe ſit à vitiis,vt bene prædicet.* 37.
*Prædicator maiores ſtudeat erudire; & infimos omnino non deſpiciat.* 37.
*Prædicator totus vox.* 39.57.
*Prædicatores ſunt vaſa ſapientiæ dei ideo oportet ſint munda.* 56.57.
*Prædicatores licet non videant fructum non deiiciant animum.* 371.
*Prælati dei legem præ oculis habeant.* 36.
*Prælatus communis eandem faciem habeat circa omnes.* 621.
*Prælati debent eſſe oculatiſſimi in præcipiendo,ne timere fiat.* 84.
*Prælati ſubeant onus,vt ſubditi facilius obediant.* 869.
*Prælati erga ſubditos,vt nutricij non vt domini.* 837.
*Prælati punientes ſubditos,eorum correctionem maximè quærant.* 579.
*Prælati aliquando eliguntur peccatores vt compatiantur aliis.*289.
*Prælati plus faciunt amore quam timore.* 430.
*Prælatos eligi ex eodem populo magnum dei beneficium eſt.* 284.
*Prælatus puniat iniquos,quoniam donum dei eſt.* 292.
*Prælati crebro peccãtes non deſpiciãt ſed conentur mundare & fouere.* 920.
*Præteritum ſæpe ponitur pro futuro & contra.* 160.
*Præmium allicit homines ad operandum.* 359.387.
*Peregrini ſumus ſuper terram,& vt tales nos geramus.*383.
*Percutit*



*Percutit deus aliquando vt amicus ad emendam,aliquando vt inimicus.* 553.
*Per ea in quibus aliquis peccat,punitur.* 661.560.
*Perſeuerantiæ laudes ſine qua nil boni perficitur.* 69.
*Percutit deus aliquando occultè.* 669.
*Percuſsio maximè eſt non ſtatim puniri à deo.* 587.553.
*Pœna debet reſpondere culpæ,ſuperbiæ deiectio,&c.* 564.
*Pœna peccatorum maxima quæ erit in inferno.* 463.462.
*Primus inuentor & auctor malitiæ ſeuerius punitur.* 215.
*Primus in aliqua re deo ſeruire incipiens maximè laudatur.* 54.55.
*Prophetæ ad captandam attentionem ſic loquuntur, Hæc dicit dominus,Verbum dei.* 9.
*Prophetia viſio dicitur.* 10.
*Pronomen,ſibi,ſæpe in Scriptura Sancta nil ſignificat.* 61.
*Pueritia aliquando in bonam partem, aliquando in malam ſumitur.* 832.
*Punitio compaſsione miſcenda.* 846.
*Puniatur peccator ſecundum tempus quo fuit in peccato.* 827.

Q.

*Quando patientiæ deficit incrementũ perditur tribulationis meritum.* 715.
*Quinque vrbes ab imphando crimine dirutæ.* 841.
*Qui metas ſortis trãſgreditur tota via cælo q; aberrat.*595
*Quærendus eſt Deus non frigide aut oſcitanter.* 674.
*Qui dignitate excellũt,ceteros & moribus anteire debẽt.* 484.
*Qualis princeps talis & populus.* 198.
*Qualitas pœnæ ſecundum qualitatem criminis.* 642.666.
*Quando obliget præceptum contritionis.* 60.72.
*Quaſi & huiuſmodi aduerbia explicantur.* 207.208.
*Quærimus deum nõ vt oportet,& ideo nõ inuenitur.*646.
*Quomodo conuerſio ad deum facienda ſit.* 894.

 *Quomodo*

Quomodo deus ſit cauſa peccati, excæcationis, obdurationis. 534.535.536.538.

## R.

REx Philoſophus & literatus eſſe debet. 753.
Rex inſipiens reipublicæ politiam contemnit. 372.
Rogationum dies quare instituti. 248.
Regnum eſt libera ſeruitus. 487.
Repugnantia mendacium & veritas, Deus & Idolum. 717.
Ratione opera noſtra regenda ſunt inſtar dei. 75.
Recipit deus benigne peccatores ſi ceſſent à peccatis. 737.
Reges legem dei præ oculis habeant. 37.
Regum tempora dicuntur dies, quoniam debent ſplendere virtutibus. 40.
Regum tempora attexuntur oraculis, quoniam eis incumbit, vt adimpleantur quæ deus docet. 36.
Reges & curam aliorum gerentes vigilent, ideo dicuntur dies. 41.42.
Reges vigilare debent, ideo ſignificantur per leonem habentem oculos apertos. 42.43.
Reges rectè viuant, & ſtudeant, vt omnes id faciant. 48.
Reges ſuperbi volucres dicuntur. 308.
Rege iniquo nihil peius, & nihil melius rege optimo. 373. 735.
Reges ſint ſubditorum & audiant eos. 433.
Reges, prælati, & iudices dicuntur protectores & clypei. 303.304.
Reges, & prælati in ſuo pectore depingant Chriſtum. 308.
Reges ſint boni, quando exempla eorum, bona vel mala ſequitur populus. 722.714.528.
Reges & principes cor regni. 636.
Regum peccata punit deus in populis. 749.
Regum ſors periculoſa, quoniam habent adulatores & non reprehenſores criminum. 734.726.



Reges audire adulatores benigne, graue crimen. 736.
Reges clementes ſint. 752.
Reges & principes impij dicuntur ſuperbia. 751.
Regũ munus eſt omnia proſpicere, ideo oculi dicũtur. 787.
Reges extranei dantur propter peccata populorum. 847.
Rex bonus, & prælatus vtiliſſimus eſt populis. 134.135.
Rex & prælatus omnibus virtutibus debet eſſe ornatus. 608.
Rex ſit in medio ornatus virtutibus. 629.
Rex Agamemnon leonem in clypeo ſuo depinxit. 591.
Rex inſipiens perditio eſt populi. 752.
Rex ſapiens dilectus deo & vtiliſſimus populis. 755.
Reprehenſione nemo eſt indignus. 45.46.
Reptilia dicuntur homines iniqui pleni veneno. 311.
Reſurgendum ſtatim à peccato. 73.69.
Reſidentia ſuper oues neceſſaria & de iure diuino. 610.611.
Reuocare aliquos à via virtutis diſplicet deo. 710.
Ros ſignificat filium dei. 41.
Ros ſignificat incarnationem filij dei. 901.

## S.

SAmaria Iſraelis regni Metropolis. 717.
Sapientis admonitio organum ſpiritus ſancti. 588.
Simonia eſt grauiſſima ſacrificare ob quæſtum. 775.
Sententia iudicis tarda & ponderata. 592.
Spiritualia locare Simonia, nec licet aliquid recipere pro labore ſpirituali. 781.
Spes in fundo. 258.
Solennis dies Domini. 791.
Sacrificabant antiqui cum omni peccatorum turpitudine. 808.
Schiſmaticorum pœna tranſit ad liberos. 601.

*Scientia niſi fuerit charitatis igne decocta malos humores generat.* 392.
*Sacræ ſcripturæ lectio vtiliſſima.* 703.
*Sebaſte Iſrael Metropolis.* 99.
*Senectus nos admonet è vita proficiſci.* 743.
*Si claudo vicinus ambulaueris & ipſe claudus ambulare diſces.* 559.
*Sacerdotes honorandi qualeſcumque ſint.* 374.
*Sacerdotum puritas ſit maxima, quia dij & angeli.* 375.
*Sacerdotum dignitas ſuperat regiam dignitatem.* 375.
*Sacerdotes quales debeant eſſe, vt proficiant populo.* 406.
*Sacerdotes caute viuant.* 410.
*Sacerdotis munus eſt, libere corripere delinquentes.* 409.
*Sacerdotum peccata grauiora ſunt.* 198.410.596.
*Sacerdos ſit ſapiens & quāta debeat eſſe eius ſcientia.* 429.
*Sacerdotis ignorantia graue crimen.* 431.
*Sacerdos magna veneratione deo ſeruiat.* 431.
*Sacerdotis munus eſſe peccata populi comedere explicatur.* 445.
*Sacerdos ſtomachus Eccleſiæ dicitur.* 446.448.
*Sacerdotes accipientes oblationes plorent offerentiū peccata.* 447.
*Sacerdos pro ſe & pro aliis offerat dona.* 450.
*Sacerdotes quærant ſalutē animarū, non diuitias.* 462.782.
*Sacerdos raro vel nunquam deberet peccare.* 597.
*Sacerdotes facilius quam alij debent deo obedire.* 598.
*Sacra Scriptura ſæpe cum verbis immediatis non coniungit ſequentia.* 273.
*Sacra Scriptura vtitur his verbis, Hec dicit dominus ad conciliandam fidem & attentionem.* 301.
*Sacræ Scripturæ ſtudium deo gratiſſimum.* 702.
*Sacrificia offerenda ſunt deo cum gaudio.* 257.
*Sacrificium gratum deo cor contritum & pænitentia.* 613.
*Sanguis peccatum ſignificat.* 395.
*Sapiens viros deeſſe populo, grande flagellum eſt.* 422.211.
*Sapiens & ſapientia quid ſint.* 906.
*Sapientes magnum bonum populo quoniā oculi eius.* 421.
*Sapientia & ſcientia Dei amanda, quoniam vtiliſſima.* 391. 557.
*Sedere in Sacra Scriptura pro morari vel manere ſumitur.* 368.
*Sedere aliquando ſignificat humilitatem.* 337.367.
*Semen dei requirit cor diſpoſitum.* 742.
*Senes ſint continentiores aliis.* eod.
*Senes maxime honorandi.* 744.
*Senex malus odio eſt deo.* 743.
*Singulare ſæpe ponitur pro plurali in Sacra Scriptura.* 255.
*Senes vitam iuuenum agere, turpiſſimum eſt.* 747.
*Seruus ſequatur dominum, non præcedat.* 857.
*Solitudo qua deus punit animam quid ſignificat.* 207.
*Solitudo commendatur.* 874.800.278.
*Societas bonorum maximè prodeſt.* 565.98.97.
*Societas iniquorum fugienda.* 404.566.653.566.
*Speculatores dicuntur Sacerdotes & reges.* 604.
*Sperare in deo ſine meritis præſumptio eſt.* 866.
*Statim reſurgendum à peccato.* 71.72.
*Stultitia in Sacra Scriptura maximum ſcelus dicitur.* 250.
*Superbia humilianda eſt coram ipſis ſuperbis.* 564.
*Superbiæ origo copia diuitiarum.* 564.
*Supplicium impœnitentibus non differatur.* 564.
*Seruis & operariis initio operis taxetur præmium, vt tollantur lites.* 872.871.
*Suſpitione tantum nullus iudicetur.* 218.

T.

*Tantalus inter aquas ſitiens.* 477.
*Theraphim hoc eſt Idolum.* 369.



*Sapiens* *Thus*

*Thus ſacris adoletur aris.* 268.
*Tyrus Diues opum Ciuitas.* 801.
*Talentum plumbi grauitatem peccati ſignificat.* 518.
*Tẽpus, locus & perſona initio cuiuſque libri debet poni.* 32.
*Temporum memoria ſit in prophetis, vt eorum oracula nunquam excidant.* 33.
*Temerarium iudicium ex ſola ſuſpitione fit.* 218.219.
*Terra hominem ſignificat.* 63.
*Terra abundans facit vt homines licentius peccent.* 816.
*Timere debent non imitantes ſanctorum exempla.* 80.
*Timeant ſemper dei flagellum filij iniquorum.* 113.216.
*Timor domini quo quis recedit à malo laudatur.* 853.
*Tribulatione boni perficiuntur, mali peiores fiũt.* 148.149.
*Tribulationes deus mittit, vt emendemur.* 564.123.236.
*Tribulantur boni, vt probentur; mali vero vt crucientur propter culpam.* 231.
*Tribulatio aperit ſpem & iter ad gloriam pulchrè.* 316.
*Tribulationes animæ quæ eſt ſponſa Chriſti ſunt ſigna dilectionis.* 303.587.
*Tribulationes ſunt dona dei.* 361.
*Tribulatio à Deo miſſa nux quædam eſt.* 443.
*Tribulationes mittit Deus in menſura.* 361.
*Tribulationes breues magnas afferunt conſolationes.* 682.683.
*Tribulationibus boni nutriuntur.* 644.
*Tribulationibus miſcet Deus guttam conſolationis, ne corruamus.* 655.656.715.
*Tribulationes ſunt voces Dei, vt ſurgas à peccato.* 678.
*Tribulationes agnoſce eſſe à Deo propter peccata tua.* 679.
*Tribulationes excitant nos ad quærẽdum Deum.* 644.894.
*Tribulationibus aliqui peiores efficiuntur.* 655.672.
*Tribulationes difficile confitetur peccator euenire ei propter peccata ſua.* 718.
*Tribulatio colyriũ eſt, quo aperiũtur oculi peccatoris.* 241.
*Tributorum onera perditionem regnorum pariunt.* 878.
*Triſtitia pœna eſt, qua Deus punit peccatorem.* 256.
*Triſtes conſolandi.* 278.
*Tuba dicitur concionator propter quinque.* 759.
*Turpia, cum neceſſitas cogit, honeſte nominanda ſunt.* 556.
*Turpe eſt filiis degenerare à bonis parentibus per mala opera.* 864.

## V.

*Venia vltione melior.* 75
*Verba obſcœna ſunt per periphraſim proferẽda.* 557.
*Vicinia cum improbis non ineunda.* 653.
*via facilis inferni clauſis enim oculis illuc itur.* 45.
*Vipera ſibilo è mari murenam ad coitum euocat.* 543.
*Vini vſus apud Locrenſes ad valetudinem tuendam tantum permiſſus medico id iubente.* 350.
*Vita hominum mera eſt peregrinatio.* 383.
*Voluptatis non appetitus ſed vires deficiunt.* 429.
*Voluptatis Venereæ incommoda.* 492.
*Voluptas inſatiabilis.* 463.
*Vxorum æquo animo ferendæ iniuriæ.* 365.
*Vxor viri moribus conſonet.* 544.
*Vbi quis peccauit, ſæpe ibi punitur à Deo.* 122.
*Verba noſtra qualia debeant eſſe.* 15.
*Verba oſtendunt hominem.* 16.17.
*Verba noſtra opere cõplenda, vt Deus nobiſcum facit.* 158.18.
*Verba repetuntur in Sacra Sriptura propter varia.* 130.
*Verbis aliis alloquitur Deus bonos, aliis vero malos.* 21.22.
*Verba Dei quomodo audienda.* 427.
*Verba Dei efficaciſſima.* 854.
*Verba noſtra accipit Deus, quando non habemus aliud.* 381.
*Verbum Domini, viſio, & onus quomodo differant.* 10.

*Verbum pro re ſumitur in Sacra Scriptura.* 381.
*Veritas, & anima ſint ſimul, & maxime placet Deo.* 388. 389.
*Veſtes ad tegendam nuditatem, nō ad ſuperfluitatem.* 248.
*Veſtes operiunt ignominiam peccati, ſed non delent.* 250.
*Via ad gloriam aſcenſus eſt, & laborioſus.* 180.
*Via, & ſemita quid ſint.* 233.
*Victoria, & fortitudo noſtra à Deo eſt.* 138. 139.
*Viæ dicuntur actiones bonæ, vel malæ.* 457.
*Viæ Domini intelligentia ſanctarum Scripturarum.* 907.
*Viæ Domini Dei præcepta dicuntur.* 907.
*Viæ peccatorum ducunt in infernum.* 458.
*Vinea Domini Eccleſia eſt.* 779.
*Vinitores vineæ Domini, prælati dicuntur, vbi ſex notantur.* 285. 286. 552.
*Vini immoderatus vſus illicitus, & cauſa plurium malorum.* 499. 500. 501. 502. &
*Viſitare pro punire ſumitur in Sacra Scriptura.* 456.
*Viſitat Deus, vt emendet.* 108.
*Vitia ſtatim extirpanda.* 728.
*Viſitare in bonam, & in malam partem ſumitur.* 102. 267.
*Vita breuis, ideo & in ea bene operemur.* 119.
*Virtus præfertur nobilitati, potentiæ, & diuitiis.* 43.
*Virtutem habentes ſunt amici Dei.* 44.
*Volucres dicuntur potentes, quoniam cito tranſit eorum potentia.* 311.
*Voluntates hominum dicitur Deus inclinare ad bonum, & ad malum variè tamen.* 538.
*Voluptas peccati dicitur peregrinus, quoniam cito tranſit.* 520.
*Vrſa nihil ſæuius, quando perdidit catulos.* 884.
*Vxores diligendæ.* 305.
*Vigilare debent paſtores, & quilibet in ſuo ſtatu, rationem redditurus eſt officij.* 487. 488.

ODE

F I N I S.

# ODE SAPPHICA

PETRI MATTHÆI
INTEGERRIMO
IVXTA AC REVE-
RENDO PATRI

*HIERONYMO GVADALVPENSI*
*THEOLOGO INCOMPARABILI.*

HOſſeas ſummi reſerans Tonantis
Iuſſa, cœleſtes loquitur querelas
Iſrael durus ſimulchra falſa
Quærit amatque.

Vindicis ſpernit Domini ſagittas,
Iupiter iuſtas iaculatur iras,
Terruit plebem, pauidi rebelles
Fune ligantur.

Qui fuit quondam tritico repletus
Nunc famet, panem tremuláque poſcit
Voce, mendicus ſitiens Lyæi
Inuidet vuis.

Memphis extorris colit alta tecta
Iam ſilent domus Solymæ miniſtri,
Dat leues ſomnos timor ara nullo
Fumat odore.

Mater

Mater exiſtens populoſa quondam
Prolis extinctæ fera fata luget,
Dantur inſontes laqueis Tyranni
Labe parentum.

Tunc boni dicent vbi nunc Deorum
Gentium vires?quibus hæc iniqua
Turba fidebat?modo plebis arctæ
Caſtra gubernent.

Hæc Dij non ſunt,tamen hæc adorant,
Non minus quam ſi bona cuncta donent,
Proh! truci ſe dant miſerè Leoni
Dilacerandos.

Ob ſcelus tantum ſteriles manebunt
Arbores omnes,minime racemos
Vineæ,ficus,oleæ Mineruæ,
Germina reddent.

Non agri flauas ſegetes colonis
Adferent,macræ pecudes peribunt
Non boues,vaccæ,nec oues,replebunt
Fœtibus ædes.

Hinc venenatos in eos colubros.
Rex poli mittet,facietque ſolus
Ne vir ex tota fugiat phalange,
Præda Charontis.

Euge

Euge conuerſi miſeri videte
Quod Deus nullus ſit in orbe toto
Qui queat quidquam,niſi ſummus alti
Author Athlantis.

Hic tenet vitam manibus necémque,
Hoſtibus pœnas meritas rependit,
Qui mari mergens equites iniquos
Laude triumphat.

Stulte iam lapſum memorare tempus
Iſrael,pulſis ſcelerum tenebris
Numen æternum venerare regîs
Cunctipotentis.

Inde reddetur tibi grata rerum
Omnium meſsis locuples,Olympus
Rore fœcunda patulæ rigabit
Vbera terræ.

Lactis & mellis,gregis & bidentum,
Panis,armenti,butiri,caprarum,
Dona concedet, repetens feracis
Arua Syonis.

Thure deſtructas adolebis aras
Et prophanatæ gladiis penates
Arduum tollent caput vſque ad aſtra
Sacra colentes.

Hæc

Hæc rudi Vates cecinit popello.
Dum Poli lauros virides momordit
Quæ pius Doctor Gadalupa docto
Explicat ore.

Sacra non tantum decorant Pyropi
Templa Laurenti, velut vmbra magni
Huius authoris, radiis choruſcis.
Ornat Iberos.

Si fauent votis Heliconis aulæ
Hunc canam magni Iouis & Philippi
Hermetem, veræ feriant piorum
Sydera laudes.

*Hæc in authoris doctiſſimi gratiam &*
*Vaticinij Periocham cecinit*
*P. M.*

FINIS.